Plut. III. Lit. B. N°. 5.

3

25-128

i18446966

Plut. III. Lit. B: N. 5.

3
25-128

8

i 18446966

R. 11112

# D. FERNANDI Vaſquij Menchacenſis Iuriſconſulti Hiſpani, olim ex celeberrimo Diui Iacobi Zebedæi Collegio, hodie in ſummo Dominicæ rei Prætorio Senatoris clariſsimi,

## DE SVCCESSIONVM CREATIONE, PROGRESSV, Effectuq́;, & Reſolutione Tractatus, primæ Partis LIBRI. III I.

*Cum Indice copioſiſsimo.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Cum Priuilegio.

*SALMANTICÆ,*
*Excudebant Hæredes Ioannis à Iunta. Anno Domini M. D. LIX.*

## ¶EL REY.

POr quanto por parte de vos el Licenciado Hernan Vazquez de Menchaca Oydor de la nueſtra contaduria mayor de haziẽda, nos fue hecha relacion, diziendo, q̃ en declaracion del Derecho Real, Canonico, y Ciuil, teniades eſcripta la primera parte de vna obra, de que heziſtes preſentacion: la qual ſe intitula, De Succeſsionum creatione, effectu, & reſolutione. Y porque era muy conueniente, y neceſſaria à eſtos reynos, y en ello os hauiades occupado mucho tiempo, y hauiades tomado mucho trabajo, nos ſuplicaſtes, mandaſſemos ver los libros de la dicha obra, y dar os licencia, y preuilegio, para que vos, o quien vueſtro poder houieſſe, los pudieſſedes imprimir, y vender, y no otro ninguno. Y yo acatando lo ſuſo dicho, y porque los dichos libros fueron viſtos, y examinados por los del nueſtro conſejo, por os hazer bien, y merced, tuue lo por bien. Y por la preſente doy licẽcia, y facultad à vos el dicho Licenciado Hernan Vazquez de Menchaca, ò à quiẽ vueſtro poder ouiere, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corran, y ſe cuẽten deſde el dia de la fecha de eſta mi cedula en adelãte, podays imprimir los libros de la dicha obra, de que de ſuſo ſe haze mencion, y los podays vender en todos los nueſtros reynos, y ſeñorios, con que deſpues de impreſſos, antes que ſe vendan, ſe traygan à nueſtro cõcejo, para que ſe taſſe el precio, à que ſe han de vender. Y mãdo, y defiendo, que durante el dicho tiempo delos dichos diez años, ninguno, ni algunas perſonas de eſtos dichos nueſtros reynos, y ſeñorios, no ſean oſados de imprimir los dichos libros, ni los vender, ni traer à vender de fuera dellos, ſaluo vos el dicho Licenciado Hernan Vazquez de Menchaca, ò las perſonas, que para ello el dicho vueſtro poder ouieren, ſo pena, que qualquier otra perſona, ò perſonas, que vẽdieren, ò imprimieren los dichos libros, ò les traxeren de fuera, no ſiendo los q̃ vos hizieredes imprimir, pierdan todos los que ouieren imprimido, y tuuieren en ſu poder, como dicho es, y de mas incurran en pena de cincuẽta mil marauedis: las quales dichas penas ſean la mitad para la nueſtra camara, y la otra mitad para vos el dicho Licẽciado Hernan Vazquez de Menchaca. Y mando à los del nueſtro conſejo Preſidentes, y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa, y corte, y chãcillerias, y à otras qualeſquier juſticias, y juezes de todas las ciudades, villas, y lugares de eſtos reynos, y ſeñorios, anſi à los, que agora ſon, o ſeran de aqui adelante, q̃ guarden, y cumplan, y hagan guardar eſta mi cedula, y lo en ello contenido, y contra el tenor, y forma della no vayan, ni paſſen, ni conſientan yr, ni paſſar en tiempo alguno, ni por alguna manera, durante el dicho tiempo de los dichos diez años, ſo pena de la mi merced, y de diez mil mr̃s para la nueſtra camara, y fiſco à cada vno q̃ lo contrario hiziere. Fecha en la villa de Valladolid, à treze dias del mes de Agoſto, de mil y quiniẽtos y cinquenta y ocho años.

*La Princeſa.*

*Por mandado de ſu Mageſtad, ſu Alteza en ſu nombre.*

*Iuan Vazquez.*

EN la villa de Valladolid à treynta dias del mes de Agoſto, año del Señor de mil y quinientos, y cinquenta y nueue años viſta por los ſeñores del conſejo eſta cedula, y el libro eſcripto en molde, de que en ella ſe haze mencion, taſſaron cada pliego de molde del dicho libro à cinco blancas, y mãdaron, que al dicho precio de cinco blancas cada pliego ſe pueda vender, y no mas.

*Gonçalo de la Vega.*

# AD PRAESTANTIſSIMUM, AC ſPECTATIſSIMUM

*D. Franciſcum Menchacenſem, è nouiſsimo Militum diui Iacobi Zebedæi Spatiferi Ordine, ac Conuentu, Pijſsimi, ac Potentiſsimi Hiſpaniarum Regis PHILIPPI ſummum Senatorem, & à ſecretis Conſiliarium, Fernandi Vaſquij Menchacenſis ex ſorore ſua amitina Nepotis in ſummo Dominicæ rei Prætorio Senatoris, in primam partem Tractatus de Succeſsionum creatione, progreſſu, effectuq́; ac reſolutione*

PRAEFATIO.

*SCRIPTORVM nonnullos, Pater præſtantiſsime, ſuummet inuentum alijs acceptò tuliſſe, pleroſque tamen Æſopi Corniculam imitantes, aliena ſibi accõmodaſſe comperimus. E numero priorum fuit Minos Cretenſis, vir inculpatiſsimæ, atq; innocentiſsimæ vitæ, qui cùm ciuilia inſtituta Cretenſibus dare conſtitueret, vt inuidiam conciuium effugeret, in Iouis antrum, qui pro numine ſummo colebatur, deſcendiſſe, indeq́; mandata, Iouisq́; conſulta reportaſſe ſe ſimulauit. Similique commento antea apud eoſdem Cretenſes vſus fuit Rhadamanthus, vir ſumma prudentia præditus, & conſummatiſsimus, quo tempore primùm Poëtarum nonnulli Iouem eſse Olympi rectorem fabulari cœperunt: quæ res effecit, vt & liuor maleuolorum quieſceret, & ea inſtituta ſummam authoritatem, ipſiq́; legumlatores debitam dignitatem, ac Cretenſes primi mortalium maris imperium tenerent. Hos Licurgus ſectatus fuit, dum leges conſultiſsimas à ſe excogitatas, atque inuentas, à Pithia accepiſſe ſe Lacedæmonijs perſuaſit. Neque abſimile fuit aucupium, inuentumq́; illud Sertorij Imperatoris, qui cùm Ceruam ad aurem accedere probè doctam haberet, perinde ac ſi cum ea colloqueretur, mentita diuæ Dianæ mandata, quaſi per Ceruæ colloquium intellecta, militibus deferebat, ſuũ inuentum, ſuorumq́;*

AEſopi Fabula.

Minos Cretenſis.

Rhadamanthus.

Licurgus.

Sertorius.

Quorũdam Imperatorũ aucupium.

conſiliorum gloriam Dearum concedẽs caſtiſſimæ. Noſtrorumq́; Imperatorum nonnulli( quorum nomina conſultò prætermittimus )diuos pro ſe pugnantes,ac belligerantes induxerũt, idq́; diuini numinis afflatu præſciſse ſe fabulabantur, quo commento ingenteis, illuſtresq́; victorias adepti fuerunt,dum propriam ſuorum cõſiliorũ gloriam alijs, præſertim ſuperis,inuidiæ vitãdæ, aut authoritatis cõſequendæ,ſiue fidei habendæ cauſa acceptò ferebant. At ex diuerſo hominum lõgè plures( vt iam meminimus )inuenies,qui aliorum inuẽta ſibi accommodãt.

Vergilius. Cicero. Afranius. Plato. Ariſtoteles. Theophraſtus. Chryſippus. Srabo. Homerus. Dio. Philoſtratus Quintilianus. Apollonius. Heſiodus. Theocritus.

Nam & Vergilius Homericæ induſtriæ,ac laboris compilator habetur. Cicero à Græcis multa iniurius tranſtuliſſe dicitur. Afranius poëta à Menandro non nulla, Plato à Pithagora quamplura, Ariſtoteles à Platone pleraque, Theophraſtus ab Ariſtotele, Chryſippus ab Euripide, Strabo Cretenſis ab Homero, cuius non pauca ſibi accomodarunt Dio, & Philoſtratus. Quintilianus à Cicerone decurrit, Vergilius ab Apollonio, Heſiodo, & Theocrito manat. Quorum in numero Iuris profeſſores quamplures recenſeri ſolent,ſed non iure,vt nobis videtur. Noſtra enim diſciplina adeò pendet ab ſcriptorum authoritate, vt aliena referre, & imitari plerunque cogamur, tantùm abeſt, vt id vitio dandum ſit, dummodò eorum nomina profiteamur,quos imitamur, à quibuſq́; quicquam accepimus.

Plinius. Zoilus. Horatius. Plato. Ariſtoteles. Demoſthenes. Plinius. Horatius.

Nam, vt Plinius ait,ingenui pudoris eſt fateri per quos profecerimus, ne laudis alienæ fures eſse videamur. Sed & præter eos, de quibus mentionem habuimus,ſingulos quoſque ſcriptores ad vnum laceratos vndique video. Nam vel ipſum Homerum poëtarum facilè principem Zoilus Macedo vehemẽter inſectatur,quem dormitaſſe Horatius ait. Et in dialogis Platonicis ordo deſideratur. Et Ariſtotelis obſcuritas damnatur, Demoſthenes à Marco Tullio non in omnibus probatur, Pliniusq́; quibuſdam incompoſitus videtur. Et noſtræ claſsis authorum etiam principes paſsim huius vitij notantur, quorum plerique ſe tueri poſſunt Horatij patrocinio, dum ait, Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Similitudo.

Sumus enim non abſimiles fluminibus,quæ dum vi, impulſuq́; hibernorum fluctuum turgida nimis, immaneq́; fremẽtia defluunt, non poſſunt non turbida, & incompoſita decurrere, & ſpumoſo vertice vicinas ſyluas inuoluere. Neque aliter euenire poteſt his noſtræ diſciplinæ profeſſoribus,propter ingentem,immenſamq́; ſcripturarum ſuarum vim,quibus volumina non ab omni parte bene compoſita edere coguntur,vt hi hac in parte aut inculpati, aut venia non indigni videantur. Neque abnegamus,quin oratio incompoſita arguat animum hominis malè diſpoſitum. Nihil enim eſt,quod hominẽ tam indicet,quàm ſermo.

Socrates. Artaxerxis ſententia memorabilis.

Vnde cuidam adoleſcenti, qui nimium reticebat, Socratem dixiſſe ferunt, Loquere, vt te videam. Et cùm Artaxerxes( alij hoc dictum alijs condonant )in bellicis rebus differendis inſignis eloquentiæ eſſet,cuidam obijcienti, & calumnianti



calumnianti,quòd res bellicæ ab eo infeliciter geſtæ, eleganti, compoſitóque eius ſermoni, & orationi non conſonarent, reſpondiſſe ferunt, ſe dominum eſſe, atq́; rectorem ſermonum ſuorum, factorum autem non ſe, ſed Fortunam. Quibus exemplis edocemur, non tam ex corporis facie, aut factorum ſucceſsibus hominem dignoſci, quàm ex oratione. Verùm huic calumniantium obiectioni reſpondi,artis noſtræ pelagus immenſum,ſtabilem orationis, aut progreſſus ordinem non magnoperè pati.

Vlpianus.

Cumque (vt Vlpianus Iureconſultorum veridicus ait )longè plura ſint negotia, quàm vocabula, ſingulisque diebus vagum per orbem longè plures emergant actiones, quàm vllis mortalium legibus, aut etiam cogitationibus comprehendi poſsint, ineptire nobis viderentur, qui in eleganti, appoſitoque dicendi modo,aut procedendi ordine tempus tererent,cùm alia magis ſeria, grauiora, & vtiliora agenda nobis ſuperſint.

Ius ciuile interpretationis egenum.

Eſt enim Iuris præſertim Ciuilis pars maxima inops, & inculta, omnique interpretum auxilio deſtituta, & nulla ferè ſupellectili, dotéue ornata, id quod eruditorum abnegabit nullus.

Increpãtur, qui Ius ſatis interpretatũ firmant.

Vt inertibus anicularum fabellis eorum ſentẽtiæ annumerandæ ſint, qui Iuris interpretes quaſi otioſi actum agere exiſtimant. Atqui ſi ipſum Ius Ciuile vndique euoluiſſent, omni ferè ex parte interpretationis egenum inueniſſent.

Authoris occaſio ſcribẽdi.

Quæ res in cauſa fuit, vt hoc ſcribendi munus obirem, quod humeris impar noſtris non ignorabam. Verùm ſi quem aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenij vis deficiet, aut minùs inſtructus erit magnarum artium diſciplinis, teneat tamen eum curſum, quem poterit, ſuadet Ciceronis diua ſententia.

Cicero.

Multi enim ſunt (inquit) qui deſperatione debilitati, id experiri nolunt, quod ſe aſſequi poſſe diffidunt: quibus occurrere debuit in Poëtis non ſoli Homero locum fuiſſe, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro. Quare non eſt cur ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria, cùm in præſtantibus rebus magna eſſe intelligantur, quæ optimis proxima ſunt. Nam ſi ex primis ſubſellijs ſpectare nequiuerim, non inhoneſtè in ſecundis, aut tertijs, aut deinceps ſedebo.

Operis huius inuentio noua.

Et cùm ipſe primus ſupremarum ſucceſsionum materiam in hunc tripertitum modum diuiſerim, nempe in earum creationem, progreſſum, & reſolutionem: nec ignorem nihil eſſe in natura, quod repentè euolet, aut ſtatim ſit abſolutum, & conſummatum, omnique ex parte perfectum, atque beatum, quaſi cæteris natura non ſit habitura quod elargiatur, ſi vni omnia ſimul conceſſerit, magna me tenet ſpes non defuturos, qui principia huius rei à nobis inuenta, ſuis progreſsionibus augeant, ſuisque numeris abſoluta reddant. Hominum enim natura nulla melior intelligitur, quàm eorum, qui ſe natos ad homines iuuandos arbitrantur.

Hercules.

Abijt ad Deos Hercules (vt Poëtæ fabulantur) nunquam abijſſet, niſi dum inter homines eſſet, hanc ſibi viam inueniſſet.

Cœptis ergo noſtris opem, auxiliúmque ferre è republica eſſe videbitur. Ii enim contemnuntur, qui nec ſibi, neque alteri proſunt, in quibus nullus labor, nulla induſtria, nulla cura eſt. Rurſum admiratione quadam afficiuntur, ſummiſque laudibus efferuntur, qui anteire cæteros virtute, hominibus auxiliãtes putantur.

Agricolarũ gratitudo.

Nam & agricolæ ſenes, vt Cicero ſcripſit, ſerunt arbores, quæ alteri ſeculo proſint, & quærentibus, cuinam hoc parent, non dubitant reſpondere, Dijs immortalibus, qui nos non accipere tantummodò à maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris relinquere in piam beneficij à maioribus accepti memoriam. Quæ res nobis ſcripturientibus, ac ſpontè currentibus virgam addidit, & calcaria, ſi fortè poſteris vſui eſſe aliqua ex parte poſſemus. Neque his aduerſatur, quòd in aliorum ſententias ſæpe inuehimur, ac frequenter contendimus, nec morem eorum ſequimur, qui nulla ſæpe ratione, ſed quorundam tantùm opinione nituntur: nam non tam authoritatis in diſputando, quàm rationis momenta quærenda

Cicero. Pythagorici diſcipuli.

eſſe, Cicero libro primo de natura Deorum, ſcripſit, improbauítque ſtolidum Pythagoræ diſcipulorum dogma, quos aiunt, ſi quid affirmarent in diſputando, quum ex eis quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos, Magiſter dixit.

Elegãs in noſtros ſimilitudo.

Quibus cõcinit, quod Philippus Decius, dum noſtrorum interpretum receptas etiam ſententias aliquando rideret, eos ſimiles eſſe aiebat volatilibus, quæ priorem quacunque euolantem reliquæ omnes continuò inſectantur. Illi autem ferendi non ſunt, qui cùm prima, notiſſimáque Iuris elementa nondum attigerint, in viros Iureconſultiſſimos obloquuntur, quibus Xenophanis ſententia occurrere debuit,

Xenoph.

qui quum Empedoclem Agrigentinum intellexiſſet dicere conſuetũ, ſapientem virum eſſe oportere, quicunque vellet virum ſapientem explorare, eius ſententiam laudauit. Quibus concinit, quòd cùm Annibal Carthagine pulſus Epheſum exul ad Antiochum Regem tunc maximum veniſſet, inuitatus

Annibal.

Phormio.

fuit ad audiendum Phormionem philoſophum non vulgarem, eúmque audiuit orantem copioſo ſermone de Imperatoris officio, déque omni re militari, quo perorante, omnes qui aderant, admiratione quadam illius facundiam ſummis laudibus efferebant. Ipſe autem Annibal rogatus ſententiam dicere, quãplures ſenes deliros ſe vidiſſe reſpondit, ſed qui magis, quàm Phormio deliraret, ſe audiſſe neminem. Quis etenim æquo animo ferre poſſet Græculum quendam in vmbraculis Philoſophiæ educatum, de rebus bellicis diſſerentem, qui bellicæ tubæ nunq̃ audierat clangorem, aut hoſtem aſpexerat, nunq̃ caſtra attigerat, nunq̃ aliquod militare munus obierat? Nec abſimili vituperatione cõdigni nobis vidẽtur, qui in legalis ſapientiæ ſcriptores inuehuntur, cùm prima illius diſciplinæ rudimenta vix fuerint edocti. Cùm ergo eorum, quos iam retulimus, alij pudore, formidine, aut modeſtia, ſua inuenta alijs acceptò tulerint, alij verò aliena





nonnulla ex parte ſibi accommodarint: ſunt qui priores quaſi timiditatis, poſteriores verò quaſi furti, ac temeritatis accuſent: nobis autem illi inſigni prudentia, & modeſtia viri ſemper viſi ſunt, iſti autem facilè defendi poſſe videntur.

Similitudo ab agris tracta.

Similitudo ab apibus.

Sunt enim nobis agri imitandi, qui primùm ab hominibus ſemina accipiunt, vt ea longè vberiora poſtea reddant. Apeſque vagantes, flores vndique decerpunt, & fauis ſuis inſerunt, ſuccúmque varium proprij oris ſpiritu in dulciſſimum mellis ſaporem conuertunt. His ergo non abſimilis, aut non abſimili laude dignus erit ſcriptor ille, qui aliena ſibi accommodans, in melius, vberius, dulcius, & ornatius conuerterit.

Cicero.

Nam & Cicero ait, Nos quidem ea tuemur, quæ ab his, quos probamus, dicta ſunt, eiſque noſtrum iudicium, noſtrúmque ſcribendi ordinem adiungimus, priſcoſque authores euoluimus, vt ornatiora, iucundiora, grauioráque ſcripta noſtra reddantur, & veluti in teſtes, fautoreſque ſententiarum noſtrarum euocentur. Quinimò cùm tantam ſimilitudinem, & cognationem quandam inter nos natura conſtituerit, quid mirum, ſi vnus homo alteri ſimillimus ſit, & quaſi vnus ab altero defluere videatur, licèt poſterior in prioris ſcripta nunquam inciderit, vt non immeritò quod quiſque excogitauit, ſuum appellet, quanuis ſe inſcio, ab alio quoque priùs inuentum fuiſſet? Verùm in imperita calumniantium hominum multitudine eſt varietas, & inconſtantia, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio, vt quod modò improbarunt, illicò probare incipiant. Nec enim delectu aliquo, aut ſapientia ducitur ad iudicandum, & diſcernendum, probandum, aut improbandum, ſed impetu quodam, & quadam temeritate, ac inuidia, quæ virtutis comes bonos plerunque inſectatur.

Inuidia uirtutis comes.

Nam qui ſe relictos ſentiunt, alios præſertim pares euolaſſe condolent. Quamobrem eorum exempla, qui ſuamet inuenta (vt iam meminimus) quaſi ab alijs probatioribus viris accepta, inuidiæ vitandæ cauſa populo retulerunt, imitari animus foret, niſi te (Patrue præſtantiſſime) patronum, ac tutorem haberemus, cuius ſub clypeo, ac tutela quaſi fido in portu nauigare liberum erit. Nam ſi vagum hoc opus tibi dicatum, ac conſecratum libenter exceperis, futurum ſpero, vt cunctis ſanctius videatur, atque amabilius.

Similitudo.

Vt enim auidorum hominum manus rapaces à ſacris rebus, quàm à profanis lõgè magis abſtinent: ſic inſana, ac temeraria æmulorum loquacitas parciùs, cautiúſque impetit eorum ſtudia, quos principes viri quaſi vindices tuentur. Accedit ad hæc propenſus tuus, & verè patruus in me animus, cuius beneficio id ſumus, quod ſumus: id quod ne cui ignotũ eſſet, publica hac epiſtola teſtamur. Nobiſq; vel hoc nomine admodum congratulamur, quòd honeſta Menchacenſium familia, cuius princeps caput te dicere poſſumus, editi ſimus. Et cùm ad ampliſſimam dignitatem perueneris, cognatorum, aut amicorum neglexiſti neminem.

Principum mores.

*Quinimò famulis etiam, & familiaribus, ſi quos aliquando tenuiores habuiſti, honori, ac dignitati fuiſti. De more ſummorum Principum, qui (vt in fabellis enarratur) cùm aliquando propter generis, & ſtirpis ignorantiam in famulatu fuerint, cumq́ue poſtea cogniti ſunt, & aut Deorum, aut Regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in paſtores, quos patres multos per annos eſſe duxerunt. Et cùm nepos tibi ſim ex ſorore amitina, votis meis ſemper benignus aſpiraſti, meq́ue Senatorem in ſummo dominicæ rei Prætorio conſtituiſti, non aliter, atque ſi tibi eſſem è viſceribus natus, ita, vt animus tuus propenſior, aut ardentior non videatur eſſe etiam in Dominum Ioannem Menchacenſem, quem optimæ indolis puerum tu, coniunxq́ue tua D. Gregoria è nobiliſſima familia Laſſorum de la Vega orta genuiſtis, quiq́ue vix infantilem ætatem exceſſerat, cùm à Pijſſimo, ac Potentiſſimo noſtro Hiſpaniarum Rege Philippo conſtitutus fuit in nobiliſſimo eorum militum ordine, quos diui Iacobi Zebedæi Spatiferi appellamus, cùm tu quoque ipſius genitor vnus è militibus illius ordinis eſſes, ſimiliterq́; inſignitus, ac decoratus, cuius nutu, ac conſilijs regnum Hiſpaniæ potentiſſimum feliciter, ſanctiſſimèq́; moderatur, ac in poſterum diu gubernatum iri ſperamus. Soſpitet ergo te, atque in longos annos incolumem reddat Deus Optimus Maximus.*

# FERNANDVS VASQVIVS

## *MENCHACENSIS IVRECONSVLtus perquàm Magnifico D. Bernardo de Aguilar Abbati Villachauenſi, ac Conſiliario Sereniſſimi Regis Portugalliæ Salutem dicit.*

*

LITERAS tuas accepi amoris, & beneuolentiæ pleniſsimas, quas legi, ac relegi libentiſsimè. De tuo enim in me amore & ſi nihil noui adfers, tamen eò libentiùs audio, quò ſæpiùs, eoq́; mihi iucundius eſt, quò magis tu eo lætaris. Neque iniuria id facis, cùm te vehementer amaſſe, & nimio plus dilexiſſe cunctis amicis ſemper viſus fuerim. Nã vt tuum erga me animum noui, ita & meo ſum ipſe teſtis, quanquam occupationum mearum vel hoc ſignum eſſe poterit, quòd rariùs à me tibi mittuntur epiſtolæ, quàm par erat. Et vt reliqua me in epiſtola tua delectarunt, ita & illud, dum quæris, quid de illis libris egerim, quos ſcribere inſtitui. Et ſanè, vt iam videbis, conſilium, rationemq́; ſcribendi aliqua ex parte mutaui. Neque enim quicquam aut commodius, aut aptius viſum fuit, præſertim in rebus publicis occupato, & die, noctuq́; verſanti, quàm breuiorem manum ſcriptis noſtris imponere, remq́; fuſiùs pertractatam aliquãtulum cõtrahere. Mihiq́; ſat erit, ſi abs te vno probatũ fuerit noſtrũ ſcribendi inſtitutũ. Scis enim quàm ius noſtrum deſertum ſit, & debitæ interpretationis egenum, in ea potiſsimùm parte, qua de agimus. Et memoria tenebis rerum, materiarumq́; nonnullas in parteis tres (ſcilicet originem, progreſſum, atque interitum) partitas fuiſſe à Iureconſultis naturæ ordinem imitantibus. Quam hac in parte noſtrorum interpretum nullus vnquam, in cuius ſcripta inciderim (res admiratione digna) ſectatus fuit, vt quo ad Iuris interpretes quaſi nouum inuentum eſſe videatur. Quod eò vtilius fore ſpero, quò magis ipſi naturæ rerum magiſtræ accedit. Nonnulla tamen ſcitu non indigna oblectandi gratia interpoſuimus, quaſi in alienam poſſeſsionem aliquantulum pedem inferentes: eorum morem ſequuti, qui veſtes auro decoratas, & oſtro, aut gemmis, & lapillis ornatas reddere ſtudent. Et cùm in calce huius partis primæ materiam eorum, qui teſtari vetantur, collocare animus initio eſſet, conſilium hoc repudiauimus, & rem hanc in ſecundam huius operis partem traduximus. Nam quo tempore primùm data fuit teſtandi facultas, nullus ferè hominum teſtari vetitus fuit, cùm paulatim poſtea ſucceſsiuis vicibus, atque temporibus quamplurimi fuerint prohibiti, vt ad progreſſum potiùs, quàm ad creationem iſthæc pertinere non immeritò viſa fuerint.

Vale.

¶ *Alfonſus Teça Iuris vtriuſque Candidatus ad Lectorem.*

*PLaudite Cæſarei, qui ſacra volumina Iuris*
*Diſcitis, & uigili voluitis vſque manu.*
*Plaudite, nec ſtudio caput excruciate perenni*
*Ampliùs, hîc tanti meta laboris erit.*
*Ecce nouus redit Interpres Mencha, ſecundus*
*A primo, primas qui tenet orbe vices.*
*Hem Menchaca meus Fernãdus Iuris aſylum*
*Rebus opem magna Vaſquius arte tulit.*
*Ambiguos Legum ſcirpos enodat, & aſtro*
*Cuncta Hyperioneo lucidiora facit.*
*OEdipus eſt alter, qui cũcta ænigmata ſoluat,*
*Sphyngi nouæ quanuis excogitata forent.*
*Ancipites caſus ſolerti digerit arte,*
*Iudicio Minos, Dædalus ingenio.*
*Carcere Ius noſtrum Theſeo educere filo*
*Aggreſſus, magna laude peregit opus.*
*Pro quo perpetuas Hiſpania munere grates*
*Perſoluit, tanto præmia digna viro.*
*Nos quoque, nos illi multùm debere fatemur,*
*O vtinam meritis ſint ſatis iſta ſuis.*

¶ IDEM AD LECTOREM.

*CVm denſus ſtridor depreſſo ex vertice montis*
*Saxa ſalis glomerat voluens, pellitq́ procellas*
*Spumantes, niuei crebro certamine fluctus*
*Nauta eſt egregius, qui tanta pericula ponti*
*Effugit, implexosq́ ſinus, ſcopulosq́ latentes:*
*Sic Ferdinandus noſter, qui carbaſa ventis*
*Commiſit, pleno Ciuilis in æquore Iuris*
*Aſſiduas Doctorum dum quatit ipſe querelas,*
*Legum pugnantes ſenſus dum colligit arctis*
*Vinclis, & fit mox diſcordia feruida concors,*
*Eximius Legum cenſor, Iurisq́ ſacerdos*
*Perpetuò eſt ornãdus, quo duce Iura clareſcũt.*

¶ FRANCISCI RIBERÆ Theologi Ode dicolos diſtrophos, in laudem Operis.

*I, Totum celeri pede*
*Luſtra orbẽ, volita ſydera ad ignea,*
*Æuo cedere neſcius,*
*O nate auſpicijs egregijs liber.*
*Nec Gallos metuas, licèt*
*Tot ſemper fuerint laudibus inclyti,*
*Nec doctam Italiam time*
*Certantem titulos tollere Græciæ.*
*Nanque inter procerum libros*
*Ponêris veterum, ſede reconditus*
*Sacra: nomináque, & decus*
*Solus præripies tot ſapientibus.*
*Nec te inuiderit, aut grauis*
*Ornari paribus Baldus honoribus,*
*Aut cælo datus arduo*
*Vt legum reſeret Bartolus abdita,*
*Aut qui nomen habet ducis*
*Auſi ignota ratem mittere in æquora,*
*Aut quiſquam agmine de patrum*
*Quorum fama, decus tollit ad æthera.*
*Nam quæcunque ſub horridis*
*Liquere hi tenebris, lumine tu nouo*
*Illuſtras, ueluti polo*
*Sol obſcura fugat nubila flammeus.*
*Te liuor fugiet procul,*
*Te docti innumeris laudibus efferent,*
*Momo iudice maximus,*
*Atque æternus eris ſæcula in omnia.*
*Dum iudex ſolium premet*
*Celſum purpureus, dum ſenior pater*
*Scriptis proferet ultimis*
*Hæredes ſua poſt funera filios.*
*Dum ſol viuificos dabit*
*Ignes, dum ſteterint plantæ, animantia,*
*Dum mortalia corpora,*
*Artúsque intus alet ſpiritus ætheris.*

# D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS IVRISCONSVLTI HISPANI IN SVMMO DOMINICAE REI PRAETORIO SENATORIS CLARISSIMI, DE SVCCESSIONVM CREAtione, progreſſu, effectuq́;, & reſolutione Tractatus primæ partis liber primus.

1 *Teſtamentum quid ſit, nouè defenſa definitio Vlpiani.*
2 *Teſtamentum an etiam actui inter uiuos ſimile noua interpretatio.*
3 *Legatum & fideic. & ſimilia non ſunt iuſtæ & perfectæ diſpoſitiones, contra communem.*
4 *Teſtamentum unde dicatur.*
5 *Teſtamentum quare inuentum.*

## PRAEFATIO, OPERISQVE HVIVS DIVISIO, ET CVM REBVS *corporeis comparatio.*

OMNEIS ferè res corporales, occulta quadam rátione hunc ordiné, huncq́; progreſſum tenuiſſe ſæpè animaduerti, vt in ſui creatione paruo quidé initio ortũ traxiſſe, deinde paulatim augeſcentes eò perueniant, vt ſummum gradum attigiſſe tantùm fas ſit, quò poſtquàm peruentũ eſt, referri rurſum ac relabi quaſi ſeneſcentes videantur: atq; ita ſenſim minui, vt ad interitum vſq; reflectantur, iamq́; culmen cuiuſq; rei ipſius declinationé, ac ſubinde ruinam non incertam (quæ rerum humanarũ infelicitas eſt) minari videatur. Idq́; in omni animãtium genere, ſiue illa rationalia ſint, ſiue rationis expertia, in cunctisq́; ſtirpibus è terra natis intueri licet, quæ imbecilla in lucem exeunt, deinde vigeſcunt, mox debilitantur, atq; ita ſenio conficiuntur. Quod in vltimarũ diſpoſitionũ pleriſq; euenire intelligens, vt poſt ſui creationem ſuum habuerint progreſſum & effectum, deq́; rerum corporalium more interitum ſui nõ ſemper effugiant, conducibile exiſtimaui in huiuſcemodi parteis tres opus noſtrum diuidere, naturæ ordinem ſequutus, quam & noſtrum ius mirũ in modũ imitatur.

Verùm cùm totum ius ciuile opinionũ aduerſis frontibus inter ſe pugnantium refertum ſit, vt non tam ferueat æſtu pelagus, cùm flãma inter nubes coruſcat, aut cælum tonitru contremit, quàm ius ciuile conturbat variarum opinionũ ſtrepitus (quæ tot ſunt, vt & olim ineunte adoleſcẽtia Salmãticæ plura quàm. 700. paradoxa contra receptas interpretum traditiones tueremur, & in prima huius operis parte longè plura adiecerimus, alia innumera in duabus partibus ſequentibus collocaturi) ideò in quæſtionibus controuerſis & arduis plerunque verſari nobis potiſsimùm curæ fuit, ſi fortè tenui, anguſtaq́; hac noſtra ſupellectili ſupremis defunctorum voluntatibus turbinibus pugnãtium inuicem opinionum ſedatis eo potiſsimùm nomine opem ferre poſſemus, quòd & ſententiarum inter ſe diſsidẽtium eas plerunq;, quæ legibus regijs inhęrent, quaſq́; vſus forenſis amplectitur, delegerimus, & noſtra inuenta non admodum rara addiderimus, quò magis in poſterum hæc iuris pars elaborata, aliqua ex parte & perſpicua fiat, cùm anceps antea, iners, & inculta eſſet, vt nõ obſcura ſit eorũ imperitia, qui hunc noſtrum laborem ius ciuile interpretantiũ (quaſi actum ageremus) otioſum putãt, non animaduertentes eam eſſe negotio-

rum varietatem, vt nulli vnquam mortalium ad perfectam huius rei, ſimiliúmue cognitionem & traditionem peruenire, aut etiam proximè accedere à ſuperis datum fuerit.

Opus igitur noſtrum tribus conſtabit partibus.

Prima in ſucceſsionum creatione. Altera in earum progreſſu effectuq;. Vltima in interitu atq; reſolutiōe verſabitur. Rurſus pars prima in libros tres diuiſa eſt. Primus vniuerſalia quædam, præſertim ad poteſtatem, & voluntatem teſtatorum ſpectantia continebit. Alter requiſita teſtamentorum. Vltimus limitationes, ſeu modificationes requiſitorum.

## PRINCIPIS LIBRI partitio.

IN primis videndum eſt, quid ſit teſtamentum. Deinde vnde dicatur.

Tertiò, quare fuerit inuentum.

Quartò, quo iure teſtandi ordo & poteſtas fuerit inuenta, data, & conceſſa.

Quintò, quotuplex ſit teſtamentum.

Sextò, an teſtamenti factio ex gratia deſcendat, an verò ex iuſtitia.

Septimò, quare fuerit tanta tamque exacta ſolennitas inducta in teſtamentis.

Poſtremò agendum erit de comparatione inter voluntatem & poteſtatem teſtatoris: quæ res ad omnium vltimarum voluntatum cognitionem apprimè vtilis & neceſſaria eſt. Etenim regulæ loco traditum nobis eſt, in ſupremis iudicijs principem locum tenere teſtatoris voluntatem. Rurſus per contrarium edocemur, neminem efficere poſſe, quin leges locum habeant in ſuo teſtamento. Harum ergo regularum inter ſeſe tam luculenter diſsidentium pugnam componere conducibilius eſt, quàm longa demōſtratione egeat, cùm certi quippiam in totius operis progreſſu tenere hac controuerſia prætermiſſa non poſſemus.

1 ERGO quo ad primum ſciendum eſt, quòd teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortē ſuam fieri velit. Ita ſcripſit Vlpianus in.l.1.ff.de teſtamen. Quam definitionem in diſcrimen adducere, otioſum eſſet, cùm ſit Iureconſulti: ſed eius verum ſenſum perquirere, non abs re erit, cùm hac in re elaborauerint Bar. Alber. Gofre. Bal. Angel. Imola, Pau. Areti. & alij in.d.l.1. Bal. Ang. Nicol. de Neap. Io. Fab. Chriſtoph. Portius, Viglius, Marcus Anton. Ioan. Ferr. Aemilius, & alij in prin. Inſtit. eodē tit. nouiſsimè inſignis Couarru. in rubr. nu.3. extrà. de teſtamen. Alciat. in.l. lege obuenire.ff. de verbo. ſignifica. Idem Alciat. in.l. verbis legis. eodem tit. & lib. 4. paradoxorum.c.7. nōnihil per Theophilum in prin. Inſti. quib. mo. teſtamen. infir. per eundē in prin. Inſti. de hære. quę ab inteſt. defer. & in.§.fi. Inſti. de codicil. & in prin. Inſti. de teſtamen. Guil. Bene. in.c. Rainutius. de teſtamen. in par.1. in verb. teſtamētum.1. nu.4. verſi. eſt enim teſtamentum. fol.169. & ibidem in verbo condidit.1. nu.7. Rolādinus in tract. teſtamen. rubr.1. & Deci. conſil.660. nu.10. firmat teſtamentum ſpeciem quandam habere contractus. Sicq; non ſatis tuta, vel non ſatis intellecta, aut controuerſia carere videtur huiuſmodi definitio. vt in.l. eandem. vbi bona glo.ff. de duobus reis.

*Teſtamentum quid ſit noue defenſa definitio Vlpiani.*

Contra ſuperiorem definitionem eorum, quos retulimus, plerique argumentantur, quòd legatum ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia, non ſecùs quàm teſtamentum. vt in.l. verbis legis.ff. de verb. ſignifi. per totum.ff. de lega.1. cum pluribus rub. ſequentibus.§. legatum. Inſtit. de lega.l. legatum.ff. de leg.1.

Varij varia dicunt: nos autem negamus cōtrarium, licèt illud fateantur Bar. & docto. ſuprà relati. Etenim iuſta ſententia pro plena, perfecta, intacta, illibataque



ſumitur. arg.l. cum filio.§.fi. in verb. iuſtæ ætatis.ff. de lega.3. iuncta.l.3.§. de illo.ff. pro ſocio. Sed legatum non eſt perfecta & pleniſsima ſentētia: quia per modum legati de vniuerſis bonis, diuitijs, opibus, facultatibusque noſtris diſponere non poſſumus. vt in.l.1. & per totum.ff. ad legem falcidiam. per totū Inſtit. & C. eodem tit. Nec ad rem pertinet, quòd falcidiæ legis detractionem teſtator vetare poſsit: nam illud iure nouiſsimo authenticorum receptum eſt, quod olim non erat. vt in authent. Sed cùm teſtator. cum ibi notatis per glo. & doct. C. ad leg. fal.

2 Hinc deducitur parum ſimiliter obeſſe, quod huic definitioni à noſtris obijcitur, codicillum iuſtam ſententiā ſimiliter eſſe non aliter atque ipſum teſtamētum. vt per totum.ff. de iure codi. per totum Inſtit. & C. de codicill. Nam cùm codicillis hæreditas directò dari non poſsit, ſed tantùm per fideicommiſſum. vt in.l.2.C. de codicillis. & in.§.fin. Inſt. eodem tit. deq; fideicomiſſo vniuerſali deducatur quarta trebellianica. vt per totum.ff. & C. ad Trebel. & Inſt. de fideico. hæredi. ſupereſt vt voluntas codicillantis non ſatis plena, integra, intacta, illibataq; intelligatur, non magis, quàm voluntas legantis. Idemque in reliquis omnibus diſpoſitionibus, quæ teſtamento fiunt, quarum nulla eſt, inſpecto iure.ff. quę ad vniuerſas opes, fortunaſque teſtatoris pertineat, præter teſtamentum, & hæredis inſtitutionem, vt ſuis in locis opportunè diſſerimus: eſtque, ſi aduertis, longè melior defenſio Iureconſulti, eiuſque definitionis, quàm illæ, quæ paſsim à noſtris obijciuntur. Sed & iuſta ſententia in hac re capitur quaſi legitima, & omni ex parte à lege approbata. Vnde iuſta vxor appellatur, quam de more, & palàm, non occultò duximus. l. ſi vxor.ff. de adulterijs. Et iuſtum filium appellamus eum, qui ex nuptijs ritè celebratis deſcendit. l.2.ff. de adopti.l. Paulus.ff. de ſtat. hom. facit.l. cùm quis.C. de na. lib.l. Stichum.§. naturalis.ff. de ſoluti.

Cùm ergo earum diſpoſitionū, quæ teſtamento fieri & ſolent & poſſunt, nulla ſit, per quam omni ex parte poſſimus in quem velimus omnia noſtra conferre pręter teſtamentum inſtitutionemue hæredis, quæ caput teſtamenti eſt.§. ante hæredis. Inſtitut. de legat. reliquum eſt iure.ff. veriſsimum eſſe, ſolum teſtamentum videri iuſtam ſentētiam, per quam de rebus noſtris poſsimus ex integro poſt mortem noſtram diſponere.

Verùm contra hanc definitionem nouiſsimè arguo, quòd teſtamentum etiam ad actus inter viuos pertinere videatur. arg. tex. ſingularis in.l. eandem. in prin.ff. de duobus reis. in verbo, contractibus. iuncto verbo, teſtamento. vbi poſtquàm Iureconſultus dixit, quòd in omni contractuum genere duo rei debendi conſtitui poſſunt, cumque id exemplis monſtrare cœpiſſet, inter reliqua contractuum genera etiam teſtamentum adiecit. Vnde Decius conſilio 660. num.10. poſt gloſ. in.c.1. in.§. Item ſacramenta puberum. de pace iuramento firmanda. tenet contractus appellatione, largo modo teſtamentum contineri. Et conſequenter vetante, inquit, ſtatuto: ne vllo contractuum genere immobilia in forenſes alienētur, etiam alienatio per vltimā voluntatē vetita videtur. Facit.l.fi.C. de rebus alie. nō alien. & l. ſi quis prioris.§. cæterùm.C. de ſecū. nupti. & §. aliena. in auth. de non alien. & c. nulli. de rebus eccleſiæ non alien. Cuius rei illa ratio eſt, quòd olim teſtamentum fiebat per imaginem quandam contractus venditionis. vt in prin. Inſtit. de teſtamentis. declarat Alciatus in.l. verba geſſerunt.ff. de verb. ſignificat. Et teſtamentum videtur quoddam

*Teſtamentum an ſit etiam actui inter viuos ſimile noua interpretatio.*

negotiũ cõtractui ſimile, quod inter te-
ſtatorem & hęredem agitur. §. ſed neq;.
vbi optimus tex. Inſt. de teſtamẽtis. Vn-
de ſolitus ſum improbare illam com-
munem opi. quam tradunt omnes per
tex. ibi in. §. hæres quoq;. Inſt. de oblig.
ex quaſi contractu. & Alci. in. d. l. verba
geſſerunt. dum contendunt hæredem
creditoribus hæreditarijs ex quaſi con-
tractu obligari. per dict. §. hæres. &. l. ex
maleficijs. §. hæres. ff. de act. & obligat.
quinimò creditoribus tenetur ex vero
contractu non ſecus quàm ipſe defun-
ctus tenebatur, licèt legatarijs ex quaſi
cõtractu tantùm teneatur. vt. d. §. hęres.
Redeundo ad oppoſitionem reſpond.
quòd licet teſtamen. videretur contra-
ctus, tamen intelligeretur contractus
celebratus ita, vt eius effectus poſt mor
tem teſtantis conferatur.

Ex ſuperioribus apparet veram eſſe
abſolutamque Iureconſulti definitio-
nem, nec egere illa ſuppletione, ſcilicet,
cùm hæredis inſtitutione, quam ad-
dunt gl. & Paulus. in. d. l. 1. ff. de teſtam.
3 & glo. in prin. Inſt. eod. tit. Apparet etiã
illud argumẽtum, quo Viglius, Couar-
ru. & pleriq; eorum, quos ſuprà retuli-
mus, vtuntur, etiam in ſe tutum non eſ-
ſe, dum contendunt legatum, fideicõ-
miſſum, donationem cauſa mortis, & ſi
miles diſpoſitiones vltimarum volun-
tatum perfectas videri in ſuo genere
non ſecus quàm ipſa hęredis inſtitutio.
Nec enim muſca in ſua ſpecie deſinit
eſſe perfectum animal, eo quòd corpo-
ris magnitudine & proceritate ſupere-
tur ab elephanto: neque ranam in ſua
ſpecie animal imperfectum ideo dice-
mus, quòd ſimiliter dum corporis pro-
ceritate bouẽ ſuperare contẽdebat, cre-
puit, vt apud Aeſopi fabellas legitur.

*Legatũ & fideic. & ſimilia non ſunt iuſtæ & perfectæ diſpoſitiões cõtra communẽ.*

Verùm hæc argumentatio, qua no-
ſtrorum plerique omnes vbi ſuprà vtũ
tur, infirma eſt: quia quod eſt cõditio-
nale, non eſt ſimpliciter tale. l. 1. §. ſi quis
ſimpliciter. ff. de verb. obligat. & quod
profertur cum aliqua adiectione ſui de
monſtrãdi gratia, nõ eſt propriè & ſim
pliciter tale. l. hoc legatum. ff. de lega. 3.
Tradunt Soci. & alij nouiſsimi in rub.
ff. de vulg. & eleganter Iaſ. in. l. hac con-
ſultiſsima. §. ex imperfecto. col. pe. C. de
teſtamen. Ergo cùm legatum, fideicom.
donatioue cauſa mortis quatenus exce-
dunt dodrantem regulariter à lege non
approbentur, & ſi approbentur à lege,
non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, re-
liquum eſt, vt non poſsint dici perfe-
ctæ voluntates, iuſtæ, legitimæ, teretes,
rotundæ, omnique ex parte abſolutæ
diſpoſitiones. Id enim perfectum eſt,
quod ex omnibus ſuis partibus cõſtat.
l. 1. ff. de origi. iur. & nihil actum eſſe in-
telligimus, cùm aliquid ſupereſt agen-
dum. l. fin. C. ad Sillania. Vnde legata, fi-
deicomiſ. ſimilesq; diſpoſitiones cùm
à lege non ex toto & ſimpliciter appro-
bentur ſemper, ſed aliqua ex parte reſe-
centur, quando lędunt dodrantem, per
fectæ diſpoſitiones dici non poſſunt,
cùm non ſemper ex omnibus ſuis par-
tibus conſtent. Et cùm ſenſus Vlpiani
in. d. l. 1. de teſta. dũ ait de eo quod quis
poſt mortẽ ſuã fieri velit, intelligendus
ſit de oĩ eo, quod quis poſt mortem &c.
nam indefinita oratio æquipollet vni-
uerſali. l. 2. ff. de lib. & poſt. §. nomina-
tim. Inſtit. de exh. lib. & per modum &
titulum legati vel fideicommiſ. vel ſi-
milium diſpoſitionum omne id, quod
quis poſt mortem ſuam fieri velit, con-
ſequi non poſsit, ſed tãtùm per modum
teſtamenti & inſtitutionis hæredis: ſu-
pereſt, vt ad effectum illum ſola teſta-
menti hæredisq; inſtituti diſpoſitio iu-
ſta & perfecta intelligatur.

4 Quo ad ſecundũ regulariter traditũ
eſt, teſtamentum inde dictũ eſſe, quòd
quaſi mentis teſtatio ſit. tex. eſt in prin.
Inſt. de teſta. Quam etymologiam ore
libero ridet Laurentius Vallenſis lib.
elegant.

*Teſtamentũ unde dicatur.*



elegant. 6. c. 36. Non enim inquit à dua
bus vocibus ſeu dictionibus, nempè te-
ſtatio & mens, teſtamentum componi
tur & deriuatur, ſed magis ab vna tan-
tùm voce, nempè teſtamen. & addi-
ta ſyllaba, tum, dicitur teſtamentum.
Nam & veſtimen, addita ſyllaba, tum,
dicitur veſtimentum. Sic & geſtamen
geſtamentũ, velamen velamentũ, dicta
mẽ dictamentũ, nutrimen nutrimentũ,
regimẽ regimentum. & cętera id genus
innumera. Quod ſentit & Vigli. in pri.
Inſt. de teſtam. & Fabius lib. 9. c. 3. Alcia.
lib. 4. de verb. ſig. Clau. Can. in pri. Inſt.
de teſta. quos refert & ſequitur inſignis
Couarru. in pr. de teſta. Licèt in cõtrariũ
ſe habeat cõmunis ſenſus doctorum in
pri. Inſti. de teſtamen. & Rolandinus in
tract. teſtamen. rubric. 2. dum intelligũt
Iuſtinianum ſenſiſſe à duabus vocibus,
quales ſunt, teſtor & mens, compoſitũ
eſſe verbum illud, teſtamentum. Quod
& tradunt interpretum plerique in. l.
1. ff. de teſtamen. & ibidem in rubr.

Hac ergo in re duo ſunt videnda.
Primum, an Iuſtinianus ſenſerit ab illis
duabus vocibus ſuprà memoratis te-
ſtamentum componi, an verò nõ tam
de huius verbi compoſitione, quàm de
ipſius vi & ſignificatione intellexerit:
id quod nullus certò ſcit, niſi Iuſtinia-
num conſulat, & alloquatur. Alterum
eſt, vt ſi malis intelligere Iuſtinianum
ſenſiſſe teſtamentum à duabus ſuprà
relatis vocibus componi, an rectè ſen
ſerit, id quod quaſi otioſum & inane
prætermittendum duximus. Ita tamen
expreſsim intellexit. l. 1. tit. 1. part. 6. quæ
dirimit hanc quæſtionem. Illud autem
ab omnibus non dubiè receptum eſt,
teſtamentũ deſcendere à teſtor teſtaris
&c. quod ſignificat vehementer affir-
mare. Vnde Virgilius lib. 2. AEneidos.

*l. 1. titul. 1. parti. 6.*

*Vos æterni ignes & non uiolabile ueſtrum te-
ſtor numen.*

Et rurſus ibidem lib. 3.

*Per ſydera teſtor.*

Et rurſus ibid. lib. 4

*Teſtatur moritura deos.*

Qua de re multa vt adſolet Tiraqu. de
vtroque retract. §. 15. pag. 554. num. 2.

5 Quo ad tertium, noſtrorum plerique
ita aiunt. Teſtamẽtum inuentum fuit,
vt poſt mortem cuiusque res ſuæ iuxta
eius arbitrium moderarentur, atq; di-
ſponerentur. vt in d. l. 1. ff. de teſtam. Ra
tio: quia nihil tam pium, humanum, ho
minibusque tam debitum eſt, quàm vt
eius, qui aliud iam velle non poteſt, ra-
tũ, liberumq; ſit arbitriũ: vt in. l. 1. C. de
ſacr. eccleſi. Item poteſt intelligi inuen-
tum fuiſſe ad inſidias vitandas, quæ à le
gitimis ſucceſſoribus moliri poterant,
& ſolebant, dum conſanguineorum hę
reditates captabãt, quas ad ſe certò per-
uenturas intelligebant. argum. §. acceſ-
ſit. Inſt. de teſtamen. l. captatorias. C. de
teſtamen. mil. ſimi. in. §. ſin autem for-
midoloſus. Inſtit. de pupill. Eſt enim te-
ſtamentũ in ſcriptis, vt Viglius edocet
in princip. Inſtitut. de teſtament. ad vi-
tandas huiuſcemodi captiones vtiliſsi-
mum. Docet etiam Guilielm. Bened. in
c. Rainutius. de teſtamen. part. 1. fol. 169.
num. 6. in verb. teſtamen. 1. qui vſum te
ſtandi quatuor ex cauſis inductum fuiſ
ſe exiſtimat. Primùm propter pacem,
ne incerti vagentur hæredes, neue irru
ptio fiat in familiam morientis, ſi cer-
tum ſucceſſorem ſibi non elegiſſet. ar-
gument. l. 1. ff. de vſucap. Quæ ratio pa-
rũ vrget, cùm per ſucceſsiões legitimas
huic malo ſatis ſcitè conſultum fuerit.

*Teſtamentum quare inuentum.*

Altera ratio à pietate deſcendit: qua-
ſi nihil tã debitũ ſit hominibus, tamq;
pia conceſsio, quàm vt ratum ſit ſupre-
mum animam iam iam efflantis arbi-
trium. arg. l. 1. C. de ſacr. eccleſi.

Tertia ratio eſt publicę vtilitatis. Et-
enim homines diligẽtiùs cõgerũt opes,
diuitiasq;, de quibus poſt mortẽ diſpo-
nere poſſunt, quàm quęrerent, ſi diſpo-

nere nõ poſſent:id quod reipublicæ intereſſe videtur.ar.l.1.ff.ſol.matrim.l. de fũctus.C.arbitr. tut. Per hoc enim quodammodo à vita ſylueſtri declinant, qua olim more ferarum degebant, ſecundùm eundem Guili. vbi ſuprà.qui contendit ad diuitias opesq́; comparandas non tam cupidos ante ſucceſsiones inuentas fuiſſe,quàm poſteà:in ijs autẽ congerendis ſumma huius ſeculi beatitudo conſiſtere quibuſdam videtur.

Vnde Petronius Arbiter.in Satyr.

Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,
Fortunamq́; ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaën,ipſumq́; licebit
Achriſium credere quod Danaën.
Carmina componat,declamet,concrepet,omneis
Et peragat cauſſas,ſitq́; Catone prior,
Iuriſconſultus paret,non paret habento,
Atq; eſto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor,quiduis nummis præſentibus opta,
Et ueniet.Clauſum poßidet arca Iouem.

Et Horatius Satyr.2.lib.3.

Omnis enim res
Virtus,fama,decus,diuina humanaq́; pulchris
Diuitijs parent:quas qui conſtruxerit,ille
Clarus erit,fortis,iuſtus,ſapiens,etiam rex,
Et quicquid uolet,hoc ueluti uirtute paratum
Sperabit magnæ laudi fore.

Quinimò amici,cognatique omnes, ſerui,liberti,ipſa deniq;familia rẽ ipſam potiùs quàm perſonam ſequuntur.

Vnde Plautus in Sticho.

Nam hoc tu facito,cogites ut cuiq; homini res parata eſt,
Firmi amici ſunt:ſi res laſſæ labant,itidem amici collabaſcunt,
Res amicos inuenit.

Sed neque alijs obſequium præſtare neceſſe habet is,qui fortunis, facultatibusq́; abundat.

Vnde Martial.lib.3.epigrammatum.

Sunt tibi,confiteor,diffuſi iugera campi,
Vrbaniq; tenent prædia multa lares,
Et ſeruit dominæ numeroſus debitor arcæ,
Suſtentatq́; tuas aurea menſa dapes,
Faſtidire tamen noli Ruffine minores,
Plus habuit Didymus,plus Philomelus habet.

Denique vel illud in confeſſo eſt,diuitiarũ cupidos omnẽ ignauiã pellere.

Vnde Horat.lib.2. epiſt.ad Florum.

Et laris & fundi paupertas impulit audax
Vt uerſus facerem.

Et Manilius lib.1.aſtron.

Sed cùm longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miſeris dedit,& ſua quenq;
Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo,
Seducta in uarias certarunt pectora curas,
Et quodcunq; ſagax tentando reperit uſus.

Aduigilare etenim curat ſtudetq́ue quiſq;,intelligens vt ignauia, ſocordiaq́ue homines fiant ridiculi.

Vnde Iuuenal.Satyr.3.

Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit.

Quibus etiam concinit, quod à Comicis ſimili in re traditum fuit.

Nam & Plautus in Sticho.

Iam inde à pauxillo puero ridiculus fui,
Eò,quia paupertas fecit ridiculus forem.

Quinimò nobiliſsima quæq; familia per ignauiam,ſocordiam,diuitiarumq́; abſceſſum vileſcit.

Vnde Horatius lib.2.Satyr.5.

Et genus,& uirtus,niſi cum re,uilior alga eſt.

Et eodem quoq; pertinere videtur id quod ait Iuuenalis Satyr.3.

Haud facilè emergunt,quorum uirtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Et præterea quòd re vera vileſcunt, & à reliquis flocci fiunt,ipſi quoq; lõgè abiectiores ſeſe putant, quàm re vera ſint. Vnde Terentius in Adelp.

Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo
Suſpicioſi,ad contumeliam omnia accipiunt:magis
Propter ſuam impotentiã ſe ſemper credũt negligi.

Verùm licèt opum, diuitiarumq́ue multa bona enumerauerimus, tamen ſecum ferunt longè grauiora mala: vt teſtandi facultas,quæ homines ad opes comparandas proniores, cupidioresq́; reddidit, lõgè plus hac in re mali quàm boni attuliſſe viſa omnibus ferè ſit.

Vnde Horatius lib.1.epiſt.ad Lolliũ.

Non domus,& fundus,non æris aceruus & auri
AEgroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas.Valeat poſſeſſor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitet uti.

Quinimò diuitiarum opumq́; cauſa non ſolùm cura,labor,& ſolicitudo creuit:



ſed etiam boni ęterni nobis obliuio ſucceſsit. Vnde Boëtius metr.2.lib.1.

Heu quàm præcipiti merſa profundo
Mens habet,& propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras?
Terrenis quoties flatibus acta
Creſcit immenſum noxia cura.
Hic quondam cœlo liber aperto,
Suetus in æthereos ire meatus,
Cernebat roſei lumina ſolis,
Viſebat gelidæ ſydera lunæ,
Et quæcunq; uagos ſtella recurſus
Exercet uarios flexa per orbes,
Compreſſam numeris uictor habebat.

Quibus concinit quod in eandẽ rem Idem metro.10.lib.3.ait

Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat,aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi,
Candidis miſcens uirides lapillos
Illuſtrant aciem:magisq́; cæcos
In ſuas condunt animos tenebras.

Et ſanè cura noſtra,vigilia, ſumptaq́; ſolicitudo rerum comparandarum cauſa,quas nobiſcũ ferre nõ poſſumus,inanis eſt. Vnde Auſonius in epigram.

Effigiem rex Crœſe tuam ditißime regum
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Conſtitit,utq́; procul ſolito maiore cachinno
Concuſſus dixit,Quid tibi diuitiæ
Nunc proſunt regum rex ô ditißime:cùm ſis
Sicut ego ſolus,me quoq; pauperior?
Nam quæcunq; habui,mecum fero,cùm nihil ipſe
Ex tantis tecum Crœſe feras opibus.

Et Sillius Italicus lib.5.bel.pun.

Ditißimus agri
Occumbis generoſe Volunx,nec clauſa repoſtis
Pondera theſauris patrio,nec regia quondam
Præfulgens ebore,& poſſeſſa mapalia ſoli
Profuerint.Quid rapta iuuant?quid gentibus auri
Nunquam extincta ſitis?modò quem Fortuna fouẽdo
Congeſtis opibus,donisq́; referſit opimis,
Nudum tartarea portauit nauita cymba.

Quibus etiam concinit & illud quod ait Propert.lib.3.eleg.ad amicã iratam.

Nunc maris in tantum uentis iactamur,& hoſtem
Quærimus,atque armis nectimus arma noua.
Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ad infernas ſtulte uehere rates.
Victor cum uictis pariter miſcebitur umbris,
Conſule cum Mario capte Iugurtha ſedes.
Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro,
Optima mors parca,quæ uenit apta die.

Nam vt latet anguis ſub herba, ita & malum ſub diuitijs.

Vnde Tibullus elegia.9.lib.1

Sæpè ſolent auro multa ſubeſſe mala.

Neq; admodum eſt vtilis aut neceſſarius diuitiarum comparandarum labor,cùm vt Lucretius. lib.5. de nat. rerum.ait.

Quod ſi quis uera uitam ratione gubernat,
Diuitiæ grandes homini ſunt,uiuere parcè
Aequo animo:neq; enim eſt uſquam penuria parui.

Quinimò non ſolùm cura & ſolicitudo nos in diuitijs comparandis fatigat,ſed etiam in eis cuſtodiendis.

Vnde Cornelius Gallus.

Quid mihi diuitiæ,quarum ſi demeris uſum,
Quanuis largus opum,ſemper egenus ero?
Immò etiam pœna eſt,partis incumbere rebus,
Quas cùm poßideas,eſt uiolare nefas.
Non aliter ſitiens uicinas Tantalus undas
Captat,& appoſitis abſtinet ora cibis.

Tantali fabula.

Et rei ſemel partæ videre abſceſſum, cruciatus eſt.

Vnde Plautus in Aulul.

Heu me miſerũ,miſerũ,perij malè perditus, peßime ornatus eo.
Tantũ gemiti et malæ moleſtiæ,hic dies mihi obtulit famem & pauperiem.
Perditißimus ego ſum omnium in terra.
Nam quid mihi opus uita eſt,qui tantum auri
Perdidi,quod cuſtodiui ſedulò?egomet me fraudaui;
Animũq́; meum, geniumq́; meũ, nunc eo alij lætificantur meo malo & damno:pati nequeo.

Et ſumma miſeria eſt in opibus cuſtodiendis. Vnde Iuuenal.Satyra.14.

Tantis parta malis cura maiore metuq́;
Seruantur:miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

Quinimò id dolendum eſt,bonis naturæ pecunia artificialis honorem abſtuliſſe.

Vnde Lucret.5.de nat.rerum.

Poſterius res inuenta eſt,aurumq́; repertum.
Quod facilè & ualidis,& pulchris dempſit honorẽ.
Diuitioris enim ſectam plerunq; ſequuntur
Quàmlibet & fortes,& pulchro corpore creti.

Et quod deterius eſt, omnia pecunia & diuitijs corrumpuntur. Vnde facetè Ouid.lib.3.eleg.de auri potentia,ait.

Iupiter admonitus nihil eſſe potentius auro,

*Corruptæ pretium uirginis ipſe fuit.*
*Dum merces aberat, durus pater, ipſa ſeuera,*
*Aerati poſtes, ferrea turris erat:*
*Sed poſtquàm ſapiens in munera uenit adulter,*
*Præbuit ipſa ſinus, & dare iuſſa, dedit.*

Sed & diuitiæ ſolent charitatem minuere. Vnde Horatius Satyra.2.lib.2.

*Ego uectigalia magna,*
*Diuitiasq; habeo tribus amplas regibus. ergo*
*Quod ſuperat, non eſt meliùs quo inſumere poſsis?*
*Cur eget indignus quiſquam te diuite? quare*
*Templa ruunt antiqua deûm? cur improbe charæ*
*Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?*
*Vni nimirum tibi rectæ ſemper erunt res.*

Et multis diuitijs opus non eſſe docet Horatius lib.2. epiſt. ad Iccium.

*Tolle querelas.*
*Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.*
*Si uentri benè, ſi lateri eſt, pedibusq; tuis, nil*
*Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

Neq; diuites inuidendi ſunt, vt docet Iuuenal. Satyra.14.

*Alexandri hiſtoria.*

*Senſit Alexander, teſta cùm uidit in illa*
*Magnum habitatorem quanto felicior hic, qui*
*Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem,*
*Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.*

Quinimò diuitijs ingratitudo comes eſt. Plautus in Pſeudulo.

*Verùm ita ſunt iſti noſtri diuites,*
*Si quid bene facias, leuior pluma eſt gratia: ſi quid peccatum eſt,*
*Plumbeas iras gerunt.*

Quibus etiam cócinit Terentius in Hecyra.

*Quia paululum uobis acceſsit, ſublati ſunt animi.*

Et Seneca in Thyeſte.

*Stet quicunque uolet potens*
*Aulæ culmine lubrico,*
*Me dulcis ſaturet quies.*
*Obſcuro poſitus loco*
*Leui perfruar otio.*
*Nullus nota Quiritibus*
*Aetas per tacitum fluat.*
*Sic cùm tranſierint mei*
*Nullo cum ſtrepitu dies*
*Plebeius moriar ſenex.*

Ibidem.

*Dum excelſus ſteti*
*Nunquam pauere deſtiti, atque ipſummet*
*Ferrum timere lateris. O quantum bonum eſt*
*Obſtare nulli, carpere ſecuras dapes!*
*Humi iacentem ſcelera non intrant caſam.*

Idem in Hippolyto.

*Quanti caſus humana rotant?*
*Minor in paruis fortuna fuit.*
*Leuiusq; feret leuiora Deus.*
*Seruat placidos obſcura quies*
*Præbetq; ſomnos caſa ſecuros*
*Admota ætheris culmina ſedibus.*

Cùm ergo per facultatem teſtandi à lege poſitiua hominibus datam inuitemur ad opes diuitiasq; optandas, earũq; cupiditas lõgè grauiora mala quàm bona ſecum ferat: reliquum eſt ſuſpectam eſſe illam tertiam rationẽ, qua docebamur, reipublicæ intereſſe homines ad opes diuitiasque comparandas inuitari per facultatem teſtandi à lege conceſſam, quaſi quò magis homines diteſcãt, eò magis reſpublica illuſtretur. Quod bonum ſi conferatur cum miſerijs, calamitatibus, excidijs, infortunijsque, quæ ex diuitiarum cupiditate reipublicæ imminent & contingere ſolent, id non ſolùm bonum non eſt, ſed magis teterrimum nefandumq; malum.

Atque ita Sillius Italicus eleganter in hunc modum cecinit.

*Aſpice latè*
*Inſignes quondam luxus quas uerterit urbes,*
*Quippe nec ira deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,*
*Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas.*

Vt per hoc planè intellexerit, huiuſmodi res non ad illuſtrandum reipublicæ ſtatum, ſed ad certã magis ipſius calamitatem, excidiũ, internecionemque pertinere. Vnde longè verior videtur illa ratio, quam in principio huius quęſtionis attigimus, vt teſtamentũ fuerit inuentũ, ne hominibus inſidię parentur ab ijs, ad quos legitima hæreditas peruentura erat. arg. in. §. ſin autem formidoloſus. Inſtitu. de pupill. ſub. Vnde infertur decl. ad. l. 17. Tauri. vbi regulariter melioratio tertij, quã parentes faciũt iuxta iura Hiſpanorũ, poteſt reuocari vſq; ad mortem meliorantis, ne aliter ſibi inſidiæ parentur ab ipſo filio meliorato. etenim etiam filius patri

*Decl. l. 17. Tauri.*

ſolet



ſolet inſidiari. arg. §. fin. Inſtitu. quòd cũ eo. quod in ſpecie tenuit gloſ. communiter app. in. l. fi. C. de pact. quam ſequũtur Bal. Sali. Paul. Fulg. Alex. num. 2. Iaſ. nu. 2. Purpur. nu. 12. Deci⁹. nu. 13. Alciat. in gl. 1. ibid. Georgius Natã in. c. quãuis pact. de pact. in. 6. num. 6.

*Declaratio l. 18. Tauri & l. 9. tit. 5. lib. 3. for.*

Illud autem notandũ eſt, quòd cùm per. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. iure regio nullus qui habeat liberos legitimos poſsit in alios conferre vltra quintam bonorum partem quaſi reliqua omnia videantur eſſe legitima liberorũ, licèt inter ipſos tamẽ liberos per eandẽ legẽ permiſſum ſit tertiã prælegati aut meliorationis iure conferre: tamen qui habet filios & nepotes ſuperſtites, poteſt nepotes ex filio etiam ſuperſtite in bonorũ tertia parte meliorare, quaſi extraneus is nepos etiã viuo patre ſuo hac in re non videatur, cùm talis nepos alibi reputari ſoleat extraneus. vt in. l. Gallus. in princ. tradunt Alex. Iaſ. & alij nouiſsimi. nec talis nepos regulariter filio comparari deberet. vt in. l. ſi viua matre. C. de bon. mater. l. ſi quis filiũ. C. de inoff. teſtam. l. ſi quis poſthumos. §. filium. ff. de lib. & poſt. Denique licèt per. l. in ſingulis rebus hæreditarijs portio hæreditatis vel bonorum cuique relicta aſsignetur. l. ſi pater. & l. quæ pater. ff. fam. her. l. quoties. C. eodem tit. & per totum. C. de hęred. act. tamen teſtator poteſt meliorationem tertij vel quinti in vna vel certis rebus aſsignare. l. 19. Tau. Quia cùm teſtandi & ſuccedendi facultas ſit iuris poſitiui, vt pleniſsimè docemur infrà. §. 1. num. 1. cum ſequ. per aliud ius poſitiuum id immutari poteſt, vel per hominem ex legis diſpenſatione.

*Declaratio l. 19. Tauri.*

Quartam rationem aſsignat Philippus de Caſolis in tract. vel quæſtiõe ſua teſtamentorum. col. antep. quia coacta inquit ratione ſucceſsio inuenta fuit à lege poſitiua. Cùm enim actiones ſui natura eſſent perpetuæ. vt in prin. Inſt. de perpet. & temp. act. licèt poſtea earũ curſus reſtrictus & coanguſtatus fuerit, vt ibidẽ. & l. ſicut. & l. omnes. C. de præſc. xxx. vel. xl. annorũ. & in. l. quis ergo caſus. ff. de peculio. certè futurũ erat, vt niſi qui ſemel obligatus eſſet, ſucceſſores haberet, qui ſimiliter eius loco quo ad obligationem ſubrogarentur, iam obligatio paſsiua periret cõtra intẽtionem legis poſitiuæ.

Quinta ratio aſsignatur per eund. nẽpe ſumma pietas. nã ad hæredis curam pertinet exonerare conſcientiã defuncti, vt poſt alios reſoluit Iaſ. in. l. emãcipata. C. qui admitti. facit tex. in auth. de hær. & fal. §. ſi verò expreſsim. Ergo cùm fauor animæ ſit cunctis rebus caducis & terrenis anteponendus. l. ſunt pſonæ. ff. de religi. nec eſſet alius quàm ſucceſſor, qui defuncti conſcientiam exonerare teneretur, reliquum eſt hac in re eſſe ſummam pietatem.

Sexta eſt ratio humanitatis. Nã ſi nobis ſucceſſores futuri non eſſent, tunc nullus nobis periclitantibus & egentibus ſubueniret: quia cùm nullus ad veſperum ſe victurum certò firmare poſſit, & quotidiè mors immineat, certè homines ditiores non tam intrepidè & libenter ſubuenirent egentibus, ſi poſt eorũ mortem ſuũ repetere deſperarẽt, q̃ ſubueniunt, cùm intelligunt ſaluam eſſe rem, certamq; fore repetitionem ab hæredibus beneficium mutuum ſimileue quid accipientis. arg. l. cùm de indebito. ff. de probati. Et cùm ipſe qui beneficium contulit, quaſi beneficij debitorem eum qui accepit habeat, ſemper ſubeſt ſpes remunerationis accipiendę. argum. l. ſi pignore. in prin. ff. de furtis. præſertim à morientibus, qui ſecum ferre nihil poſſunt. Iuxta illud

*Nudus ad infernas ſtulte uehere rates.*

Et per hoc effuſiùs ſolent elargiri, ſicque nobis opem ferentibus ſemper ſupereſt ſpes remunerationis, quæ quidẽ

ſpes

ſpes magna ſemper multaque pollicetur. vt in. §. in fraudem. Inſt. quibus ex cauſ. manu. non licet.

Vnde Ouidius. lib. 1. de Ponto ſic ait.

*Spes igitur pœnæ menti Græcine leuandæ*
*Non eſt ex toto nulla relicta meæ.*
*Hæc dea, cùm fugerent ſceleratas numina terras,*
*In dijs inuiſa ſola remanſit humo.*
*Hæc facit, ut uideat cùm terras undiq; nullas*
*Naufragus in medijs brachia iactet aquis.*
*Hæc facit ut uiuat foſſor, quoq; compede uinctus,*
*Liberaq; à ferro crura futura putet.*
*Sæpe aliquem ſolers medicorum cura relinquit,*
*Nec ſpes huic uena deficiente cadit.*
*Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,*
*Atq; aliquis pendens in cruce uota facit.*
*Hæc dea quàm multos laqueo ſua colla ligantes,*
*Non eſt propoſita paſſa perire nece*
*Me quoq; conantem gladio finire dolorem*
*Arguit, iniecta continuitq; manu.*

Tibullus Elegia vlti. lib. 2.

*Iam mala finiſſem letho, ſed credula uitam*
*SPES fouet, & melius cras fore, ſemper ait.*
*Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratis*
*Semina, quæ magno fœnore reddat ager.*

Cùm ergo ſpes ſit, vt qui beneficiũ acceperit, gratiã referat dũ moritur, quo tẽpore cumulatiores, plenioresque fiunt remunerationes, ſupereſt, vt hac etiam ex cauſa teſtandi facultas data intelligatur, ſecundùm Guiliel. vbi ſuprà. quæ ratio non multùm ſuadet.

Vltima ratio eſt, propter ingratitudinem vitandam ſecundùm Guiliel. vbi ſuprà. vt qui ab alijs beneficia acceperunt, ſaltem poſt mortem poſſint eis ſatisfacere, ne videamur ingrati, vel ne nobis facultas gratiam referendi ſaltem morientibus auferatur, cùm ingratitudo nefanda ſemper viſa fuerit.

Vnde Plautus in Aſinaria.

*Ingrata atque irrita eſſe omnia intelligo,*
*Quæ dedi, & quod bene feci: at poſthac tibi*
*Malè quod potero facere, faciam, meritoq; id faciam tuo.*

Et Auſonius in epigramma.

*Ingrato homine terra peius nil creat.*

Et Catullus.

*Deſine de quoquam quicquam bene uelle mereri,*
*Aut aliquem fieri poſſe putare pium.*
*Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne eſt,*
*Imò etiam tædet, tædet obeſtq; magis.*
*Vt mihi quem nemo grauius nec acerbius urget*
*Quàm modo, qui me unum, atque unicum amicum habuit.*

Et Plautus in Perſa.

*Etenim nihil amas, cùm ingratum amas.*

Et Ouidius epiſt. 12. Heroid.

*Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare uoluptas.*
*Hac fruar, hæc de te gaudia ſola feram.*

Et Iuuenalis. 11. Satyra.

*Ingratos ante omnia pone ſodales.*

Sed & hæc ratio perſuaſiua tantùm eſt, & ſimillima ſuperioribus rationibus: vnde rationes priore loco ſignatę, efficaciores ſunt.

1 *Teſtandi ordo & poteſtas eſt de iure poſitiuo, cum communi opinione contra alteram communem opinionem.*
2 *Ius gentium duplex.*
3 *Mundum creatum fuiſſe.*
4 *Teſtamentum inuentione eſt iuris poſitiui, approbatione eſt iuris gentium, cum communi contra alteram communem.*
5 *Abſtinendi facultas eſt de iure prætorio: cum cõmuni, contra plures.*
6 *Teſta. non eſt iuris diuini, contra Alex. & alios.*
7 *Teſtamentum non eſſe iuris naturæ contra Alexandrum & alios.*
8 *Teſtam. non eſſe iuris gentium inuentione, cum communi contra alteram communem.*
9 *Teſtam. eſſe iuris poſitiui inuentione, cum communi contra alteram communem.*
10 *Teſtamentum per principem quare tolli non poßit, communis ratio improbata.*
11 *Hæreditas nõ poteſt nobis auferri cũ cõmuni.*
12 *Hæreditatis cauſa dominium quæſitum nõ poteſt auferri, cum communi contra Paulum.*
13 *Hæreditas nondum delata tolli poteſt, cum communi contra quoſdam.*
14 *Lege caueri poteſt, ut uaſallis inteſtatis domini ſuccedant, cum Guiliel. & Pariſio.*
15 *Succeßio inteſtati ut patruo deferatur, excluſa matre, lege uel cõſuetudine induci poteſt cũ cõi.*
16 *Teſtam. non ualere ſine inſinuatione lege induci poteſt cum Decio.*
17 *Teſtam. mulieris ut non ualeat ſine interuentu duorũ cõſanguineorum, lege & ſtatuto induci poteſt cum Decio contra Coraſ.*
18 *Teſtari ut nequeat minor. 25. annis lege induci*

poteſt



*poteſt. cum communi contra Coraſium.*
19 *Captatoria uoluntas ut ualeat, lege induci poteſt. cum communi contra Benedict.*
20 *Legitimatio per principem fieri poteſt etiam nullo citato, quo ad hæreditatẽm nondum delatam. cum Pariſio.*
21 *Teſtamentum irreuocabile ut ſit, lege induci poteſt.*
22 *Teſtamentum minùs ſolenne nõ producit obligationem natu. cum Bal. Fulgo. Iaſ. & alijs, contra communem.*
23 *Teſtam. minùs ſolenne nõ obligat in foro conſcientiæ. cum cõi contra alteram cõem.*
24 *Teſtamentum minùs ſolenne obligat in foro animæ hæredem, qui ſcit uoluntatẽ defuncti. contra Didacum de Couarru.*
25 *Pupillaris ſubſtitutus tutus eſt in foro animæ, licèt pupillus haberet matrem. cum communi contra alteram communem.*
26 *Inuentario non facto, hæres etiã ultra uires hæreditarias tenetur creditoribus. cum Cuma. Pau. & alijs, contra communem.*
27 *Inuentario non facto, hæres ultra uires tenetur de iure cano. cum communi contra Bal.*
28 *Inuentario nõ facto, hæres tenetur ultra uires, licèt creditores faterentur hæreditatẽ nõ eſſe ſoluendo. contra Alex. & Bal.*
29 *Princeps nõ poteſt immutare clauſulas teſtamẽtorũ in maioratibus & ſimilibus. cum cõi.*
30 *Princeps ad feudum non poteſt admittere fœminas de poteſtate ordinaria. contra Curtium, & Couarruuiam.*
31 *Idẽ faciliùs, ſi id repugnaret cõuentioni habitæ tempore quo feudũ creabatur. contra Curt.*
32 *Princeps ſine legitima cauſa de poteſtate ordinaria nõ poteſt mutare clauſulas maioratus, etiã cũ licentia principis facti. cõtra Couar.*
33 *Hæreditas adita non poteſt auferri. cum communi contra Pau.*
34 *Depoſitum & cõmodatum ſunt iuris gentium ſecundarij. contra Paulum.*
35 *Obligatio naturalis orta ex cõtractu firmo, datur ſeruo cõtra dominum. contra Bar. & Iaſ.*
36 *Seruus eſt capax obligationis natu. quæ oritur ex contractu utrinq; obligatorio. contra Bar. Iaſ. & alios.*
37 *Seruorum corpus, non animus uidetur ſeruire. Et eſt noua declaratio.*
38 *Intellectus. l. manumißiones.*
39 *Animus non ſeruit.*
40 *Animus immortalis eſt.*
41 *Ius gẽtiũ ſecundariũ, nõ ſimul cũ ipſo humano genere produmit fuit. cõtra Fortu. & alios.*
42 *Mundum creatum fuiſſe.*
43 *Bellum quo iure inductum, noua declaratio.*
44 *Bellum ambitione illatum non eſſe iuſtum. contra Paulum.*
45 *Bellum etiam iniuſtũ dicitur de iure gentium.*
46 *Bello iniuſto quæſita, an fiant capientium?*
47 *Princeps an poßit mutare prouinciarum diſtinctionem, noua declaratio.*
48 *Sentẽtia non transfert dominium in rei uẽdicatione. cõtra cõem cum Accurſio & alijs.*

1 QVO ad. 4. ſ. quo iure fuit introductum teſtamentum, dicitur quòd olim ſola inteſtati ſucceſſio in vſu fuerat. Cora. in prælud. l. filium quem. C. fam. Tiraq. in. l. ſi vnquam. C. de reuo. donatio. in verb. libertis. nu. 89. hoc primo tempore inductum.

*Teſtãdi ordo & poteſtas eſt de iure poſitiuo. cum cõi opinione cõtra alterã cõem opi,*

Poſtea data fuit poteſtas hæredum inſtituendorum, id quod Solon primus apud Athenienſes introduxit ſecundùm eoſd. à quo Romani receperunt. l. verbis legis. de verb. ſig. in prin. Inſti. de leg. fal. iuncta. l. 2. ff. de orig. iur. §. 2. ſecundùm eoſd. hoc ſecundo tempore inductum.

Hæc poteſtas limitabatur (ſecundùm eoſdẽ) in eo, qui filios in poteſtate habebat, quos hæredes facere neceſſum erat, niſi ob demerita exhæredarentur. l. cùm ratio. de bo. dam. ff. non tamẽ vniuerſam filijs hęreditatẽ relinquere, ſed ſolam legitimã oportebat. l. cùm quæritur. C. de inoffi. teſt. facit. l. nõ vſq;. ff. ſi quis à par. fue. manumiſſ. hoc tertio tempore inductũ.

Limi. 2. hæc poteſtas, vt non poſſet eos, qui in rerum natura non eſſent (quales ſunt poſthumi, non ſolùm alieni, ſed etiã proprij) inſtituere. arg. l. Gallus. §. nunc de lege. in fi. in verb. poteſtatem. de lib. & poſth. ff. facit. l. quidã referunt. ff. de iure codi. nec hos exhęredare licebat. arg. d. l. quidam. hoc quarto tempore inductũ.

Hæc tamen poteſtas poſteà ampliata eſt, vt liceret poſthumum proprium inſtituere, ne natus ruptum faceret teſtam. d. §. nunc de lege. §. poſthumorum. Inſtit. eodem. l. poſthumorũ. ff. de iniuſto rupt. hoc quinto tempore inductum.

Denique ſunt qui putent, ꝙ ſucceſsio,

teſta-

teſtamentum, & hæreditas ſint de iure diuino. vt Leuit. 25. cap. ibi. hęreditario iure tranſmittetis ad poſteros. & Numeri 27. expreſsè diſponitur de hęreditate mortui tranſmittenda. Facit Deute. 2. cap. ibi. Date nobis terram hanc in hæreditatem. & Heſter. 7. cap. ibi. funiculo hæreditatis tuæ. & Deute. cap. 4. & Pſalmo. 2. ibi, dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et hanc opinionem refert Guili. Bened. in c. Rainutius. de teſtamentis. in par. 1. in verbo, teſtamentum. 1. num. 2. Alexan. conſi. 1. nu. 7. lib. 1.

Secunda fuit opinio exiſtimantium teſtam. ſucceſsionem, hęreditatemq́; eſſe iuris naturalis. arg. l. fi. C. quorum bono. in verbo, lex naturæ fecit ſucceſsiones. quod & tenet glo. & Domini. in. c. ius naturale. 1. diſt. & Bal. in. l. qui contra. C. de inceſtis nupt. Facit tex in authen. de hæredibus & falcidia. §. principiũ itaq;. ibi, ſecundùm naturam eis debetur ſucceſſio. facit tex. in. l. ſcripto. ff. vnde lib. & in l. cùm ratio. ff. de bonis damna. Alexan. conſi. 1. nu. 7. lib. 1.

Tertia fuit opinio exiſtimãtium, quòd hæc omnia ſint iuris gentium quo ad inuentionem, licèt quo ad formam & ſolennitatem ſint iuris ciuilis & poſitiui. Ita poſt multa concludit Barba. in repetitione rubricæ. de teſtamen. colum. 8. & Didacus de Couarru. variarum reſolutionum lib. 3. cap. 6. num. 7. Theophilus in §. ius autem ciuile. Inſtitut. de iure naturali. Bart. in. l. interdum. nu. 7. ff. de condict. indebiti. Fortunius in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. colum. 133. ff. de liberis & poſthu. Roma. Fulgo. & Iaſ. in. l. ſi teſtamẽtum. nu. 6. C. de teſtamen. Viglius in §. ſed prædicta. nu. 4. Inſtitu. de teſtamẽ. Alexan. nu. 4. & Iaſ. nu. 14. in rubri. ff. de acquir. hæredit. ſequitur & dicit communem opinionem Corne. in. l. ſi teſtamentum. C. de teſtamen. vbi etiam Iaſ. eam dicit communem opinionem in nu. 6. idem Iaſ. in. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. nu. 46. contra Bart. & gl. ibi. & ibi Fulg. & Anto. in rubr. de teſtamentis. & Guiliel. Bened. vbi ſuprà. & iterum ibid. in verbo, & vxorem nomine. in. 1. par. fo. 144. nu. 387. & iterum ibid. nu. 226. fo. 71. Alex. conſil. 1. num. 7. lib. 1. Decius conſi. 455. nu. 3. Alexã. conſi. 208. Scriptis accuratè. lib. 2. colum. 3. poſt Calder. in diſputatione incip. Bononienſi ſtatuto. quem allegat idem Alex. cõſi. 65. Quoniã omne bonũ. col. 3. lib. 6. Ange. conſi. 88. Præmitto primò quòd ſolẽnitas. idem Ang. conſi. 126. Teſtamenti factio. Deci. conſi. 516. nu. 6. Deci. conſi. 403. nu. 14. Paul. in. l. teſtandi. C. de teſta. Deci. conſi. 557. nu. 5. idem Deci. conſi. 608. nu. 5. & Pariſius conſi. 1. nu. 49. lib. 2. & Deci. conſi. 1. in nouis. colum. 3. nu. 13. idem Pariſius conſi. 46. nu. 32. lib. 3. Et hæc opinio indubitãter cõmunis eſt, omneſq́; eam tenẽtes fatentur, quòd teſtam. quo ad ſui formã eſt iuris ciuilis. Et in hoc rectè loquuntur Iaſ. in. l. ſi poſt diuiſionem. nu. 11. C. de iuris & facti igno. Deci. conſi. 357. nu. 5. Corn. in. l. ſi teſtamentum. C. de teſtamen. qui hanc dicit communem opinionem.

Vltima fuit op. eorũ, qui contendunt teſtam. ſucceſsiones, hæreditateſque eſſe de iure ciuili poſitiuo. Quam op. tenent Accurſi. in glo. dominia. in fi. in. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & ibi Bar. col. 3. hãc partẽ ſequitur & dicit cõem op. Guiliel. Bened. in. d. c. Rainutius. in verb. teſtamẽtum. 1. nu. 6. & nu. 2. Chriſtoph. Porcius in prin. & §. 1. Inſti. de teſta. & Corn. cõſi. 137. nu. 5. lib. 2. & Corn. idem in conſ. 150. lib. 2. nu. 5. Ang. in authen. vt factæ nouæ cõſtitutiones. in prin. idem Bened. in. d. c. Rainutius. in verbo. & vxorem nomine Adelaſiam. fol. 54. nu. 43. Bal. in. l. lege. 12. tabularum. C. de leg. hære. vbi ſubdit, oẽs omnino ſucceſsiones eſſe iuris ciuilis & poſitiui, ſuadente tamen ratione naturali. Idem tenet Guiliel. vbi ſuprà nu. 226. quod iterum ibidem repetit nu. 387. Qui omnes etiam agnoſcunt teſtamentum quo ad ſui formam eſſe iuris ciuilis. Et hanc op. veriorem putat Corneus in. l. ſi taſtamentum. C. de teſtam. & Paulus in l. 1. in pr. ff. ad leg. fal.

*Declaratio l. 3. Tauri & l. 1. tit. de los teſta. lib. 5. ordin. l. 12. Tauri.*

Vnde cùm omnes conueniant teſtamentum ſaltem quo ad formam eſſe iuris poſitiui, non dubium eſt, quin eius forma potuerit mutari. per. l. 1. tit. de los teſt. lib. 5. ord. & per. l. 3. Tauri, quæ leges hac in re vim legis habere non deſinũt, præſertim cùm iuſtæ pręſumãtur. c. erit autem lex. 4. diſt. Vnde ſimiliter, quòd ſucceſsio parentum filio nato aut poſthumo, qui per. 24. horas nõ ſuperuixit, denegetur, ſimiliter per. l. 12. Tauri receptum fuit, quæ in hoc quia ſit iuris poſitiui, non deſinit habere vim legis.

Quid dicendum? Et ſanè ſi ſententias docentium nunc huc nuncque illuc declinantiũ inſpexeris, res ſummę controuerſię videbitur, quæ tamẽ nobis perſpicua ſemper viſa fuit. Olimq́; inter plura quàm. 700. paradoxa, quę Salmanticę publicè defendimus, hanc poſteriorem partem tutati ſumus, quam nunc quoque auſim veriſsimam dicere, & facilioris doctrinæ gratia nonnulla pręfabimur.
2 In primis enim ſciẽdum eſt, ius gentium eſſe in duplici differentia. Eſt enim ius gẽtium, quod primæuum, ſeu naturale dicimus, vt expreſsim nominatimq́; Iuſtinianus tradidit in. §. ſingulorum. Inſt. de rerum diui. idq́; ius ſimul cum ipſo genere humano rerum natura prodidit. vt in. d. §. ſingulorum. nuncupatim expreſſum eſt. Ex hoc iure deſcendit præceptum illud, vt patrię, parẽtibuſque pareamus: deſcenditque erga Deum Optimum Maximum religio. vt in. l. veluti. ff. de iuſt. & iure.

*Ius gentiũ duplex.*

Deum enim ſummo ſtudio colendũ venerandumque docemur. Vt cecinit Ouidius lib. 2. de Ponto.

*Dij quoq; ut cunctis hilari pietate colantur,*
*Triſtitiam poni per ſua feſta iubent.*

Quibus etiam & illud concinit, quod ait Plautus in milite.

*Quòd in diuinis rebus ſumas ſũptus, ſapiẽti lucro eſt.*

Et etiam Horatius Oda. 6. lib. 3. ſic ait.

*Dij multa neglecta dederunt*
*Heſperiæ mala luctuoſæ.*

Etenim re ipſa compertum eſt, ſimul ac deorum cultus negligitur, id in perniciem reipublicæ conuerti.

Adde quod Ouid. lib. 1. Faſto. ſic canit.

*Proſpera lux oritur, linguis animiſq; fauete:*
*Nunc dicenda bono ſunt bona uerba die.*
*Lite uacent aures, inſanaq́; protinus abſint*
*Iurgia, differ opus liuida turba tuum.*

Pariaq́; & illis verſibus docemur, quos Tibullus lib. 2. eleg. 1. compoſuit.

*Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,*
*Et graue ſuſpenſo uomere ceſſet opus.*
*Soluite uincla iugis, nunc ad præſepia debẽt*
*Plena coronato ſtare boues capite.*
*Omnia ſint operata Deo, non audeat ulla*
*Lanificam penſis impoſuiſſe manum.*

Hic autem cultus quando numini gratus intelligatur, docet Tibullus elegia. 1. lib. 2. dum ait.

*Caſta placent ſuperis pura cùm mente uenite,*
*Et manibus puris ſumite fontis aquam.*

Quibus ſimiliter concinere vidětur & illi verſus, quos Virgilius lib. 2. Aeneidos compoſuit.

*Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates*
*Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti*
*Attrectare nefas, donec me flumine uiuo*
*Abluero.*

Nec minus conueniunt quæ docemur per Ouid. lib. 2. Faſto. dum ait.

*Fabulæ uariæ.*

*Innocui ueniant, procul hinc, procul impius eſto*
*Frater, & in partus mater acerba ſuos.*
*Cui pater eſt uiuax, qui matris digerit annos,*
*Quæ premit inuiſam ſocrus iniqua nurum.*
*Tantalidæ fratres abſint, & Iaſonis uxor,*
*Et quæ ruricolis ſemina toſta dedit,*
*Et ſoror, & Progne, Tereuſq; duabus iniquus,*
*Et quicunq; ſuas per ſcelus auget opes.*

Eodem etiam pertinet, quod Cicero 2. de legibus docuit, deos impiorum, piorumq́; immemores non futuros.

*Sit hoc à principio perſuaſum hominibus, dominos eſſe omnium rerũ ac moderatores deos, ea quæq; gerantur, eorum geri ditione atque numine, eoſq;*

*optimè de genere hominum mereri: & qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate colat religionem intueri, piorumq́; & impiorum habere rationem.*

Idq́; non tam iuris naturæ, quàm gentium eſſe intelligendum eſt, cùm diuini numinis notitiam ſolus homo habeat.

Vnde Cicero. 1. de legi.

*Nullum eſt animal præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei.*

Et vt omnium animantium præter hominem nullum Dei notitiam habet, ita per contrarium hominum nulla gẽs Deum ignorat. Vnde idem ait.

*De hominibus nulla gens eſt, neq; tam immanſueta, neq; tam ferrea, quæ non etiam ſi ignoret qualẽ Deũ habere deceat, tamen habendum ſciat.*

Rurſus idẽ Cicero primo Tuſcu. ſic ait.

*Firmiſsimum afferri uidetur, cur deos eſſe credamus: quòd nulla gens tã fera, nemo omnium tam ſit immanis, cuius mentem nõ imbuerit deorum opinio.*

Rurſus idem Cicero. 2. de natura deorùm firmat hanc Dei notitiam ad homines ſolos pertinere.

*Sunt ex terra homines non ut incolæ & habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum, atque cæleſtium, quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Senſus autem interpretes ac nuntij rerum, in capite tanquam in arce mirificè ad uſus neceſſarios & facti, & collocati ſunt.*

Rurſus idem Cicero.

*Cùm natura cæteros animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cæli quaſi cognationis domicilijq́; priſtini conſpectum excitauit: tum ſpeciem ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effigeret.*

Denique vt diuini numinis cultus à primordio ipſius humani generis ad hominum curam ſolicitudinemq́ue pertinuit, ſic etiam & reipublicæ obedientia, obſequium, morigeratio.

Vnde ſic ait Horatius oda. 2. lib. 2.

*Dulce & decorum eſt pro patria mori.*

Quibus eleganter concinere videtur id, quod Sillius Italicus lib. 8. bel. pu. ait.

*Iamq; hoc ne dubites longæui nate parentis*
*Accipe, & æterno fixum ſub pectore ſerua,*
*Succenſere nefas patriæ, nec fœdior ulla*
*Culpa, ſub extremas fertur mortalibus umbras,*
*Sic docuere ſenes.*

Huc quoque pertinet & illud, quod Iuuenalis Satyra. 8. de Cicerone canit.

*Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

Similia per Ouidiũ lib. 1. de Ponto dum ait.

*Rurſus, amor patriæ ratione ualentior omni.*
*Quod tua fecerunt ſcripta retexit opus.*

Ibidem.

*Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat*
*Fumum de patrijs poſſe uidere focis.*
*Neſcio quo natale ſolum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.*
*Quid melius Rhoma? Scythico quid frigore peius?*
*Huc tamen ex illa Barbarus urbe fugit.*
*Cùm bene ſint clauſæ cauea Pandione natæ*
*Nititur in ſyluas quæq; redire ſuas.*
*Aſſuetos tauri ſaltus, aſſueta leones*
*(Nec feritas illos impedit) antra petunt.*

Et ſimiliter à primordio ipſius humani generis vt parentibus obedirent. iuxta. d. l. veluti. ff. de iuſt. & iure. Et etiam magiſtris.

Vnde Terentius in Andria.

*Neq; iſtic, neq; alibi, uſquam erit in me mora.*

Olympius Nemeſianus ægloga. 1.

*Et parere decet iuſsis, & grata iubentur.*

Martialis lib. 1. epigram.

*Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum,*
*Auſus tam notas contaminare manus.*
*Sed dignas tanto perſoluit crimine pœnas,*
*Et qui non tulerat uerbera, tela tulit.*

*Hiſtoria leonis.*

Ouid. lib. 1. de art. amand.

*Phyllirides puerum cithare præfecit Achillem,*
*Atq; animos molli contudit arte feros,*
*Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes*
*Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.*
*Quas Hector ſenſurus erat poſcente magiſtro,*
*Verberibus iuſſas præbuit ille manus.*

*Achillis hiſtoria.*

Plautus in Sticho.

AN. *Certúmne eſt neutram ueſtrarum perſequi imperium patris?*
PIN. *Perſequimur. nam quò dediſti nuptum abire nolumus.*
ANT. *Curate igitur familiarem, ut poteſtis optumè.*
PAN. *Nunc placet, cùm rectè monſtras, nunc tibi auſcultabimus.*

Stat ergo ex ſuperioribus, quòd ius gentium primæuũ proditum fuit ſimul cum ipſo humano genere, omnibuſq́ue indi-



indiſtinctè gentibus cõmune eſt, ideoq́; vetuſtiſsimum & naturale appellatur: conſiſtitq́; in his tribus pręceptis, & cæteris ſimilibus: vt ſit erga Deum religio cultusq́; diuini numinis: vt patriæ pareamus: vt parentibus ſimiliter morem geramus: quæ omnia opportunè probantur in. d. §. ſingulorum. Inſt. de rerũ diuiſione. & in. l. 1. §. fin. & . l. veluti. cũ ſeq. ff. de iuſt. & iure. cum locis iam citatis. His proximum eſt etiã illud præceptũ: vt vim atq; iniuriã propulſemus: & vt quod quis ob tutelam corporis ſui rerumq́; ſuarũ fecerit, is iure feciſſe videatur: & hominem homini inſidiari nefas eſſe: & iniuriũ eſſe, alterũ alterius iactura vel iniuria locupletem fieri. l. veluti. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. l. nã hoc natura. ff. de cõd. indeb. Eſt enim vt ait Valerius Flac. lib. 5. argo.

*Eſt (inquam) amor & rerum cunctis tutela ſuarum.*

Et Terentius in Hecyra.

*Offerre iniuriam me tibi immerenti iniquum eſt.*

Et de iniuriæ propulſatione Ouidius lib. 1. de arte aman. ſic cecinit.

*Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem:*
*Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.*

Eſt & aliud ſecundum ius gentiũ, quod non ſimul cũ ipſo genere humano proditum fuit, ſed longè poſteà humanis neceſsitatibus exigentibus à gentium pleriſq;, pręſertim earum, quę moribus, legibusq́; vtuntur, non ſimul, ſed varijs temporibus, modò huc, deinde illuc receptũ admiſsumq́; fuit: ex quo iure deſcendunt bella, captiuitates, ſeruitutes, manumiſsiones, reliquaq́; id genus, quę tam longè abſunt ab illo iure naturali, & primęuo, atque natiuo, de quo proximè mentionem habuimus, vt ei iuri hęc omnia, quæ ab iſto iure gentium ſecundario deſcendunt, aduerſari videantur. vt probantur hæc in. l. manumiſsiones. & in. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & Inſt. de iure natu. §. 1. & 2. cum ſequent.

Etenim emptio & venditio vetuſtiſſimis temporibus in vſu nõ fuerat. vt in l. 1. ff. de empti. & vendi. Ergo id ius gentium, quod conſiſtit in emptionibus, vẽditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mãdatis, & ſimilibus, de quo in. d. l. ex hoc iure. & in. d. §. ius autẽ gentiũ. Inſt. de iu. nat. ius gentium ſecundariũ & poſitiuũ quodammodo dicetur. Neq; ideò ius gentiũ minus dicetur, quod non ab omnibus ex æquo gentibus receptũ ſit, ſi tamen ab earum pleriſq; receptũ appareat: quinimò licèt non à pleriſq; omniũ omnino gentium receptũ eſſet, ſi tamẽ à pleriſq; earũ gentiũ, quę legibus, aut morib⁹ honeſtis regũtur, receptũ ſit, id ſufficit, vt ius gentiũ appelletur. vt in. l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iur. & . §. ſed naturalia. Inſt. de iur. nat.

Secundum quæ receptior illa ſententia exiſtimantiũ teſtamentum, hęreditates, ſucceſsioneſq́ue à iure naturali gentiũ deſcendere, defendi non poteſt, ſi intelligatur de iure gẽtium primæuo & naturali, quod cũ ipſo ſimul genere humano proditum fuit, & apud omnes gẽtes peræquè obſeruatur, licèt ita ſentiant pleriq; eorũ, qui illã cõmunem ſententiã defendunt. Neq; ad rem pertinet, ꝙ veteri teſtamẽto legatur Iacob inſtitutũ fuiſſe hæredem ab Iſaac patre ſuo. vt notat gl. in. l. quoties. in. pr. ff. de hær. inſt. refert Iaſ. in. d. l. ex hoc iure. nu. 46. referuntq́; pleriq; eorũ, quos ſuprà retulimus. Nã neq; ambiguum eſt ante Iacobi tẽpora innumera mũdi ſecula præterijſſe, neq; mos ille, quo vſus fuit Iacob, probatur ab omnibus reliquis gẽtibus ex æquo receptus & cuſtoditus: præſer-
3 tim ſecundùm opinionẽ eorũ, qui mundũ ingenitũ eſſe, ab æternoq́; creatũ intelligunt, & contendunt: cuius op. fuiſſe videtur Manilius lib. 1. aſtron. dũ ſic cecinit. Manilius lib. 1. aſtrono.

*Mundum creatum fuiſſe.*

*Hæc æterna manet, diuiſq; ſimillima forma,*
*Cui neq; principium eſt uſquam, nec finis in ipſo,*
*Sed ſimilis toto remanet, perq́; omnia par eſt.*

Rurſus ibidem idem Manil.

*At manet incolumis mundus,ſuaq́; omnia uerſat,*
*Quæ nec longa dies auget,minuitq́; ſenectus,*
*Nec motus puncto currit,curſuq́; fatigat.*
*Idem ſemper erit,quoniam ſemper fuit idem.*
*Non alium uidere patres,aliúmue nepotes*
*Aſpicient.*

Et Manilius lib.1.Aſtronom.

*Sed facies quæcunq; tamen ſub origine rerum*
*Conuenit,& certo digeſtum eſt ordine corpus.*

Ibidem.

*Quicquid ſubduxit flammis natura pepercit*
*Succubitura oneri,formas diſiungere tantùm*
*Contenta,ut ſtellis oſtendere ſydera certis.*
*Linea deſignat ſpecies,atq; ignibus ignes*
*Reſpondent,media extremis,atq; ultima ſummis.*

Et Manilius lib.1.Aſtronom.

*Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam*
*Aëris,& toto pariter ſublata profundo.*
*Nec patulas diſtenta plagas,ſed condita in orbem*
*Vndiq; ſurgentem pariter,pariterq́; cadentem.*
*Hæc eſt naturæ facies:ſic mundus & ipſe*
*In conuexa uolans,teretes facit eſſe figuras*
*Stellarum,ſolisq́; orbem lunæq́; rotundum.*

Superior tamen ſententia, vt mundus ab æterno fuerit, in æternumq́; duraturus ſit,vera non eſt:ſicque creatum fuiſſe,& ſui reſolutioni ſubiectum, docemur ſequentibus authoritatibus.

Lucanus lib.1.bel.ciuil.

*Sic cùm compage ſoluta*
*Secula tot mundi ſuprema coëgerit hora,*
*Antiquum repetens iterum chaos,omnia mixtis*
*Sydera ſyderibus concurrent,ignea pontum*
*Aſtra petent,telluſq́; extendere littora nolet,*
*Excutietq́; fretum fratri contraria Phœbe*
*Ibit,& obliquum bigas agitare per orbem*
*Indignata,diem poſcet ſibi,totaq́; diſcors*
*Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.*

Seneca in Octauian.

*Qui ſeſe neſcit tantum in cæcum chaos*
*Caſſurus iterum.*

Itaque quod de Iacobi temporibus retulimus, neceſſariò intelligendum eſt procedere, ortumque habuiſſe non à iure gentium primæuo,ſed poſt multa ſecula præterita in vſu eſſe cœpiſſe. Nam cùm primùm humanum genus proditum fuit, nulla erat diſtinctio mei & tui,vt his verſibus teſtatur

Horatius Satyr.2.lib.2.

*Nam propriè telluris herum natura,neq; illum*
*Nec me nec quenquam ſtatuit,nos expulit ille*
*Illum aut nequities,aut uafri inſcitia iuris*
*Poſtremò expellet certè uiuacior hæres.*

Seneca in Hippolyto.

*Hoc equidem reor*
*Vixiſſe ritu,prima quos miſtos dies*
*Profundit:nulla his auri fuit*
*Cæcus cupido,nullos in campo ſacer*
*Diuiſit agros arbiter populis lapis,*
*Nondum ſecabant credulæ pontum rates.*

Virgil.lib.2.Georg.

*Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni,*
*Nec ſignare quidem,aut partiri limite campum*
*Fas erat, in medium quærebant.&c.*

Ergo cùm à primordio humani generis omnia eſſent communia,& lõgè poſteà ſucceſsiuis vicibus atque temporibus infelix,calamitoſum, pernicioſum, infauſtumque nomen illud, mei & tui, ſeu meum & tuum, in vſu eſſe cœperit, reliquum eſt, vt à tempore Iacobi iam diſtinctum eſſet tẽpus antiquiſsimum primordij generis humani, vtq́; Iacobi temporibus in vſu erant, non poſsint dici de iure gẽtium primęuo, quod cum ipſo humano genere proditum fuit, nõ magis, quàm quæ hodie vigent.

Cùm ergo à creatione & origine mũdi omnia eſſent communia, neque appareat teſtamẽta fuiſſe inuenta, aut ſucceſsiones aut hæreditates, dicẽdum eſt hæc omnia nõ deſcẽdere ex iure gentiũ primæuo: quod ideo naturale appellamus,quòd cum ipſo genere humano ſimul proditum fuit. Et cùm ſecundùm Philoſophum quærere legem vbi naturaliter ſentimus nihil aliud ſit,quàm infirmitas intellectus, & nullus modò ſanus erit, vt puto, qui non ita ſentiat, otioſum erit hac de re ampliùs diſputare.

Eſt etiã ius gentiũ,vt diximus,ſecundariũ,& veluti poſitiuũ, quod in hominum cõmercijs & cõtractibus conſiſtit, non ſimul cũ ipſo genere humano pro-

ditum:



ditum,ſed longè poſteà paulatim receptum:non quòd ab omnibus gentibus ex æquo vſitatum, ſed tãtùm ab earum pleriſque,præſertim quę legibus,moribusque reguntur, in cœtumque conueniunt,& ab ijs non vno eodemq́; tẽpore id ius admiſſum,ſed varijs ſucceſsiuisque vicibus atque temporibus. vt.d. l.1.ff.de contrah.emp.iuncta.d.l.ex hoc iure.&.d.§.ius aũt gẽtiũ. &.§. ſed naturalia.Inſt.de iure nat.Et ſucceſsiones reuera atq; teſtamenta ex hoc iure deſcendere intelligi poſſunt. Oẽs enim illę rationes,propter quas ſuperiùs diximus inuentas fuiſſe ſucceſsiones, cogũt nos vehementer credere à gentiũ pleriſq;, præſertim earum, quæ legibus & moribus reguntur, vſum ſucceſsionum receptũ eſſe,ne in familiam cuiuſq; moriẽtis vacantem violentæ irruptiones fierent, & cætera id genus,quę iam ſuprà in præcedente quæſtione enumerauimus. Et vt ex hoc iure gẽtium hæc deſcendiſſe intelligãtur, ſufficit à gentium pleriſque, ſaltem earũ,quæ legibus,moribus,rationéq; gubernantur, iſthæc in vſu fuiſſe. vt.d.l. omnes populi. &. d.§.ius autem gentiũ.&.d.§.ſed naturalia. Cùm ergo vſum tam ſucceſsionum q̃ teſtamentorũ atq; hæreditatum inſpectá ſui tã inuẽtione q̃ admiſsione, receptione, & veluti hoſpitio, neq; ab omnibus pereque gentibus,nec etiã ab earum pleriſq; pariter admiſſum receptumq́; fuerit, ſed veluti hoſpitio quodam nunc iſtę nunc illę gentes has ſucceſsiones legibus conſtitutis poſitiuiſq́; receperint vicibus tẽporibusq́; ſucceſsiuis, certè quo tẽpore in prima regione vel prouincia id ſucceſsionũ ius admiſsum legibus vel moribus fuit,tunc id ius poſitiuum,non autẽ naturale vel gẽtium intelligi potuit, cùm ab alijs gentibus,prouincijs vel regionibus nõ itidẽ receptum fuiſſet. Vnde ſimiliter licèt ab alijs nationibus, regionibus,& prouincijs paulatim & ſucceſsiuè receptũ fuerit,legibus latis,& ad hoc conſtitutis,vel etiã moribus,tamen magis eſt,vt tale ius quo ad ſui inuentionẽ,creationẽ,receptionem,& hoſpitalitatẽ ciuile & poſitiuum eſſe videatur,licèt ſit iuris gentiũ, quæ legibus & moribus vtuntur quo ad approbationem.

4 Stant ergo tres concluſiones. Prima, quòd ſucceſsiones,teſtamenta,hęreditates nõ ſunt de iure gẽtiũ primęuo,quod ſimul cũ ipſo genere humano proditũ fuit. Altera,quòd hæc omnia inuentione ſunt iuris ciuilis poſitiui. Tertia, q́ approbatione, receptione, & hoſpitio ſunt iuris gentiũ ſecundarij: quod non pariter ab omnibus gentibus receptum eſt,ſed paulatim, & ſucceſsiuis temporibus ab earũ pleriſq;,præſertim earum, quæ legibus & moribus gubernantur, receptum fuit: quæ omnia ſunt contra magis communem opinionem,

*Teſtamentum inuentione eſt iuris poſitiui, approbatione eſt iuris gentium,cũ communi contra alteram cõmunem.*

5 Simile in facultate,&iure abſtinendi. Nã licèt mille legibus ciuilibus approbata ſit.vt in.§.ſui.Inſt.de hær.ab inteſtato.&in.§.ſui.Inſt.de hær.quali.&in.l.neceſſarijs.&in.l.cũ hæreditate.ff. de acq. hær.& in.l.Cornel. &in.l.iã dubitari.& in.l.ſuus quoq;.per totã.ff.de hęr.inſt.& in.l.ſi filius qui patri. ff. de vulg.& in.l. verba hęc.& in.l.fi.ff.de cõd.inſt.& in.l. conditionibus pupillus.ff.de cõd.& de. & in.l.ſuus hęres.& in.l.fi.C.de rep.hęr. tamen quia primordialiter non lege ciuili, ſed tantùm prætoria fuit inuẽta & admiſſa,abſtinendi facultas de iure prætorio eſſe dicitur,non autem de iure ciuili ſecundùm veram,& cõmunem opinionem, quã tenet latè Iaſ.nu.29.in.l. vni.C. quando non pot. part. poſt gloſ. ibi.quam perpendit Iaſ.&.gl.1.in.l.qui ſe patris.C.vnde lib.vbi etiã latè reſoluit Alexan. nu.15.Romanus.in.d.l.neceſſarijs.Imola in.l.vetre.ff.de acq.hęr.Bal. in.c.1.an agnatus vel filius.Pau.in.l.1.C. ſi minor ab hær.ſe abſti.Licèt contrariũ & malè tenuerint Bal.& Butriga.in.d.l.

*Abſtinendi facultas eſt de iure prætorio,cum communi contra plures.*

vn.C.quando nõ.pet.par.Bal.in.d.l.qui
ſe patris.col.7.& in.l.vn.C. qui ante ap.
tab.Bal.& Alex.num.3.in.l.fi.§. ſin verò
poſtquã.C.de iure delib.Cuius tamẽ cõ
trouerſiæ vera concordia eſt,ꝗ inuẽtio-
ne eſt de iure prætorio,approbatione ve
rò eſt de iure tam prętorio,quàm ciuili:
& ita procedunt iura ſuperius adducta:
quo ad effectum verò iuris tantùm præ
torij naturam ſortitur: & ideo etiã poſt
abſtẽſionem filius nudo nomine rema-
net hęres:quod prodeſt ad multa,vt pro
batur in.l.cùm quaſi.§. ſed & ſi quis. ff.
de fideic.hęred.& declarat Iaſ.vbi ſuprà
& Bar.in.l.cũ filio.co.3.ff.de leg.1. Et ta-
men ſi ex diſpoſitione legis ciuilis filius
qui abſtinuit, videretur hæres eſſe deſi-
nere,tunc etiã quo ad nudũ nomẽ am-
pliùs hæres non videretur: quia qui ſe-
mel hæres fuit,poteſt ex diſpoſitione le
gis ciuilis hęres eſſe deſinere ex toto.gl.
cõmuniter app. vbi traditur per oẽs in
l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.Sic ergo &
in propoſito:cùm vſus ſucceſsionũ tã le
gitimarũ, q̃ earũ quæ ex teſtamẽto de-
ſcendunt,primordi aliter fuerit lege ci-
uili,& poſitiua,vel peculiari conſuetu-
dine vnius aut alterius regionis rece-
ptus,licèt poſteà is mos & vſus ab omni
bus vel pleriſq; gentium fuerit ſimiliter
receptus & propagatus, non tam iuris
gentium quàm poſitiui eſſe videbitur,
vel ſaltem poſitiui iuris eſſe videbitur
inuentione, iuris autẽ gentium appro-
batione tantùm,& quo ad effectus ſimi
liter iuri poſitiuo potiùs quàm iuri na-
turali vel gentiũ aſsimilabitur. Deniq;
vltra ſuperiores authoritates, leges, &
rationes,& tertio loco probatur per.l.fi.
C.quorũ bonorũ.ibi,cùm prudentium
omnia reſponſa.iuncto.§.reſponſa.Inſt.
de iure nat.vbi prudentiũ reſponſis ſuc-
ceſsionẽ admiſſam receptáq; dicimus:
ſicq; de iure poſitiuo, non de iure gen-
tium natiuo.Quartò probatur in.l.lege
obuenire.ff.de verb.ſig.Quintò in.l.ver
bis legis.ff.de verb.ſig.Sextò in auth. vt
cùm de appell.cog.§.aliud quoq;.ibi,le-
gibus debitam.collatione.8.Septimò in
auth.de hær.& falci.§.primum itaq;.col
latione.1.Octauò in authen.nouiſsima.
C.de inof.teſtamento.in verb. lege.iun
cto verbo.debeatur. Nonò per text. in
rubr. & ferè per totum. ff.de ſuis & le-
giti.hęr. Decimò & vndecimò per tex.
in rub.& ferè per totum.C.eod.tit.de le
git.hær.& Inſt.de leg.agn. ſucceſsione.
Duodecimò.Deportatus eſt capax eorũ
quę ſunt iuris naturalis, vel gentiũ. tex.
eſt in.l.quidã.ff. de pœnis. & tamẽ non
eſt capax ſucceſsionis,ergo ſucceſsio nõ
eſt iuris naturalis,vel gentiũ.Neq; ad rẽ
pertinet, ꝗ ex teſtamẽto militis capere
poſsit.l.neq; enim.§.1.ff.de milit.teſta.l.
ſi deportati.§.miles.ff.de leg.3.vbi proba
tur, ꝗ deportatꝰ, q regulariter incapax
eſt ſucceſsiõis.vt in.l.1.C. de hęr.inſt.l.1.
§.deportatos.ff.de bo.poſ.cõtra tab. põt
tamẽ capere ex teſtamẽto militis.Nã re-
ſpõdetur,eo caſu, quo capit ex teſtamẽ
to militis,ex lege ciuili eũ cœpiſſe vide-
ri nõ ſecus, q̃ ſi ea lege permittẽte cape-
ret ex teſtamẽto pagani.Poſtremò pro-
batur in.c.ius Quiritũ.1. diſtinctione.&
per tex. expreſſum.in.§.fi.Inſt. de vſu &
habi.& in.l.1.in pr.ff.ad leg.falci.vbi no
tat Paulus Caſt. Ex ſuperioribus multa
bona inferuntur, quibus docebimur,
quãta ſit huius inueſtigationis vtilitas,

6 In primis enim infertur verã non eſſe
illã ſententiã,quã ſuprà retulimꝰ,exiſti-
mantiũ teſtam.ſucceſsiões,hereditates-
que eſſe iuris diuini,cũ,vt probauimus,
ſint iuris ciuilis quo ad inuentionem et
effectum, licèt approbatione dici poſ-
ſint eſſe iuris gentium ſecundarij.

*Teſtamentum nõ eſt iuris diuini cõtra Alex. & alios.*

7 Deinde infertur verã nõ eſſe ſententiã
eorũ,quos ſuprà retulimus,qui conten
dunt iſthæc omnia eſſe iuris naturalis.

*Teſtamentum non eſſe iuris naturæ cõtra Alexan. & alios.*

Tertiò infertur verã nõ eſſe eorũ ſen
tentiã receptiorẽ, qui tuẽtur iſthæc oĩa
iuris gentiũ eſſe: nã iuris gentium ſaltẽ
primęui non ſunt, cùm illud ius ſimul
cũ ipſo genere humano proditũ fuerit,
iſthæc autẽ lõgè poſtea recepta fuerint.

8 Quartò infertur veram non eſſe rece
ptam illam ſententiam exiſtimantium
iſthæc eſſe iuris gentium inuentione,iu
ris autem ciuilis approbatione, quin-
imo quoad inuẽtionem iuris gentium
non ſunt.

*Teſtamentum nõ eſſe iuris gẽtiũ inuentione cum cõmuni cõtra alterã cõmunem.*

Quintò infertur hæc omnia eſſe iu-
ris ciuilis inuẽtione,iuris autem gentiũ
9 ſecundarij (quod poſitiuum nõ inſcitè
dici poteſt)approbatiõe.Vt enim cõtra
ctus emphyteuticus eſt merè iuris ciui-
lis ſcd̃m gl.Bar.Fulg.Iaſ.& alios indiffe-
rẽter.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. &
tamẽ ſi is cõtractus ab gentiũ pleriſq; in
vſu eſſe cœpiſſet,adhuc iuris ciuilis eſſe
nõ deſineret,licèt quoad approbationẽ,
receptionem,& hoſpitiũ iuris etiã gen-
tium non ineptè diceretur:ita quoq; &
vſus ſucceſsionum,teſtamentorũ,hęre-
ditatum cùm iure ciuili & poſitiuo pri-
mordialiter inductus receptusq; ſit, li-
cèt poſteà à gentiũ pleriſq; admiſſus fue
rit,nõ tamẽ deſinit eſſe iuris ciuilis poſi
tiui inuẽtione,effectu,& approbatione:
licèt iuris quoq; gẽtiũ approbatione nõ
immeritò aut ineptè dici poſsit. Quo
ad ſui tamen formã teſtamentũ indubi
tãter eſt iuris ciuilis poſitiui,vt ſuperiùs
diximus. Et ſimiliter hæreditas, prout
ſumitur à Iurecõſulto in.l. hæreditas.ff.
de pet.hær.& in.l.nihil aliud.ff.de verb.
ſig.& tradunt Bar.Alex.& Iaſ.nũ.3.poſt
Bal.Areti.& alios in rubr.ff.de acq.hær.
Bar.in.l.3.in.pr.ff.de bo.poſſ.vbi omnes
cõueniũt, quòd hæreditas eſt quędã ve
luti pſona imaginaria,ſubdititiáq;,atq;
intellectualis,quę vicem ſuſtinet defun
cti.vt in pri.Inſt.de ſtip.ſeruorũ.l.hære-
ditas in multis.ff.de acq.rerũ dominio.
quæ ſimiliter ſuſtinet oẽs actiones, tam
actiuas quàm paſsiuas,& tũc hæc hære-
ditas indubitãter eſſet iuris ciuilis:& ita
ab omnibus,quos proximè retulimus,

*Teſtamentum eſſe iuris poſitiui inuentione cum cõmuni cõtra alteram communem.*



receptum eſt,eſtq; vera & cõis ſentẽtia.
Et ſuperiores ſentẽtias,quas contra ma-
gis cõmu.op.eſſe diximus,olim Salmã-
ticæ inter plura quàm. 700. paradoxa
tuebamur:quas etiam hodie veriſsimas
auſim dicere,& in vſu forenſi ſeruãdas
& ſequẽdas,cùm ſint ex mente & ſentẽ-
tia tot virorũ,vt tam cõmuniter ferè re
ceptæ,quàm contrariæ ſententiæ nõ te
merè dici poſsint. Stat ergo teſtamẽtũ
eſſe iuris poſitiui inuentione: vnde per
ipſum ius poſitiuũ variè reſtricta & co-
anguſtata fuit teſtãdi facultas,vt docui-
mus ſuprà hoc.§.nu.1.& ſimiliter hodie
per.l.6.Tauri nouã recipit reſtrictionẽ,
vt licèt in terminis iuris cõmunis libe-
ris,quo caſu teſtam.facere poſſunt, libe
rum ſit parentes præterire quo ad pri-
mordialem teſtamẽti validitatẽ,licèt id
teſtamẽtum querela reſolui reſcindiq;
poſsit, ſi ea pręteritio non rectè fiat, vt
plenè docebimur infrà lib.5.ſup.l.omni
modo.&.l.quoniã in prioribus.C.de in
offi.teſtam.tamẽ hodie per.d.l.6. Tauri
videtur exæquata conditio liberorũ &
parentũ ex teſtamẽto nõ ſecus q̃ abinte
ſtato.Nã illa verba illiꝰ.l.6.Los aſcẽdien
tes legitimos por ſu orden y linea dere-
cha ſuccedã ex teſtamẽto & abinteſtato
a ſus deſcẽdiẽtes,& les ſeã legitimos he-
rederos como lo ſon los deſcẽdientes a
ellos.verbũ enim,legitimus hęres,intel
ligitur.i.neceſſariꝰ.l.fi.verſ.qui ſi nemi-
nem.ff.de cõd.inſt.pręſertim cùm refer
tur ad liberos.vt ibid.& cùm vna deter
minatio reſpiciẽs plura determinabilia
debeat ea pariformiter determinare. vt
in.l.2.& in.l.quãuis.C.de impu.l.iã hoc
iure.ff.de vulg.& ſub eadẽ verborũ cõce
ptione.in.d.l.6.legitimi hęredes appel-
lẽtur tã liberi q̃ parentes,ſupereſt, vt &
parentes neceſſarij hęredes videãtur nõ
ſecus quàm ipſi liberi.An autem etiam
ſuitatẽ non aliter atq; liberi parẽtes per
d.l.6.habere videantur,dubitari poteſt:
cuius ſuitatis effectus plures q̃.30.enu-
mera-

*Declaratio l.6. Tauri.*

merauimus infrà.§.19.nu.47. ſed magis
eſt vt non habeant. argu.eorũ, quæ no-
tant Corneus & alij in.l. fi. C.de repud.
vel abſt.hære.

Deniq; cùm per d.l.6.in ſucceſsione
abinteſtato aſcendentes æquiparentur
deſcendentibus,ſequitur quòd vt olim
caput vnde liberi excludebat caput trãſ
uerſorũ vnde legitimi,& vnde cognati.
vt per totum.ff.&.C.vnde liberi. & vn-
de leg.&.§.ſunt autẽ. cum pluri. §§. ſeq.
Inſtit. de bon. poſſ. ita etiam hodie per
dict.l.6. quandiu ſuperſunt aſcendẽtes
inteſtati morientis excludentur tranſ-
uerſi,etiã ſi ſint fratres,non ſecus quàm
excluderentur,ſi ſupereſſent liberi eius,
de cuius ſucceſsione agebatur. Quod
*Declaratio l.7. Tauri.* expreſsiùs inductum fuit per.l.7.Tauri.
dum ait. El hermano para heredar ab-
inteſtato a ſu hermano,no pueda con-
currir con los padres, o aſcendiẽtes del
defuncto.

Verũ tamen eſt,quòd ſi parẽtes eius,
cuius de ſucceſsione agebatur,repudiaſ
ſent hæreditatem expreſsim,vel tempo
re, vel alia ratione à capite tantùm pa-
rentum ſeu liberorũ excluſi eſſent, tũc
ſupereſſet,integrumq; ſibi maneret ca-
put vnde legitimi,in quo capite cõcur-
rere poſſent cum fratribus eius,cuius de
ſucceſsione agebatur, nec procederet
dict.l. 7. dum ait,fratres in ſucceſsione
inteſtati cum parentibus defuncti non
poſſe concurrere. Ita eſt nouiſsimè tem
peranda dict.l.7.argu.tex.in.l.1.§.ſed vi-
dendum.ff.de ſucc.edict.tradit Iaſ.in ſi-
mili in.l.1.nu.7.& nu.26.C.qui admitti.

Deniq; cùm,vt diximus, teſtandi fa-
cultas ſit lege poſitiua non etiam na-
turali inducta,ideo recepit, & recipere
*Declaratio l.9. Tauri.* potuit aliam reſtrictionem per.l.9.Tau
ri.vbi licèt quiſq; poſsit legitima portio
ne liberis ſuis relicta in reliqua hæredi-
tatis parte extraneũ hæredẽ ſcribere.vt
in.l.apud Iuli.§.idẽ Iulianus.ff.ad Trebl.
l.cum hæreditate.ff.de acq.hære.l. cùm
queritur.C. de inoffi. teſtamen.§.fi.Inſt.
eod.l. Papini.§.quarta.&.§. quoniã autẽ
quarta.ff.eod.titu.tamen per.d.l.9.con-
trarium videtur,vt licèt alimentorũ no
mine quintam bonorũ partem capere
poſsit iure legati,tamen nõ poterit cape
re titulo inſtitutionis,quia verba legis
ita habent.Los hijos baſtardos illegiti-
mos de qualquier calidad q̃ ſeã no pue-
dã heredar a ſus madres ex teſtamento,
ni abinteſtato,en caſo q̃ tẽgã ſus madres
deſcẽdiẽtes legitimos:pero bien permit
timos,que les puedã ſus madres mãdar
en vida,o en muerte faſta la quinta par
te de ſus bienes. Quorũ verborũ is ſen-
ſus eſſe videtur,vt ſtantibus filijs legiti-
mis,mater filijs naturalibus ex teſtamẽ
to nullã hereditatis partem titulo inſti
tutionis relinquere poſsit,licèt titulo le
gati quintam eis partem relinquere nõ
prohibeatur. Verùm is ſenſus nõ tã mẽ
ti,quàm literæ illius.l.9. adhæret.Vnde
magis eſt, vt quintam bonorũ partem
eis relinquere poſsit titulo inſtitutiõis,
non ſecus,quàm titulo legati : ne liberi
naturales deterioris ſint conditionis, q̃
omnino extranei,quod ab omni ratio-
ne alienũ eſſet.Prætereà vt ſtãtibus etiã
filijs legitimis poſſem animã meam, id
eſt,pauperes,aut pium locum inſtituere
in quinta bonorum parte, vt ibid. ita
quoq; poſſem tales filios naturales, qui
per dict.l.9.exequãtur pio loco.Deinde
& tertiò per.d.l.9. poſt legitimos filios
admittũtur naturales,tã ex teſtamento,
quàm abinteſtato,etiã ad excluſionem
parentũ.Ergo vt parentes poſſent etiam
ſtantibus legitimis in.d.quinta bonorũ
parte inſtitui, poterunt ſimiliter & faci
liùs inſtitui naturales liberi.Quartò idẽ *Declaratio l.10. Tauri*
etiã probatur in.l.10. Tauri,& ita tenen
dum eſt,quòd licèt filius naturalis non
ſit hæres neceſſarius patri ex teſtamẽto.
vt in.l.8.tit.13.par.6.& pater ſit neceſſa-
rius hæres filio teſtanti,qui liberos non
habebat. vt in.d.l.6.Tauri.tamen ſi ſu-
perſint



perſint liberi naturales eius, cuius de
ſucceſsione agebatur, & etiam parẽtes,
poterit teſtator impunè eos liberos na-
turales ex toto hæredes ſcribere, nihilo
penitus parentibus relicto,cùm tamen
abinteſtato parentes longè potioris cõ-
ditionis eſſent,quàm filius naturalis.vt
hæc probantur in.d. l.10. Tauri, iuncta
d.l.8. tit.13.par.6.vt ſic pater eius, cuius
de ſucceſsiõe agitur, qui eſt neceſſarius
hæres tam ex teſtamento,quàm abinte
ſtato,cùm deſunt liberi legitimi, is per
interuentum filij naturalis (qui neceſſa
rius nõ eſt)neceſſarius eſſe deſinat.

Illud autem notãdum eſt, quod in.l.
12. Tauri.filiũ naturalem per principis
reſcriptum legitimatum legitimum fie
ri patris ſui cognatis ſtatutum fuit,& ta
men ipſimet patri legitimus non vide-
tur quoad hoc,vt concurrere poſsit cũ
reliquis filijs legitimis, q̃d variè ibi in-
telligitur. Primùm quãdo legitimi na
ti erãt ante ipſam legitimationem. De-
inde quando etiam poſt illius legitima-
tionem iſti naſcerentur. Poſtremò etiã,
ſi hi legitimi non naſcerentur,ſed legiti
mati forẽt per ſubſequẽs matrimoniũ.

In ſumma licèt per.l.nõ amplius.§.fi.
*Declaratio l.20.Tauri* ff.de leg.1.cũ.l.ſeq.liberũ ſit hæredi lega
tum partis bonorum præſtare in pecu-
nia numerata, ſeu æſtimatione, vel in
ipſis rebus hæreditarijs:tamen per.l.20.
Tauri hæc libertas adempta eſt,noueq;
ſancitum,vt in ipſis rebus hæreditarijs
præſtetur,non aliter,atq; ſi eſſet portio
hæreditaria:quod intellige, quãdo fuit
legatum ſeu melioratio tertij vel quin-
ti. Idq; inde deſcẽdit,quòd ſucceſsiões,
vt tradidimus,à iure poſitiuo deſcẽdũt,
vnde alio iure poſitiuo quotidie muta-
ri & poſſunt,& ſolẽt:quod nõ liceret,ſi
iure naturæ eſſent (vt quidam falſò opi
nantur)inductæ:& licèt hac in parte ta
*l.21. Tauri* lis melioratio magis quotę hęreditatis
quàm bonorum æquiparetur, tamen
in alio per contrarium magis quotæ bo
norum quàm hæreditatis aſsimilatur:
quia poſſum talem tertij aut quinti me
liorationem agnoſcere,& reliquum hæ
reditatis repudiare,quod regulariter in
portione hæreditatis fieri non poteſt.
vt in.l.apud Iulianum. in princip.ff. ad
Trebelli.iuncta.l.21.Tauri.

Sextò infertur ex ſuperioribus, an te 10
ſtamentum per principem tolli poſsit; *Teſtamẽtũ per principem quare tolli nõ poſſit,cõmunis ratio improbata.*
hoc eſt,per reſcriptum principis.Et qui
dem de poteſtate ordinaria tolli nõ poſ
ſe,omnes vbique tenent, per tex.in.l. ſi
teſtamentum.C.de teſtamẽ. ita docent
ibi Fulgo.Alexan.& Iaſ.poſt alios.idem
Iaſon.in.l.ex hoc iure.nu.46.ff. de iuſti.
& iure. Romanus in.l. ſi non ſpeciali.
eod.tit.Quod intelligendũ eſt abſq; cau
ſa vehementi,& regulariter,vt etiã tra-
dunt ferè in terminis Pariſius conſili.1.
nu.50.lib.2.idem Pariſius conſ.46.lib.3.
nu.30.cum plu.ſeq.expreſsiùs per Phili.
Decium conſi. 557.nu.4. Alexã.conſ.2.
nu.8.lib.2.idem Decius cõſi.403.nu.13.
Etenim princeps & reſpublica licèt ſit
ſupra omnes leges,quia eas poteſt tolle
re,& mutare:tamen illud intelligitur ri
tè,& ſolenniter,& interea legibus latis
de poteſtate ordinaria viuere debet.Li-
cèt enim inquit imperator legibus ſolu
ti ſimus,legibus tamen viuimus.§. fina.
Inſt.quib.mo.teſta.infir.l.digna vox.C.
de legibus.Neq; ad rem pertinet,quòd
teſtamentum ſit iuris poſitiui:nam id
ius poſitiuum princeps,vt modò dice-
bamus,tollere poteſt,legibus ritè,& ſo-
lenniter latis:aliter enim nõ poteſt,niſi
ex vrgenti & magna cauſa. per omnes
in.l.fin.C.ſi contra ius vel vtili.pub.per
omnes in.c.quæ in eccleſiarũ. extra. de
cõſtit. Agnoſco tamen,quòd ratio,qua
pleriq; vtũtur eorũ, quos modò retuli-
mus,nullius momẽti eſt, dũ ita arguũt.
Teſtamentum(inquiunt)inuẽtione eſt
iuris gentiũ:ea autem,quæ ad nos de iu
re gentiũ pertinent,per principem tolli
nõ poſſunt:ſed certè data paritate termi
norum,

norũ, nulla diff. eſt, vtrũ ex iure ciuili, an ex iure gentium ad nos aliquid pertineat quãtum ad hoc, vt per principem tolli poſsit vel non poſsit: nã per modũ legis ferendę nobis poſsunt tolli quę ad nos pertinẽt, ſiue pertineãt de iure gentium, ſiue de iure poſitiuo. Per reſcriptũ verò, & alios actꝰ ſimiles niſi ex magna & vrgẽti cauſa tolli regulariter nõ poſſunt quæ ad nos pertinẽt, ſiue pertineãt de iure gentiũ, ſiue de iure poſitiuo, vt dictis iuribus.

*Hæreditas non poteſt nobis auferri, cum cõmuni.*

11 Septimò infertur, an hæreditas poſsit nobis auferri. Nã cùm ſucceſsio ſit inuẽtione iuris gentiũ, videtur nõ poſſe tolli ex mente doctorũ, exiſtimantiũ ſucceſſiones inuẽtione eſſe de iure gentiũ. Sed licèt ſecundũ nos ſucceſsiones ſint iuris ciuilis etiã inuentione, effectu, & approbatione, licèt quoad approbationem ſimiliter iuris gentiũ eſſe intelligãtur: tamen adhuc tenemus, quòd hæreditas iã delata nobis per legem vel principẽ, de poteſtate ordinaria abſq; vrgenti & magna cauſa regulariter tolli non poteſt: quia qđ noſtrũ eſt, id à nobis auelli non poteſt. l. id qđ noſtrũ. ff. de reg. iur. & iure naturæ iniquũ eſt alterũ alterius iniuria & iactura locupletari. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. l. nã hoc. ff. de cond. indeb. & qđ aliquid ſit meũ vel tuũ, ita quòd ad alios non pertineat, & per hoc ſegregetur ab aliorũ hominũ cõmunione, id eſt de iure gentiũ. vt in. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. & in. §. ius autẽ gentiũ. Inſt. de iure nat. Vnde eorũ, quę noſtra ſunt, cõſeruatio, tuitio, & defenſio eſt de iure gẽtium. vt per gloſſ. ab omnibꝰ receptã in. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Quibus iuribus nulla diſtinctio fit, vtrùm illud, qđ ad nos pertinet, ꝑfectũ fuerit ex diſpoſitiõe iuris poſitiui, an verò ex diſpoſitione iuris gentiũ, vel naturalis. Nã vtroq; caſu pariter poſtq̃ iam ad nos pertinere cœpit, proprietas, iuſq; illud iure gẽtiũ noſtrũ eſſe videtur diſtinctũ & ſeparatũ ab aliorum hominũ cõmunione, iureq; gẽtium eius defenſio, tuitio, & cõſeruatio nobis cõpetit. Et ita poſt alios tenet (licèt inermis, & abſq; fundamẽtis) Guilielmus Bened. in. c. Rainutius. in verb. & vxorẽ noĩe Adelaſiã. nu. 43. de teſta. Et intelligitur hoc multis modis.

Primò quòd tolli nõ poſſet per legẽ, vt noſtra argumẽta ſuadẽt: & quia lex eſſe debet iuſta, & vniuerſalis, & abſque cuiuſq̃ iniuria. c. erit aũt lex. 4. diſtinctione. debetq; dare formam futuris negotijs, ne ius alteri quæſitum auferat.

Secundò intelligitur in cõſuetudine. argu. eorũ, quæ modò diximus, iũcta. l. de quibus. cum ſeq. & ibi latè per oẽs ſcribentes traditur. ff. de legibus.

Tertiò in ſtatuto. arg. l. ius autẽ ciuile. ff. de iuſt. & iu. & eorũ, quę tradũt Bart. & alij in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. & eorum, quæ tradunt Alexã. & alij in. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. falci.

Quartò intelligitur etiã in principe. argu. l. 1. cũ ibi latè traditis per modernos. ff. de conſtit. principum. Et vid. tex. mirabilem in. l. 2. iuncta. l. penult. & fin. ff. de crim. exp. hære.

*Hæreditatis cauſa dominium quæſitũ nõ poteſt auferri, cũ cõmuni cõtra Paul.*

12 Octauò infertur, toto, qđ aiunt, cœlo erraſſe Paulũ Caſtren. in. l. cùm hęredes. in prin. ff. de acq. poſ. dum cõtendit, dominiũ nobis ex cauſa hęreditaria quęſitum tolli poſſe, quęſitũ autẽ ex cauſa cõtractus tolli nõ poſſe: quaſi illud dominium ſit iuris ciuilis, iſtud autẽ ſit iuris gẽtium. Sed errat vehemẽter: quia tã in dominio, q̃ in poſſeſsiõe quęrenda ſunt multi modi inuẽti: quidã de iure ciuili: quidã de iure gẽtium, vt latè per tex. gl. & docto. in. d. l. ex hoc iure. & in. l. 1. in prin. ff. de acq. poſ. ipſum tamen dominium & poſſeſsio ſemper eſt iuris gentium, vt iam probauimus: & ſic licèt in ſui creatione differãt, tamen poſtq̃ ſunt in eſſe producta, quo ad effectum, vim, & efficaciã nihil differt, vtrùm ex diſpoſitione iuris ciuilis, an verò ex diſpoſitione



tione iuris naturalis vel gẽtium aliquid nobis quæſitum fuerit. Et contra Paulũ tene, ſiue ageretur de iure nobis ex cauſa hæreditaria quæſito, auferendo per principem, ſiue etiã per legem. Tertiò idẽ in ſtatuto. Quartò idem in cõſuetudine, vt iã diſſeruimus: licèt idem tenuerit ipſe Paul. in. l. 3. ff. de teſta. quẽ reprobat Areti. ibi. & Alex. in. d. l. cũ hęredes.

*Hæreditas nondũ delata tolli poteſt cũ communi cõtra quoſdam.*

13 Nonò infertur, quòd hæreditas nobis nondum delata tolli poteſt. Quod Guiliel. Bene. in. d. c. Rainutius. in verb. & vxorem nomine. poſt alios, multis tamen repugnãtibus defendit, & iure. Nã cùm ſecundũ verã ſententiã, quam tuemur, ſucceſsiones ſint iuris poſitiui, ſupereſt, vt iure poſitiuo poſsit tolli, non aliter atq; iure poſitiuo fuerũt receptæ. vt in. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. omnis res. de regu. iur. in decret. Primò intellige tolli poſſe per principem. Secundò per legẽ. Tertiò, per cõſuetudinem. Vltimò, per ſtatutum. Vt tamen tollãtur per modũ legitimum, id eſt, lege lata, quæ ciues vniuerſos cõprehendat. iuxta. d. c. erit autẽ lex. 4. diſtinctione. Etenim ſi princeps, vel reſpublica citra vllam cauſam vrgẽtem faceret legẽ, qua caueretur, vt ego ſolus cognatis meis nõ ſuccederem, neq; ipſi mihi, tũc licèt ageretur de hæreditatibus deferendis, talis lex nõ valeret: verùm ſi generaliter ſtatutum eſſet, vt ſucceſsiões infra ſecundũ tantùm gradum deferrẽtur, valeret. & facit. l. vni. in prin. c. de cad. toll. Et quia ſtatutũ ſemper præſumitur eſſe iuſtum, & reipublicæ fructuoſum atq; conducibile. l. profpexit. ff. qui & à quibus. l. 1. §. initium. ibi, quia moderatã hãc ætatẽ Prætor ratus eſt. ff. de poſtul. quã rationem gl. ibi mirabilẽ appellat. Latè Tiraq. de vtroq; retract. in princ. nu. 75. quod pleniùs edocemur infrà. §. 2. nu. 8. Vnde amarè, vehementerq; condolendum eſt de tam imperita iudicũ turba, qui vix prima iuris elemẽta ſummis (qđ aiunt) labellis attigerunt, & tamẽ cauſis decidẽdis pręſunt, ſeſeq; ingenti animarum ſuarum periculo exponunt: cũ per. l. 2. Tauri id iudicandi munus obire nequeãt, niſi perlectis iam pridem partitarũ, fori, ordinamẽti, pragmaticarũq; libris, quorũ nomina vix auribus perceperunt: quæ quidẽ lex. 2. cùm iuſta præſumatur, & ſancta honeſtaque ſit, quin obliget in foro cõſciẽtię negari nõ põt.

*Declaratiò l. 2. Tauri.*

*Lege caueri poteſt, ut uaſallis inteſtatis dñi ſuccedãt, cũ Guiliel. & Pariſio.*

14 Decimò infertur valere legem conſuetudinemq; inducẽtem, vt ruſticis, inquilinis, vaſallis, & ſimilibus poſt liberos & parẽtes domini ſuccederẽt, excluſis eorum agnatis, vel cognatis. Ita poſt alios (licèt quibuſdã repugnantibus) tenet Guiliel. Bened. in. d. c. Rainutius. in verb. & vxorem nomine. nu. 386. & in ſimili per Pariſiũ lib. 3. conſi. 46. nu. 30. cũ ſeq. Quæ ſentẽtia vera eſt ſecundũ verã ſentẽtiã, qua tuemur, ſucceſsiones eſſe iuris poſitiui inuentione, effectu, & approbatione: licèt etiã iure gẽtium ſecundario ſimiliter approbatæ non iniuria dici poſsint. Præſertim, quia etiã ſecundùm oẽs, forma, & gradus ſuccedẽdi iure poſitiuo deſignata eſt: nec dubiũ eſt, quin plures gradus ſuccedendi hodie ſint, q̃ olim fuiſſent, & ſæpiſsimè hæc res varietatem recepit. & in ſimili per Corneum conſi. 150. lib. 2. col. 2.

*Succeſsiõ inteſtati, ut patruo deferatur excluſa matre lege uel cõſuetudine induci poteſt. cũ Corneo.*

15 Vndecimò infertur valere legem, cõſuetudinem, ſtatutumq;, vt in ſucceſsione ab inteſtato patruꝰ eius, cuius de ſucceſsione agitur, pręferatur matri ipſius. ſecundũ Corneum conſi. 150. lib. 2. nu. 5. Mouetur: quia ſucceſsiones ſunt de iure ciuili, quarum mutandarum facultas ſubiacet legibꝰ poſitiuis. Cuius opinionem veriſsimã puto. Et probatur etiam per totũ ferè Inſt. C. & ff. ad ſenat. cõſul. tituli. & Orfici. & in. §. fi. Inſt. de leg. ag. ſucc. & arg. in prin. ff. ſi quis à par. fuer. manu. Per principem autem id fieri nõ poſſet, niſi lege lata, vt ſuperius in ſimili diſſeruimus.

Duodeci-

16 Duodecimò infertur, poſſe per legẽ,
conſuetudinem, vel ſtatutũ mutari for-
mã teſtãdi: cùm teſtamẽtum, inuẽtione,
effectu, & approbatione ſit iuris poſiti-
ui: licèt & iuris gẽtium ſimiliter quo ad
approbationem eſſe videatur. Vnde va
leret ſtatutum, quo caueretur, non vale
re teſtamentum, quod inſinuatum non
eſſet, ſecundùm Decium conſi. 455.

*Teſtamentum nõ valere ſine inſinuatione lege induci poteſt, cum Decio.*

Deniq; licèt pactum, quo futura ſuc
ceſsio reſtringitur, improbatum ſit, &
contra bonos mores reputetur liberta-
tem teſtandi coarctari. vt in. l. ſtipulatio
hoc modo concepta. ff. de verb. obl. l. pa
ctũ quod dotali. l. fi. & l. 1. ibi, nõ iniquis
rationibus. C. de pact. l. de fideicõmiſſo.
C. de trãſact. l. pactũ dotali. C. de collati.
l. fi. ff. de ſuis & legiti. tamen tale pactũ,
quo parentum quiſpiã liberos ſe melio
raturum in tertia, aut quinta bonorum
parte promiſit, aut promiſit ſe non me-
lioraturum, iure regio firmum eſt, vt in
l. 22. Tauri. Quod illinc deſcendit: quia
ſucceſsiones ſunt iuris poſitiui, qđ quo
tidiè immutari & poteſt, & ſolet. Et hu-
iuſmodi innouatio nõ abs re mihi facta
viſa eſt: quia licèt etiam liberi parẽtibus
inſidiari, dum eius hæreditates captant,
cõtingere & poſsit & ſoleat. vt in. §. fin.
Inſt. quod cum eo. vnde pactum de fut.
ſucc. etiã in liberis dum agitur de ſucceſ
ſione parẽtum vetitum ſit. vt tenet gl.
in. l. fi. quam ibi ſequũtur Bal. Sali. Paul.
Ful. Alexan. nu. 1. Iaſ. nu. 2. Decius. nu. 13.
Curt. Iunior nu. 9. Purp. n. 32. & nu. 18. C.
de pact. Georgius natanus in. c. quanuis
pactum. nu. 6. de pact. in. 6. tamen hæc ſi
niſtra ſuſpicio nõ tam Hiſpaniæ noſtræ
probabilis eſt, vbi morum laudabilium
probitas, inculpatæq; vitæ integritas vi
get, quàm in alijs regionibus, & prouin
cijs. Vnde nõ immeritò talis cõuentio
à noſtris recepta eſt, licèt ab exteris gen
tibus & nationibus nõ ſic facilè recipiẽ
da eſſet. Illud autẽ certum eſt, quòd quã
titas, menſuraq; meliorationis tertij &
quinti inſpicitur, habita ratione bono-
rum, quæ erãt tẽpore mortis eius, cuius
de ſucceſsione agebatur, nõ tẽpore, quo
illa melioratio fiebat, cũ fiebat inter vi-
uos, vt in. l. 23. Tauri. Vnde ex mẽte &
ſententia illius. l. 23. videtur approbata
op. exiſtimãtium quantitatem legitimę
inſpiciẽdam tẽpore mortis, non tẽpore
traditionis, licèt inter viuos tradita fue-
rit. Qua de re plenè per Iaſ. in. l. cùm quę
ritur. & in. l. ſi quãdo. §. illud. & in auth.
nouiſsima. C. de inoff. teſta. Dixim⁹ ple-
nè in materia legis. cùm quæritur. C. de
inoff. teſtam. infrà. §. 41. licèt quamplu-
res teneãt cõtrarium. Ea autem tertij &
quinti melioratio non tã portioni hęre
ditatis, quàm bonorũ aſsimilari videtur
in eo, quòd rupto ex cauſa exhęredatio
nis aut prę teritionis teſtamẽto, talis me
lioratio ſuſtinetur, vt in. l. 24. Tauri.

*Declaratio l. 22. Tauri*

*Declaratio l. 23. Tauri*

Illud autem prætermittendum non
eſt, eſſe ſic quoſdam imperitos, vt pu-
tent eas tertię, aut quintæ partis melio-
rationes, de quibus mentionem habui-
mus, probatas non eſſe in foro animæ
propter æqualitatem, quã lex inter libe
ros deſiderat, & laudat. vt in. l. cũ opor-
tet. in prin. C. de bo. quę lib. & l. illud. C.
de collati. licèt tales meliorationes legi-
timę ſint in foro cõtentioſo. vt in. d. l. 9.
tit. 5. lib. 3. fori. & l. 27. & l. 28. Tauri. Sed
errant pernicioſiſsimè: quia cùm (ſecun
dùm noſtrã ſententiam quam tuemur)
ſucceſsiones ſint iuris poſitiui, ſupereſt,
vt per legẽ mutari quotidiè & poſsint,
& ſoleant: nec iuſtior videri debet lex,
quæ iuſsit legitimã hæreditatem paren
tum ad liberos viriliter pertinere, quàm
quæ iuſsit teſtamẽtariam hæreditatem
diſpariter ad eos pertinere poſſe. facit
quod docemur infrà. nu. 25.

*Declaratio l. 9. ti. 5. lib. 3. fori. & l. 27. et. l. 28. Tauri.*

17 Decimotertiò infertur, quòd valebit
ſimiliter ſtatutum, quòd mulier teſtari
non poſsit citra interuentũ duorum cõ
iunctorum, ſecundũ Decium conſi. 435.
Cùm enim teſtandi facultas nobis lege
poſitiua cõpetat, per eandẽ legem poſi-
tiuã poteſt nobis auferri, & lõgè faciliùs
moderari. Licèt contrarium nouiſsimè
parũ feliciter tentauerit Coraſius in. l.
ſi teſtamẽto. nu. 5. C. de impuberũ mot⁹.
quia contra bonos mores eſſe videatur
auferre liberam teſtamẽti factionem. l.
ſtipulatio hoc modo concepta. vbi oẽs.
ff. de verb. oblig. Bart. in. l. ſi quis pro eo.
ff. de fideiuſſ. at ſecundũ eũ per tale ſta-
tutum aufertur libera teſtamẽti factio,
& quodãmodò coanguſtatur, reſtringi
tur, atq; impeditur. Sed priorem ſenten
tiam auſim veriſsimã dicere: cùm ſecun
dùm veram ſententiã, quã defendimus,
teſtamentũ inuẽtione, effectu, & appro
batione ſit iuris poſitiui, licèt etiã iuris
gentiũ quo ad approbationem non im-
meritò dici poſsit. nihil enim impedit
plura iura eandem rem approbare, non
ſecus, quàm plures perſonæ. vt nomina
tim probat tex. in prin. Inſt. de bo. poſſ.
et cùm ſit iuris poſitiui teſtamẽtum, põt
per ipſum ius quotidiè mutari. l. nihil tã
naturale. ff. de regul. iur. §. ſed naturalia.
Inſt. de iure nat. l. oẽs populi. ff. de iuſt. et
iur. Nec me mouet, quòd contra bonos
mores ſit auferre libertatem teſtãdi: nã
illud eſt de bonis moribus iuris ciuilis,
qui facilè mutari poſſunt per legem: vel
illi ſunt boni mores, inſpecta legis cẽſu
ra, qui contraria lege lata ſimiliter boni
mores, inſpecta legis cẽſura, eſſe definiũt:
prę ſertim quia in. d. l. ſtipulatio. cõcurre
bat improbitas p̃ſumpta ei⁹, qui hæredi-
tatẽ alienã captabat, quæ ratio ceſſat in
lege lata. Et q̃ tales boni mores ciuiles
non ſint in cõſideratione, tenẽt in ſimili
magis cõiter docto. quibuſdã tamẽ repu
gnãtibus, vt diſſeruim⁹ plenè ſuo loco.

*Teſtamẽtũ mulieris ut nõ ualeat ſine interuentu duorum conſanguineorum lege & ſtatuto induci poteſt cum Decio contra Coraſi.*

Deniq; ridendũ nobis videtur, puta-
re, quòd ſit contra bonos mores augere
cautelã & ſolẽnitatem teſtandi, præſer-
tim per legem: quia licèt per priuatũ im
pedire libertatem teſtandi dũ captat hæ
reditatẽ eius, qui impediebatur, ſit con-
tra bonos mores, quia hęreditatis homi
nis ſuperſtitis captatio ſola de per ſe vi-
deretur contra bonos mores. l. 2. §. inter-
dũ. ff. de vulga. l. fi. C. de pact. l. quidã in
iure. §. fi. cũ. l. ſeq. ff. de donat. l. 2. in fin. ff.
quib. vt indig. tamẽ quòd id impedimẽ-
tum fiat à legè citra hæreditatis captãdę
votũ, præſertim tutioris cautelę & ſolẽ-
nitatis cauſa, id cõtra bonos mores eſſe
nullibi probatur: aliàs enim etiã poſſe-
mus reprehẽdere nimiã exactãq; diligẽ
tiam & ſolẽnitatem, quã optimo, matu-
roq; conſilio leges teſtamentis accom-
modarunt: vt teſtatur Iuſtinianus in. l. ſi
quando. in princ. C. de inof. teſtamento.



18 Decimoquartò infertur valere legẽ
dicẽtẽ minorẽ. 25. annis teſtari nõ poſſe,
cùm etiã maiorib⁹. 25. annis hæc teſtãdi
facultas ſcd̃m verã ſententiã, quã defen
dimus, niſi ex legis poſitiuæ permiſsio-
ne nõ cõpeteret: vnde talis teſtãdi facul-
tas per legem poſitiuã poſſet ex toto adi
mi, & lõgè faciliùs moderari. Et licèt in
ſpecie nouiſsimè, ſatis tamen inermis, te
nuerit cõtrariũ Coraſius in. l. ſi teſtamẽ-
to. nu. 5. C. de impuber. tamẽ noſtra opi-
tenẽda eſt, quę videtur ex mente cõmu-
nis op. doctorũ. in. l. 2. in prin. ff. de vulg.

*Teſtari ut nequeat minor. 25. annis lege induci poteſt. cũ cõi contra Coraſi.*

19 Decimoquintò infertur verã nõ eſſe
illã opinionẽ, quã poſt alios pluresteneṭ
Guil. Bened. in. d. c. Rainuti⁹. in verb. cõ
didit. 1. nu. 5. dũ cõtendit non valere legẽ
dicẽtem & admittẽtem captatoriã volu
tatẽ. Mouetur, quia teſtamentũ eſt volũ
tatis noſtrę iuſta ſententia. l. 1. ff. de teſta.
Iuſta autẽ ſententia, ſecũdùm eũ, non eſt
illa, quæ pẽdet ex arbitrio alieno.

*Captatoria uoluntas, ut ualeat lege induci poteſt cũ communi cõtra Benedict.*

Sed cõtrariã partẽ auſim veriſsimã di-
cere: qa cũ ſcd̃m verã ſentẽtiã, quã defen
dim⁹, teſtamẽtũ inuẽtione, effectu, & ap
probatione ſit iuris poſitiui, licèt etiã ab
oĩbus ferè gẽtibus, quæ legib⁹ & morib⁹
regũtur, receptũ quoq; ſit, ſupereſt, vt te
ſtãdi facultas licẽtiaq; poſsit augeri. Et li
cèt teſtamentũ ſit volũtatis noſtræ iuſta
ſentẽtia, tamen cùm is, qui per aliũ facit,

per ſeipſum ex legis interpretatione re
gulariter feciſſe videatur. vt per totū. C.
&. ff. & Inſtitu. de procuratoribus. non
eſt cur hac in re non ſimiliter is, qui per
alium teſtatur, per ſeipſum ex legis in-
terpretatione teſtatus intelligatur. Nec
eſt cur ſimiliter ex legis interpretatione
iuſta ſententia deſinat videri, quæ per
alium declaratur, nō ſecus, quàm ſi per
ipſum, cuius de ſucceſsione agitur, de-
clarata fuiſſet. Nam & iuſta teſtan-
tis ſententia illa demum videtur, inſpe-
cta legis cenſura, quæ ſeptem teſtium ſi
gnis, ſubſcriptionibus, pręſentia, teſti-
monio firmata eſt, & tamē nullus ſanus
abnegabit quin valeat, lex dicens va-
lere teſtamentum coram minore nu-
mero teſtium celebratum.

20 Decimoſextò infertur valere legiti-
mationem factam per principem abſq;
alicuius citatione antequam deferatur
hæreditas illa qua de agitur, ſecundū Pa
riſium conſi. 1. nu. 50. lib. 2. Vnde ſi iam
hęreditas delata eſſet, non valeret talis
legitimatio in præiudicium eorum, qui
bus iam ius delatum fuerat. Itaq; ſi poſt
mortem patris legitimos filios relinquē
tis alter filius naturalis legitimetur, is
patri inteſtato cū reliquis fratribus non
ſuccedet: quia illis per mortem patris
iam ius erat delatum, quibus ſuum ius
minui per interuentum legitimati iniu
rium eſſet. Quod intelligo, etiā ſi in re-
ſcripto expreſſum eſſet, quòd legitima-
tio valeret etiam in pręiudicium legiti-
morum, quibus ius iam delatum erat:
nam adhuc talis legitimatio in eorum
pręiudiciū non valeret, ſecūdùm eundē
Pariſium vbi ſuprà. Quod intelligitur
primò, quādo legitimis, & naturalibus
ante legitimationem factam erat hęre-
ditas ex ſuo facto & aditione quæſita:
quia fortius ius eſt quod nobis ex facto
noſtro quæritur, quàm ſi quęreretur ex
legis diſpoſitione. argumento. l. ſi quid
bello. ff. de capt. & in. l. iam dubitari. ff.

*Legitimatio p̄ principē fieri pōt etiam nullo citato quo ad hæreditatē, nōdum delatam, cū Pariſio.*

de hęr. inſt. & in. l. ſi filius qui patri. ff. de
vulg. Secundò intelligitur, etiam ſi hę
reditas nō eſſet adita, ſi tamē erat quæſi
ta iure ſuitatis. vt in terminis. §. ſui. Inſt.
de hære. qu. §. ſui. Inſtit. de hær. ab. l. in
ſuis. ff. de liber. & poſt. l. cùm ratio. ff. de
bo. dan. Tertiò intelligitur, etiam ſi nec
iure ſuitatis quæſita eſſet, ſed tantùm de
lata: quod accidit in multis caſib[9], quos
enumerant Alexand. & Iaſ. in. l. ſi filius
qui patri. ff. de vulg. Angel[9] de Periglis
in. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. vbi per mo
dernos. Quæ omnia planè procedunt
in comite Palatino legitimante, ſecūdū
eund. Pariſi. Quartò intellige, etiam ſi
ſub cōditione hæreditas eſſet delata (li-
cèt tunc impropriè dicatur delata) nam
& illa ſpes eſt in conſideratione, cùm ſit
ex cauſa iam exiſtenti ſecundùm Bar. &
omnes in. l. qui Romæ. §. duo fratres. in
prin. ff. de verb. oblig. Quę omnia vera
ſunt, licèt in principe legitimante cōtra
rium & malè velit Alexan. conſil. 2. nū.
8. lib. 2. quādo in principis reſcripto ex-
preſſum fuerat, quòd valeret legitima-
tio etiam in pręiudicium verè legitimo
rū. Sed illa expreſsio nihil prodeſt: quia
poteſtas de iure ordinario deficit in pri-
cipe in præiudiciū iuris nobis iā delati,
vel quęſiti. vt ꝓbaui ſuprà in. 7. illatiōe.

21 Decimooctauò infertur, an per legem
fieri poſſet, vt teſtamentū eſſet irreuoca
bile. Et cùm ſecundū verā ſententiā, quā
tuemur, teſtamentū ſit iuris poſitiui, nō
dubito quin poſsit. Qđ expreſſum eſt in
prin. Inſt. de teſt. vbi olim teſtamēta per
modū venditionis fiebāt, in qua vendi-
tione pœnitētiæ locus nō erat. l. ſicut ab
initio. C. de act. & oblig. An autē per pri
uatū ſit reperiri modus, quo teſtamētū
fiat irreuocabile, tradit poſt alios Gui-
lielm[9] Bened. in. d. c. Rainutius. in verb.
teſtamentum. 2. nu. 25.

*Teſtamētū irreuocabile ut ſit, lege induci poteſt.*

22 Decimononò infertur, an ex minus
ſolenni teſtamēto oriatur obligatio na-
turalis? Qua in re cōmunis opi. eſſe vi-
detur,

*Teſtamētū minus ſolenne non producit obligationē natu. cū Bal. Fulg. Iaſ. et alijs contra cōmunem.*



detur, obligationem naturalem oriri.
Ita latè diſſerit Couarru. in. c. cùm eſſes.
de teſtamentis. nu. 5. Hanc tenet & dicit
cōmunem opi. Iaſ. in. l. interdum. nu. 4.
ff. de condi. indeb. Philippus Corneus
conſi. 137. nu. 3. lib. 2. tenet gloſſ. in. l. 1. ff.
de cond. indeb. gl. in. l. ſi poſt diuiſionē.
C. de iuris & fact. ign. glo. Iacob. Butrig.
Bart. Angel. & alij. licèt Bal. ibi variet in
l. cùm quis. C. eod. tit. etſi ibi Fulgoſius
& Paulus in contrarium inclinent. Imo
la in. c. fin. de ſoluti. Bal. in. l. fin. C. ad le-
gem falcidiam. Et Iaſ. in. d. l. cùm quis.
nu. 13. firmat hanc eſſe cōmunem opin.
Faciunt quæ traduntur per Abbatem
in. c. quia pleriq;. de immunit. eccleſi. &
per eundem in. c. 1. de in integrum reſt.
Bart. in tract. minoricarum. c. 3. Iaſ. in. l.
ſi non ſortem. in princ. ff. de cond. inde-
biti. nu. 4. Iaſ. in. l. ſi pacto quo pœnam.
nu. 6. C. de pact. vbi firmat hanc eſſe cō-
munem opi. Sequitur & dicit commu-
nem op. Corneus in. l. 2. poſt Bal. Bened.
de Plūb. Fulg. & Paul. ibi. C. de fideicō.
idem Corneus in. l. ſi veritas. eod. titulo.

Contrariam partem, vt naturalis obli
gatio non oriatur, tenent Couarru. vbi
ſuprà. nu. 9. Bal. in. d. l. cùm quis. Fulgo-
ſius & Iaſ. nu. 16. in. l. 1. ff. de cōd. indebi.
idem Iaſ. in. l. ſi veritas. C. de fideicōmiſ.
ſentit Corneus in. d. conſ. 137. nu. 3. lib. 2.
idem Iaſ. in. l. ſi creditori. C. de fideicom.
Petr[9] Loriotus de iuris arte. tract. 11. c. 12.

Et hanc partem veriſsimam puto cō
tra magis cōmunem. Moueor: quia te-
ſtamentum ſecūdùm noſtrā veram ſen
tentiam, quam tuemur, inuentione, effe
ctu, & approbatione eſt iuris poſitiui,
quo iure remoto, defunctus poſt mortē
ſuā de rebus ſuis diſponere nō poſſet,
cùm eo tempore earū rerum dominus
futurus nō eſſet. arg. l. 1. & l. quod ſpōſæ.
C. de donat. ante nupt. & quæ latè dixi-
mus ſuprà. q. 3. Vnde ſi ius poſitiuum re
moueas (prout remouere videris quādo
eius formam negligis) certè remanebis
in terminis iuris naturalis, quo iure in-
ſpecto, teſtādi facultas non erat nō ma-
gis, quàm hodie eſt facultas de reb[9] alie
nis diſponēdi, quarū olim dominiū ha-
buimus: cū hodie quando de eis diſpo-
nere volumus, earū dominiū non habe
remus. Præterea obligatio naturalis niſi
ex conſenſu oriri non poteſt. l. cōſenſu.
in prin. ff. de act. & oblig. & in prin. Inſt.
de obliga. ex conſenſu. l. ſub ſpecie. C.
de poſtulando. l. in cōtractibus. in prin.
& l. fin. C. de non nu. pecu. in pri. Inſti.
de literarū obliga. l. 1. ff. de nouati. l. non
minorem. C. de trāſact. ſed hìc ceſſat cō-
ſēſus, ergo nulla obligatio naturalis eſt.
Quòd cōſenſus ceſſet, patet: quia hæres
cùm adit hæreditatem, videtur quaſi cō
trahere, & ex illo quaſi contractu obli-
gatur. l. ex maleficijs. §. hęres. ff. de act. &
oblig. §. hæres quoq;. Inſtit. de oblig. ex
quaſi cōtractu. & cùm nullus præſuma
tur velle iactare ſuū. l. cùm de indebito.
ff. de ꝓbati. impoſsibile eſt quòd videa-
tur cùm adit hęres cōſenſum præſtitiſſe
de relictis indebitis & minus ſolenniter
datis præſtandis. Neq; ad rem pertinet,
quòd poſtquàm talia relicta minus ſo-
lennia præſtiterit, ampliùs repetere non
poſsit. vt in. l. 2. & in. l. ſi veritas. C. de fi-
deicommiſ. l. fi. C. ad leg. falci. l. fin. ff. de
rebus eorū. Nam illud procedit, quan-
do ſcienter ſoluit, quo caſu tempore ſo-
lutionis præſtitit conſenſum, qui tunc
produxit naturalem obligationem, quę
anteà orta non fuerat, & conſequenter
impeditur repetitio.

Præterea nulla eſt probatio, quæ con
cludat & perſuadeat certò & indubitā-
ter, vt docet Bar. in. l. admonendi. col. 2.
quem omnes ibi ſequuntur. ff. de iure-
iurand. Etenim multi teſtes, multa ſo-
lenniaque inſtrumenta, omne denique
genus probationis poteſt mētiri, decipe
re, fallere iudicē. ſed tamen ex certis pro
bationū generibus ſtatutū eſt ſufficien-
tem oriri veritatis præſumptionem &

perſuaſionem:& longè diuerſæ diſtin-
ctæq́; probationum ſpecies alijs in re-
bus & negotijs quàm in alijs deſideran
tur. vt latè per Bar.& omnes nouiſsimi
in.l.admonendi.ſuprà allegata. vt pro-
batio, quæ iuſta legitimaq́; eſt ad no-
ſtri perſuaſionem in alijs rebus,in alijs
quidē rebus non ſit iuſta, legitima, per-
fecta, ſufficiens. Ergo ſi ſecundùm ſub-
iectam materiam eſt defectus in proba
tione quando duo tantùm teſtes depo-
nunt de eo,quod alicui relictum fuiſſe
dicebatur,cùm in teſtamentis regulari
ter ſeptem teſtes ad legitimā probatio-
nem deſiderentur, nōne abſurdū eſſet,
lōgeq́; iniquū dicere eum qui inteſtati
hæreditatem adiuit,& per hoc ſeſe cre-
ditoribus tantùm non etiam legatarijs
obligatum voluit,obnoxium etiā lega
tarijs videri præter intentionem ſuā, &
præter omnem æquitatem,quæ dictat,
tam tenui probationi fidem nō adhibe-
ri,præſertim in re ſui natura ſuſpecta &
periculoſa? vnde negari nō poteſt,quin
talis hęres legitimus dubi⁹ ſit,an illa le-
gata,quæ relicta dicebantur,minus ſo-
lenniter minusq́; ritè reuera relicta fue-
rint:& cōſequēter cùm dubius ſit, igno
ranti æquiparatur.l.fin.C.de condi.in-
debiti.vnde naturaliter obligari nō po-
teſt,non magis,q̃ ſi reuera id ignoraret.

*Teſtamentum minus ſolenne nō obligat in foro cōſciētiæ,cū communi cōtra alterā communem.*

23 Viceſimò infertur,an valeat & pro-
cedat opinio exiſtimātium quem in fo-
ro animę obligari ex minus ſolenni te-
ſtamento. Quam opinionem tenuerūt
Abbas in.c.quia pleriq;.de immuni.ec-
cleſi.col.pen.& ibi Antonius & Bart.in
tract.minoricarū.c.3.Iaſ.in.l. ſi non ſor-
tem.in prin.nu.4.ff.de cond.indeb.Ab-
bas.in.c.1.in fin.de in integrū reſtit. idē
Abbas.nu.10.in.c.Rainutius.in prin.de
teſta. Ancharanus in regula.poſſeſſor.
de regu.iuris.Hadrianus quolibet.6. cō
cluſione.2.illatione.2.Syluester in verb.
hæreditas.3.§.7.Alciatus de quinq; pedū
pręſcriptione.fol.4.Albertus Brunus in
tract. de potētia & effect.formę. fol.57.
col.3.Ang.in.l.quidā.§. illo. C. de ſeruis
neceſ.hær.inſt.Et hanc dicit cōmunem
op.Didacus de Couarru.vbi ſuprà.in.d.
c. cùm eſſes. nu.5.de teſtamen.

Contrariam ſententiā,vt non tenea-
tur hæres in foro animę pręſtare legata
relicta in minus ſolenni teſtamento,te-
net idem Didacus de Couarru. vbi ſu-
prà.nu.8.quam latè tenet Corneus cōſi.
137.lib.2.nu.5.Bal.in.l.1.nu.55.C. de ſacr.
eccleſi.Iaſ.in.l.poſt diuiſionē. colu.2.C.
de iuris & fact.ign.vbi hanc partem re-
ceptiorem appellat. tenet Fortunius in
tract.de vltimo fine.illatione. 15. Imola
&Alex.col.10.in.l.nemo pōt.ff.de leg.1.

Et hęc poſterior op.iudice me longè
verior eſt. Nam cùm ſecundùm noſtrā
veram op.quam tuemur, teſtamentum
ſit iuris poſitiui inuentione,effectu, for
ma,& approbatione,licèt etiā & à iure
gētium approbatum fuerit, neceſſe eſt,
vt teſtamenti forma omiſſa, teſtamen-
tum eſſe non videatur.vt docent Bar.&
cōmuniter doct.in.l.ſi quis pro eo. col.
penult.ff.de fideiuſ. Bart. & cōmuniter
doct.in.l.1.§.ſi quis ita.ff. de verb.oblig.
& cùm ceſſet virtus teſtamenti, relin-
quimur in diſpoſitione iuris naturæ,
quo iure admiſſum nunquàm fuit, vt
quis teſtari poſſet.Quia licèt iuri natu-
rę congruat, quòd quis poſsit de rebus
ſuis diſponere.§.per traditionem. Inſtit.
de rerū diui.l. traditionibus. C. de pact.
iuncto.§.ſingulorum.Inſt.de rerum di-
uiſione. tamen non congruit iuri na-
turę, quòd poſsim de rebus quondam
meis diſponere eo tempore,quo iam do
minus eſſe deſieram,vel eo tēpore, quo
dominus ſum,& effectum conferam in
id tempus, quo dominus futurus non
ſum. argumen.l.1. &.l. quod ſponſæ.C.
de donationib.ante nupt.vt probaui in
ſuperiore illatione. Prætereà impoſsi-
bile eſt habere ſuam conſcientiā lęſam
qui nō credit : & vt credere non teneor
regu-



regulariter huius teſtis teſtimonio, qui
contra me diſponeret.l.vbi numerus.ff.
de teſtibus.ita quoq; duobus teſtib⁹ cre
dere nō teneor in ijs,quæ pendent ex te
ſtamento,in quo ſeptem teſtes regulari
ter deſiderātur:& cùm dubius & incer-
tus æquiparētur,neq; vllus vnquam ſa-
nus negauerit,quin is,qui hęreditatem
adit abinteſtato, iuſtè dubitet, an verū
ſit teſtimoniū duorum teſtium deponē
tium aliquid legatū vel per fideicōmiſ-
ſum à teſtatore relictū fuiſſe:ſupereſt,vt
hęc dubietas ignorātię par ſit. vt in.l.fi.
C.de con.indeb.& conſequēter in foro
animæ is hæres nō teneatur non magis,
quàm ſi reuera id relictum eſſe ex toto
ignoraret. Deniq; totum fundamētum
cōmunis op.eſt,quòd ex minus ſolenni
teſtamento oriatur obligatio naturalis:
idq́; ex profeſſo confutauimus in ſupe-
riore illatione,& conſequenter ex toto
ceſſat illa communis op.& etiam iſta.

*Teſtamētū minus ſolenne obligat in foro animæ hæredē qui ſcit uolunt.defuncti, contra Didacū de Couarru.*

24 Hæc autem procedunt in re dubia.
Quid autem ſi hæres certò ſciret defun
ctum voluiſſe ea legata minùs ſolennia
præſtari eo fortè,quòd ipſe teſtator cū
ipſo hærede id colloquutus fuerit? Et
Couarru.vbi ſuprà. nu.4. adhuc tenet
idem.Cuius cōtrariū probatur expreſ-
ſim in.l.fi.C.de fideicō.& in.§.fi.Inſt. de
fideicō.hęr. ſecūdùm verū intellectum
& cōmunem. Noſtrā ergo opinionem
tene,cùm dubius vel eſt,vel eſſe poteſt
hęres.Cæterùm ſi certus ſit de volunta
te teſtātis, cōtrarium hęredi ob animæ
ſalutem cōſulerem, vt ipſe penitiſsimè
ſuam conſciētiam ſcrutetur:&hac in re
id faciat,quod ſua cōſciētia dictat, quę
conſciū pectus premere nunq̃ deſinit.

Vnde Iuuenalis.13.Satyr.

*Exemplo quodcunq; malo committitur,ipſi*
*Diſplicet authori,prima hæc eſt ultio,quòd ſe*
*Iudice nemo nocens abſoluitur,improba quanuis*
*Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.*
*Quid ſentire putas omnes Caluine recenti*
*De ſcelere,& fidei uiolatæ crimine?*

Ibidem.

*Nullàne periuri capitis fraudisq́; nephandæ*
*Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena,*
*Protinus,& noſtro(quid plus uelit ira?) necari*
*Arbitrio.*

Ibidem.

*Cur tamen hos tu*
*Euaſiſſe putes,quos dixi conſcia facti*
*Mens habet attonitos? & ſurdo uerbere cædit.*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum?*
*Pœna autem uehemens,ac multo ſæuior illis,*
*Quas & Seditius grauis inuenit & Rhadamanthus,*
*Nocte dieq́; ſuum geſtare in pectore teſtem.*

Et Lucanus lib.7.bel.ciuil.

*Omnes in Cæſare manes*
*Hunc omnes gladij,quos aut Pharſalia uidit,*
*Aut ultrix uiſura dies ſtringente Senatu.*
*Illa nocte premunt: hunc infera monſtra flagellant.*
*Heu quantum miſero pœnæ mens conſcia donat!*

Seneca in Hippolyto.

*Quid pœna præſens,conſciæ mentis pauor*
*Animusq́; culpa plenus,& gemet timens?*
*Scelus aliqua tutum nulla ſecurum tulit.*

Plautus in milite.

*At hoc me facinus miſerum macerat,*
*Meumq́;,cor corpusq́; cruciat.*

Terentius in Andria.

*Vix ſum apud me,ita animus cōmotus eſt metu.*

Statius.lib.3.Thebaid.

*Inuigilant animo,ſcelerisq́; parati*
*Supplicium exercent curæ. Tunc plurima uerſat*
*Peſsimus in dubijs timor.*

Plautus in Muſtellaria.

*Nihil eſt miſerius,quàm animus hominis cōſcius.*

Et Horatius.

*Hic murus aheneus eſto*
*Nil conſcire ſibi,nulla palleſcere culpa.*

Ouid.lib.4.Faſtor.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet,*
*Sed nos in uitium credula turba ſumus.*

Ouid.lib.1.de Ponto.

*Eſtur ut occulta uitiata putredine nauis,*
*AEquoreos ſcopulos ut cauat unda ſalis,*
*Roditur ut ſcabra poſitum rubigine ferrum,*
*Conditus ut tineæ carpitur ore liber.*
*Sic mea perpetuos curarum pectora morſus*
*Fine quibus nullo conficiantur habent.*
*Nec prius hi mentem ſtimuli, quàm uita relinquent.*
*Quiq́; dolet,citiùs,quàm dolor ipſe,cadet.*

Idem lib.1.Faſto.

*Conſcia mens ut cuiq; ſua eſt,ita concipit intra*
*Pectora,pro facto ſpemq́;,metumq́; ſuo.*

Itaq; verior in puncto iuris tutiorq́; quo ad animarũ ſalutẽ hæc opinio eſt, eo caſu, quo hæres de voluntate teſtãtis certus eſſet. Nam oẽs ſolennitates, quæ certioris probatiõis cauſa deſiderãtur, ceſſant, quãdo ea res, qua de agitur, certa, & indubitata eſt. l. certũ. ff. ſi cert. pe. l. 1. §. fi. ff. de dote præleg. Ergo ſi volũtas teſtantis, de qua explenda agitur, apud hæredem indubitata eſt, nihil aliud in foro animæ deſideratur. licèt Couar. vbi ſuprà contrariũ tenuerit. & iterũ in d. c. cùm eſſes. nu. 10. verſ. ex hac. & nobiſcũ tenet Ripa. nu. 100. in. l. nemo põt ff. de leg. 1. Ergo regulariter q impugnat teſtamen. minus ſolenne, non peccat. vt ibid. tenet Couarru. cõtra Abb. in. d. c. cùm eſſes. notabili. 9. licèt nobiſcum teneat Iaſ. conſil. 67. lib. 3. & in. d. l. nemo. lect. 2. nu. 102.

*Pupillaris ſubſt. tutus eſt in foro animæ licèt pupillus haberet matrem, cũ cõmuni cõtra alteram cõmunem.*

25 Infertur viceſimoprimò, an ſubſtitutus pupillaris tutus ſit in foro animæ eo caſu, quo pupillus decedens matrem habebat. Cùm enim expſſa pupillaris matrem excludat, vt eſt non ſolùm cõmunis, ſed etiam receptiſsima ſentẽtia, quã probat tex. in. l. Papinianus. §. ſi quis impuberis. &. §. 1. ff. de inoff. teſtam. & etiã tacita ſecundũ noſtrã ſentẽtiam, quam contra magis cõmunem op. latè defendimus in materia pupillaris ſubſtitutionis infrà lib. 8. videtur durum has legũ traditiones in foro animæ procedere cõtra æquitatẽ. de qua in. l. 4. C. de inſt. & ſubſt. & in. l. vni. C. qui ante aper. tabul.

Deniq; hac in re cõmunis op. eſſe videtur, quòd ſit tutus in foro animæ ſubſtitutus. Ita tenẽt Socin. in. l. 2. nu. 21. ff. de vulgari. Fran. in. c. ſi pater. de teſtam. nu. 6. col. fi. Lãcelotus Decius in. l. precibus. C. de impuber. vbi Curtius Iunior nu. 14. & Corne. col. 2. Lãcelotus Galiaula in. l. Centurio. col. 70. ff. de vulg. Crotus in. c. 2. de conſtit. in. 6. notabili. 1. Alciatus in. c. nouit. de iudi. in prin. Sequitur hanc partem tanquã cõmunem Zaſius in tract. de ſubſt. in ſubſt. pupil. nu. 22. Ripa, qui hanc dicit cõmunem opi. in. l. moribus. nu. 45. ff. de vulg. Hãc ſequitur & dicit communem Didacus de Couarru. in. c. cùm eſſes. de teſta. nu. 10. verſ. nouo. & Antonius Rubeus conſil. 69. vt eos refert ipſe Didacus, vbi ſuprà.

Contrariam ſentẽtiam, vt non ſit tutus in foro cõſcientię, tenẽt Dominicus & Archidia. in. d. c. ſi pater. Coraſius. nu. 29. in dict. l. precibus. C. de impuber. & ibi Philip. Decius. col. 4. & Alciatus de quinq; pedum præſcriptione. in prin. & Gomeſius in. d. c. 2. nu. 19. de conſti. poſt alios plures. & Didacus de Couarru. ait, ſe non putare hanc partem minus receptam eſſe, quàm ſuperiorem.

Quid dicendum? Et ſanè lõgè verior eſt prior ſententia exiſtimantiũ ſubſtitutum pupilli tutũ eſſe in foro animæ nõ ſecus, quàm in foro cõtẽtioſo. Moueor: quia ſecundũ noſtrã veram ſentẽtiam, quam tuemur, ſucceſsiones iuris & hæreditatum iure tantùm poſitiuo inuentæ & conceſſę fuerũt, cùm antiquis temporibus in vſu non eſſent. Vnde vt iure poſitiuo bona filij morientis matri delata fuerũt, ita quoq; iure poſitiuo eidem matri auferri poſſunt: præſertim cùm olim mater filio non ſuccederet, ſed per agnatorũ quẽlibet etiã remotiſsimũ excluderetur. vt per totũ. ff. ad Tertuli. & per totũ. C. & Inſt. eod. tit. & cùm olim mater à legitimis filij hæredibus excluderetur, iuſtiùs excludi poteſt à teſtamẽtarijs. vt in. l. quandiu. ff. de acq. hær. l. quandiu. ff. de regu. iuris.

*Declaratio l. 5. Tauri.*

Vnde ſecundũ hanc noſtram ſententiã tenẽdum eſſet, quòd hodie cùm per l. 5. Tauri. fili9 qui eſt in poteſtate patris poſsit teſtari, hæres ab eo ſcriptus tutus erit in fore cõſcientiæ authoritate. d. l. 5. nõ ſecus, quàm in foro cõtentioſo, licèt parentes ſuos ritè præteritos aut exhæredatos relinquat.



*Declaratio eiuſdem. l. 5 Tauri.*

Illud autem dubitari poſſet, an facultas teſtandi, quæ per. d. l. 5. liberis in poteſtate patris conſtitutis data eſt, ita intelligenda ſit, vt parentes impunè, & temerè præteritos relinquere poſsĩt. Et magis eſt vt nõ poſsint. arg. l. ſi quando. in pri. cum gloſ. vbi omnes. C. de in offi. teſta. vbi pleniùs dicetur.

*Declaratio l. 13. Tauri.*

Denique licèt per. l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. tranſiens ad ſecunda vota teneatur reſeruare quæſita durante primo matrimonio liberis illius primi matrimonij. vt per Ioan. Fabr. in auth. donatione. eod. tit. tamen id hodie immutatũ eſt per. l. 13. Tauri. vt quiſq; liberè poſsit diſponere de quæſitis conſtante primo matrimonio in præiudicium liberorũ, quos ex illo primo matrimonio ſuſcepit. Et licèt authoritate illius. l. 13. liberi primi matrimonij hoc lucro fraudati videantur, tamen is, in quem tale lucrũ, aut talia bona conferuntur, tutus eſt in foro animæ, non ſecus, quàm in foro cõtentioſo, cùm hæc omnia ſint iuris poſitiui, quæ quotidiè mutari & poſſunt & ſolent, & lex poſterior iuſtior priore prę ſumatur. arg. c. erit autẽ lex. 4. diſti. licèt contrarium fortè dicerent Domini. Archid. Cora. Gomez. Decius, & alij, quos ſuprà retulimus.

*Inuentario nõ facto hæres etiã vltrauires hæreditarias tenetur creditoribus cũ Cuma. Paulo, & alijs contra communem.*

26 Infertur viceſimoſecundò, an hæres non conficiens inuentariũ, teneatur in foro animę vltra vires hęreditatis. Qua in re cõmunis opinio eſt, hæredẽ ipſum non teneri in foro animæ vltra vires hæreditatis, etiã creditoribus. Ita tenet Bar. in rub. num. 3. ff. de acq. hær. poſt Hoſti. in ſumma. de teſtam. §. pe. verſic. quid ſi bona. & Ioa. Andr. in. c. quanquam. de vſuris. lib. 6. in nouellis. quos refert Bar. qui ait ita teneri per Theologos, quorũ firmat plures hac de re ſententias ſe vidiſſe. tenet gl. in. c. parochiano. de ſepulturis. Bal. in. l. fi. in pr. 6. q. C. de iure deli. Federi. de Senis conſ. 20. Bal. & Ang. in rub. ff. de acq. hær. Ioan. Andr. in tit. de inſtr. edit. §. nunc verò aliqua. in add. incipiente, An in foro conſcientiæ. Bar. in l. more. ff. de acq. hær. Ang. in. l. ex teſtamento. 2. ff. de teſtam. mil. Bal. in. l. filiũ quem habentem. col. 17. C. fam. her. Bar. Ang. & Bal. in. l. gerit. ff. de acq. hær. An. in. l. fin. in pr. C. de iure delib. Imola in. l. 1. §. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per legem fal. Antonius de Butrio in. c. quia pleriq;. de immuni eccleſi. & in. c. in literis. de raptori. Anchar. in. c. Rainutius. de teſtam. Abb. in. c. tua nos. de vſuris. Laurẽ. de Rodul. in rep. c. conſuluit. de vſuris. q. 24. & Alex. in rubr. num. 5. vbi Iaſ. col. 2. ff. de acq. hær. Abb. in. c. Rainaldus. col. 9. de teſtam.

Contrarium tenent Cumanus & Paulus in rubr. ff. de acq. hęr. & Imola in l. gerit. ff. de acq. hær. qui ſibi ipſi contrarius eſt. & Aret. in. d. rubr.

Quid dicendum? Teneo hanc poſteriorem partem. Moueor: quia lex poſitiua condita ab habente poteſtatem legis condendæ, obligat in foro conſcientiæ non ſecus, quàm in foro contentioſo. vt tenet Bart. & communiter alij in. l. ſi quis pro eo. col. 4. ff. de fideiuſſori. Paulus, Alex. & Iaſ. in. d. rub. ff. de acq. hęr. c. ſuam. &. c. calũniã. cũ ibi notatis per Innocentiũ. de pœnis. 2. Et fortiùs: quia hęres regulariter tenetur creditoribus vltra vires hęreditatis pro portione hæreditaria. l. 1. §. ſi hęres percepto. vbi omnes ff. ad Treb. l. 1. C. ſi cert. pet. l. 1. l. pro hęreditarijs. & per totum. C. de hęr. act.

Ab iſta autem obligatione beneficij loco excipitur vnus caſus, ſcilicet, cùm hæres fecerit inuentarium: vnde ſi inuentarium non fiat, exceptio ceſſat, eaq́ue ceſſante, relinquimur in terminis regulæ, quæ obligat vltra vires hæreditatis. vt. dd. iuribus. & l. fin. C. de iure deliber. per totã. Præterea ſecundùm naturam eſt commoda cuiusque rei eum ſequi, quem ſequũtur incõmoda. regula. Secundùm naturam. de reg. iur.

Vnde cùm aditio hæreditatis habeat ſe ad commodum & incommodum regulariter. vt in. l. quia poterat. ff. ad Treb. l. ſi hæreditaté. ff. mand. §. ſed neq;. Inſt. de auth. tutorum. hæres adeundo hæreditatem, huic periculo ſe committere videtur, & ex natura rei conſenſiſſe videtur, vt ſentiat damnum, ſi hæreditas nó ſit ſoluédo, nó aliter, atque ſentiret cómodum, & lucrum faceret, ſi hæreditas opulenta foret. argumen. l. eum qui. ff. de iurei. l. vni. §. his ita. C. de cad. toll. c. qui ſentit. de regul. iur. in. 6. Per quod ceſſant omnia fundamenta communis opinionis, quæ eò nituntur, quòd hęres adeundo hæreditatem, animum habuerit lucri faciendi, non autem amittendi: nam imò vtrunque cogitauit, vel cogitare pręſumitur: aliter enim exiſtimantibus neceſſariò fatendum agnoſcendumq́ue foret, ꝙ cótrahentes nunquã in foro animę inter ſe tenerẽtur ad obſeruationem contractuũ, quaſi vniuſcuiuſque animus eò tendat, vt lucrum faciat, non vt amittat. l. ſi voluntate. C. de reſci. vend. & per hoc qui aliquid amitteret, poſſet dicere, ſe in hoc non conſenſiſſe: quod admittere, neſcio an non modò pernicioſum reipublicæ eſſet, ſed potiùs ridendum, & ſtultum, per quod omnia commercia iure gentium inuenta & neceſſaria. vt in. l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. ceſſarent. contra. d. l. ſi volũtate. & l. ſicut ab initio. C. de act. & oblig. & l. ſicut maior. C. de rep. hær. Et hanc partem olim Salmanticę inter plura quàm 700. paradoxa tuebamur. Vnde ſponſa quod ſibi ab ſponſo donatum fuit, retinere poteſt etiam in foro animę, iuxta formam. l. 52. Tauri. licèt ſponſus nunquam cogitaſſet matrimonio illibato ſe moriturum. Et interim mirandum eſt inſigne illud exemplum argumentumq́ue honeſtatis pudicitiæq́ue Hiſpanę, quę ſolum oſculum aut baſiũ tanto pręmio dignum putauerit. Pręterea tex. in auth. de hær. & falci. §. ſancimus. non eò ſe fundat, quòd hæres non conficiens inuentarium aliquid ſubtraxiſſe videatur, ſed eò ſe fundat, quòd beneficium illud, ne hæres vltra vires hæreditatis creditoribus teneatur, à lege conceſſum ſit ſub hac demum conditione, ſi inuentarium fecerit: quod beneficium iure denegatur ijs hæredibus, qui inuentarium facere neglexerint: quę denegatio eò iuſtificatur, non quòd aliquid ſubtraxiſſe præſumatur, ſed quòd id feciſſe poſsibile ſit, vnde etiã ſi conſtaret id non feciſſe, adhuc idem foret. Nã & ſimiliter facillimè amittitur beneficium abſtendi, quod prętor ſuis hæredibus pollicetur. vt in. l. iam dubitari. in fi. ff. de hær. inſt. & in. l. ſi filius qui patri. ff. de vulg. Facit etiam: quia ſufficit quòd hæres adeundo hæreditatem de damno cogitare potuerit, vt talis cogitatio ſibi noceat, non ſecus, quàm ſi id cogitaſſet in ſpecie. argumen. ff. de milit. teſtamento. l. qui iure militari.

*Declaratio l. 52. Tauri.*

Denique hoc caſu hæres creditoribus in ſolidum tenetur etiam vltra vires hæreditatis, non aliter, atque olim teneretur antequàm beneficium inuentarij repertum eſſet: quo caſu nullus vnquam ſanus negaret, quin vltra vires in foro animæ teneretur non aliter atque in foro contentioſo.

27 Illud autem indubitanter verum nó eſt, quod Baldus in. d. rubr. ff. de acq. hęr. firmat, quòd hęres vltra vires hęreditarias etiam in foro contentioſo canonico per non confectionem inuentarij nó tenebitur: ideoq́ue meritò improbatur per doct. communiter. vt patet ex Alex. ibi. col. 1. in fin. & Angelus & etiam Bal. in hoc ſibi contrarius in. l. fi. in. pr. C. de iure delib. Ang. in. l. 1. §. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per legem fal. Imola in d. rubr. ff. de acq. hær.

*Inuentario non facto, hæres ultra uires tenetur de iure canonico. cum communi cōtra Bal.*

28 Vnde ſubinfertur, quòd etiam ſi conſtaret per cófeſsionem creditoris, quòd hæreditas non erat ſoluendo, adhuc tamen vltra vires teneretur hæres non ſecus quàm teneretur vltra vires antequã inuentarium in vſu eſſet: quia ex ſuo quaſi contractu hæres ad commodum & incommodum ſe obligaſſe, ſeq́ue obieciſſe & expoſuiſſe videtur, vt iam probatum eſt. licèt contrarium teneant Alex. & Bal. per eum relatus in. d. rub. ff. de acq. hæ. col. 2. in fin.

*Inuentario non facto, hæres tenetur ultra uires, licet creditores faterentur hæreditatem non eſſe ſoluendo, contra Alex. & Bal.*



20 Infertur viceſimotertiò, an princeps poſsit derogare & mutare clauſulas teſtamentorum, quæ frequentiſsimè ſolent per teſtatores in maioratibus, primogenijs, vel primatibus apponi. Qua in re communis opinio eſt, regulariter tales clauſulas citra vrgentem cauſam per principẽ de poteſtate ordinaria mutari non poſſe. Ita latè diſſerit inſignis Didacus de Couarr. variarum reſol. lib. 3. cap. 6. & Decius in conſil. 557. nume. 5. & idem Decius conſil. 357. num. 5. idem Decius conſil. 403. nu. 13. idem Decius conſil. 519. num. 5. Fulgoſius, Paulus, & Corneus in. l. ſi. teſtamentum. C. de teſtam. Archidi. in. c. epiſcopus. 88. diſtin. Martinus Laudenſ. in tract. de priuil. §. 22. Romanus in. d. l. ſi teſtamentum. Aymon. conſil. 296. lib. 2. & hanc dicunt cómunem opinionem Corneus & Couarru. vbi ſuprà. Et in hanc partem inclinant plerique eorum, quos ſuprà retulimus, tenere teſtamentum eſſe iuris gentium inuentione, ſed iuris ciuilis forma & approbatione. Mouentur: quia, inquiunt, teſtamentum inuentione & ſubſtantia eſt de iure gẽtium, licèt forma & approbatione ſit iuris ciuilis: princeps autem ea quæ ſunt iuris gẽtium, tollere non poteſt. §. ſed naturalia. Inſt. de iure nat. l. eas cauſas. ff. de cap. dimi. Decius in. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. Quod fundamẽtum nullum eſt: cùm, vt plus ſatis probauimus, teſtamentũ inuentione ſit & effectu & approbatione iuris poſitiui: licèt quodãmodo approbatũ eſſe à iure gentiũ paulatim videatur.

*Princeps non poteſt immutare clauſulas teſtamentorũ in maioratibus, & ſimilibus, cum communi.*

Deinde adducitur tex. in. l. ſi teſtamẽtum. C. de teſtam. vbi Imperator ait, Si teſtamentum iure factum ſit, & hæres ſit capax, authoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet. Nec dicatur ibi non probari id per principem fieri non poſſe, ſed tantùm fieri non decere, quia imò probatur fieri non poſſe: nam verbum, oportet, denotat neceſsitatem præciſam: vt ex communi opinione reſoluit Iaſ. num. 21. in. l. admonendi. ff. de iureiurando. per nouiſsi. in. l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſt.

Tertiò adducitur tex. in. l. ſi donationem. C. de reuo. donat. cuius verba ita habent, Si donationem ritè feciſti, hanc authoritate noſtri reſcripti reſcindi nó oportet.

Quartò probatur viua ratione. Nam dominium dicitur cuiusque rei vel iuris, etiam ſi ſit incorporei & inuiſibilis, non ſecus, quàm ſi viſibile eſſet & corporeum. vt in. l. qui vſumfructum. ff. ſi vſusfructus petatur. facit tex. in pr. Inſt. de rebus corpor. & incorpor. Dominiũ autem ad nos pertinens, princeps citra magnam & vrgentem cauſam auferre non poteſt regulariter de poteſtate ordinaria. l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vẽdi. notatur per Bar. & omnes in. l. fi. C. ſi contra ius vel vtili. publicam. Latè per Fortuniũ & alios in. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. col. 138. ff. de lib. & poſt. per omnes in. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. per Paul. & alios in. l. cùm hæredes. ff. de acq. poſſ. per Iaſ. in. l. ex hoc iure. num. 46. ff. de iuſt. & iure. Ratio, quia dominium eſt de iure gentium. d. l. ex hoc iure. ibi, dominia diſtincta. & §. ius autem gentium. Inſt. de iure nat. §. ſingulorum. Inſt. de rerum diui. Quod autem eſt iuris gentium, id per principem non poteſt auferri. vt probatur in. §. ſed naturalia. Inſt. de iure nat. cum vulgatis: ergo &c. Denique hæc pars probatur etiam

ex ijs

ex ijs quæ diximus ſuprà in.7.limi. quæ
repetere non expedit.Et iſta ſunt intelli
genda non ſolùm reſpectu eius,qui ha-
bet iam ius quęſitum re& ſpe,ſed etiã ſi
in ſpe tantùm cõſiderabili ius haberet.
vt eſt in eo, qui vocatus eſt ad maiorica
tum poſt poſſeſſorem ipſius. Itaque ſi
facultas alienãdi rem maioricatus,quæ
per teſtatorem alienari vetita fuit, per
principem concedatur poſſeſſori ipſius
maioricatus,tunc ipſe poſſeſſor efficere
non poterit, quin illi, qui poſt eum ad
talem maioricatum ſequenti gradu vel
etiam remotiori inuitati per teſtatorem
fuerant,poſsint,quaſi pręiudicium con
ſiderabile eis ingeratur, conqueri: ha-
bent enim probabilem ſpem ex cauſa
de præſenti. vt in ſimili notant Bar. &
alij in.l.qui Romæ.§. duo fratres. num.
20.q.7.ff.de verb.oblig.Cuius opinio cõ
munis eſt, vt patet per Iaſ. ibi in eadem
q.7.&q.8. vbi probabilis eſt ſpes illius,
qui ſub conditione .& poſt mortem al-
terius vocatus eſt à teſtatore, ideò de eo
poteſt diſponere etiam viuente eo, poſt
cuius mortem inuitatus fuit, nec per
hoc improbus,aut ſolicitus de morte il-
lius videbitur.vt probatur argum.l.2.ff.
de ſtatu liberis.& arg.d.§.duo fratres.&
arg.l.1.C.de pact.l.poſt mortem.C.de fi-
deic.l.de fideicommiſſo. C.de tranſact.
Deniq; quòd princeps legibus ſolutus
ſit,ignorat nemo,eum tamẽ legibus vi-
uere decet.vt eſt tex.elegans in.§.fi.Inſt.
quibus mod.teſtam.infir.l. ex imperfe-
cto.ff.de leg.3.l.ex imperfecto. C. de te-
ſtam.l.princeps.ff.de legib. l. quod prin
cipi. cum lege ſeq. ff. de leg. 2. l.1. ff. de
conſt.principum.§. ſed & quod princi-
pi.Inſt.de iure nat.Itaque clauſulas ma-
ioricatus(vt ita loquar)princeps indubi
tãter poteſt mutare de plenitudine pote
ſtatis, vt iuribus proximè allegatis,tã in
præiudiciũ eorum,qui de præſenti tales
maioricatus habent, quàm in præiudi-
cium eorum,qui poſteà ſequenti,vel re-
motiori gradu inuitati ſunt.Idemq; poſ
ſet princeps etiam de poteſtate ordina-
ria ex cauſa legitima & vrgenti,vt dictis
legibus.&. d.l. item ſi verberatum.cum
ſimilibus ſuprà citatis. Citra cauſam au
tem legitimam de iure ordinario id nõ
poſſet, neque in præiudicium eius, ad
quem inſpecto pręſenti ſtatu is maiori-
catus pertineret, neque etiam in pręiu-
dicium eorum, qui poſt eũ inuitati eſ-
ſent,vt iam probauimus:niſi per modũ
legis condendę,vel per alterũ modum,
qui legi conditę par eſſet,vt iam pluries
admonuimus.

*Princeps ad feudum non poteſt admittere fœminas de poteſtate ordinaria, contra Curtium,& Couarru,*

30 Vnde vtiliter & opportunè infertur,
verum non eſſe, quod Curtius iunior
conſil.1.num.23.tentauit:vt licèt fœmi-
næ regulariter ſint feudorum incapa-
ces, & huic prohibitioni acceſſerit etiã
prohibitio eius, qui feudum conſtituit
& conceſsit, adhuc per principem poſ-
ſit fœmina ad feudum admitti contra
prohibitionem conſtituentis & naturã
feudorum,de qua in.c.1.§.hoc autem no
tandum.qui feud.dare poſ.&.c.1.§.filia.
de feudi ſucceſsione.&. c.1. §. profectò.
de lege corradi.& alijs feudorum mori-
bus. Mouetur, quia per conſuetudinẽ,
inquit,recipi poſſet, vt fœmina ad feu-
dum admitteretur,vt dictis iuribus pro
batur. & probatur latè per Zaſium in
tit. de feudi ſucceſsione. §. ſuper prima
parti. Franciſcus Curti. de feudis.parte
prima.q.1.Iacobinus in gloſ.ſuper verb.
& fœminis. in tit. de feudi ſucceſsione.
Quæ ratio parum vrget. Quia hæc fœ-
minarum incapacitas vt lege poſitiua
inducta inuentaque fuit contra ratio-
nẽ legis naturæ.vt in.l.fi. C. de lib.præt.
§.pe. &.fin.Inſt.de hær.quæ abin.def.ita
quoque contraria lege vel conſuetudi-
ne, quæ legis vim obtineat, mutari po-
teſt.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.c.
omnis res.de reg.iur.in decret. princeps
autem, qui regulariter vtitur legibus
moribusque reipublicæ, id regulariter
non



non poſſet,non magis quàm ſi priuatus
eſſet.arg.d.l.ex imperfecto. ff. de leg.3.l.
ex imperfecto.C. de teſtam.§. fin. Inſtit.
quibus modis teſtamentum infir. l. Pa-
pinianus.§.Imperator. ff. de inof. teſta-
mento.l.ſi hæredum.C. eod. titu. niſi id
faciat de plenitudine poteſtatis, quod
poteſt,vt dictis legibus.&.l.princeps.ff.
de leg.l.1.ff.de conſtit.princi.vbi ita no-
tant Bart.in princ.& ibi Paulus & Iaſ.&
alij communiter. Bal. in. l. ſi teſtamen-
tum. C. de teſtam. vel niſi id faciat ani-
mo legis cõdendæ. vt docet Bar. Paulus
& Iaſ.& alij communiter in.d.l.1. ff. de
conſtit.princip.in prin.vel ex magna &
vrgenti cauſa. vt. d.l. item ſi verbera-
tum.Itaque de conſuetudine ad princi-
pem arguere, ineptum eſt. licèt Curtiũ
ſequatur inſignis Couarru. lib.3. varia-
rum reſol.c.6.num.3.

*Idem faciliùs, ſi id repugnaret conuentioni habitæ tẽpore quo feudũ creabatur,cõtra Curti.*

31 Quibus rationibus ſimiliter apparet
verum non eſſe, quod ipſe Curtius iu-
nior & inſignis Couarru. vbi ſuprà fir-
mant:nempè poſſe principem fœminas
ad feudum admittere, quanuis tempo-
re,quo de creatione & cõſtitutione feu-
di ageretur, expreſsim inter conceden-
tem & accipientem contrariũ cautũ eſ-
ſet.licèt ab hoc vltimo ipſemet Couar.
poſteà declinare videatur.

*Princeps ſine legitima cauſa de poteſtate ordinaria non poteſt mutare clauſulas maioratus, etiam cum licentia principis facti,cõtra Couar.*

32 Quibus etiam rationibus euincitur
ſuſpectum eſſe,quod ipſe inſignis Dida
cus de Couarru.in.d.c.6.in prin.firmat:
nempè poſſe principẽ eas maioricatus
clauſulas liberè mutare,qui quidem ma
ioricatus principis licentia conſtitutus
eſſet.Quale eſt,cùm paterfamil. qui plu
res liberos haberet,maiori(prout fieri aſ
ſolet)natu omnia ferè bona in legitima
rum aliorum filiorum præiudicium
contuliſſet,ita vt maioricatus titulo ha-
berentur,nec poſſent diuidi aut aliena-
ri.&c.Mouetur, quia liberũ eſt principi
ſecundùm communes opiniones priui-
legium,quod ſubdito conceſsit, mode-
rare.tex.in.c. in noſtra. de iniuri. lib.6.
Abbas,Cardin.Imola,Felinus, & Deci-
us,in.c.nouit. de iudi.ſuper glo.in verb.
quicunque.Felinus in.c.quæ in eccleſia
rum.de conſtit.num.48.Soci.conſil.87.
lib.3.eſtque receptiſsima ſententia. Vn-
de cùm is maioricatus ſit priuilegio prin
cipis conſtitutus,ſupereſt, vt per eundẽ
principem poſsit tolli, vel moderari.
Sed belliſsimè defendi poſſet,non poſſe
per principem tolli,aut moderari.Nam
vt non ſemel admonuimus, princeps
ius alterius regulariter de poteſtate ordi
naria, & citra vrgentem & legitimam
cauſam nulla ex parte minuere poteſt:
vnde principis licentia maioratus vni fi
lio cum præiudicio legitimarum aliorũ
filiorum cõferri nõ potuit,niſi ex iuſta,
legitima,& vrgenti cauſa: & cùm ex ta-
li cauſa is maioratus conſtitutus fuerit
à principe,iam nõ tam priuilegio,quàm
iure communi factus intelligitur: quan
doquidem factum à principe, cum iu-
ſta,& legitima cauſæ cognitione ab ipſa
lege communi factum intelligitur, ha-
betque vim legis. vt eſt tex.in.l.1. vbi tra
dunt communiter doct.ff.de conſt. pri.
& in.§.ſed & quod principi.Inſt. de iure
nat. Vnde is maioratus cùm perinde
habeatur, acſi lege permittente conſti-
tutus eſſet, per principem mutari non
poterit,niſi ex iuſta cauſa. Itaque maio-
ratus principe vel etiam lege permit-
tente ſi factus eſſet,non poterit per prin
cipem reuocari, tolli, aut aliqua ex parte
mutari, vel moderari citra legitimam
cauſam de poteſtate ordinaria, non ma-
gis,quàm ſi lege permittẽte factus eſſet.
Confirmatur viua ratione. Nam ſolen-
nitas, quæ deſideratur in actus creatio-
ne,eadem quoque ſolennitas deſidera-
tur in eius mutatione.l.hæredes palàm.
§.1.& §.2.ff.de teſtam. vbi communiter
traditur per doct. vnde cùm maiora-
tus in perſona vnius ex filijs collocatus
cum præiudicio & diminutione legiti-
marum aliorum filiorum deſiderauerit
legiti-

legitimam iuſtamque cauſam eiuſque
cognitionem in ſui creatione, ſimiliter
in eius mutatione eandem ſolẽnitatem
cauſamque intelligitur deſiderare. Et
ita conſulerem & iudicarem,eſtque tu-
tius quo ad animę ſalutem:& ita etiam
obſeruat conſuetudo:& ita cùm conſu-
leremur,ſæpiſsimè reſpondimus. Nam
data paritate terminorum hac in re,
quæ in vſu forẽſi frequentiſsima eſt,nul
la eſt differentia,vtrùm maioricatus,pri
matuſue,ſeu primogenium ex principis
indulgentia & diſpenſatione,quæ iuſta
& legitima cauſa interfuerit,conſtitua-
tur,an verò iure cõmuni.Nam conſtitu
tio primatus facta de indulgentia,diſpẽ
ſatione, & beneficio principis cum iu-
ſtæ & legitimæ cauſæ interuentu, parẽ
vim & poteſtatem quo ad ſui tam effe-
ctum quàm durationem & reſolutionẽ
habet,atq; ſi temerè,& abſq; vllius iuſtę
cauſæ interuentu fieret per patrẽ citra li
centiam principis, ſed de iure cõmuni,

Is autem maioratus aliquando fit per
vltimam voluntatem, aliquando per
actum inter viuos. Primo caſu indubi-
tanter ſemel & pluries mutari poteſt. l.
4.de adim.leg.c.cum Marthę.de celebr.
miſ.l.fi.C.de pact.Secundo caſu ſi quidẽ
*Declaratio l.44. Tau.* fiat per contractum oneroſum, mutari
non poteſt.l.44.Tauri.Idẽ ſi fiat per cõ-
tractum lucratiuum donationis,ſi qui-
dem interfuit rerum traditio,quæ maio
ratu cõtinebãtur.vt.d.l.44.ſecus ſi earũ
poſſeſsio tradita nõ fuiſſet.vt ibid. Quæ
procedunt in foro contentioſo tam ca-
nonico,quàm ciuili. Sed in foro animæ
non ita expeditũ,quaſi quo ad id omnis
cõuentio etiam gratuita,firma, ſtabilis,
inuiolabiliſq; eſſe debeat.c. 1. de pactis.
cum ibi traditis per nouiſsi. Nam nihil
tam naturali æquitati conuenit, quàm
fidei obſeruatio.l.1. ff.de conſtitut.pe.l.
1.ff.de pact.l.non minorem.C. de tranſ-
act. Niſi reſpondeas nihil obeſſe, quaſi
mens ſenſuſque maioratũ per modum
donationis conſtituentis, licèt ea dona-
tio ab aduerſo acceptata fuerit,hanc ha-
beat tacitam cõditionem ex natura rei,
& ex eo quòd ab vtraque parte mentali
ter agebatur,niſi pœnituerit is, qui ma-
ioratum faciebat,vel diuerſum etiam te
merè libitum ei fuerit. Nec dubium eſt,
quin etiã iure naturę & diuino liberum
ſit cuiq; voluntatem mutare.l. ſi quis in
principio teſtamẽti. ff. de leg. 3.l.ſi iure.
eod.tit.l.ſi mihi.§.fin.de lega.1. dũmodò
non ſit in pręiudicium iuris alicui quæ-
ſiti re vel ſpe conſiderabili:hic autem ex
natura rei apparet ius cõſiderabile quę-
ſitum, aut re aut ſpe conſiderabili non
eſſe.vt in ſimili per Bar.& omnes in. l.1.
C.de pact.per nos infrà lib.6. in expoſi-
tione.l.ſi quando.§.illud. ad fin. C.de in
of.teſta.Ergo cùm is qui obtulit & polli
cetur ſuum maioratũ mihi per donatio
nẽ gratuitã,quam ego agnoui,id videa-
tur egiſſe, vt pœnitere poſsit, & ego a-
gnouerim hoc animo,vt ipſi pœnitere li
ceat:ſupereſt,vt liberè,& impunè,etiam
quo ad forũ poli, pœnitere poſsit: cùm
tam oblatio quàm agnitio vel accepta-
tio ſub illa conditione reſolutiua inter-
fuiſſe videantur. Quid ſi qui obtulit nõ
cogitauit de reuocatione, ſed ſimplici-
ter conſenſit? Adhuc idem: quia acce-
ptans pręſumitur cogitaſſe de libera pœ
nitentia offerentis, ſicque nullum ius
quęſiuit re aut ſpe firma:vnde vt qui per
vltimam voluntatẽ cõcedit mihi igno-
ranti ſuam hęredi.vel legatum,etiam iu
re poli poteſt liberè & impunè pœnite-
re, vt dictis iuribus. Ita etiam hoc caſu,
quo acceptatio fieri intelligitur ſub cõ-
ditione reſolutiua,niſi pœnituerit is qui
offerebat. Quid ſi neuter cogitauit de
pœnitentia aut variatione? Adhuc idem
puto,quaſi oblatio maioratus ex natura
rei per.d.l. 44. licèt fiat per actum inter
viuos aſsimiletur vltimæ voluntati. Vn
de vt ſi ad preces petitionemque tuam
te hæredem facerem,licèt vterq; noſtrũ
de va-



de variatione non cogitaſſet, adhuc ta-
mẽ pœnitere liberè impuneq; liceret iu-
re tã fori quàm poli.arg.d.l.4.&.d.c. cũ
Marthæ.d.l. ſi quis in principio teſtam.
iũcta.l.fi.C.ſi quis aliquem teſtari prohi
buerit.Ita quoq; hoc caſu pœnitere lice
bit,licèt fiat per actũ inter viuos, qui ſui
natura ex legis diſpoſitione aſsimilatur
vltimæ volũtati,nõ ſecus,q̃ ſi reuera per
vltimam voluntatẽ fieret:cùm natura tã
vltimarum voluntatum quàm actuum
inter viuos à lege poſitiua effluxerit: &
vt per legem poſitiuam differunt regu-
lariter,ita quoque per legem poſitiuam
in caſibus exęquari poſſunt.vt.§.ſed na-
turalia.Inſtit.de iure nat.

Illud autẽ notandum eſt,quòd per.l.
*Declaratio l.45. Tauri.* 45.Tauri ſancitum eſt,vt ſtatim poſt ab
ſceſſum veri domini alicuius maioratus,
illius maioratus poſſeſsio trãſit in eum,
qui poſt defunctum ad talem maiora-
tum inuitatus erat,quod obtinet in poſ
ſeſsione tam ciuili quàm naturali, licèt
res illius maioratus ab alio detinerẽtur.
Et licèt impoſsibile ſit poſſeſsionem cu-
iuſque rei naturaliter aut ciuiliter pe-
nes duos eſſe in ſolidum.l.3.§.ex contra-
rio. ff. de acq.poſſ.tamen intelligimus,
quòd licèt naturalis detentatio aut poſ-
ſeſsio ſit penes alterũ corporaliter, tamẽ
apud illius ſucceſſoris primatum erit
poſſeſsio tã naturalis quàm ciuilis quo
ad omnes effectus iuris: vel licèt apud
illum tertium eſſet poſſeſsio corporea,
apud iſtum erunt omnes effectus, quos
lex poſitiua accommodauit vtrique
poſſeſsioni tam naturali quàm ciuili.Et
conſequenter cùm ſine poſſeſsione præ
ſcriptio non procedat. c. ſine poſſeſsio-
ne.de reg.iuris in. 6. ille tertius detenta-
tor nullo tempore præſcribet:quia quo
ad omnes effectus iuris, qualis eſt præ-
ſcriptio, ille tertius pro non poſſeſſore
habetur.Sic & in ſimili ex ſtipulatione,
quæ fit lege reſiſtente ſecundùm nos
oritur obligatio naturalis:ea tamen nat.
obligatio caret omnibus iuris effecti-
bus, quos regulariter lex poſitiua obli-
gationibus naturalibus accommoda-
uit.vt plenè docuimus in.§.30.n.31.cum
ſequent. Sic ergo & in propoſito licèt
poſſeſsio corporea negari non poſsit
quin ſit apud illum tertium, tamen ex
d.l.45. diſpoſitione ea poſſeſsio caret o-
mnibus effectibus iuris poſitiui, omneſ-
que illi effectus ab eo abſcedentes mi-
grant tranſuolantque in eum,qui ad ta-
lem primatum inuitatus erat, tam re-
ſpectu poſſeſsionis ciuilis,quàm natura
lis.eſtque noua declaratio nouaque ſi-
militudo.

Quod autem diximus de maioratu,
ſanè intelligendum eſt, dum modò ex
parte rerum ſit habilitas,ſeu facultas di-
ſponendi.Nã cùm hodie per.l.69. Tau- *Declaratio l.69. Tauri & l.44.*
ri, nullus poſsit donationem vniuerſo-
rum bonorum etiam præſentium face-
re, ſi quis facere vellet maioratum per
actum inter viuos.iuxta.d.l. 44. Tauri,
fortè de vniuerſis bonis etiam præſenti
bus tantùm nedum futuris non poſſet,
ne quaſi donator omnium bonorum
præſentium videatur.contra.d.l.69. ſed
magis eſt,vt de vniuerſis bonis tam præ
ſentibus quàm futuris poſsit maioratũ
facere.Nec oberit.d.l.69. quia ſiue ma-
ioratum faciat per actũ inter viuos gra-
tuitum & lucratiuum, illum reuocare
poteſt vſque ad vltimum vitę ſpiritum,
variareque,ſicq; aſsimilatur is actus vlti
mæ voluntati.arg.l.4. ff. de adi.leg. l. ſi
quis in principio teſtamenti.ff.de leg. 3.
c. cùm Marthæ.de celebrat. miſſa. non
autem aſsimilatur contractui, in quo
pœnitere non licet.l.ſicut. C. de act. &
oblig.l.ſicut.C.de rep.hær.Per vltimam
autem voluntatem nulli dubium,quin
de vniuerſis bonis noſtris diſponere poſ
ſimus.l.ius noſtrum.ff.de reg.iur. l.1.ff.
ad leg.fal.in princ.Inſti.eod.l.1.ff. de te-
ſtam. Siue etiam maioratum faciat per
actũ inter viuos oneroſum, tunc nullibi

vetitum quin poſsimus de vniuerſis bo
nis noſtris diſponere.ergo ceſſat.d.l. 69.
quando diſponimus per actum & inter
*Declaratio l.68. Tau.* viuos,& irreuocabilem.

Vnde infertur declaratio ad.l.68. Tau
ri.quæ ait,quòd ſi quiſquã ſuper bonis
ſuis onus illud impoſuerit(qđ Hiſpanè,
Cenſo appellatur)ſub hac pœna,vt ſi pẽ
ſio illa,ſeu cenſus ille pręſtandus ſuo die
exolutus nõ fuerit,tunc in commiſſum
res obligatæ cadant, pereantq́ue, talis
conuentio firma eſt, pœnæq́ue appoſi-
tio tenet, videturq́;legitima,etiam ſi ſit
enormis & ingens, quia contractus ille
onerosus eſt.Vnde etiam ſi ſuper omni-
bus bonis ſuis præſentibus penſio il-
la,ſeu cenſus impoſitus eſſet ſub illa pœ
na amiſsionis ex cauſa penſionis non ſo
lutæ,ſimiliter teneret ea cõuentio : quia
nõ tã donationi omniũ bonorũ q̃ con-
tractui oneroſo omniũ bonorũ aſsimila
33 retur.eſtq́; vtilis & frequens declaratio.

*Hæreditas adita non poteſt auferri,cum communi cõtra Pau.*

Infertur viceſimoquartò verã non eſ-
ſe opinionem Pauli Caſtr.in.l.3.ff.de te-
ſta.& in.l.cùm hæredes. in pr. ff. de acq.
poſſ.qui tenet hæreditatem delatam ,&
etiam aditam, ſicq́; eius dominio quęſi-
to.vt in.l.cùm hęredes.ſuprà alleg.poſſe
nobis per principem auferri,niſi præter
aditionem ſuperueniat etiam poſſeſsio-
nis apprehenſio:quia ſecundùm eũ do-
minium de iure gentium per naturalem
poſſeſsionem acquiritur,ſed per aditio-
nem hæreditatis acquiritur dominium
de iure etiam ciuili : vnde cùm princeps
poſsit tollere ea tantùm,quæ ſunt de iu-
re ciuili , non tãtùm ea quæ ſunt de iure
gentium:ſupereſt, vt licèt auferat nobis
hæreditatem tantùm aditam,non etiam
vera naturaliq́ue poſſeſsione apprehen-
ſam,non videatur ea quæ ſunt iuris gen
tium nobis abſtuliſſe,ſecus ſi eam aufer
ret poſt naturalem poſſeſsionem iam ap
prehenſam.Sed errat, quia vtroque ca-
ſu dominium dicitur eſſe iuris gẽtium,
licèt modus acquirendi aliquando ſit
de iure ciuili,aliquando verò de iure gẽ-
tium.Et ita cõtra Paulũ tenet & dicit cõ-
muniter teneri Aretinus in.l.3 . ff.de te-
ſtam.& Alex.in.l.cùm hæredes . in prin.
ff.de acq.poſſ. Et fundamenta poteſt ſu-
mere pleniùs ex ijs , quæ diximus ſuprà
illatione.7.in illa quæſt. vt id , quod no-
ſtrũ eſt , citra factũ noſtrũ auferri nobis
poſsit.de quo latiſsimè ꝑ Iaſ.in.l.ſi eman
cipati.nu.4.C.de collati.Et pro Paul . vi.
tex.mirabilẽ,quem nullus allegat.in.l.2.
iuncta lege pe.& fin. ff. de crimine. exp.
hęr.ſed nõ recedas à communi ſentẽtia.

*Depoſitũ & commodatum ſunt iuris gent. ſecundarij cõtra Pau.*

34 Quid autem in dominio quæſito ex
cauſa contractus , an poſsit auferri per
principem:quod pẽdet ab illo articulo,
ex quonã iure cõtractus deſcendant . Et
Paul.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.nu.
29.vult eſſe differentiam inter depoſitũ
& cõmodatum ex vna parte,& emptio-
nem, locationẽ,ſimileſq́ue cõtractus ex
alia.Etenim vult Paul.quòd de iure gen
tium primæuo ſit depoſitũ & cõmoda-
tũ,licèt alij cõtractus ſint iuris gentiũ ſe-
cundarij.Quod non placet: quia primò
eſt cõtra tex.in.d.l.ex hoc iure. & ibi gl.
quã omnes ſequuntur in verbo,cõmer-
cia. vbi appellatione cõmerciorum , oẽs
contractus intelliguntur . ergo omnes
contractus ex eodem iure non diuerſo
oriuntur.Sed dato quòd oriantur ex eo-
dem iure contra Paul.an oriantur ex iu-
re gẽtium primęuo, an ſecundario? Dic
quòd ex ſecundario.Nam.d.l. ex hoc iu
re.loquitur in omnibus exemplis de iu-
re gent.ſecundario.Patet etiam ratione:
quia conſtat omnes contractus introdu
ctos eſſe humanis neceſsitatibus exigen
tibus.vt in §.ius autẽ gentium.Inſt.de iu
re nat.& facit.l.1.ff.de contrah.emp.quę
neceſsitas non cùm primùm genus hu-
manũ proditũ fuit,obuenit , ſed poſteà.
Nec obſtat.d.c.ius naturale.1. diſtinctio
ne.Nã ibi non dicitur ꝙ contractus cele
bratio vel inuẽtio ſit iuris naturalis.i.gẽ-
tium primæui,ſed quòd contractus iam
celebra-



celebrati obſeruatio eſt iuris naturalis.
i.gentium primæui . Quia nil ita natu-
rali rationi, & fidei humanæ congruit,
quàm quę placuerunt cuſtodiri, & fidẽ
ſeruare.l.1.ff.de pact.l.1.ff.de cõſt . pecu.
l.non minorem.C.de trãſact. Vnde dic,
quòd omnes contractus pariformiter
procedũt. Nam quo ad celebrationem,
& inuentionem,omnes ſunt iuris gen-
tium ſecundarij,ſed quo ad obſeruatio-
nem,& cuſtodiam(poſtquàm ſunt ineſ
ſe producti) omnes ſunt iuris gentium
primęui.Quod nota,quia nullus tangit
præter Pau.Et collige,quòd ex quolibet
contractu,attento iure gentium ſecun-
dario,duę obligationes oriebantur:alte
ra naturalis, id eſt, ex inſtinctu rationis
& naturæ hominibus peculiaris : altera
ex ipſo cõtractu.vt.d.l.ex hoc iure. Et li
cèt prima eſſet inefficax , tamẽ ſecunda
erat efficax:quia per manum regiam ad
effectum perducebatur.l . 2 . circa prin.
ff.de orig.iur . Prima ergo obligatio &
hodie viget : ſecunda verò receſsit , &
eius loco ſucceſsit obligatio ciuilis . vt
in princ.Inſtitut.de oblig . quæ non per
manum Regiam,vt anteà,ſed per actio-
nes ad effectum producitur.vt.d.l.2 . de
orig.iuris.§.deinde.&.§.ſequen.&.§. au-
geſcente.Et quod dixi, ſcilicet,quòd re-
ceſsit oblig.iuris gentium ſecundarij,de
qua in.d.l.2. §.1 .de orig .iur. ff. & ꝙ eius
loco ſucceſsit obligatio ciuilis,intellige,
quòd illam obligationem ius ciuile ap-
probauit:& ideo dicitur ciuilis, ſumpto
nomine à confirmãte.iuxta.l . legitima.
ff.de pact.Ideo autem à confirmante no
men ſumitur , quòd fortius , & dignius
eſt confirmans,quàm confirmatum.l.il
la inſtitutio.ff.de cond.inſt.Quod nota,
quia contrarium tenet Iaſ. poſt Bart . in
l.ſi id quod.ff.de cond.indeb.col.fi . vbi

*Obligatio naturalis orta ex contractu firmo datur ſeruo cõtra dominum. contra Bar. & Iaſ.*

35 vult,quòd obligatio naturalis,quæ ori-
tur ex nuda promiſsione per dominum
ſeruo facta , quæratur ſeruo contra do-
minum: at obligatio naturalis,quæ ori
tur ex contractu firmo , & veſtito non
quęratur ſeruo contra dominum,quaſi
alia ſit obligatio naturalis , quæ ex nu-
da promiſsione oritur (nam illa eſt iuris
gentium primæui ) alia quæ oritur ex
contractu veſtito(quaſi illa ſit iuris gen
tium ſecũdarij ) ideoq́; illius ſeruus ca-
pax non ſit , quod eſt euidenter falſum.
Nam ſiue contractus ſit nudus,ſiue ve-
ſtitus, obligatio naturalis.i.iuris gentiũ
primęui,ad eius obſeruationem oritur,
quæ vtrobique eadem eſt, & per hoc pa
ritęr ſeruo cõtra dominum acquiritur.
Imò ſi inter ſe differrent , potiùs dicen-
dũ eſſet, obligationẽ naturalem ex con-
tractu veſtito ſeruo contra dominum
acquiri, quàm ex contractu nudo.arg.l.
qui vſumfr. ff. ſi vſusfr.pet.Errauit ergo
Iaſ.dum putauit,quòd obligatio natura
lis,quæ (vt tradi ſolet ) ex contractibus
oritur,illa ſit iuris gentiũ ſecundarij . vt
in terminis.d.l. ex hoc iure.nam imò eſt
primæui . vt.d. c. ius naturale . 1. diſtin.
Itaq; vt diſtat ortus & creatio cuiuſque
rei ab effectu ipſius atque executione,
ita diſtat ſenſus dicti . c . ius naturale.1.
diſtinctione.à ſenſu.d. l . ex hoc iure . ff.
de iuſt.& iure. Nam quòd fides conuen
tionum ſeruetur, quòdq́; talis conuẽtio
homines obliget inter ſe , naturaliter id
deſcẽdit à iure gentium primæuo,quod
ſimul cũ ipſo genere humano proditũ
fuit.vt in.§.ſingulorum.Inſtit.de rerũ di
uiſione.iũcto.§.per traditionem.eod.tit.
& ita procedit.d.c . ius naturale . Quòd
autem ea obligatio naturalis ex ipſa cõ-
uentione iure gentium primæuo orta
exequatur effectumq́; ſortiatur per ma
num regiã,id deſcendit ex iure gẽtium
ſecundario.& ita procedit.d.l. ex hoc iu
re.&.§.ius autẽ gẽtium.Inſt.de iure nat.
iuncta.l.2.§.1.&.§.deinde.&.§.augeſcẽte.
ff.de orig.iur.Et ſic licèt Bar. in. l. frater
à fratre . in.1.quæſt. extra gloſ. idem te-
neat q̄b tenuit in.d.l.ex hoc iure.tamen
Iaſ. ſibi contrarius in. l.ſi id quod. ff. de

cond. indeb.col.fi.illum reprehendit. Illa tamen executio, quæ olim fiebat manu regia,hodie fit iure actionis, vt iam admonuimus. Et dum in.d.l.ex hoc iure.nu.20.Paulus vult,ꝙ dominiũ rerum immobiliũ ſit de iure gentiũ ſecũdario, videtur ꝙ imò ſit de iure gentium primęuo.per.§.per traditionẽ.Inſt. de rerũ diu.ibi,iure naturali.iũcto verbo,cuiuſcunq; generis.vbi dicitur,ꝙ iure naturali acquiritur dominiũ rei, cuiuscũq; generis ſit.i.ſiue mobilis (ſecũdùm gl.ibi) ſiue ſoli. Nec obeſt.l. quod in litore. de acq.rerum dominio.nã dominia litorũ nimirũ ſi olim iure gẽtium primęuo nõ fuerũt diſtincta, cùm nec hodie ſint, vt ibid.hodie autẽ ideò non ſunt,ꝙ ſunt cõmunia,ſicut & aër,&aqua.l.quędã.ff.de rerũ.diu.Ita etiã intelligo.§. litorũ. Inſt. eod.vbi cõſtat etiã hodie nulliꝰ in bonis eſſe litora: ergo nimirũ ſi olim idẽ eſſet. Prætereà.§. ferę Inſt.de rerum diu.&.l.3. de acq.rerũ dominio.generaliter dicunt ꝑ occupationẽ acquiri dominium,ergo & mobilium,& ſoli.Prętereà id videtur probari ibi, Quicquid calcauerit pes tuꝰ, tuũ erit.Breuiter puto tenendã op.Pauli per.d.c.ius naturale.1.diſtin. Nã licèt cũ ipſo humano genere ꝓditum fuit,vt dominium mobilium occupãti cõcederetur,puta ſi cepi volatilẽ, vel ferã, vel piſcem.d.§.ferę.d.l.3.& licèt cum ipſo humano genere proditum fuerit,vt dominium ſoli eſſet in cõi:tamẽ cum ipſo humano genere nõ fuit prodita terrarum diuiſio,vel earum diſtinctio, ſed longè poſteà. Nec obeſt, ꝙ ab initio orbis terrarum erat in cõi: nã erat in communi vſu,non in cõi dominio:ſicut hodie aër, aqua,mare,& litꝰ maris ſunt in cõi vſu, non in cõi dominio.d.l.quędã.§. & q̃dẽ cum plu.ſeq.Inſt.de rerum diu.Nec obeſt illud, Quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit.Nã & verbum,habere, regulariter importat dominiũ.l.poſſeſsio,de acq.poſ.& tamẽ interdũ ſecꝰ.l.ſtipulatio iſta.§.hęc quoq;.cũ ſeq.ff.d͛ verb.ſic licèt verb.tuũ erit,videatur dominium ſignificare.arg.l.2.de religio.& ſumpt.fu. tamẽ interdũ aliud ſignificat. vt in illa authoritate & in.d.§. hæc quoq;.cum ſeq. Prętereà pro Paul.facit.Nã q̃ ait.d.§. feræ.&.d.l.3.q͛d nullius eſt, id naturali ratione occupãti cõcedi.licèt in rebꝰ mobilibꝰ iure procedet,tamẽ in immobilibus nõ naturali rationi congruũ,ſed iniquũ videtur.Quid enim ſi vnꝰ homo ab initio vnã prouinciã ingrederetur, & per hoc eã ſibi vẽdicare vellet, alijs vbi habitarẽt nõ habẽtibus,q͛d durũ eſſet. Tenẽdo hãc partẽ,ad.§.ꝑ traditionẽ. reſpõ.dũ ait, iure naturali.i.ratione naturali,quæ vertitur in obſeruatione contractꝰ,vt iã nõ ſemel admonuimus.Et ita tene cõtra oẽs doct.in.l.ſi id q͛d.de cond.indeb.maximè Iaſ.ibi in fi. dũ loquuntur indiſtinctè.& in.d.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. dũ volũt,ꝙ dominiũ etiã immobilium ſit diſtinctum etiã iure gentiũ primęuo, quod ſimul cũ ipſo genere humano proditum fuit.q͛d etiã voluit Fortunius in.l.1.§.ius naturale.col.13.ff.de iuſt.& iure. Sed lõgè verior eſt op.Pauli cõtra eorum magis receptã ſententiã.Et pro nobis nõ inelegãter induci poteſt.d.l.ex hoc iure. ibi,dominia diſtincta. Nã acquiſitio dominij in rebus mobilibus,vel ſe mouẽtibus,per earum apprehenſionẽ contingere dicitur.vt Inſt.de rerũ diuiſi.§.ferę.l.1.&.2.&.3.ff.de acq.rerũ dominio.acquiſitio verò dominij in rebus ſoli,contingit per diſtinctionẽ, & ſeparationẽ terrarũ. vt.d.l. ex hoc iure. ibi, dominia diſtincta,agris termini impoſiti. Itaque acquiſitio dominij in rebus mobilibus, & ſe mouentibus,quæ cælo, terra, marique capiuntur,indubitãter ſtatim cum ipſo genere humano prodita fuit, & in vſu eſſe cœpit.d.l.1.2. &.3.ff. de acq. rerum dominio.§.ſingulorum.iuncto.§. feræ. Inſtitut.de rerum diuiſione.Sed acquiſitio dominij in rebus ſoli, non ſtatim cum



cũ ipſo genere humano in vſu eſſe cœpit,ſed lõgè poſteà labentibus annis, cũ & cõtractus,& cõmercia in vſu eſſe cœperũt.vt.d.l.ex hoc iure.vt etiã ex authoritate poëtarũ,quos ſuprà retulimus, ſatis apparet.Et ꝙ.d.l.ex hoc iure.loquatur de illo iure gentiũ ſecundario, quod nõ ſimul cũ ipſo genere humano in vſu eſſe cœpit,ſed longè poſteà,in ſpecie tenent Bar.& Iaſ.col.fin.vbi etiã reliqui in.l.interdum.ff.de cond.indeb.

*Seruus eſt capax obligationis natu.quæ oritur ex contractu utrinq; obligatorio cõtra Bar.Iaſ. & alios.*

36 Vnde ipſi inferunt,vt iã etiam relatũ fuit,ꝙ licèt ſeruus ſit capax obligationis naturalis,quę oritur ex nuda cõuẽtione, nõ tamẽ eſt capax obligationis naturalis, quæ oritur ex cõtractu vltro citroq; obligatorio,qualis eſt emptio, locatio, ſocietas,depoſitum,& ſimilia,quæ non ſimul cũ ipſo genere humano inuenta fuerunt,ſed longè poſteà:licèt in hoc vltimo eorum receptã ſententiam ſuprà improbauerim,neq; quicquã à veritate & mẽte iuris remotius,alienius,& magis abhorrens dici potuit.Nam ſi hodie fiat nuda conuentio,ex qua deſcendit naturalis obligatio,cuius etiam ſeruus capax eſt,is ſeruus non deſinit huiuſmodi obligationis naturalis capax eſſe, quòd hodie conuentio,nõ aũt in primordio mũdi celebrata fuit,obligatur enim & obligat naturaliter:quia vt in iſta cõuentione hodie eſt vtrinq; conſenſus, ita & in primordio mũdi ſimiliter erat cõſenſus in ſimilibus cõuentionibus, quæ à primordio mũdi inter homines fiebãt. Sic & in propoſito quando hodie fit cõtractus emptionis,locationis,depoſiti, ſocietatis,& ſimiliũ,ſub taliũ cõtractuum forma neceſſariò ſubeſt & cõprehẽditur cõuentio,ex qua cõuentione & cõſenſu ibi interueniẽte oritur naturalis obligatio,cuius capax ſeruꝰ eſt tã actiuè q̃ paſſiuè.Cũ enim obligatio naturalis ex cõſenſu oriatur.l.ſub ſpecie.C.de poſtul. l. obligationũ ſubſtãtia. l.cõſenſu.in pr.ff. de act.& obli.l.nõ minorẽ.C.de. trãſact. l.1.ff.de cõſt.pecu.l.1.ff.de pact.l.an inutilis.ff.de act.& oblig.isq́; conſenſus interuenire intelligatur in oĩ conuẽtione, vt dictis legibus.&.l.conuentionũ.cũ duabus legibꝰ ſeq.ff.de pact.neceſſe eſt,vt ex cõtractu veſtito & iure gẽtiũ ſecũdario inducto oriatur obligatio naturalis, nõ ſecus,q̃ ex contractu & conuẽtione nuda:nã veſtimentũ,q͛d tali contractui veſtito accesſit,nõ remouit,vel fugauit cõſenſũ ipſiꝰ cõuẽtionis,ex quo oritur oblig.nat.ſed pręterea adiecit formã,videlicet veſtimentũ.cumulatiuè enim nõ priuatiuè accesſit. Sic & in ſimili oĩs obligatio cõtrahitur re,verbis,literis,aut cõſenſu.vt in pr.cũ.§.ſeq.& per totũ Inſt.de oblig.l.cõſenſu.ff.de act.& oblig. & tamen in omni obligatiõe cõſenſus interuenire debet, & ꝑ eius abſceſſum nulla eſſet obligatio,etiã ſi interueniret ſolẽnitas verborũ,vel ſcripturæ, & ſimilia. vt expreſſũ eſt in.d.l.obligationũ ſubſtãtia. ff.de act.& oblig. quaſi in oĩ contractu ipſe conſenſus ſit loco materię,ſine qua fieri nihil põt:quia ſecundũ philoſophũ, Ex nihilo nihil fit.vt ſolẽnitas vel interuẽtus ſcripturę verborũ,rerũ, & ſimiliũ loco formæ habeãtur:vt ſi poſito cõtrahentiũ conſenſu acceſſerit ſolẽnitas verborũ,cõtrahatur ſtipulatio & verborũ obligatio:ſi acceſſerit ſcriptura,cõtrahatur literarũ obligatio:quarũ ſolennitatũ interuentꝰ nõ remouit,nec fugauit,repulit ue ipſũ conſenſum,q loco materię eſt, ſine qua nihil fieri poſſet.Sic & in propoſito forma,quæ à lege & iure gentiũ ſecundario accesſit cõtractibꝰ,q nominati appellãtur, de quibus loquitur. d.l.ex hoc iure, nõ fugauit ipſã cõuentionem ipſumq́; conſenſum,q loco materiæ eſt,& ex eo naturalis obligatio oritur, nõ magis,q̃ fugatur,repellitur,remouetur,abijcitur cõſenſus per interuentũ ſolẽnitatis verborũ,aut literarũ: quinimò is cõſenſus firmior,euidẽtior ,ꝓbatiorq́; eſt:ſicq́; indubitabiliꝰ,iuſtiꝰq́; inde oritur obli

gatio naturalis. Et ita debet intelligi. d.
l.ſi id quod.cum ſimilibus.ff.de cód.in-
deb.l.naturaliter.eodem titu.§.1. Inſtit.
de fideiuſſ.

38 Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ ſeruus quod atti-
net ad ius ciuile pro nihilo reputetur. l.
quod attinet.ff.de reg.iur.& cõſequẽter
videatur incapax vtriuſq; obligationis:
quia ſi nihil eſt, nihil põt ei accedere. l.
ſed & ſi manẽte.ff.de precario. Nã reſpõ
deo, corp⁹ ſuũ pro nihilo haberi, ſeruũq;
eſſe: animũ autẽ liberũ habet, non ſecus,
q̃ reliqui ingenui homines quo ad ius di
uinũ & naturale: ideoq; ex meritis ſuis
ſaluabitur: vel ex demeritis cõdemnabi
tur, nõ aliter, atq; homo liber. Neq; enim
potuit lex ciuilis iſthęc immutare, cùm
ſint iuris diuini & naturalis. vt in. l. eas
cauſas ff.de cap. dimi. §.pe. Inſt. de iure
natur. l. iura ſanguinis.ff.de reg.iur. Et de
niq; licèt corpus ſeruũ eſſe poſsit, ani-
mus autem liber erit in ęternum. vt in.l.
cùm proponas. C. de hær. inſtit. Vnde
illud, Velle ſuum cuique eſt.

*Seruorum corpus non animus uidetur ſeruire, & eſt noua declaratio.*

39 Vnde infertur verus ſenſus ad.l. ma-
numiſsiones. in verbo.datio. ff. de iuſti
tia & iure. dum dicitur ibi, quòd manu
miſsio eſt libertatis datio. Cõtra quod
arguitur ſic. Libertas eſt iuris naturalis.
vt in.d.l.manumiſsiões.& in.§. ſeruitus.
Inſt.de iure perſ. ea autem quę ſunt iuris
naturæ mutari non poſſunt, ſed in ęter-
nũ permanere. l. omnes populi.ff.de iuſt.
& iur.&.§.ſed naturalia. Inſt.de iure nat.
vnde talis libertas cùm ſit iuris naturæ,
videtur quòd per ſeruitutem, quæ iuris
gentium eſt, adimi nõ poſſet. Et timore
huius difficultatis varij varia dicunt.

*Intell. l. manumiſsiones*

Nam prima fuit opinio exiſtimantiũ,
quòd ſeruus ſemper intelligatur eſſe li-
ber, licèt eius libertas ſit obumbrata &
obcæcata, quæ tamen detegitur per ma
numiſsionẽ. vt in.d. l.manumiſsiones.
& ita tenuerunt Accurſius in.d.l.manu
miſsiones. & nonnulli antiquorum.

Hanc opinionẽ reprehendit Paulus
in.d.l.manumiſsiones.in medio: tũ quia
eſt cõtra.d.l.manumiſsiones.cui fit vio-
lẽtia, ſi verbum, datio, exponatur.i.dete-
ctio. Cùm enim ibi dicatur, ꝙ per manu
miſsionẽ datur libertas, ſequitur ꝙ durã
te ſeruitute, libertas nõ erat, & dare eſt
transferre, non autẽ detegere. l. vbi autẽ.
§.fi.ff.de verb. obli. latè per moder. §.ſic
itaq;. Inſt.de act. vbi ſimiliter per moder
nos. Pręterea hęc expoſitio eſſet cõtra.d.
l.manumiſsiones.in fi. vbi dicitur, ſerui-
tutẽ contrariã eſſe libertati: at duo con-
traria non poſſunt eſſe in eod. ſubiecto.
l.Mutius.ff.pro ſocio. ergo vbi eſt ſerui-
tus, ibi libertas eſſe non poteſt.

Altera fuit op. exiſtimantium, quòd
durante ſeruitute ſeruus libertatẽ non
habeat exiſtẽter, ſed tamẽ potentialiter,
ſicq; non in actu, ſed tantũ in habitu: ſi-
cut dominus cuiuſq; rei in ea habet vſũ
fructũ cauſalẽ, nõ autẽ formalẽ in actu,
ſed tm̃ in habitu & potentia. Nec ſecũ-
dùm eos inconuenit, ꝙ ius gentiũ tollat
ius naturale in parte.i. in quibuſdã ho-
minibus, non in totũ. i. in omnibus ho-
minibus. Ita tenet Paulus in.d.l. manu-
miſsiones. & eſt ex mẽte Bal. Ang. & Iaſ.
ibid. col. fi. ſuper gl. in verbo, datio. & idẽ
Paulus. nu.33. in.d. l. ex hoc iure. & in.d.
l.manumiſsiones. vbi Fortunius variat
adeò lubricus, vt vix cõprehendi poſsit.

Quid dicẽdum? Mihi non placet op.
gl. quatenus exponit, datio.i. detectio.
Nec placet reprehenſio Pauli. Nã quòd
Paulus ait duo cõtraria eſſe nõ poſſe in
eod. ſubiecto. l. Mutius.ff.pro ſoci. hoc
fallit in homine, qui duabus contrarijs
partibus cõſtat, corpore ſcilicet morta-
li, & animo immortali. Vnde ſiue per ca
ptiuitatẽ ſeruus fiat, ſiue per natiuitatẽ,
iuxta.§.fi. Inſt.de iure perſonarũ. vtroq;
caſu, quo ad corpus ſeru⁹ eſt, quo ad ani
mũ liber. ſicut & fera per captiuitatẽ fit
ſerua, & ſi manus capientis euaſerit, rece
pit ſuam laxitatẽ. iuxta.§. ferę. cum ſeq.
pl. Inſt.de rerum diui. Hinc eſt, ꝙ ſeruus
natura-



naturaliter obligatur.§.1. Inſt. de fidei.l.
naturaliter.l.ſi id quod. de cõd. indeb.l.
quod attinet.de reg.iu. q̃d facere nõ poſ
ſet, niſi quo ad animũ liber eſſet. Hinc
eſt, quòd põt peccare, & habet liberũ ar
bitrium, propter quod iure damnantur
mali: quod liberum arbitrium non ha-
beret, ſi quo ad animum liber nõ eſſet.
Adde, quòd corpus hominis poterat a-
deò ſeruũ eſſe, vt vel illud occidere do-
min⁹ poſſet. Inſt.de his qui ſunt ſui, vel
ali. iur. in prin. animus autem hominis
adeò liber ſemper eſt, vt à domino ſeru⁹
non poſsit compelli ad volendum, vel
nolendum. l. cùm proponas. C. de hær.
inſt. Item corpus meum ſeruum facere
ipſe poſſum.§. fi. Inſt.de iure perſonarũ.
animum autem non poſſum. l. ſi quis in
prin. teſtamenti.ff.de lega.3. Hinc eſt, ꝙ
eorũ, quorũ homines ſunt natura capa-
ces, & ſeruus capax eſt: eorum verò, quę
iure ciuili ſunt capaces, ſeruus capax nõ
eſt. l. quod attinet.de reg.iur. Vnde obli
gationis naturalis tam actiuę quàm paſ
ſiuę capax eſt. vt.ll. ſuprà alle. & .l. qui hę
redi.§.dominus.de condi. & demõſt. do
minij autem capax non eſt. l. placet.de
acqui.hær.l. acquiritur de acqui.rerum
dominio. Quia licèt dominiũ dum eſt
infieri, ſit iuris gentium. vt.d.l.ex hoc iu
re. tamen poſtquàm eſt quęſitum, eſt iu
ris ciuilis. vt per Barto. & oẽs in.l. ſi quis
vi.§.differentia. & in.l. naturaliter.§. nil
commune. in prin. de acqui. poſſeſ. Sed
& ſi iuris gentium eſſet, adhuc acquiri
nõ poſſet. Sic & poſſeſsio dum eſt infie-
ri, eſt facti, ideo poteſt per ſeruũ acquiri.
l.1.de acqui.poſſ.§. per ſeruum. ſed poſt
quàm eſt quęſita, eſt iuris, vt per Bart. in
l.1. eod. ideo ſeruus poſsidere nõ poteſt
l. ſtipulatio iſta.§.hi qui.§.hæc quoq;. de
verborum oblig.ff.

39 Deniq; vtcunq; ſeruo dempta ſit po
teſtas propter corporis ſui captiuitatẽ,
tamen eius animus & volũtas capi, aut
apprehendi, aut ſerua effici non poteſt.

*Animus nõ ſeruit.*

Vnde Ouid. lib.3. de Ponto.

*Vt deſint uires, tamen eſt laudanda uoluntas,*
*Hac ego contentos auguror eſſe deos.*
*Hæc facit ut ueniat pauper quoq; gratus ad aras,*
*Et placeat cæſo non minus agna boue.*

Ibidem lib.4. de Ponto.

*Vt iam nil præſtes animi ſunt factus amici*
*Debitor, & meritum uelle iuuare uoco.*
*Parua quidem, fateor, pro magnis munera reddi,*
*Cùm pro conceſſa uerba ſalute damus.*
*Sed qui quàm potuit dat maxima, gratus abundè eſt,*
*Et finem pietas contigit illa ſuum*
*Nec quæ de parua pauper diis libat acerra,*
*Thura minus grandi quàm data lance ualent.*
*Agnaq; tam lactens quàm gramine paſta phaliſco,*
*Victima Tarpeios inficit iſta focos*

Idem ad Piſonem.

*Quòd ſi digna minus eſt mea pagina laude,*
*At uoluiſſe ſat eſt, animum non carmina iacto.*

Et Iuue. ſatyra. 13.

*Has patitur pœnas peccandi ſola uoluntas,*
*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum*
*Facti crimen habet.*

Et Propertius lib.2. ad Muſam.

*Quòd ſi deficiant uires, audacia certè*
*Laus erit: in magnis & uoluiſſe ſat eſt.*

Præterea cùm ſerui facti fuerimus, id
tantùm quod mortale eſt, ſeruire intelli
gitur, non ſecus quàm in iumẽtis. argu-
mẽto per totum Inſt. C. & ff. ſi quadru-
pes pauperiem. vbi noxalis actio nõ ali-
ter ratione ſeruorum, quàm ratione iu-
mentorum datur.

40 Vnde apparet, quòd immortale eſt
nõ ſeruire, animus autẽ noſter immorta
lis eſt, vt elegãter poëtæ modulati ſunt.

*Animus immortalis eſt*

Iuuenalis Satyra.15.

*Senſum an cæleſti demiſſum traximus arce,*
*Cuius egent prona & terram ſpectantia mundi*
*Principio indulſit communis conditor illis.*
*Tantùm animas nobis animum quoq; mutuus ut nos*
*Affectus petere auxilium & præſtare iuberet:*
*Diſperſos trahere in populum migrare uetuſto*
*De nemore & proauis habitatas linquere ſyluas.*

Et Manilius lib.4. aſtronomic.

*Iam nuſquam natura latet peruidimus omnem,*
*Et capto potimur mundo noſtrumq; parentem*
*Pars ſua conſpicuus genitiq; accedimus aſtris.*
*An dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtro?*
*In cœlumq; redire animas, cœloq; uenire?*
*Vtq; ſit ex omni conſtructus corpore mundus,*

*AEtheris atq; ignis ſummi terræq; mariſq;*
*Spiritum,& in toto rapidum qui iuſſa gubernat,*
*Sic eſſe in nobis terrenæ corpora ſortis,*
*Sanguineaſq; animas animi qui cuncta gubernat,*
*Diſpenſatq; hominem.quid mirum noſcere mundum*
*Si poſſunt homines, quibus eſt & mundus in ipſis,*
*Exemplumq; Dei quiſq; eſt, & in imagine parua?*
*An quoquam genitos niſi cœlo credere fas eſt*
*Eſſe homines?*

Et Vergil.6. AEneid.

*Igneus eſt ollis uigor, & cæleſtis origo.*

Et Ouid.lib.1. de Ponto.

*Viuimus ut nunquam ſenſu careamus amaro,*
*Et grauior longa ſit mea pœna mora,*
*Sic inconſumptum Tityi ſemperq; renaſcens,*
*Non perit,ut poßit ſemper perire iecur.*
*Siue dies igitur caput hoc miſerabile cernit,*
*Siue pruinoſæ noctis aguntur equi:*
*Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis,*
*Ignibus admotis ut noua cera ſolet.*

Ouid.2.de Ponto.

*Omnia deficiunt,animus tamen omnia uincit,*
*Ille etiam uires corpus habere facit.*

Et idem Ouid.lib.15.Metamor.

*Morte carent animæ,ſemperq; priore relicta*
*Sede,nouis domibus uiuunt,habitantq; receptæ.*

Ergo quod mortale eſt, id tãtùm ſeruire intelligitur, quale eſt corpus ſeruorum: non ſic in ipſorum animo,quia liber permanet,non aliter, atq; ſi corpus re vera captum non eſſet.Vnde cùm naturalis obligatio ex animo & conſenſu noſtro deſcẽdat,oportet intelligere huius obligationis ſeruos eſſe capaces, nõ aliter, atq; ſi re vera ſerui nũquàm fuiſſent.& nullibi ita tactum inuenies.

41 Illud autem, quod Fortunius in.d.l. 1.§.ius naturale.col. 13. de iuſt. & iure.ff. poſt alios,quos ſuprà retulimus, negat, ſcilicet, ius gentium eſſe in duplici differentia,& omnia, quæ iuris gentiũ eſſe dicũtur, ſtatim cum ipſo genere humano prodita fuiſſe,id (inquàm) nullo colore defendi poteſt, inſpecta mente iureconſultorũ, qui infideles erant. Nam ipſi in hoc erant errore & cęcitate,vt putarent mundum ingenitum fuiſſe, & nihilominùs erga Deũ religio, fidei obſeruatio, in patriam & parẽtes obedientià non fuerunt introducta,ſed fuerunt ingenita hæc omnia, non ſecus, quàm mũdus ipſe, ſcdm eos,qui omnia hæc à primordio generis humani fuiſſe, ſicq; ſine vllo principio putabant,vt dicebat Iurecõſultus in.d.l.1.ff. de acqui. rerum dominio.Sed ꝙ bella, cõtractus, ſeruitutes, & ſimilia principium habuerint, tenẽt omnes.& probat.d. l. ex hoc iure. ibi,introducta.&.d.l. manumiſsiões.ff. de iuſt.& iure &.d.§. ius autem gẽtium. ibi,introducta.Inſt.de iure nat.& per totum Inſt.de iure perſo.ergo.&c.

*Ius gẽtium ſecundariũ nõ ſimul cũ ipſo humano genere pditum fuit contra Fortuni. & alios.*

42 Quòd autem infideles & pagani intellexerint mundum fuiſſe ingenitum, foreq; irreſolubilem,& infinitum, æternum,patet authoritate poëtarum,quos ſuprà iam retulimus: licèt & inter ipſos infideles nõ deeſſent, qui præſenſerint, vaticinatiq;,fuerint id,quod veritas,religioq; Chriſtiana docet, nempe mundum principium habuiſſe, finemq; habiturum:id quod viua, naturaliq; ratione patefit. Nam Deum eſſe omnipotentem,gentiũ nulla fuit vnquàm tam immanis,trux,barbara,fera,quæ hoc negaret. Vnde Ouid.lib.4.de triſtibus ſic ait.

*Mundum creatũ fuiſſe.*

*Nil ita ſublime eſt ſupraq; pericula tendit,*
*Non ſit ut inferius,ſuppoſitumq; Deo.*

Et Lucanus lib.9.bellorum ciui.

*Hæremus cuncti ſuperis temploq; tacente,*
*Nil agimus niſi ſponte Dei.*

Et Claudianus lib.1.in Ruffinum.

*Signa quidem ô ſociæ diuos attolere contra*
*Nec fas eſt,nec poße reor.*

Et Boëtius Metro.9. lib.3.

*Tu requies tranquilla piis,te cernere finis,*
*Principium,uector,dux,ſemita,terminus idem.*

Auſonius in epigram.

*Et cùm fata uolunt bina uenena iuuant.*

Vnde Cicero.

*Deus eſt qui uiget,qui ſentit,qui meminit,qui præuidet,qui regit & moderatur,& eſt æternus. Secundùm Scip.*

Et Cicero de natura deorum.

*In mundo Deus eſt aliquis, qui regit, qui gubernat,qui curſum aſtrorũ, qui mutationes temporum;* rerum



*rerũ uiciſsitudines,ordineſq; cõſeruat,terras,& maria contemplans,hominum commoda uitaſq; tuetur.*

De natu.deorum idem Cicero.

*Sit hoc à principio perſuaſum hominibus,dominos eſſe omnium rerum,ac moderatores deos, eaq;, quæ gerantur,eorum geri ditione atq; numine,eoſq; optimè de genere in hominũ mereri:& qualis quiſq; ſit, quid agat,quid in ſe admittat,qua mente,qua pietate colat religionem intueri,piorumq; & impiorum habere rationem.*

Idem.2.de leg.

*Deorũ prouidentia mundus adminiſtratur: ijdẽq; cõſulunt rebus humanis: neq; ſolùm uniuerſis,uerùm ſingulis.*

Cùm ergo non ſolùm catholici, verũ infideles quoq; planè agnoſcerent Dei omnipotentiam & æternitatem, inde neceſſariò ſequitur mundum æternum non eſſe.Nam ſi æternus eſſet & irreſolubilis,iam quo ad ſui reſolutionem nõ ſubiaceret Dei omnipotẽtiæ.Ergo cùm ſit ius gentium,quod cum ipſo genere humano ſimul proditum fuit,vt iã docuimus:quod ius ſecundùm cęcitatem erroremq; infidelium ingenitum, & ab æterno fuit,nullum habẽs principium: cumq; fuerit ius gentiũ,quod ſecũdùm eoſdem introductum fuit, & principiũ habuit:ſupereſt,vt ipſi Iureconſulti intellexerint ius gentium eſſe in duplici differentia:alterum vetuſtiſsimũ & natiuum:alterum verò datiuum ſeu introductum,non tam vetuſtum.

43 Redeundo ad rerum acquiſitiones, vidimus ea quæ ex teſtamento capiuntur,quo iure capi intelligãtur,& an nobis poſsint auferri:modò ſupereſt,vt videamus ea,quæ ex bello capiuntur,quo iure acquiri intelligantur, & an nobis poſsint auferri. Et patet bella iure gentium fuiſſe introducta.vt in.d.l. ex hoc iure.&.l.manumiſsiones.ff.de iuſt.& iure.§.ius autem gentium. Inſtitu.de iure natu.Quod verum ſecũdùm glo.in.d.l. ex hoc iure.quãdo bellum erat iuſtum, ſecùs ſi iniuſtum,ne inde iniuriarũ naſcatur occaſio,vnde iura naſcũtur.l.meminerint.C.vnde vi.Hæc opin.gloſſ.cõmuniter reprobatur, quia vehementer reſtringit illa iura, & quia plerunq; bellum,ſaltem ex altera parte, iniuſtũ fuit. Ergo bellum aut vtrinque iuſtum eſt (quod raò accidit)& tunc dicitur de iure gentium,vt dictis iuribus ſecundùm omnes.Aut ex altera parte iuſtum,&ex altera iniuſtum eſt, vel etiã vtrinq; iniuſtum:& tũc communis opi.eſt, quòd adhuc ſit de iure gentiũ.Ita tenent Odofredus,Butrius.Bart. Bal.Paul.col.3. Iaſ. nu.23.in.d.l.ex hoc iure.per generalitatem dictorum iurium. Et ad oppoſitionem reſpondent,quòd bellum iuſtum eſt de iure gentium diſpoſitiuè: bellum autem iniuſtũ ſimiliter eſt de iure gentium,nõ diſpoſitiuè,ſed occaſionaliter. Quod reprobãt ibi Richar. & Sali.in.d. l.ex hoc iure.quia à iure non ſolùm delictum immediatè non debet deſcẽdere, ſed nec etiam occaſio delinquendi.arg. l.ſcire.cum ſua gloſſ.ibi cõmuniter approbata.C.vt in poſſ.leg.l.fi. C. de pact. &.l.de fideicõmiſſo.C.de tranſact.l.2.in fi.ff.quib.vt indig.l.quidã in iure.§.fi.ff. de donati.c.conſtitutus.&.c. fi. de conceſsione præben.&.c.ne captandæ.&.c. deteſtanda. de conceſ.præb.in.6.l.2.§. interdum.ff.de vulg.Vnde ipſi Richar. & Salic.vbi ſuprà intelligũt,quòd bellum licitum à iure gẽtium deſcendit,ſed illicitum deſcendit ab iniuria iure gẽtium proueniẽte ex natura noſtra,quę ad malum prona eſt.vt in auth. de monach.§. ſi verò is.&in.l.1.§.1. &.§.cùm arietes.ff. ſi quadr.paup.feci.dicatur.Vnde Terẽt.

*Bellum quo iure inductum noua declaratio.*

*Ingenium omnium hominum eſt à labore procliue ad libidinem.*

Ouid.lib.4.Faſtorum.

*Sed nos in uitium credula turba ſumus.*

Horatius lib.1.epiſt.ad Lollium.

*Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones,*
*Vt teipſum ſerues non expergiſceris?*

Iuue. ſatyra. 6.

*Paucæ adeò Cereris uittas contingere dignæ.*

Idem Satyra.13.

*Mobilis & uaria eſt ferme natura malorum.*

Cum

*Cùm ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia: quid fas*
*Atque nefas tandem incipiunt ſentire peractis*
*Criminibus, tamen ad mores natura recurrit*
*Damnatos, fixa & mutari neſcia. Nam quis*
*Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit*
*Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?*
*Quisnam hominum eſt, quem tu contentum uideris*
*uno flagitio?*

Terent. in Adel.

*Nam tu quid agas,*
*Vbi ſi quid bene præcipies, nemo obtemperet?*

Claudianus lib. 2. in Eutrop.

*Paruæ poterunt impellere cauſæ*
*In ſcelus: ad mores facilis natura reuerti.*

Plautus in Aſinaria.

*Lupus eſt homo homini, non homo, quum qualis ſit, non nouit.*

Auſonius in Biæ Prienei ſentẽtijs.

*Pernicies hominũ quæ maxima, ſolus homo alter.*

44 Et quod ſummè dolẽdũ eſt, adeò ſunt proxima vitia virtutibus, vt bellũ excitatum dominãdi libidine ſint qui iuſtũ appellent, quaſi hæc omniũ pernicioſa libido illuſtrium virorum certiſsima peſtis excelſum animum, optimamq́; indolem præ ſe ferat. Nam & Cicero. libr. de officijs ait.

*Bellum ambitione illatum nõ eſſe iuſtum contra Paul.*

*In maximis animis, excelſis, ſplendidiſsimisq́; ingenijs plerunq; exiſtere imperij, honoris, potentiæ, & gloriæ cupiditates.*

Et ita tenet Paulus in. d. l. ex hoc iure. nu. 10. iuſtum eſſe bellum honoris gloriæq́; ambitione, libidineq́; ſuſceptum. Ergo vult Paul. ꝙ inſtinctus dominandi, qui hominibus peculiaris eſt, nec cũ brutis communis, ſit iure gentium approbatus, quod eſt falſum. nam non eſt ius gentium, niſi quod eſt rationabile. vt not. in. c. ius naturale. 1. diſt. & Paul. ſæpe ſibi cõtrarius in. d. l. ex hoc iure. ſed iſte inſtinctus eſt irrationabilis, vt probabo, ergo. &c. Quòd ſit irrationabilis, patet. Primò: quia cognationẽ, & æqualitatem quandam inter nos natura conſtituit. vt. ff. de iuſt. & iure. l. vt vim. ergo qui alterũ ſe inferiorem facere vult, non ſeruat illam cognationem, & æqualitatem natura datam. Præterea æqualitas inter homines cõmendatur in toto titulo. ff. quod quiſq; iur. & in. c. 1. diſt. 1. Tertiò ius gentium primæuum dictat, vt omnibus hominibus communis ſit libertas. vt. c. ius naturale. diſt. 1. ergo qui me ſubiectum vult, adimit libertatem iure gẽtium mihi datam. Item quartò reges fuerunt creati, non vt dominarẽtur, ſed vt homines ęqualiter regerẽtur, & ęqua lance metirẽtur. l. 2. de orig. iur. poſt pri. &. §. poſt originem. Quintò appetitus dominandi eſt improbatus. vt. d. c. quid culpatur. ergo eſt irrationabilis. nam à Deo id demũ reprobatur ꝗđ irrationabile eſt. vt. d. c. 1. diſt. 1. ſi ergo eſt irrationabilis, ergo de iure gẽtiũ eſſe nõ poteſt, vt dictũ eſt. Nõ obeſt, quod ait Tulli⁹. Nam fateor, quòd cupiditas honoris, & imperij, reperiuntur naturaliter in hominibus. non tamen ipſe approbat talis appetitus executionem, imò expreſsim reprobatur in. d. c. quid culpatur. & per gl. in. l. 1. §. ius. nat. eod. & Paul. vbi ſuprà. col. 2. in fi. Et aduerte: nam homines natura ducuntur ad tales appetitus & delicta irrationalia. vt. d. gl. & tex. in authẽ. de monachis. §. ſi verò is. Sed ideo homines ſunt ratione prædīti, vt armis rationis poſsint vincere bellum appetitus naturalis (quæ victoria ſumma eſt) vt vincentes, gloriam mereãtur paradiſi: at cætera animalia licèt ſint ratiõis expertia, tamẽ ſemper vtuntur ratione & natura, non ad delicta, ſed ad rationẽ (quam ignorant) vtendam ducuntur, eaq́ue ferè ſemper vtuntur, ſecũdùm Plutarchũ in libro, an brutis ratio inſit. Nam cùm eis vincentibus præmium paradiſi propoſitum nõ fuerit, ideo nullum bellum eis propoſitum natura fuit. Tene ergo, quòd bellum imperandi libidine illatũ (quale fuit bellum à Pirrho Epirotarũ rege Romanis illatum) non eſt iure gentium approbatum, imò eſt iniuria, & nefas, vt. d. l. vt vim. Quod etiã patet: quia ius gẽtium illud dicitur, quod ex neceſſitate receptum eſt. §. ius autem gẽtium. ibi,



humanis neceſsitatibus. Inſtit. de iure natur. gent. & ci. ſed neceſſariũ nõ eſt bellũ imperãdi libidine illatũ, ergo. &c. Cùm ergo bellum plerunq; imperandi libidine vtraq; ex parte inferatur, ſæpiſſimeq́; etiam prædandi, rapiendiq́; cupiditate.

Nam ſecundùm Lucanum.

*Nulla fides pietasq́; uiris, qui caſtra ſequuntur:*
*Venalesq́; manus ibi fas ubi maxima merces.*

Vnde Alexãder magnus, vt in Plutarchi apophthegm. relatũ eſt, dicere ſolebat, eos ſibi milites maximè placere, qui diuitiarũ, opum, gloriæ, honorisq́; auidiſsimi, appetẽtiſsimiq́; eſſent, quaſi illi demũ aptiores ad belligerãdum eſſent.

Lucanus lib. 1. bel. ciuil.

*Hinc uſura uorax, auidumq́; in fœnore tempus,*
*Et concuſſa fides, & multis utile bellum.*

Tibullus Eleg. 10. lib. 1.

*Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?*
*Quàm ferus, & uerè ferreus ille fuit!*
*Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,*
*Tunc breuior diræ mortis aperta uia eſt.*
*At nihil ille miſer meruit, ad nos mala noſtra*
*Vertimus, in ſæuas quod dedit ille feras.*
*Diuitis hoc uitium eſt auri: nec bella fuerunt*
*Faginus aſtabat cùm cyphus ante dapes.*
*Non arces, non uallus erat, ſomnumq́; petebat*
*Securus uarias dux gregis inter oues.*

Vergil. lib. 1. Georg.

*Quippe ubi fas uerſum, atq; nefas, tot bella per orbẽ*
*Tam multæ ſcelerum facies, non ullus aratro*
*Dignus honos: ſqualent abductis arua colonis:*
*Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.*

Lucanus lib. 2. bel ciuil.

*Stat cruor in templis, multaq́; rubentia cæde*
*Lubrica ſaxa madent, nulli ſua profuit ætas,*
*Non ſenis extremum piguit feruentibus annis*
*Præcipitaſſe diem, nec primo in limine uitæ*
*Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.*
*Crimine quo parui cædem potuêre mereri?*
*Sed ſatis eſt iam poſſe mori.*

45 Cùm ergo bellum ipſum & impium ſit, & ab hominũ impijſsimis impurisq́; plerunq; excitetur & inferatur, ſupereſt, vt iniquũ vtraq; ex parte ferè ſemper ſit: & conſequenter cùm leges ad cõmuniter accidentia aptentur. l. nam ad ea. ff. de legibus. dicendum eſt, quòd leges noſtræ tradũt, bellũ à iure gentium deſcendere, id in bello iniuſto intelligẽdum eſſe, nõ ſecus, quàm in bello iuſto. Et tunc dũ arguitur, quòd ex iure iniuria naſci non deberet, reſpõdendũ dupliciter. Vel hac in re ius gentiũ appellari, quòd induxit vſus gentium, ſiue id bonum ſit ſiue nequam. vt in. §. ius autem gentiũ. Inſt. de iure natu. ibi, vſu exigente. Vel bellum ideo à iure gentiũ deſcendere, quòd iniuriæ propulſandæ cauſa neceſſarium ſit, quando iniuria illata eſt ab ijs, qui imperio, & ditioni noſtræ non ſubiacent. Neque ad rem pertinet, quòd belligerãtes ſæpe iniurij exiſtant. Nam vt Salluſtius ait, ex bonis initijs omnia mala orta ſunt. Et licèt quo caſu impiè bellum geratur, nõ propterea minùs dicitur bellum à iure gentiũ deſcendiſſe: nam & omnes penè cõtractus, qui deſcendunt à iure gentium. vt in. d. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & d. §. ius autẽ gẽtium. nullus ignorat, quin ſæpiſsimè fiant per fraudem, captionem, & machinationem, & nihilominus ſunt iuris gẽtium: quia lex nõ ceſſat, licèt ratio legis ceſſet in particulari, niſi etiam ceſſet in cõmuni. vt docemur ex latè traditis per Didacum de Couarru. vbi ſuprà. Et probatur in. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. tradit latè in ſimili Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſta. ampliatione prima.

*Bellum etiã iuſtum dicitur de iure gẽtium.*

Vnde licèt vnum aut alterum bellũ, aut etiam bellorum pleraq; iniuſta ſint, vel iniuſtè exerceãtur, adhuc ratio legis non ceſſat in cõmuni, & conſequenter ſuſtinetur ipſa lex generalis, vt & bellũ iure gentium eſſe intelligatur, nõ ſecùs, quàm ſi omnia bella iuſta forent.

46 Illud autẽ vehementer cõtrouerſum eſt, an quęſita ex bello iniuſto fiant iure optimo capientium. Quod tangit Iaſ. in d. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. nu. 23. cum ſequen. quem vide. Et cõmunis op. eſſe videtur, multis repugnãtibus, quòd fiant

*Bello iniuſto quæſita an fiant capientium.*

accipientium, vel capientium etiam ea, quæ bello iniuſto acquiruntur, dummodò bellum ſit indictum ab habente poteſtatem bellum indicẽdi, & inferendi. Quod ſanè procedit quo ad ea, quæ capiuntur à militibus, & reliquis, qui principi bellum inferenti parere neceſſe habent. Simile videtur in repreſalijs, quarum iniquitatem nullus non videt, & tamẽ iniuriæ propulſandę cauſa, quę ab ijs, qui imperio noſtro non ſubſunt, inferuntur, admittuntur, vt alibi plenè diſſeruimus.

Et vt princeps ſecundùm nonnullos eorum, quos ſuprà retulimus, non poteſt nobis auferre ea, quæ ex teſtamento deſcendunt & proficiſcũtur, quaſi hæc ſint iuris gentium, non magis quàm reliqua poteſt immutare, quæ ſimiliter ſunt iuris gentium: ita quoq; ſecundùm eoſdem & prouinciarum ſeparationem & contractus naturam immutare non poteſt. Sed de hoc vltimo latiùs ſuo loco diſſeremus.

47 *Princeps an poßit mutare p̃uinciarum diſtinctionem noua declaratio.* Illud autem dubiũ eſt, an prouinciarũ diſtinctio, quæ iure gẽtium facta fuit. vt in.d.l.hoc iure.ff.de iuſt.& iure.& in.d.§.ius autem gentium. Inſt. de iure natu. poſsit immutari? Et videtur non poſſe. argu.§.pen.Inſt.de iurẽ natu.&.l.ius autem ciuile.&.l.omnes populi.ff. de iuſt. & iure. Sed contrarium videtur expreſſum in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.illud.tamẽ & de vna prouincia facit duas prouincias.ff.de aſſeſſori. l.ſi eadem notatur. C.de metropo.lib.11. l.vni.& notatur in.c.1.extrà.ne ſede vacante. ergo talis prouinciarum diuiſio cùm per Imperatorem vel Papam fieri poſsit, videtur eſſe de iure ciuili. Qua in re Bar.in d.l.ex hoc iure.nu.4.reſp.negãdo conſequentiam. Nam licèt prouincias diuidat princeps, non propterea ſequitur, quòd talis diuiſio ſit iuris ciuilis, & deſinat eſſe iuris gentium, nõ magis, quàm ſi princeps faceret contractũ, is contractus non diceretur eſſe iuris ciuilis, nec deſineret eſſe iuris gentiũ. Sed Paulus ibi.nu.12.hoc negat, dicẽs, quòd ſi princeps poſſet prouincias diuidere, bene ſequeretur, eã diuiſionem eſſe iuris ciuilis. qua in re Iaſ.& reliqui nil ibi aiũt. Et aduerte, quòd ſimile quod adducit Bar.de contractu per principem celebrato, quod non iuris ciuilis ſed gentiũ eſt, parũ vrget: nã id cõcludit, quòd ius gentium non minuitur: nec mirũ, quia contractus ſunt iuris gentium quo ad potentiam cõtrahendi (vt ait Bar.nu.8.) in.d.l.ex.hoc iure. vnde licèt illa potẽtia homines contrahendo vtantur, nõ ideò minuitur ius gentium: nam eadem potentia eſt poſt multos cõtractus factos, quæ futura eſſet, licèt nullus contractus factus eſſet, ſed diſcretio gentiũ & prouinciarum, cùm ſit iure gentium nõ in potentia, ſed in actu inducta, ſi quidem mutetur de vna p̃uincia, faciendo duas, vel contrà, certè mutatur ius gentium, quia non ſeruatur diſcretio gentium, & prouinciarum, quas ius gentium ſtatuit, quod eſt contra. d.§.ſed naturalia. Inſt.de iure nat.l.eas. de capit.dimi.§.fi. Inſt.de leg.ag.tut.l.iura ſanguinis.de regul.iur.ff. Sed aduerte: nam quidam putant contra mentem omnium docto. quòd ius gentium ſecundarium poſsit per principem, vel leges ciuiles immutari. nam tale ius non cũ ipſo humano genere proditum fuit, ſed poſteà humanis neceſsitatibus exigentibus receptũ fuit. §.ius autem gentium. Inſt.eod. Vnde ſicut temporis curſu iſta humana neceſsitas obuenit, vt ibi: ita & temporis curſu poteſt abire. Nam in ædificatione Babylonis linguæ hominum fuerunt variatę, vnde oportuit homines ſeparari, quia omnes inuicem ſe non intelligebant, vt qui eandem linguã ſortiti fuerant, aliàs habitarent, qui verò alteram linguam diuerſam, aliàs eſſent, & tamen illam neceſsitatem ceſſare poſſe certum eſt: veluti ſi





diuerſarũ prouinciarũ diuerſarũq; linguarũ homines finitimi eãdẽ linguã addiſcerent: tũc enim putãt, quòd princeps poſſet de duabus prouincijs vnam facere: quod foret, ſi vnus præſes duabꝰ prouincijs præfectus eſſet. vt per gl.l. fi. C.de præſ.long.temp. Item poſſet econtra, ſi qui vnam linguam ſortiti fuerũt, variè loqui cœperint, de vna plures facere, plures pręponẽdo præſides: & idem ſi ex alia cauſa coniungere vel diuidere prouincias princeps voluerit. Ita ipſi intelligunt tex.in.d.l.ſi ead.& dict.§.illud. Tamen hoc etiam innuit.c.ius gentiũ.1. diſt. dum ait, quòd ius gentium omnes ferè gẽtes cuſtodiunt. Nam ſunt aliquæ fortè gentes, quæ ius illud gentium ſecũdarium non ſeruant: nec enim conſtat eandem neceſsitatem omnes gentes abinitio conſtrinxiſſe: ſed & ſi omnes abinitio conſtringeret, adhuc tamen poſſet in aliquibus gentibus ex poſt facto ceſſare. Vt hodie videmus inter Chriſtianos diuerſarum prouinciarũ, quòd captiui non efficiuntur ſerui capientiũ, & ſic in hac parte iuri gentium ſecundario derogatum eſt. vt patet.ff.de iuſtitia & iure. l. manumiſſiones. & Inſtitu. eodẽ.§.ius autem gentium.& de captiu. & poſt. l. hoſtes. cum. l. ſequen. & ex iſto iure gentium ſecundario loquitur d.l.ex hoc iure. in omnibus ferè exemplis. Nec obeſt dict.§.ſed naturalia. cum ſimi. nam illa iura loquuntur de iure gentium primæuo, quod fateor eſſe immutabile, vt ibidẽ. Ita etiã intelligitur c.ius naturale.1.diſtinct. dũ ait, ius illud nulla cõſtitutione cautũ eſſe, ſed ipſam naturã homines omnes illud docuiſſe ſimul ac homines eſſe cœperunt: ergo non docuit, vel introduxit illa humana neceſsitas poſteà obueniẽs. Sed fortiter obeſt.l.ius autem.ff. de iuſtitia & iure. vbi ius ciuile, ius gentium, etiam ſecundarium per totum abrogare nõ poteſt. Reſpõdetur, quòd licèt quo ad prouinciarum gentiumq́ue diſcretionem derogaretur, non tamen per hoc derogatur quo ad alias iuris gentium partes, puta quòd ſint contractus, quòd ſint dominia, obligationes, bella, ædificia, & ſimilia. Adhuc tamen ipſi putant, quòd princeps non poſsit ius gentium ſecund. etiam quo ad vnam generaliter partem, (puta ne fiat contractus, ne ve fiant ædificia, ne ve ſeparentur gentes) immutare niſi ex cauſa, cauſa autem ſufficiens erit, ſi fortè ceſſet ratio, propter quam ius gentium in illa parte inductum fuit, vt ſuprà exemplificaui. Ita poteſt intelligi.l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iure.

Denique vt res euidentior ſit, nonnulla præfabimur. In primis enim quo ad principis poteſtatem ordinariã nulla eſt differentia inter ea quæ ſunt iuris gentium, & ea quæ ſunt iuris poſitiui: nam ſine cauſa ius alterius lædere non poteſt, ſiue illud à iure poſitiuo deſcendat, ſiue à iure naturali, vel gentium. vt in.§.final.Inſtitu.quib.mod. teſtament. infirmi. l. Papinianus. §. Imperator.ff. de inoffici. teſtament. l. ex imperfecto. ff. de legatis.3.l. ex imperfecto.C.de teſtament.l. digna vox. C. de legibus. l. nec auus. C. de emancipatione liberorum. Quòd ſi loquamur de poteſtate principis abſoluta, tunc aut loquimur de poteſtate facti, qualis eſt cum violentia, vi, & armis, & quod princeps conſequitur, inhoneſtum, turpe, flagitioſum, indecorum: & tunc etiam ea, quæ ſunt iuris naturæ, ſolent peruerti, nam & priuatus id aliquando poteſt. Sed iſta, inſpecta legis cenſura, non eſt poteſtas, nec de ea acturi ſumus: quia id tantùm poſſumus, qđ honeſtè poſſumus. l. nepos Proculo.ff. de verborum ſignifica.l. filiusfamil.ff. de condi. inſt. Quòd ſi quod princeps vult de poteſtate abſoluta non contineat turpe quid, aut flagitioſum, tunc iuri tertij poteſt ex cauſa derogare: veluti cùm rem noſtram

ſtram nobis modico dato abſtulit titulo fortè emptionis.l.item ſi verberatum §.primo. ff. de rei vendica. Quæ autem ſunt iuris gentium, ſaltem primęui, etiã de hac poteſtate abſoluta interuertere non poſſet: veluti ſi iuberet, ne filius patri obediret, aut ciuis patriæ. contra l. veluti. ff. de iuſtitia & iure. Sed quæ ſunt iuris gentium ſecundarij, poſſet interuertere. argumen. l. item ſi verberatum. ſuprà allegata. iuncta dict. l. ex hoc iure. & cùm iubet, vt ſeruus pro prȩmio libertatem inuito domino accipiat. vt C. in qui. cauſ. ſerui. propr. libera. Ergo ſimiliter poterit facere de vna prouincia plures prouincias, vel vnam de pluribus, vt iam probauimus: nec ius gentium per hoc læſum videbitur: quia iure gentium eſt, vt gentes ſint diſcretæ. vt dict. l. ex hoc iure. non autem vt in eadem forma diſcretionis & ſeparationis perpetuò permaneant. Licèt Paulus vbi ſuprà, ſatis inſulsè tenuerit contrarium. Sed & ſi id ius gentium per hoc aliqua ex parte vitiatum videretur, adhuc valeret. argum. dict. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. & quod iam diximus.

Denique data paritate terminorum ſi rectè aduertis, nulla differentia eſt inter ea quę ſunt iuris gentium, & ea quæ ſunt iuris poſitiui: nam cum cauſa poteſt princeps nobis auferre ea quæ ſunt quęſita iure gentium, non ſecùs, quàm quæ iure tãtùm poſitiuo quęſita eſſent. d. l. item ſi verberatum. cum ſimilibus ſuprà citatis. At ſine cauſa nobis auferre non poteſt quæ ſunt quæſita iure poſitiuo, non magis, quàm ſi iure gentium quęſita eſſent. d. §. fi. Inſt. quib. mo. teſta. infir. cũ ſimi. ſuprà allegatis. quod intelligendum de poteſtate ordinaria.

*Declaratio l. 1. Tauri.*

Vnde infertur declaratio ad. l. 1. Tauri, dum ait, E porque al rey pertenece de hazer fueros, è leyes, è de las interpretar declarar, y emendar. &c. Quorũ verborũ ſenſus eſt, ſoli principi fas eſſe legem malè ſanam emendare, & corrigere, nõ ſecùs, quàm eã cùm dubia eſt, interpretari. Verùm qđ de interpretatiõe dicitur, expeditum eſt, vt ibi. & l. fin. C. de legib. Quod autem de emẽdatione iactat, cautè, parceq; intelligendum eſt, vt non aliter fiat, quàm adhibita ſolenni obſeruatione, quæ in legibus ferendis deſideratur. de qua in. l. humanũ. C. de legib. vt ſic ea lex, quæ emendatione digna viſa eſt, non tam ab ipſo principe emendata, quàm ab alia poſteriore lege videatur: quia princeps ius, quod ex legibus publicè latis nobis competit, auferre ſine cauſa non poteſt, niſi per modum legis ferendæ. Sine vlla tamen cauſa puto poſſe principẽ legem tranſgredi, cuius trãſgreſsio nulli noceret: veluti ſi pragmaticam, quæ iuſsit, ne quiſquam in mulab⁹ equitaretur tranſgrederetur, aut quæ iubet ne quiſquã veſtimentũ auro, argento, oſtroue intextũ geſtaret. huius enim legis trãſgreſsio nulli in particulari dãnum infert: reipublicę autem, aut nõ infertur dãnum: aut ſi infertur, conſiderabile non eſt. Non ſic in terminis. d. l. ex imperfecto. cum ſimi. vbi ſi princeps ex imperfecto teſtamento capere vellet, id hæredi legitimo iniurium eſſet.

*Declaratio prag.*

*Sententia trãsfert dominium in rei uẽdicatione. contra cõmunem cũ Accurſio & alijs.*

Iuxta ſuperiora videndũ eſt, an quod capitur ex ſentẽtia, videatur iure gentiũ quæſitum: & an iure gẽtium ex ipſa ſententia vel ſaltem iure ciuili tranſeat dominium in actione reali: veluti ſi rei vẽdicatione cõtra te egi, & per iniuriã iudicis dominus declaratus ſum, an tunc in me tranſeat dominiũ eius rei, qua de agitur. Et in hac re communis op. eſt dominiũ tranſire. Ita tenent. gloſ. in. d. l. ex hoc iure. & gl. in. §. fi. Inſt. de offici. iudi. gl. fi. in. l. ſunt & alię. ff. de publici. gl. in. l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acqui. poſſeſ. ſequuntur Dinus, Iacobus de Arena, Guiliel. Rainerius, & Oldraldus in. d. l. ex hoc iure. Bart. Imola. Alex. Angel⁹. & alij in. d. §. ſi iuſſu. Iacob. de arena, Bal. & alij



& alij in. l. 3. §. item quæri poteſt. ff. de rebus eorum. Calderi. & Cardina. in. c. propoſuit. per text. ibi de conceſsione præben. Cinus & Iacobus de Arena in. l. 1. C. com. vtriusq; iudi. Iaſ. num. 43. in. d. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. per tex. in l. ſtatu liberi à cæteris. §. quintus. ff. de ſtatu liberis. & d. §. fina. Inſt. de officio iudi. l. ſi per errorem. ff. de vſucapio. & ff. de publi. l. eum qui. §. ſi petenti. & l. cùm putarem. ff. fam. her. & per. d. §. ſi iuſſu. & per. l. Pomponius. §. ſed ſi is. ff. de procu. l. ſunt & aliæ. in fin. ff. de publi.

Cõtrarium tenet gl. in. l. exceptio. ff. de except. rei iudica. & gl. fi. in. l. inter officiũ. ff. de rei vend. Butrig. in. d. l. ex hoc iure. Petrus de Bellaper. & Cinus in. l. 1. C. commu. vtriuſque iudi. Rainerius & Odofredus in. l. poſſeſsiones. ff. de probati. Signorolus & Compoſtellanus in. c. quòd ſicut. de electio.

Et pro hac vltima parte contra communem facit: quia in actione reali ſolùm agitur ad declarandũ, non ad tranſferendum. l. & ex diuerſo. ff. de rei vendicatio. in. §. primo. Et in hunc modum fertur ſententia declaratoria. l. Pomponius. §. ſed & is. ff. de procurat. l. ſicuti. §. ſi quæratur. in fine. ff. ſi ſerui. vend. ſed qui declarat, nil transfert, nihilque agit. l. hæredes palàm. §. ſed & ſi notam. ff. de teſtamen. ergo ex tali ſententia dominium non transfertur. Secundò facit: quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. petat. ſed intentio iudicis eſt declarare, non inducere, vel transferre, ergo nil transfert. argumen. l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rerum dominio. Tertiò facit: quia qui declarat, nihil dat, ſed detegit, & aperit. vt notatur per gloſſ. ſingularẽ. in. l. manumiſsiones. vbi per omnes. ff. de iuſtitia & iure. l. adeò. §. cùm quis ex aliena. ff. de acquirend. rerum dominio. §. cùm quis ex aliena. Inſt. de rerum diui. ergo iudex in cauſa rei vendicationis dominium non dat, vel transfert, ſed tantùm detegit. Quartò facit: quia per traditionem, etiam titulo intercedente, non transfertur dominium, quando ille titulus non eſt deſtinatus ad translationem dominij. vt plenè declarat Barto. in. l. 2. in princip. vbi omnes. ff. ſi cert. petat. & patet ferè per totum Inſtitut. quibus modis re contrah. obligat. & per totum. C. & ff. cõmodati & depoſiti. ſed titulus ſententiæ non eſt deſtinatus ad trãsferendum dominium, ſed tantùm ad declarandum, ergo per illum non transfertur dominium. Quintò facit. l. 3. §. ſubſtilius. ff. de cond. cauſ. data. vt inducit Iaſo vbi ſuprà. Sextò facit. l. prima. ff. de arbitris. vbi habetur, quòd arbitria ſunt redacta ad ſimilitudinem iudiciorum: ſed ex arbitri ſententia nunquam trãsfertur dominium. vt in cap. Rainaldus. extrà. de teſtamentis. ergo ſimiliter non transfertur ex ſententia iudicis.

Rurſus pro communi opinione facit: quia quoties traditione & titulo acquiro dominium quando non poſsidebam, toties ſolo titulo dominium acquiro ſi poſsideo. §. interdum. Inſtitu. de rerum diuiſione. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquirend. rerum dominio. Vnde ſicut ſi pronuntiatur rem eſſe actoris per ſententiam, ſequuta traditione vel reſtitutione rei actor acquirit dominium: ita ſi pronuntietur reum eſſe dominum (cùm poſſeſsio ſit iam penes eum) debet dominium acquirere. Ad difficultatem Bart. dic, quòd eadem etiam difficultas vertitur in actore. & ad vtranque difficulta. reſponde. vt per Iaſ. in. d. l. ex hoc iure. num. 45. Ex cuius ſol. infertur, quòd verè nõ trãſfertur dominiũ per ſentẽtiam, ſed nec etiã fictè: eſt tamen pro victore præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio. Vnde victus per iniuriã

iudicis adhuc remanet dominus, licèt ſe dominum probare non poſsit. nam omnis probationis authoritatem vincit authoritas ſentētiæ, quæ eſt pro victore: victus ergo dominiū habet, licèt dominij probationem non habeat. arg. l. duo ſunt Titij. de teſta. tut. Hinc infertur, ꝙ cùm contra præſumptionem iuris, & de iure admittatur ꝓbatio per confeſsionē partis (gl. vbi per doctores in. l. ſiue poſſidetis. C. de prob. & gl. app. in. l. in cōtractibꝰ. in princ. C. de nō nu. pec.) ſi victor confiteretur rem victi fuiſſe, ſtatim rei vēdicatio victo cōpeteret: at ſi dominiū eſſet apud victorem, certè per talem cōfeſsionem non competeret victo rei vēdicatio, nec enim ſufficiēs eſſet ad re trāſferendū dominium in victum. vt. l. traditionibus. C. de pact. & ſic vides, quòd tenendo Iaſ. iſtam ſol. tenet contra cōmunem opi. Sed retenta cōmuni, ad oppoſitionem reſpon. ſecundū Alexan. in loco ſuprà allegato., ſcilicet, quòd etiam ex ſententia declaratoria poteſt transferri dominium: & licèt ipſe non probet, ego probabo. Et præmitte, quòd licèt actus agentium non debeāt operari vltra eorum intentionem. d. l. non omnis. ſi certum pet. fallit tamen, quando etiam ſecundùm intentionē agentium non poſſet quicquam operari, niſi & vltra operaretur. l. illud. de acquiren. hær. ff. Item actus agentium non poteſt operari contra eorum intentionem, id eſt, contrarium effectum eius, quod intenditur. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. fallit tamen, quando non poſſunt contra contrahentis voluntatem operari, niſi & contrariū operentur, & ſic inducta ad diminutionem, operantur augmentum, quādo diminutionem operari non poſſunt, niſi & augmentū operentur. l. deniq;. §. interdum. ff. de pecul. leg. Modò ſic quando iudex declarat rem ad petitorem pertinere, vt talis declaratio vera ſit, prout eſſe debet. iuxta. l. res iudicata. de regu. iur. ff. oportet quòd dominiū in petitorem ſit translatum: nam aliàs non eſſet vera declaratio iudicis dicentis rem ad petitorem pertinere, niſi in eum eſſet dominium trāslatum. Licèt ergo eius ſcilicet iudicis intentio principaliter fuerit declarare, tamen in neceſſariam conſequentiam (vt eius declaratio vera ſit iuxta. d. l. res iudicata.) oportet diſponere, id eſt dominium transferri: vnde actus agentium vltra eorum intentionem extenditur ad id, quod eſt neceſſarium. vt in quæſtione noſtra. & in. d. l. illud. Nec mirum, cùm non modò vltra intentionem, ſed & contra intentionem agentis quādo aliàs diſpoſitio nil operaretur, extendatur actus. vt. d. §. interdum. Et ſic vides, quòd (prout Alexan. aiebat) nil repugnat, quin ex ſententia declaratoria dominium trāſeat, imò eſt neceſſarium ad veritatem declarationis, quam verā eſſe neceſſe eſt. d. l. res iudicata: Prætereà lex poteſt facere, vt acquiram dominiū ſine traditione. l. fina. C. de ſacr. eccle. l. à Titio. ff. de furtis. l. cùm hæredes. ff. de acqui. poſſ. at ſentētia iudicis, quæ tranſiuit in rem iudicatam, habetur pro lege, & ius facit inter partes. l. res iudicata. de regu. iur. modò ſic lex vult, vt ſententia iudicis, id eſt iudicis declaratio, ſit ipſa veritas. l. res iudicata. vera autem ſententia vel declaratio eſſe non pōt, niſi priùs tranſeat dominium: ergo priùs (ſaltim attento ordine intellectus, & pariter attenta veritate) tranſibit: quia qui vult conſequens (ſcilicet veram eſſe declarationem,) videtur velle antecedens neceſſarium, ſcilicet translatum eſſe dominiū in eum, ad quem rem petitam pertinere declaratum eſt) nam niſi dominiū pariter trāſeat in victorem (& priùs attento ordine intellectus) declaratio vera eſſe nō poterit, ergo. &c. arg. d. l. illud. Vnde ad rationē illā, actus agentiū non poteſt operari vltra eorū intētionem. Reſpon. quòd illā operationē inducit lex in neceſſariam



conſequentiam præter intentionem iudicis. Vnde infertur, quòd ſi pronuntiaui ad petitorem rem petitam pertinere, ſtatim in eum tranſit dominium, etiā ante reſtitutionem. At ſi pronuntiaui ad poſſeſſorem pertinere, in eum ſtatim tranſit dominium rei ad petitorem pertinentis duplici ratione: vel quòd iam habebat poſſeſsionē, et modò accedit titulus: vel quòd licèt poſſeſsionem nō haberet, adhuc dominiū trāsferretur ad veritatem declarationis, quòd ſi reus ſimpliciter abſolueretur, in eū (vt ait Iaſ.) non tranſiret dominium. per. l. ſi pro fundo. C. de trāſact. Aduerte tamē: nā attēta huiuſmodi opinione dū dixi, ſententia pro petitore lata in eum (vt vera ſit declaratio iudicis) tranſire dominium, nā ſecundum hoc idem eſſet dicēdū, etiam ſi res ad poſſeſſorem nō pertineret, ſed ad alterum, quod eſt contra. l. Pōpo. §. ſi iuſſu. de acq. poſ. l. ſunt & aliȩ. de pub. in rem act. vbi non tranſit dominiū, ſed vſucapiēdi. cond. Reſpon. quòd tenet & procedit opini. inter eos, inter quos ſententia facit ius, & habet vim legis: ſecus inter eos, quos nō ligat, vt ſunt alij præter litigatores, quia inter eos nō facit ius, & per hoc eis auferre ſuum nō poteſt. l. nō debet. de iure iu. per totum. C. res inter alios acta. Facit tamen quale quale prȩiudicium: quia ſi ante ſentētiam res mea ſine titulo poſsidebatur, modò incipit titulo poſsideri, & poteſt præſcribi. d. §. ſi iuſſu. d. l. ſunt & aliæ. Quòd ſententia faciat ius inter partes, adde. l. pe. ff. eod. titu. de iuſt. & iure.

Prætereà pro cōmuni faciunt omnes leges, quas in prin. huius quæſtionis adduximus, prȩſertim. d. l. ſtatu liberi à cæteris. §. quintus. ff. de ſtatu lib. licèt re vera ille text. ſit corruptus, vt eius ſenſum ſatis certum nullus vnquam cōprehendere poſsit: licèt videatur velle, quòd is, cui libertas ſub conditione, ſi decem hæredi dederit, relicta eſt, licèt hȩredi teſtamētario dare iuſſus videatur, tamen poteſt dando hæredi legitimo, pro quo ſententia lata eſſet, libertatē conſequi, quaſi cōditionem impleſſe videatur, quia hæres idem ſignificat, quod dominus. §. fi. Inſt. de hær. quali. Nec refert hæres quis ſit ex teſtamento, an verò abinteſtato, quia vtroq; caſu hȩres videtur dominꝰ hȩreditatis: & hunc ſenſum teſtator habuiſſe videtur, vt domino hæreditatis daretur. Sed & ſi per iniuriā iudicis pro legitimo hærede contra hæredem ſcriptum ſententia dicta eſſet, adhuc in eius perſona, qui vicit, conditio impleri poſſet, vt innuit ille tex. rectè intuenti: quo caſu, vt ego interpretor, conditio reuera impleta non eſt, licèt impleta videatur ex legis interpretatione: ſicq; ibi ſententia reuera dominium non tranſtulit, licèt trāſtuliſſe quidam falſò putauerint: & quo ad iuris effectum perinde habeatur, ac ſi translatum fuiſſet dominium. Neque ad rem pertinet, quòd regulariter conditio ſit implēda in ſpecifica forma. l. Mæuius. l. qui hæredi. ff. de cōd. & demō. vnde videtur non poſſe impleri, niſi in perſona veri hæredis, qualis eſt ille, qui obtinuit, & pro quo ſententia dicta fuit. Nam certè etiam æquipollenter impletur ſæpe conditio: vt ſi relinquatur pupillo, ſatisfiat dando tutori: ſi furioſo, ſatisfiat dādo curatori ipſius, & ſic de ſimilibus. vt latè habentur per Barto. & omnes in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. colum. 2. ff. de libe. & poſth. Et denique hanc ſequor partem, vt putem per ſententiam in rei vendicatione non transferri dominium.

Retenta tamen communi opinione, quæ habet, dominium transferri, tunc id dominium ſit iuris gentium, an verò iuris ciuilis, & per hoc an nobis poſsit auferri, dic, vt in ſimilibus caſibus ſuperiùs diſſeruimus.

1 TEſtamentum duplex.
2 Teſtium numerus qualis in teſtamento eſſe debeat,& an ſit de ſolennitate formali,an probatoria tantùm,noua opi,& declaratio.
3 Conſenſus in contractibus & ultimis uol. pro ſubſtantia uel materia eſt,cui forma accedit.
4 Forma deficiente,diſpoſitio etiam iurata non ualet eo modo,quo agebatur,cum communi.
5 Formæ omiſsio uitiat omnem diſpoſitionem.
5 Forma omiſſa, ualet actus eo modo,quo poteſt de uoluntate agentium.
6 Teſtamentum minus ſolenne poteſt impugnari ſine peccato,cum Iaſ. & communi contra Abb.
7 Leges inducẽtes teſtamentorum ſolẽnitates iuſtæ ſunt,cum communi.
8 Lex iuſta præſumitur,cum communi.
9 Teſtamentum minus ſolenne obligat in foro animæ hæredem,qui certò ſcit uolun.defuncti,cum Ripa contra Couarru.
10 Hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtamento ſi poſſideat, tenetur bona reſtituere legitimis etiam in foro animæ,cum communi.
11 Hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtamento, qui certò ſcit illam fuiſſe teſtantis uoluntatem, non tenetur ea bona reſtituere legitimis in foro animæ,contra communem.
12 Hæres non conficiens inuentariũ non tenetur legatarijs ultra uires in foro animæ,cũ cõmuni.
13 Legatarius nõ poteſt retinere legatũ relictum in minus ſolenni teſtamento, cũ Couarru. contra communem.
14 Minus ſolenne teſtam.nõ patrocinatur legatarijs non magis,quàm hæredibus,cum Couarru. contra communem.
15 Hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtamento etiam in foro animæ nõ poteſt hæreditatem retinere. cum communi contra alteram communem.
16 Legatarius qui furatur rem, quæ minus ſolenni teſtamento relicta dicitur,non eſt tutus in foro animæ,cum Couarru.contra Bal.& alios.
17 Legatarius rem,quæ minus ſolenni teſtamento dicitur legata, per denuntiationem euangelicam conſequi non poteſt,cum Couarru.cõtra cõem.
18 Teſtamento minus ſolenni reperto, poteſt eſſe tutus in foro conſcientiæ tã legitimus hæres,quàm etiam ſcriptus,contra Couarru.
19 Conſcientiæ foro tutus eſt legitimus retinens hæreditatem relictã teſtamento,quod licèt erat ſolenne inſpecto iure cõmuni,non tamen habebat ſolennitatem à ſua ciuitate additã,cũ cõmuni.
20 Teſtamentum tribus tantùm teſtibus ut ualeat ſtatuto edito etiã à ciuitate,quæ recognoſcit ſuperiorem induci poteſt, cùm cõmuni,cõtra quàm plures.

QVo ad quintum dicẽdum etiã eſt,quòd teſtamẽtũ eſt duplex: quoddã enim eſt teſtamẽtum nũcupatiuum:quoddam in ſcriptis, de quibus propè diſſerimus.Sed & quodãmodò tertiũ genus teſtamẽti poſſemus cõſiderare,de quo loquitur.l.licet. C.de pact.Qua ratione quartum quoq; gen⁹ teſtamenti poſſemus intelligere,de quo traditur in.l.fi.C.fam.her.& in.l. hac cõſultiſsima.§. ex imperfecto. C. de teſtamẽtis.Sed hæc omnia modò prætermittenda ſunt ſuo loco examinanda, quia plurimum habent ſpecialitatis.& vid.l.1.titulo.delos teſtamentos.6.parti. 1 *Teſtamentũ duplex.*

Quo ad ſextum,nempe. vnde deſcendat teſtamẽti factio,hoc eſt,vtrũ ex gratia,an ex iuſtitia facultas teſtãdi lege poſitiua hominibus data ſit:verior eſt ſententia exiſtimantiũ,non tam ex iuſtitia & iure debito coactoq;,quàm ex gratia, indulgẽtia, & benignitate,ſeu humanitate id quaſi beneficij loco datũ fuiſſe. Ita firmant Guilielmus Bened.in.c. Rainutius. de teſtam.in verb. teſtamẽtum. 1.nu.5.Ita etiã ſentit glo.ſecundũ eũdem in.l.illa inſtitutio.ff. de hær. inſt. Tenet expreſsim Abb.in rub.de teſtamẽtis.per Rolãdi.&ei⁹ additiona.in tract.de teſta. in princ.Paul.Caſtr.in.l.1. in princ.ff. ad leg.falci.per tex.ibi.Chriſtophor⁹ & Iaſ. in princ.Inſt. de teſtamẽtis. Mouentur: quia mors oĩa ſoluit.in authẽ.de nupt.§. deinceps. Nec refert,vtrũ actus fiat tempore prohibito, an verò fiat tẽpore permiſſo,ſi ei⁹ effectus in tempus vetitum confertur.l.1.l.quod ſpõſę. C.de. donat. ante nupti. Vnde cùm effect⁹ teſtamenti conferatur poſt mortem teſtantis,eoq; demum moriẽte cõfirmetur teſtam. c.cùm Marthæ. de celebra.miſſarum.l.4.ff.de adim.leg.l.filiũ.§.ſed cùm exhæredatio.ff.de bon. poſſ. contra tab. reliquum eſt, vt inſpecta ſtricta & coacta ratione,nõ deberet valere cõceſsio rerũ ſuarũ,quã teſtator confert poſt tempus vitæ



vitæ ſuæ,quo tẽpore earũ rerũ dominus futurus nõ erat:nõ magis quàm valeret cõceſsio,quã quiſq; de rebus alienis faceret,quarũ olim dominium habuiſſet. Hinc dixit gl.not.in.§.his oĩbus. 8.q.1.ꝙ Papa ſucceſſorem ſibi eligere nõ poteſt, quia electio talis conferretur in tempus, quo Papa iam eſſe deſijſſet.

*Declaratio l.4.Tauri.* Vnde mirari ſoleo,cur per.l.4.Tauri vltimo etiam ſupplicio damnatis data fuerit teſtandi facultas.Nam ſi hæc facultas competit ex gratia & beneficio legis,meritò neganda eſſet hominibus impuris,perfidis,facinoroſis : præſertim cũ ſuperſint hæredes legitimi,quorum ſucceſsio iuſta eſt. l.3.§. fin.ff.pro ſocio . ſed adhuc.d.l.4.habet vim legis:quia potuit habere honeſtum finem,vt afflictis non addatur afflictio.arg.eorum quæ docemur in.§.2.num.8.

Hinc etiam defendimus, ſucceſsionẽ noſtram liberis non deberi iure naturæ cum communi opinione contra alterã cõmunem.vt diſſeruimus in .§.1 . ſuprà. & in lib.5.infrà.§.24. quod iure regio expeditũ eſt.vt in.l.2.&.l.4.tit.1.lib.5. ordi. ſecundùm quod nos interpretamur vbi ſuprà.ad idem.l.1.tit.6.lib.5.ordi. *l.2.&.4. tit.1.lib.5. ordi.*

Denique ſi parẽtum quiſpiam in quẽpiam liberorum immenſam dotem,aut donationem ſimplicem, vel propter nuptias contulerit,redigitur ad ſuam menſuram , habita ratione temporum , de quibus in.l . 29 . Tauri.quòd ſi ex cauſa vltimæ voluntatis inofficioſus extiterit. ſimiliter ad legitimum modum menſurãq; ea diſpoſitio reducitur.vt in.l. quoniã in prioribus. & in.l. omni modo. & in.l.ſcimus.§.cùm autẽ. C.de inof. teſtamẽto.idq; inſpecto iure & foro cõtentioſo.Sed quo ad forum conſcientiæ dubiũ eſſe ſolet,an tutus ſit parens,qui talẽ donationem , dotem , inſtitutionemue inofficioſam fecerit cum effectu: quia reliqui liberi, quibus iniuria illata fuit, imperitia fortè,aut impotentia tacuerunt. *Declaratio l.29.Tau.*

Et magis eſt,vt talis parens tutus non ſit in foro animæ:quia cùm(ſecundùm noſtram ſententiam quam tuemur) teſtandi facultas veluti ex gratia & diſpenſatione morientibus data fuerit, legis formam hac in re tranſgredi non poſſunt, quin iniurij extitiſſe videantur ijs , quibus ea bona lex pollicetur:& ſi gratia & diſpenſatione à lege data iuxta ipſius legis conceſsionem non vtãtur , ſupereſt, vt reperiantur in terminis & caſu prohibitionis:ſicq́ue nullo iure vni conceſſerint id, quod lex alteri pollicebatur:nec dubium eſt , quin iuſtior potentiorq́ue ſit conceſsio legis hoc in caſu, quàm hominis.arg.l.3.§.de illo.ff. pro ſocio . præſertim cùm lex iuſta præſumatur.c . erit autem lex.4.diſtin.dixi plenè ſuprà. §. 1. nu.8.legisq́ue ſit ſumma poteſtas.l.proſpexit.ff.qui & à quibus.dixi in. § .3 . nu. 1.legiq́ue omnes obedire teneantur. l .1. &.2.ff.de legib. obligatq́ue in foro animæ ſecundùm Bart . & alios in.l . ſi quis pro eo.col.4.ff.de fideiuſ. dixi ſuprà.§.1. num.26.Ergo qui legem tranſgreditur, præſertim in re ſui natura vetita, & quæ infert damnum tertio , is in foro animæ tutus eſſe non poteſt. Vnde in terminis d.l.29.vix eſt vt parens peccaſſe non videatur , cùm ex propoſito inofficioſus fuit. Vnde miror, & doleo,quòd tam temerè id parẽtes admittunt in certum indubitatumq́ue animarum ſuarum periculum.

In ſumma licèt diſpoſitio teſtatoris pro lege habeatur.auth.de nupt.§.diſponat.l.in conditionibus primum locum. ff.de cond.& dem.vnde in caſibus innumeris recedimus à legis diſpoſitione ex voluntate teſtãtis, ſiue illa tacita ſit, ſiue expreſſa,tamen teſtator,qui liberos habet,pro anima expendere , aut in extraneos prȩter quintam bonorum ſuorum partem nihil poteſt : quod adeò verum eſt, vt licèt expreſsim contrarium iuſſerit,id præceptum ſeruandum non ſit.l. 30.Tau- *Declaratio l.9.tit.5. lib.3.fori &.l.30. Tauri.*

30. Tauri. Quod inde effluxiſſe intelligo (& hoc expendimus) quòd teſtandi facultas ex gratia & diſpenſatione legis poſitiuæ deſcendit; quæ diſpẽſatio cùm hac in re ſit limitata, vltra terminos diſpenſationis proſilire nulli licet, cùm ſit de genere eorum, quæ olim vetita erãt, cùm ſola legitima, non etiam teſtamẽtaria ſucceſsio in vſu erat ſecundùm noſtras ſententias, quas tuemur.

*Declaratio l.31. Tau.*

Vnde ſi à defuncto cuique teſtandi facultas data ſit, quæ quidem facultas per l.31. Tauri variè reſtricta eſt, isq́ue egrediatur terminos permiſsionis legalis, nõ dubito, quin ſi is huius legis non ignarus id fecerit, peccaſſe videatur tunc, ꝗ legibus, principibusq́ue non obedire nefas eſt. l.1.&.2.ff.de legib. l.veluti.ff.de iuſt. & iu.c.2.de mai.& ob.Bar.in.l. ſi ꝗs pro eo.col. 4. ff. de fideiu. tũ ꝗ iniurius exiſtit erga eũ, cui adimit, quod in alium nullius iuris authoritate, quinimò lege reluctãte transfert: tũ etiam, quòd facultas teſtãdi eſt de genere prohibitorũ per mediam perſonam. l.captatorias. C. de mil.teſtamento. l.captatoriæ.ff.de leg.1. niſi in caſibus diſpenſatis. vt.d.l.31. Tauri. cuius terminos qui egreditur, remanet in terminis prohibitionis, pręſertim cùm ſecundùm ſententiam quam tuemur, teſtandi facultas ex gratia & diſpẽſatione deſcendat, quæ ceſſat hoc caſu. Et ita etiam intellige. l.32. Tauri.

Cùm ergo veluti ex gratia & diſpenſatione id conceſſum fuerit hominibus, admonẽdi ſumus, id beneficium hominibus meritò conceſſum fuiſſe. Nã cùm olim poſt mortem cuiuſque eius bona vacare cœpiſſent, eſſentq́ue nullius in bonis, & per hoc occupanti concederẽtur, inde vero ſimile eſt, in familiam cuiuſque morientis, vtpote vacantẽ, multas fieri ſolere rapinas, violentias, tumultus, incurſiones: quarum calamitatum vitandarum cauſa remedij loco certi legitimiq́ue ſucceſſores cuique morienti per legẽ deſignati fuerunt, præter quos nulli ius erat in familiam cuiuſque morientis pedem inferre.

Vnde aliud malum defluere cœpit, vt quiſque peſsimus, impius, ſceleratus vitæ illius inſidiaretur, cuius poſt mortem ad ſe pertinere hæreditatem iure legitimo intelligebat. vt probatur arg. tex. in pr. Inſt. de teſtam. facit in ſimili tex. in.§. ſin autem quis formidoloſus. Inſt. de pupill. Ergo vt huic malo conſuleretur mederetur q́ue, remedij loco teſtandi poteſtas à lege hominibus data fuit: ſicq́; hęc diſpenſatio non temerè nobis à lege, ſed iuſtiſsima cauſa data fuit contra regulas iuris communis: quæ omnia latiùs diſſeruimus ſuprà in illa quęſt. quare fuerint inuentæ ſucceſsiones tam legitimæ, quàm teſtamentariæ.

Et quia multa variaq́ue requiſita ad teſtamenti perfectionem & conſummationem deſiderantur, quæ infrà libro ſequenti plenè enumerabuntur, inter quæ amplus numeroſusq́; teſtium conuentus requiritur, varieq́ue in multis articulis hac in re controuerſum ſępe fuit: ideo aduertendum eſt, quòd

2 Inprimis requiritur in teſtamentis ſolennis teſtium numerus, hoc eſt ſeptem teſtium interuentus. vt in. l. hæredes palàm. in pr. ff. de teſtam. & in. l. hac conſultiſsima. C. eod. tit. & in fin. pr. Inſt. eod. tit. & in. l. hac conſultiſsima. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & in. l. 1. titu. 1. part. 6. Id quod aliqua ex parte immutatum eſt per. l. 1. tit. de los teſtamẽtos. lib. 3 fori. & per. l. 3. in legibus Taurinis. Idq́; intelligitur dupliciter. Primò in teſtamẽto in ſcriptis, vt dictis legibus. Deinde etiam in teſtamento nuncupatiuo. vt in d. l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. C. de. teſtam. &. §. fin. Inſtit. eod. tit. &. d. l. hæredes palàm. in prin. &. d. l. 1. tit. 1. part. 6. & eſt indubitata ſententia, vt tradunt omnes doctores in dictis locis. & conſuluit Corneus conſil. 77. n. 1. lib. 1

*Teſtiũ numerus qualis in teſtamento eſſe debeat, et an ſit de ſolennitate. formali an probatoria tãtùm noua opinio & declaratio.*



& idem Corneus conſil. 161. lib. 2. nu. 3. & Pariſius conſil. 19. num. 3. lib. 3. & ibidem num. 4. per Dida. de Couarru. in. c. Rainutius. §. 1. num. 6. de teſtam. & per Corne. conſi. 266. nu. 7. lib. 4. & teſtator, qui voluit ſuam voluntatẽ manifeſtã nõ eſſe, præſumitur voluiſſe facere teſtamẽtum in ſcriptis. Ita tenet Paul. Pariſ. cõſil. 19. in pri. lib. 3. & Cynus & Paul. de Caſt. in. l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. C. de teſtam. & Socinus conſil. 142. Reue. Pater. col. 1. lib. 1. & conſil. 173. lib. 2. & Corneus in. d. §. per nuncupationem. & Socinus. in. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demonſtra. Paul. Caſt. in. l. hæredes palàm. in princ. col. 2. verſ. contrarium dic. ff. de teſta. quos refert Pariſius vbi ſuprà. ex cuius relatione hæc videtur communis opinio. & traditur per Rolandinũ in tracta. de teſta. in rub. 34. Illud autem dubium eſt, vtrùm hæc ſolennitas teſtium probatoria eſſe intelligatur, an verò formalis: eſt enim longa differentia inter ſolennitatem ſubſtantialem & formalem in teſtamentis. vt docet Alciat. c. 6. lib. 1. parad. & differt ſimiliter à ſolennitate probatoria, vt per eundem, & per Areti. in. l. 1. ff. de teſtam. Qua in re ſciẽdum eſt receptiorem eſſe ſententiam, quòd teſtamẽti ſolennitas, quę conſiſtit in interuentu & ſolenni teſtium numero, dicitur eſſe ſubſtantialis, & non probatoria duntaxat. Ita tradit Bart. in. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. Alex. in. l. 1. col. 2. ff. de cõdi. indeb. Deci. in. l. 2. C. de bonorum poſſe. ſecundùm tab. col. 3. Alber. Brunus in tracta. quotuplex ſit forma. fol. 3. col. 2. vbi firmat hãc eſſe communem opinionem quam ſequitur. & etiam dicit communem opinionem Fran. de Ripa. in. d. l. nemo poteſt. num. 27. ff. de lega. 1. Areti. in. d. l. nemo poteſt. col. 2. Iaſ. num. 17. in. l. 1. ff. de condi. indeb. Bald. in. l. cùm quis. col. 2. C. de iuris & fact. ignor. Iaſ. in. d. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. num. 17. in lectu. 1. & num. 21. in. 2. lectu. Contrariam ſententiam tenẽt Bart. in. l. 1. ff. de condi. indeb. idẽ Bart. in. l. cùm quis. C. de iuri. & fact. ignoran. Areti. in. d. l. nemo poteſt. Bald. in. l. 1. col. 9. C. de ſacroſanct. eccle. Ioan. Crotus in. d. l. nemo poteſt. col. 6. ff. de lega. 1. num. 11. & Ripa vbi ſuprà. num. 27. cum pl. ſeq.

Pro communi opinione, vt ſit de ſolennitate formali, in primis facit tex. in l. ſi quis legatum. in. 2. reſpon. ff. de falſ. vbi ſi teſtamentum non fuerit ſeptem teſtium ſignatum ſignis, non dicitur teſtamentum, & ideo qui in tali teſtamento legatum ſibi adſcripſerit, non punitur pœna falſi: vnde videtur talem ſolennitatem eſſe ſubſtantialem, cùm ea ceſſante teſtamentum ceſſet, nec poſsit dici teſtamentum. Sed ad illum tex. reſponderi poteſt, quòd ibi defuit ſolennitas probatoria, quæ conſiſtit in numero teſtium, & defuit ſimiliter ſolennitas ſubſtantialis; quæ conſiſtit in voluntate teſtantis. vt in. l. ſi quis cùm teſtamẽtum. ff. de teſta. nam remota & ceſſante probatione, volũtas quoq; teſtatoris, in qua teſtamenti ſubſtantia ſita eſt, defeciſſe videtur: quia non exiſtentia & non apparentia à pari procedunt. vt in. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutel. & in. l. ea lege. ff. de contrahen. emptione. & in. l. ita ſtipulatus. ff. de verborum obliga.

Deinde pro cõmuni adducitur tex. in l. ſi vnus C. de teſtam. vbi per interuentũ ſex teſtiũ non firmatur teſtamentũ, non magis, quàm ſi vnus teſtis tãtùm aut alter interfuiſſet, & tamen ſex teſtes ſat ſuperq́ue eſſe videntur ad probandam teſtatoris voluntatem. Sed & id parum vrgere videtur: quia inſpecta legis cenſura & interpretatione, per interuentum ſex teſtium voluntas teſtatoris non videtur probata, non magis, quàm ſi teſtis vnus aut alter tantùm interfuiſſet.

Tertiò adducitur. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. vbi ſi ſolen

nis

nis numerus teſtium aliqua ex parte deficiat, apponitur clauſula irritãs & anullans ipſum teſtamentum, diciturque tale teſtamentum fore nullius momenti: quod non videretur dicendum, ſi ſola probatio non etiam ſubſtantia teſtamẽti deficeret. Nam vt forma dat eſſe rei. vt in.l.Iulianus.§.ſed ſi quis.ff. ad exhiben. ita quoque teſtium numerus formã teſtamento dare videtur: quandoquidem teſtamentum ad nihilum reducitur, ſolenni teſtium numero deficiente, non aliter, atque ſi forma teſtamenti deficeret. Sed & huic argumento reſponderi poteſt parum obeſſe, cùm procedat ex defectu voluntatis teſtatoris præſumpto: nam remota probatione, voluntas quoque teſtatoris præſumptiuè remota intelligitur ex legis interpretatione.

Quartò pro communi arguitur ſic. Definitio demonſtrat eſſentiam rei. l.1. §.dolo. ff. de dolo: ſed teſtamentum eſt iuſta ſententia, hoc eſt, perfecta & ſolennis. vt in.l.1.ff.de teſtam. ergo voluntas non ſolennis non eſt iuſta; & conſequenter non eſt teſtamẽtum. Sed Fran. de Ripa facilè de hoc argumento expedit ſeſe: quia verbum, iuſta, poſitum in d.l.1. recipit varias interpretationes. vt per gloſ. & omnes ibi. vt latè diſſeruimus in definitione teſtamẽti ſuprà. Nos autẽ perfectiùs reſpõdemus, quòd etiã ſi ingenuè contrarium fateremur, parũ obeſſet: quia licèt non valeret teſtamentum iure teſtamenti, ſat eſſet, ſi voluntas teſtatoris ſuſtineretur. Nam in terminis.d.§. ex imperfecto.& in.l.fina. C.de famili.herciſ. vehementer cõtrouerſum eſt, an teſtamentum iure teſtamenti ſuſtineatur, an verò vt vltima voluntas in genere.

Quintò adducitur tex.in princ.Inſti. de hæredi.ab inteſtat.& in.l.iubemus.C. de teſtam. Sed reſponde vt ſuprà, quòd procedit ex defectu voluntatis teſtatoris præſumpto.

Sextò arguitur, quòd ſi communis vera non eſſet, ſequeretur abſurdum: vt ſi legitimi hæredes faterentur vera eſſe cõtenta in minus ſolenni teſtamento, tunc excluderentur admiſſo hærede ſcripto. Sed hoc abſurdum non eſſet, ſecundùm eos, qui contra communem contendũt permiſſum eſſe.

Poſtremò adducitur tex.in.l.dictantibus.C.de teſtam.ibi, ad efficiendam voluntatem teſtibus adhibitis. vbi voluntas, teſtamentumue factum nõ videtur, ſi deficiat teſtium ſolẽnis numerus. Sed certè ſenſus illorum verborũ eſt, quòd per interuentum teſtium voluntas teſtatoris efficiatur perſpicua, certa, & indubitata.

Pro parte negatiua, & ſic contra communem, vt ſolennitas teſtium ſit probatoria, & non ſubſtantialis, facit: quia ſi ſubſtantialis eſſet, tunc ex teſtamẽto minùs ſolenni non proficiſceretur obligatio naturalis, & tamen naturalis obligatio naſcitur ex teſtamento etiam imperfecto, ſecundùm communem opinionẽ, quam tenent & dicunt cõmunem Iaſ.in l.interdum.num.4.ff.de condi.indeb.& Philippus Corne.conſil.137. num.3. lib. 2.& Dida.de Couarru.in.c.cùm eſſes. de teſta.num.5.tenet gloſ.in.l.1.ff.de condi. indebi.gloſ.in.l.ſi poſt diuiſionem.C.de iuris & fact.ignoran. gloſ.Iacob. Butri. Bart.Angel.& alij. licèt Bal.ibi variet in l.cùm quis.C.eod.titulo.licèt ibi Fulgoſius & Paul. in contrarium inclinent. Imol.in.c.fi.de ſolu.Bal.in.l.fi.C.ad.l. falcidi.& Iaſo in.d.l.cùm quis. num.13. firmat hanc eſſe communem opinionem. faciunt quæ tradũtur per Abb.in.c.quia plerique.de immunita.eccleſi.& per eũdem in.c.1.de in integrũ.reſti.Bart.in tracta.minoricarum.c.3.Iaſ.in.l. ſi non ſortem.in pr.ff.de condi.indeb.num.4. Iaſ. in.l.ſi pacto quo pœnam.num.6. C.de pact. vbi firmat hanc eſſe commu. opin. ſequitur & dicit cõ.opi. Corneus.in.l.2 poſt



poſt Bal.Bene.de Plumb. Fulg. & Paul. ibi.C.de fideicommi. idem Corneus in l.ſi veritas.eod.tit.l.31.tit.4. part. 5. Sed hoc fundamentum parum me mouet: quia illa communis opinio vera nõ eſt, vt latè diſſeruimus ſuprà in illa quæſtione, Quo iure fuerit inuentum teſtamentum. illatione.19.

Deinde contra communem adducitur tex.in.l.fi.C.de fideicom. & in.§. fin. Inſtit.de fideicõ.hæredi. vbi expreſſum eſt, voluntatem teſtatoris ſeruandã eſſe, quando per confeſsionem, vel iuramentum hæredis agnoſcitur, & apparet, licèt teſtamentum non haberet numerum teſtium ſolennem.

Tertiò adducitur dicta.l.finalis.C.de fideicom.& dictus.§.fin.Inſt.de fideicõ. hæred. quatenus expreſſum eſt, nimiam exactiſsimamque ſolennitatem in teſtamentis deſiderari propter euitandas falſitates, & ſic non ad ſubſtantiam, vel eſſentiam rei, ſed tantùm ad probationẽ: ſicq; nõ ad formam vel ſubſtantiam inducẽdam, ſed ad id, quod inductum eſt, detegendum, declarandum, & aperiendum: qui enim declarat, nihil denuò inducit, ſed id, quod inductum eſt, manifeſtum facit. vt in.l.hæredes palàm. in.§. 1.ff.de teſtam. pulcher tex. in.l. adeò.§. cùm quis ex aliena.ff. de acquiren. rerũ domini.& in.§.cùm ex aliena.Inſt. de rerum diuiſ. notat gl.in ſimili in. l.manumiſsiones.ff.de iuſti.& iure.

Quartò adducitur vltra omnes tex. in.l.1.ff.de libe.& poſt. vbi pro forma exhæredationis deſideratur, quòd exprimatur nomen, prænomen, & cognomẽ eius, qui exhæredatur, & tamen ſi nomẽ tantùm exprimatur, exhæredatio valere non deſinit. vt probat tex.ibi ſecundùm communem intellectum, quem ſequũtur Accurſius, Alber.Gofred.Bar. Bald. Ang.Imo.Cuma.Paul.Aretin.Alex.Socin. Iaſ. & reliqui ſcribentes ibi. Quia omiſsio ſolennitatis, quæ deſideratur ad demonſtrationem alicuius rei, nunquã vitiat diſpoſitionem, ſi de re illa poſſemus eſſe certi citra interuẽtum illius ſolennitatis. Sic & in ſpecie noſtra, cùm ſolennitas teſtium, vt omnes omnino fatentur, ad ſolam demonſtrandam teſtatoris voluntatem deſideretur, ſi de eius volũtate aliter poſsimus eſſe certi, omiſſio iſtius ſolennitatis nõ nocet. Facit tex. in.l.certum.ff.ſi certum petatur. & in.l. 1.§.fi.ff.de dote præleg. vbi rei ſatis demõſtratæ fruſtrà adijcitur altera demonſtratio. Et hæc pars tenenda eſt: tum quòd in puncto iuris ſit verior: tum etiam, quòd longè æquior eſt: poſtremò, quia illa pars ſequenda eſt, per quam ſuſtinetur teſtamentũ.l.ſi pars. ff.de inof.teſta.

3 Denique conſidera, vt aliqua ex parte ſuſtineatur communis opinio, aliud eſſe ſolennitatem ſubſtantialẽ, aliud ſolennitatem formalem, aliud ſolennitatẽ probatoriam. Nam & in omnibus contractibus conſenſus contrahẽtium pro ſubſtantia eſt. Patet: quia deſideratur nõ ſolùm in contractibus, qui celebrantur conſenſu. vt in.l.conſenſu. ff. de act. & oblig.& in pr.Inſt.de oblig. ex cõſenſu. ſed etiam deſideratur in reliquis cõtractibus, qui celebrantur re, verbis, vel literis. vt nominatim probatur in.l.obligationum ſubſtantia.ff.de act.& oblig. & in.l.an inutilis.ff.de acceptil. Etenim cõſenſus & voluntas loco ſubſtantiæ vel materię eſt, ſine qua fieri nil poteſt: nam ex nihilo, vel ex nulla materia nihil fit, ſecundùm Philoſophum. vt in.l. ſed ſi manente.ff.de precario. vnde in quacũque diſpoſitione ſi defuerit conſenſus & volũtas, nulla diſpoſitio formari poteſt, non magis, quàm ſi vaſa argẽtea formare contendas abſque vlla argenti materia: prius enim eſſe debet materia & ſubſtantia: deinde ſic quæri, an ex illa ſubſtantia ſeu materia formam aliquam effingere & conflare velis, vt ſic forma accedat ipſi ſubſtãtiæ & materię: & cùm in con-

*Conſenſus in contractibus & ultimis uol. pro ſubſtãtia uel materia eſt, cui forma accedit.*

in contractibus conſenſus pro ſubſtantia ſit, ſi conſenſui accedat forma & ſolénitas verborum, dicemus formatam eſſe obligationem verborum.i.ſtipulationé d.l.conſenſu.in pri.l.1.in pr.&.§. ſi quis ita.ff.de verb ob.in prin.&.§.1.Inſti.eod. Quòd ſi acceſſerit forma literarũ, dicemus cótractam, & ex illo cõſenſu formatã eſſe obligationem literarum. Et ſic debet intelligi tex.in.l.conſenſu.ſuprà all. ibi, nec proprietas.& in pri. Inſt. de literarũ obli.& in.l.in contractibus.in pri. ff.de non num.pec.

Quòd ſi acceſſerit res corporea, quale eſt in mutuo, depoſito, commodato, & ſimilibus, tunc dicemus formatam eſſe obligationem, quæ re contrahatur. Et ita intelligitur totus titulus. quibus modis re cótrah. oblig. Inſt. vt in omnibus his caſibus deficiente conſenſu, compertum, indubitatum, expeditumq́; habeamus formam accedentem nullius fore momenti, non magisq́ue prodeſſe, quàm ſi re vera nó interfuiſſet, licèt iſthæc pauci percipiant.

Sic ergo & in ſpecie noſtra cõſenſus & voluntas teſtatoris loco ſubſtantiæ vel materiæ eſt, ſine qua fieri aut formari nihil poteſt: non ſolùm ſi abſceſſerit certò & indubitanter, ſed etiã ſi pręſumptiuè. Hinc eſt, quòd teſtam. quod omnem ſolennitatem, omnemq́; formam exactiſſimè habuit, adhuc tamen nihil valet, ſi aliud teſtam. pręcedat habens clauſulam derogatoriam: quia præſumptum eſt in poſteriore teſtamento non affuiſſe teſtantis voluntatem, quæ pro ſubſtantia & materia eſt.l.ſi quis in principio teſtamenti.cũ ibi latè traditis per Bar. & moder.ff.de leg.3.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis. vbi latè per Bar. Alex. Iaſ. Zaſium, Imolã, Paul. Areti. Roma.& alios.ff. de legat.1. Quod & in innumeris alijs exemplis ſuprà probauimus. Vides ergo quæ ſit ſolennitas ſubſtantialis: quæq́ue formalis. Nam ſimiliter ſi forma diſpoſitionis deficiat, actus perit. vt in.l.1.§.ſi quis ita. ff. de verb.oblig. per rationem legis. Iulianus.§.ſed ſi quis.ff.ad exhibendum. Solénitas autem probatoria qualis ſit, nullus ignorat. Nã ſi probatio deficiat, fruſtra, inanè, otioſumq́; fuerit adfuiſſe ſolennitatem tam ſubſtantialé, quàm formalem. argum.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamen.tutela.

Modò ſic in teſtamentis voluntas teſtatoris eſt pro ſubſtantia, & materia, vel cauſa efficiente: inſtitutio hęredis eſt pro forma.l.1.§.fi.ff.de vulg.l.1.ff.de.hęr.inſt. §.ante hęredis.Inſt.de legatis.l.proximè. ff.de his quæ in teſtamento delentur. numerus teſtium: & quòd ſint maſculi, nó fœminę, & quòd ſint puberes, nó impuberes: quòd ſint ingenui, nó ſerui: quòd non ſint hæredes ſcripti in eodem teſtamento, vel filij, vel parentes hæredum: quòd ſimiliter fuerint rogati, non fortuiti: quòd ſubſcripſerint: quòd ſignauerint teſtamentum: quòd adfuerint toto tempore, quo teſtam. conficiebatur: hæc omnia ad ſolennitatem probatoriã pertinere videntur. Quòd auté vno contextu fiat teſtamẽtum, quòdq́ue fuerint rogati, eandem ſolennitatem ſapit: niſi malis dicere, quòd ſapiat ſolennitatem formalé, non ſecùs, q̃ hæredis inſtitutio.

Ergo in teſtamentis variæ cauſæ cóſiderari poſsunt: nempe cauſa efficiés, cauſa ſubſtãtialis, cauſa materialis, cauſa formalis, cauſa probatoria. Teſtator eſt cauſa efficiés. Teſtamẽtum non naſcitur, vel creatur, ſed fit. Volũtas teſtatoris eſt cauſa ſubſtantialis: nã licèt proponas teſtamentum ritè factum eſſe, ſi tamen deficiat voluntas teſtatoris, quia per erroré fecit. vt in.l.fi. ff.de hær.inſt. vel per prius proteſtatus fuit cum derogatione voluntatis, vt ſi præceſſerat teſtam. habens clauſulam derogatoriam, tunc ſequens teſtam. vtpote voluntate deſtitutum, nullius momẽti eſt. Bona teſtatoris eſſe intelliguntur pro cauſa materiali: nã ſi in rebus



in rebus expreſsim alienis te hæredem ſcripſi, & prætereà neminem, tunc teſta. non valet, quia nec illas res alienas habebis, neque tali inſtitutioni rerum alienarum res vniuerſæ meæ accedent iure accreſcendi. argumen.l.ſi Titio.ff. de vſufruct. Et de his cauſarum generibus tradit Plutarchus in lib. de placitis philoſophorum. Etenim ius accreſcendi eò quodãmodo tédere videtur, vt res, qua de agitur, perfecta reddatur, ſuisq́ue numeris abſoluta & conſummata: ideoq́ue dictum eſt ad ſimilitudinem alluuionis ius accreſcẽdi introduci, quo magis res perfecta, integra, plenaq́;, & nulla ex parte diminuta reddatur. vt. d.l.ſi Titio. ff. de vſufructu. facit.l.1.§. interdum. ff. de vſufruct. accreſc.l.inde Neratius.&.l.pe. eodem titul. Ideoq́ue ſimiliter dicimus, quòd portio accreſcit portioni.l.ſi totã. ff.de acq hæredit. Bar. & omnes in rubr. eodem titul. & ſic etiam cùm hæreditas ſit vnum integrale & perfectum. vt in.l. cùm quæſtio.C.de legat.& in.§.hæreditas.Inſtitut.de hæredi.inſtitu. ideo dicimus ius noſtrum nó permittere eũdem teſtato & inteſtato deceſsiſſe, ſi modò Paganus ſit. vt in.l.ius noſtrum.ff.de regulis iuris. & cõſequẽter hæredi rerum certarum aut partis hæreditariæ reliquum hæreditatis accreſcit.l.1.§. ſi ex fundo. ff. de hæredi.inſtit.&.l.ſi alterius. eod.titu. non ſic ſi res eſſent omnino diuerſę.l.huiuſmodi.§.quibus.ff.de leg.1.

Cauſa formalis eſt hæredis inſtitutio: & quòd teſtamentũ fiat vno contextu: quam etiam cauſam ſapit rogitus teſtium. Numerus autem teſtium, ſubſcriptiones, ſigilla, & reliqua id genus, ſunt ſecundùm omnes pro cauſa probatoria. Et an etiam ſint pro cauſa formali, in ambiguo eſt, vt iam diſſeruimus. Et quòd pro cauſa etiam formali ſint, fortiter facit tex. in.l.codicillis.§. final. ff. de lega.2. quem non inuenio allegatum ab vllo eorum, qui communem ſententiam tuentur. Facit etiam fortiter text. in.l.cùm pater.§. filius matrem. ff. de legat.2. quem ſimiliter allegatum non inuenio.

4 Illud autem certum eſt, quòd quando forma alicuius diſpoſitionis deficit, tunc actus ille non valet eo modo, quo agebatur, etiam ſi interfuerit iuramentum. Bartolus.in.l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. col.pe. idem Bartolus & omnes vſq; ad nouiſsimos in.l.1.§.ſi quis ita. per text.ibi.ff.de verbo.oblig. Alciatus in.c. cùm contingat. de iureiuran.num.167. Didacus de Couarru. in.c. quanuis pactum.de pact.in.6.num.4.parte.2. eſtq́; communis ſententia. Sed an alio modo valere poſsit. Et regulariter etiam alio modo valere non videtur in ijs, quæ pédent ex voluntate vnius, quale eſt teſtamen. vt eſt tex.in.l.1.ff.de iure codicillorum. tradit Bartolus.in.d.l.1.§.ſi quis ita. ff.de verb. obligat. col.1. quem omnes ibidem ſequuntur. idem Bart.in.l.ſi quis pro eo.col. penult. ff. de fideiuſſoribus. quem ſimiliter omnes ſequuntur, niſi adſit iuramentum.l.cùm pater.§. filius. ff.de legat.2.

*Forma deficiente diſpoſitio etiã iurata non ualet eo modo quo agebatur cum communi.*

Hæc limitantur, vt non procedant quo ad formam proceſſus iudiciarij, cuius prætermiſsio hodie iure noſtro regio non vitiatur gratia litium finiendarum.l.11.tit.1.lib.3.ordi.

*l.11.ti.1.lib.3.ordi.*

Stat ergo, quòd formæ prætermiſsio vitiat omnem diſpoſitionem. Vnde in terminis legis.1.tit.1.part.5.dicebam mutuum non contrahi, cùm alter alteri trabes quaſdam traderet hac lege, vt totidé reciperet: nec conſenſus partium hac in re quicquã proficeret, non magis, quàm ſi quiſquam vellet mutuum eſſe & non eſſe, quia mutuum regulare alterius formæ eſt. vt in.l.2.ff.ſi cert.pet.& in.d.l.1.

*Declaratio l.1.tit.1. part.5.*

Et ſimiliter in terminis legis.1.titul.2. partit.5. licèt contrahentes vellent, vt equum non gratis, ſed mercede pacta, quem tradidi tibi, gratis abs te reciperé,

*Declaratio l.1.tit.2. part.5.*

commodatumq́ue celebraretur, id efficere non poſſent, quia id aduerſatur formæ, quam lex accõmodauit contractui commodati. vt in. §. item is qui rem. Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio. & d. l. 1.

*Declaratio l. 1. tit. de las uendidas. part. 5.*

Qua ratione idem quoque dicẽdum eſt, quòd forma emption. & vendi. quæ conſiſtit in pretij certi interuentu. vt in l. 1. tit. de las vendidas. part. 5. & in princi. Inſtitut. de emptio. & vendi. partium cõſenſu immutari non poteſt, nec magis proficeret, quàm ſi ipſi vellent, vt actus ille venditio eſſet, & non eſſet.

*Declaratio l. 1. ti. de los condeſijos part. 5.*

Vnde magis eſt, vt in terminis. l. 1. tit. de los condeſijos. part. 5. ſi tecum conueni, vt rem certam, vel pecuniam meam numeratam depoſiti nomine cuſtodires, & ſic depoſiti nomine mihi obnoxius eſſes, ita tamen, vt re vera acciperes nihil, tunc nihil ageretur, nec vtriuſque partis conſenſus quicquam proficeret, non magis, quàm ſi ipſi ſibimet contrarij vellent depoſitum eſſe & non eſſe. & ita intelligo tex. in. d. l. 1. tit. de los condeſijos. & in princ. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio. quia vt ibi depoſitum deſiderat rei depoſitiuę interuentum. l. cùm vltra. C. ſi cer. pet.

*Declaratio l. 1. ti. de los logreros part. 5.*

Vnde fit, vt ſi quis alteri rem ſuam tradidit nulla mercede pacta, ſed hoc acto, vt aliquid poſteà reciperet, ita tamen, vt ſtatim inter eos contractus locationis et conductionis initus videretur, nihil ageret, non magis, quàm ſi vellet contractũ eſſe locationis & non eſſe: quia de natura illius contractus eſt & de eius forma, vt qui rei ſuę vſum concedit, certũ quid, non autem incertum ex conuentione recepturus ſit. & ita intelligo legem. 1. tit. de los logreros. part. 5. & tex. in pr. Inſti. de empt. & vend. in cuius terminis conſenſus partium pro diſpenſatione nõ eſt, vt nos ex ſuperioribus interpretamur.

*Declaratio l. 4. tit. 10. part. 5.*

Pręterea, ſi inter me & te conuenerit, vt ex quodam negotio omne lucrum caperes, damni autẽ expers omnino eſſes, & ſic inter nos ſocietatis nomine teneremur, tunc nihil actum videretur. & ita intelligo. l. 4. cũ ſequentibus. tit. 10. part. 5. nec conſenſus partium hac in re proficeret vtcunque expreſſus eſſet, non magis, quàm ſi vellent ſocietatem eſſe & nõ eſſe, cùm eius formam prętermiſerint.

*Declaratio l. 2. ti. de las promiſsiones è pleitos part. 5.*

Qua ratione idem quoque circa ſtipulationem intelligendum eſt, vt ſi conuenit inter nos, vt citra verborum interuẽtum verbis obligaremur, nihil egiſſe videremur, vtcunque conſenſus expreſſus eſſet, quia is conſenſus formæ huius diſpoſitionis aduerſatur. & ita intelligo l. 2. titul. de las promiſsiones è pleitos. part. 5. & l. 1. ff. de verb. oblig. in pr. & §. 1. Inſt. eod. tit. in pr.

*Declaratio l. 6. & 7. ti. 12. part. 5.*

Ad hæc ſi actum eſt inter nos, vt pro me fideiuſſor exiſteres citra interuentum ſtipulationis, vel vt tenereris in plus quàm egomet, tunc nihil ageretur, vtcunque is cõſenſus expreſſus eſſet, quia aduerſatur formæ ſatisdationis. & ita intelligo tex. in. l. 6. & in. l. 7. titu. 12. part. 5. in pr. & §. 1. Inſt. de fideiuſ.

*Declaratio l. 1. ti. de los peños. 5. part.*

Denique ſi conuenerit, vt citra interuentum alicuius rei actione pignoratitia tenearis, nihil agitur. vt in. l. 1. titu. de los peños. 5. part. & in. §. pe. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio. Quæ iura intelligo, etiam ſi partium conſenſus eſſet expreſſus, quia formæ contractus pignoratitij aduerſatur. Horum autem omniũ ratio ea eſt, quòd vt ſub genere animantium variæ animantium ſpecies continentur, ita quoque ſub genere conuentionum variæ conuentionum ſpecies comprehenduntur. vt in. l. conuentionũ. & in. l. legitima. & in. l. iuris gẽtiũ. ff. de pact. l. 1. 2. & 3. ff. de pręſcri. verbis. Ergo vt ex boue aut aſino hominem facere nequeas, ita quoq; ex vna cõtractus ſpecie aliã diuerſam ſpeciẽ contractus facere non poteris: quia ars & diſciplina iuris ciuilis ſingulis cõtractibus vel



vel conuentionibus nominatis ſuas formas peculiares & ab alijs diſtinctas & ſeparatas accommodauit, non ſecùs quàm natura ſingulis animantium ſpeciebus ſingulas formas peculiares, ab alijsq́; diſtinctas & ſeparatas cõdonauit. Vt hominum nulli formas à lege poſitiua ſingulis diſpoſitionibus peculiariter accommodatas commutare poſsint, non magis, quàm poſsint mouere formas, quas natura ſingulis animantium ſpeciebus dedit. Quod procedit etiã in vltimis voluntatibus. vt in. l. codicillis. §. fi. ff. de leg. 2. & in iudicijs, & in reliquis diſpoſitiõibus, vt propè docebimur. & eſt tex. in ſimili opportunus in. l. ſi quis in fundi vocabulo. in fine principij. ff. de leg. 1. ſicq́; forma, quam teſtamentis dedit. l. 1. tit. de los teſtamentos. lib. 5. ordi. intelligo, quòd nulla ex parte per teſtatorem poterit violari. & forma ſimiliter, quam. l. 3. Tauri codicillis aſsignauit, per eundem teſtatorem variari non poterit. Quod intellige, eadem ſubſtantia & diſpoſitionis ſpecie perſeuerante. Solent enim diſpoſitiones tam vltimarum voluntatum quàm actuum inter viuos, priore forma relicta, in alias ſpecies conuerti. vt in. §. item per acceptilationem. & in. §. prætereà nouatione. Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio. & in. l. 1. ff. de iure codicil. facit. l. final. C. de codicil.

*Declaratio l. 1. ti. de los teſtam. lib. 5. ordi.*

Hinc intelliges illa iura vix vnquam fortè intellecta. Nam cùm ars & natura nihil faciant fruſtrà, cùmq́ue omnis circuitus ſit vitandus, ſunt qui incuſent Iuſtinianum poſt veteres Iureconſultos, cur induxit, vt quòd mihi ex cauſa locati debebas, ſi velim vt quaſi ex cauſa mutui deberi incipiat, id te etiam volente fieri non poſsit, permiſſum tamen ſit per circuitum, vt quòd ex cauſa locati debebas, poſsit quaſi ex cauſa mutui deberi per interuentum & circuitum acceptilationis & ſtipulationis, putà, vt acceptum feram, quod ex cauſa locati debebas (Sicq́ue obligatio extinguatur. vt per totum. ff. de acceptilat. & §. item per acceptilationem. ſuprà allegat.) ruſuſq́; tantũdem mihi dari ſtipuler, quo caſu priore obligatione ſublata, noua obligatio naſcitur, vt dictis iuribus. Sed ſanè huius rei illa ratio eſt, quòd natura non permiſit, vt homo viuus in vermes conuerteretur, ſed demum poſtquàm ſepultus putrefieret: etenim corruptio vnius eſt (ſecũdùm Philoſophũ) generatio alterius. ſicq́ue animantium nullum in alterum conuertitur, niſi priùs perierit, & corruptum fuerit, ſicq́; ex corpore illo inanimato & corrupto, alterum diuerſæ ſpeciei animal generatur.

Sic ergo & obligatio ex vna cauſa producta, in alteram obligationis ſpeciem transformari ars ciuilis non permiſit, niſi per prius occideret per interuentum acceptilationis, ſicq́ue perempta per interuentũ ſtipulationis renaſcitur, nõ quidem in eadem forma aut ſpecie, ſed in lõgè diuerſa: quia ars ciuilis naturam imitatur. l. adoptio. ff. de adopti. l. ſi quis poſthumos. in pr. ff. de lib. & poſt. Et hæc eſt etiam ratio omnium caſuum & legum ſuprà alleg.

*Declaratio l. 9. titu. de los emplaza. lib. 3. ordi.*

Stat ergo formæ omiſsionem vitiare omnem diſpoſitionem, nec ex ipſarum partium conſenſu & diſpenſatione hoc vitium purgari. Quinimò etiam ex diſpenſatione iudicis vtcunq; ſupremi nõ purgaretur, vt diſſerimus. in. §. 6. num. 4. Vnde ex facto conſultus reſpondi in terminis. l. 9. tit. de los emplazamientos. lib. 3. ordi. iudicem non poſſe formam ab illa lege datam in citationibus cauſarum criminalium prætermittere: quia formę omiſsio, regulariter vitiat, nec ſummus etiam iudex cum ea diſpenſare poteſt.

*Declaratio l. fin. tit. de las ſentencias. li. 3. or.*

Nec ad rem pertinuit. l. final. tit. de las ſentencias. lib. 3. ordina. & l. 11. tit. 1. eodẽ libro. vbi formæ omiſsio in ordine proceſſus

ceſſus non vitiat. Nam illa iura in cauſis ciuilibus tantùm loquuntur: vnde reliquæ cauſæ (quales ſunt criminales) remanent ſub regula, quæ habet, formæ omiſsionem nocere, neque oporteret legem illam exorbitantem extendi contra omne ius.

*Declaratio l.1.tit.4. lib.3.ordi.*

Illud autem non eſt prætermittendũ, quòd licèt per.d.l.fi.&.d.l.11.inductum ſit, vt omiſsio formæ non vitiet proceſſum, tamen non procederet, ſi omitteretur à iudice compellere partem aduerſam petente aduerſario reſpondere cum iuramento poſitionibus: tũ quòd in hoc conſiſtit potiſsima probatio & defenſio, quæ iuris eſt naturalis, vnde nulla lege poſitiua adimi poteſt.l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure.iuncto.§.ſed naturalia. Inſtitut. de iure natural. & l.iura ſanguinis. vbi nouiſsimè.ff.de regulis iuris.l.eas cauſas.ff.de capitis diminutio. tum etiam quòd id eſſe iuris gentium probat.l.1.titul.4.lib.3.ordin. ibi: las quales poſiciones recibio è hallo en los pleitos el vſo y luenga è general coſtumbre de todo el mundo. ergo &c. vt in.l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure. & in.§.ius autem gentium. Inſtitut. de iure natur. Per quod notanter ampliatur.d.l.1.vt in hoc iudex diſpenſare nequeat. & limitatur.d.l.11.ſuprà allega. vt procedat in ijs, quæ ſunt iure poſitiuo tantùm ſtatuta, non ſic in his, quæ ſunt de iure gentium: qualis eſt reſponſio poſitionum.

*Declaratio l.11.tit.1. lib.3.ordi.*

Denique licèt proceſſus ordo omiſſus non vitiet iure regio, neque impediat ſententiam ferri.vt.d.l.11.tamen ſi omiſsio, ſeu negligentia non tendit ad litem differendam, ſed potiùs ad eam breuiùs finiendam, talis omiſsio eſſet in conſideratione, noceretque omittenti: quia in.d.l.11.ea ratio expreſſa eſt, ne lis differatur. ibi, E aſsi los pleitos ſe aluengan, de que viene gran daño a las partes. Ergo ſi per talem negligentiam vel omiſsionem lis non differretur, ſed potiùs breuiaretur, vel finiretur, tunc ceſſaret diſpenſatio illius legis, relinqueremurque in terminis iuris communis, vt omiſsio formæ noceret: quia lex debet limitari per rationem in ea expreſſam etiam in correctorijs. gloſ. vbi per Iaſ. poſt alios in.l.quanuis. C. de fideico. Iaſ. in.l.de quibus.num.14.ff.de legibus. Iaſ. in authentica. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. Corneus, Decius, Curti. iunior per text. ibi in.l. humanitatis. C. de impub.

*Declaratio l.1.tit.16. lib.3.ordi.*

Vnde infertur neceſſaria declaratio ad.l.1.titul.16.lib.3.ordina. vbi infra quinque tantùm dies iure regio poteſt quis appellare, vt ipſis quinque diebus præteritis ſi poſteà appelletur, & cauſa proſequatur vſque ad ſententiam ſecundam, illa ſententia nulla ſit, quia forma appellandi à lege data prætermiſſa fuit, quæ prætermiſsio nocet: quia ex ea non effluxit litis dilatio, ſed potiùs breuior expeditio, ſicque ceſſat diſpenſatio dict. l.11. quæ ita etiam limitanda eſt, ſicque obſeruat conſuetudo.

*Declaratio l.2.tit.de las appell.lib 3.ordi.*

Subinfertur, quòd licèt is infrà legitimum tempus appellauerit, ſi tamen infra tempus à lege.2.tit. de las appellaciones.lib.3.ordina. nõ fuerit appellationem proſequutus, nocebit ſibi: quia omiſsio huius ordinis pertinet ad litem citiùs finiendam, ſicque ceſſat diſpenſatio dict.l.11. & ita etiam intelligo.l.3.eodem titulo.

*Declaratio l.5.eod.tit.*

Qua ratione ſibi quoque præiudicabit, qui non comparuerit ad audiendam ſententiam die à iudice deſignato: quia per.l.5.tit.ſuprà allegat. ſententia tranſit in rẽ iudicatam, ſicq; per hoc lis breuiùs finitur. Id tamen plerunque in vſu forenſi obſeruatum non eſt: & nimirum deſuetudo inde effluxit, quòd iudicum plerique putant in omnibus his rebus ſe poſſe diſpenſare per dict.l.11. ſed vehementer labuntur: quia illa.l. facta eſt, quò



quò breuiùs lites finiantur: at in caſibus ſuperioribus ex iudicis diſpenſatione differretur lis, tantum abeſt vt breuiaretur.

*Declaratio l.3.tit.de las app.lib. 3.ordi.*

In ſumma ſimiliter infertur declaratio ad.l.3.ti. de las appel.lib.3.ordina. vbi in appellationibus proſequẽdis inter reliqua datur hæc forma, vt infra annum cauſa appellationis finiatur, ſub hac pœna, vt anno illo præterito, ſententia tranſeat in rem iudicatam. Quæ quidem formæ tranſgreſsio non video cur non noceat, cùm tendat ad litem breuiùs finiendam, ſicque ceſſat diſpenſatio, quæ vt vitetur litium dilatio per.d.l.11. iudicibus permiſſa eſt. Et miror, quòd.l. illa non ab omnibus ſemper iudicibus obſeruetur, qui eò decipiuntur, quòd per d.l.11. putant diſpenſari cum illius legis rigore, id quod falsò opinantur, vt iam diximus. & argumento eorum quæ dicemus infrà.§.6.num.4. Et non ſemel hanc rem in prætorio noſtro controuerſam vidimus. Verùm ſi per iudicem ſteterit, ceſſat illa lex, & iudex iuſtè punitur vt ibi.

*Declaratio l.1.ti.fi.lib. 3.ordi.*

Illa autem forma, quæ in taxatione expenſarum ſeruari iubetur per.l.1.titu. fin.lib.3.ordi. ſimiliter etiam iure regio omitti non poterit ſecundùm regulam præmiſſam. Nec oberit.d.l.11. (licèt iudicum nonnulli contrarium falsò opinentur) quia cùm taxatio expenſarum fiat poſt litem finitam, non pertinet ad d.l.11. quæ loquitur antequam finiatur, quò citiùs expediatur.

*Declaratio l.1.ti.de las ſentencias lib.3.ordi.*

Hinc etiam dicebam diſpenſationem d.l.11. non pertinere ad.l.1.tit. de las ſentencias.lib.3.ordi. quæ infrà dies.60. facultatem præbet dicendi nullam ſententiam: qua facultate ſi pars non vtatur tempore definito, poſteà non audietur, cùm per talem excluſionem citiùs finiatur lis. Sicque ceſſat.d.l.11. ex qua nonnulli iudicantium in caſibus non paucis ab illa lege non cogitatis diſpenſare didicerunt, vnde lites iniuria proferuntur contra.l.properandum. C. de iudici. Stat ergo formam legis in iudicijs prætermitti non poſſe, non magis, quàm in reliquis diſpoſitionibus: præterquam in terminis.d.l.11. quæ extra ſuos terminos trahenda non eſt, quæque non leuem proferendarum litium prębuit occaſionem, dum eas citiùs finire curauit.

Diximus, quòd omiſſa forma, diſpoſitio in vltima volũtate non valet. Et huius rei ratio fortè illa eſt, quòd in teſtamentis voluntas teſtatoris indiuidua eſſe intelligitur. argumen.l.ſi quis cùm teſtamentum.ff.de teſtam. & quodammodò integralis, vt ex parte tantùm regulariter valere non poſsit, vt ibi: quaſi nihil actum eſſe intelligamus, cùm aliquid ſupereſt agendum. argumen. C. ad Sillanianum.l.penul. & in integralibus ex parte actus valere & tenere vel opus etiam non poteſt. argumen.ff.de rebus dubijs.l.quædam. tradunt latè Bartolus, & nouiſsimi in.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verborũ obligationibus. Qua ratione etiam videtur teſtamen. indiuiduum cenſeri.l.furioſum. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Neque abſurda eſt hæc legis interpretatio: nam ſæpe homines hæredem ſcriptum multis legatis, fideicommiſsis, alijſque oneribus grauant, quæ onera fortè legitimis hæredibus non imponerent: vnde ſi id teſtamentum aliqua ex cauſa iure teſtamenti valere non poſsit, æquum non eſſet, vel ſaltem tutum non eſſet interpretari, vt iure codicillorum valeret.

Hæc fallunt, quando ſummoperè enixa fuit voluntas teſtatoris, qualem conſtabat eſſe in terminis.l.codicillis §.final.ff.de legat.2. & qualem eſſe præſumebatur in terminis.l. cùm pater. §.filius matrem.ff.de legat.2. his enim caſibus voluntas teſtantis, quæ regulariter indiuidua & integralis eſſe intel-

intelligitur,incipit eſſe diuidua,& ei à le
ge condonatum eſt vt valeat eo modo,
quo poteſt, & conſequenter iure codi-
cillorum,quandoquidem iure teſtamẽ-
ti non poteſt valere. vt tradunt Bart.&
alij in.l.ſi quis pro eo.in princ. num. 14.
col.pe.ff.de fideiuſ.

*Formæ omiſſio uitiat omnem diſpoſitionem.*

5 Et quia de forma legis agendum eſt,
ne res careat exemplis, conſidera, quòd
in vlt.vol. forma legis eſt, de qua ſupe-
riùs mentionem habuimus quo ad te-
ſtamenta:forma autem codicillorũ tra-
ditur per totum.C. & Inſt.de codicillis.
& per totum.ff.de iur.codi.cuius formę
omiſsio facit, vt actus non valeat regu-
lariter eo modo, quo agebatur, neque
alio modo,niſi in caſibus vt iam docui-
mus. In cõtractibus autẽ pro forma eſſe
intelliguntur ea requiſita, quorũ cõcur
ſum lex deſiderat ad perfectionẽ & con
ſummationẽ illius diſpoſitionis, de qua
agebatur.quale eſt,vt in obl.verb.verba
interueniãt.l.1.in pr.§.ſi quis ita.vbi Bar.
& omnes.ff.de verb.ob.& in pr. Inſt. de
de inut.ſtip.& in literarum obligatione
ſit literarum interuentus. vt in pri. Inſt.
de lit.obl.& in.l.in cõtractibus.C. de nõ
num.pec.& in obl.quæ re cõtrahuntur,
ſit rei interuẽtus.vt in. l.rogaſti.§.ſi tibi.
ff.ſi cert.pet.& in.l.cũ vltra.C.de nõ nu.
pec.Vnde mutuũ, depoſitũ, cõmodatũ
pignus,& ſimilia citra rei interuẽtus cõ-
trahi non poſſunt.vt per totũ Inſt.quib.
mod.re cõtrahitur.obl. & in obligatio-
nibus,quæ cõſenſu fiunt, licèt verba nõ
interueniant,vel ſcriptura,vel res corpo
rea,ſeruetur tamẽ forma à lege data,qua
is cõtractus à reliquis diſtinguatur:qua-
le eſt,vt in cõtractu emptionis pretium
interueniat in pec.num.vt.§.pretiũ.&.§.
item pretiũ.Inſt. de emptione & vendi-
tione.& in contractu locationis interue
niat merces certa.vt in pr.Inſt.de locatio
ne.& cõductione.& in mãdato vt ſit gra
tuitũ.vt in.§.fi.Inſt.de mand.& ꝙ inter-
ſit mandãtis.vt in pr.eod.tit. & in ſocie-
tate,vt aliqua ex parte cõmune ſit vel lu
crum,vel dãnum.vt in.§.1.cum ibi nota
tis.Inſt.de ſocietate.qua forma omiſſa,re
gulariter illi cõtractus non valẽt,ſaltem
eo modo,quo agebatur,licèt alio modo
ex conuentione partiũ valere non deſi-
nant.vt in.l.contractus. ff.de reg. iur.in
l.1.§.ſi conuenerit. ff. depoſiti. Sic & in
iudicijs ſententia lata à nõ cõpetente iu-
dice licèt regulariter non valeat, poteſt
tamen confirmari cõſenſu partium:quo
caſu nõ valet in vim ſentẽtiæ, ſed in vim
pacti. vt eſt tex. cum gloſ. communiter
approbata in. l. ſecunda. C. communia
vtriusque iudicij.Quod procedit etiam
ſi interfuerit iuramentum: nam adhuc
diſpoſitio non valet omiſſa forma, quã
ad eius perfectionem & conſummatio-
nem lex ordinauerat, licèt tunc valeat
eo meliori modo, quo poteſt. vt tenẽt
Bart.Alber.Baldus, Angel.Imola, cum
Paul.& reliqui.in.l.cùm pater.in.§.filius
matrem. ff. de. leg. 2. per tex.ibi.idem
Bart.in.l.1.§.ſi quis ita.num.9. ff. de ver-
bo.obligatio.vbi Iaſ.num.24.& eſt com
munis opinio ſecundùm Ripam ibi nu.
27.& tenet Bart.in.l.ſi quis pro eo.num.
14.ff.de fideiuſſ.Alciatus in.c.cùm con-
tingat.nu.167.de iureiur.vbi Abbas.nu.
27.& Imol.in octauo caſu.

Ergo actus,& diſpoſitio,quæ fit omiſ
ſa forma legis, non valet regulariter.
Fallit de conſenſu agentium, vt in con-
tractibus vtriuſque conſenſus exigatur:
in vltima autem voluntate ſolius teſta-
toris: nam tunc diſpoſitio valet, non in
vim illius diſpoſitionis de qua ageba
tur,ſed alio meliore modo,quo poterat.
vt in iuribus ſuprà allegatis. & in.l.teſtã
di.C.de teſtam.& in.l. quidam decedẽs.
in princ.ff. de adminiſtra. tutor. & in.l.
codicillis.§.fina.ff.de lega.2.vbi glo.ſtul
tum appellat eum teſtatorem,qui puta-
bat ſe poſſe trãſgredi formam legis.Ad
idem tex.in.l.1.§. ſi inter magiſtratus.ff.
de magiſt.conuen.& in.l.3. in prin.ff.de
tranſa.

*Forma omiſſa,ualet actus eo modo,quo poteſt de uoluntate agẽtium.*



trãſa.& in.l.ꝙ de bonis.§.1.ff. ad.l.falcid.
& in.l.ſi vt allegas.C.eod.titu.& in.l.ius
publicum.ff. de pact. & in.l.cerdonem.
ff.de operi.liber.& in.l.fina.ff. de ſuis &
legit.hæred.& in.c.requiſiſti.et ibi Abb.
de teſtam.& in.c.tua nobis.eodem titu.
& in.c.ſic quædam.10.q.1.& in.c. ſi dili-
genti.cum ibi plenè notatis.de foro cõ-
pet.& in.c.cũ cõtingat.de ſentẽtia excõ.
& in.l.nec ex prætore.ff.de reg.iur. vbi
gloſſ.magiſtra.& in.l.ſcire debetis.C.vt
in poſſe.leg.& in.l.2.in fi.C.ſine cenſ.vel
reliqui.& in.l. Neratius. poſt principiũ.
ff.de relegio.& in.l.iuris gẽtium.§. ſi pa-
ciſcar. cum ſequenti. &.l. paciſci. &.l. ſi
vnus.§.illud nulla.&.§.pacta quæ turpẽ.
ff.de pact.&.l.pacta quæ contra. C.eod.
titu.& in.l.hæreditas.C.de pact.conuẽt.
& in.l.conueniri.ff.de pact.dota.& in.l.
2.§.ius reipublicæ.ff. de adminiſtra.rerũ
ad ciui.pertinen.& in.l. ſtipulatio iſta.§.
alteri.& in.l.ſi plagij.ff.de verbo. oblig.
& in.l.Titia.eod.tit.& in.§.1. & ferè per
totum Inſtitut.&. C. de inutili ſtipula.

*Declaratio l.5. titu.15. lib.2. ordi.*

Vnde in terminis.l.5.tit.15.lib.2.ord.ſen
tentia iudicis à partibus electi non tam
vim ſentẽtię quàm arbitrij habebit.arg.
l.priuatorũ.C.de iuriſ. omni.iudi. Sicq;
d.l.5.limitanda & intelligenda eſt.

*Teſtamentum minus ſolenne poteſt impugnari ſine peccato,cũ Iaſ.& cõi cõtra Abb.*

6 Ex ſuperiorib⁹ infertur, an is,qui agit
contra teſtamentum,ea ſola ratione, ꝙ
iuris ciuilis ſolennitate id teſtamentum
careat, videatur mortaliter peccaſſe?
Qua in re Panor.in.c.cùm eſſes.de teſta.
in.4.nota. in hac eſt opinione, vt putet
eum peccaſſe,& conſequenter eum te-
neri ad reſtitutionem eius, quod per ta-
lem actionem fuerit cõſequutus. Cuius
cõtrarium tenet Iaſo.in.l. nemo poteſt.
ff.de lega.1.nu.95.in.2.lectu.& expreſsi⁹
in num.102.idem Iaſo.conſi.97.lib.3.&
eſt de mente Ioan. Cald. in quæſt. per
eum diſputata,quæ incipit, Bononienſi
ſtatuto cauetur.vbi tenet,quòd hæres le
gitimus poteſt petere etiam in foro con
ſciẽtiæ hæreditatem illius,qui teſtamen
tum ritè & rectè fecit,ſi tamen tale teſta
mentum non fuit inſinuatum prout de
buit ex forma ſtatuti.Et videtur ſimili-
ter ex mente Bal.in conſil.235. incipien.
Si quis iuris ciuilis originem cõſideret.
lib.3. vbi generaliter tenet, quòd omne
ſtatutum poteſt ſeruari ſine interitu ſa-
lutis æternæ. Facit quod in ſimili tradit
Bal.in.l. ſi poſt diuiſionem. & in.l. cùm
quis.in.4.colu. verſi.decimò probatur.
C.de iuris & fact.igno.

*Leges inducẽtes teſta. ſolẽnitates iuſtæ ſunt, cum cõmuni.*

7 Et horũ poſterior opinio verior eſt.
Cùm enim teſtamẽtorũ ſolẽnitates pro
pter falſitates vitãdas fuerint inuẽtæ, nõ
dubiũ eſt,quin iuſtæ ſint.vt in.l.fi. & in
l.iubem⁹.C.de teſtam.& in.l.fi. vbi tex.
melior de iure.C.de fideicõmi.& in.§.fi.
Inſti.de fideicõmiſſ.hęredi.facit glo.cõ-
muniter approbata in.c.quæ in eccleſia
rum.extrà.de conſti.Decius.nu.8.in.c.1.
eod.titu.poſt Abb.& Felin.ibi.Innoc.&
Abb.in.c.quia pleriq;.de immunita.ec-
cleſi. tex. in. c. quo iure.8. diſt.Bal. in.d.
c.quæ in eccleſiarũ.col.1. idem Bal. in.l.
vnica.col.3.C.de confe. Andræ. de Iſer-
nia.in.c.1.§.1.ante finem.de pace. iuram.
firman.in feud.& eſt communis opinio
ſecũdùm Iaſo.nu.105.in.l.nemo poteſt.
in.2.lect.ff.de lega.1.Abb.in procœm.De
creta.quod incipit,Rex pacific⁹.& in.d.
c.1.de conſti.vbi dicit communem eſſe
ſententiam,iuſtam eſſe regulariter legẽ
ciuilem,iuſtamq; præſumi,& conſequẽ
ter ligare in foro conſcientiæ. Quã de re
vt quælibet lex & quodlibet ſtatutum
præſumatur iuſtum ſecundùm mores
& humanam neceſsitatem illius regio-
nis,vbi tale ſtatutum editum eſt, tradit
pleniſsimè Tiraque.de vtroq; retractu.
in principio.nume. 75.per tex.in. l. non
omnium.ff.de legib.& in.l.proſpexit.ff.
qui & à quib⁹.& in.l.& ideo.ff. de legib.
& in.l.1.§.initium.ff.de poſtulando. De-
cius in conſil.563.duo dubia.l. quod cõ-
ſtitutum.ff. de milit.teſtam. & ibi Bart.
Bal.in.l.Gallus.§.ſi eius.in.2.notab.ff.de

*Lex iuſta præſumitur cum cõmuni.*

libe.& poſth. idem Bald.in.l. lege. C. de
legiti.hæred.& in.c. ex reſcripto. col.fi.
de iureiuran. & in.d.l. non omniũ.& in
l.de quib⁹.col.10.ff.de legib.verſi.& pri-
mò quo ad primum.vbi pulchrè ait,ra-
tionem non eſſe de ſubſtantia conſuetu
dinis, quinimò conſuetudinem valere
contra omnem rationem,dũmodò non
ſit contra ius diuinũ vel naturale. Et idẽ
Bal.in.c.1.in prin.col.2.(verſi. ibi prohi-
bens)ſcribit,non ſemper exigi, vt cõſue
tudo ſit rationabilis, quinimò ſatis eſt
quòd ſit tolerabilis,& vſu approbata.&
& allegat Innocen.in rub.extrà.de con-
ſuetu.& idem Bal.in rubri. de cõſti. col.
2.verſi.conſtitu.ait conſtitutionem eſſe
rationabilem,licèt eius ratio monſtrari
nõ poſsit,ſi nõ reperitur expreſſa prohi-
bitio iuris diuini,vel naturalis.Et propè
ſimilia ſcribit Ioan.Faber.in.§.ex nõ ſcri
pto.col.3.verſi.item requiritur.Inſtit.de
iure natura. Stat ergo vera cõmunis &
receptiſsima ſententia,legem,conſuetu
dinem,&ſtatuta bona & iuſta præſumi.
Cuius rei ratio non obſcura eſt: nam va
rij mores varijs regionibus in vſu ſunt:
vnde quod nobis otioſum eſſe videtur,
in alijs regionibus neceſſariũ eſt: & quę
cautela in regione noſtra ſuperflueret,
in alijs regionib⁹ adprimè vtilis eſſe po-
teſt,& reipublicę conducibilis.Vnde li-
cèt ſolennitas teſtamẽtorum quibuſdã
videatur nimis exacta & abundans,vix
q́; toleranda, tamen non iniuria legiſla
tori viſum eſt ſecundùm mores noſtro-
rum temporum & regionum talem ob
ſeruationem teſtamẽtorum otioſam &
ſuperfluam non eſſe,ſed reipublicæ con
ducibilem & neceſſariam,vt per hoc te-
ſtamentum,quod omni ex parte tali ſo-
lennitati nõ ſit munitum,meritò ſuſpe-
ctum iudicetur,&falſitatibus obnoxiũ,
& conſequenter legitimus hæres con-
tra tale teſtamẽtum,etiam ſi teſtes quin
que vel ſex haberet,agere iure poſſet,il-
ludq́; impugnare,non aliter,atq; poſsit
aduerſari ei,cui vnius tãtùm teſtis teſti-
monio ſuffultus,vellet aliquid ab eo pe
tere quaſi debitum à defuncto.Vt enim
non teneor credere contractui,qui vni-
co teſte comprobatur:ita nõ teneor cre
dere teſtamento,quod ſex tãtùm teſtes
habet.vt in.l.ſi vnus.C.de teſtamẽ. nam
probatio legitima vel illegitima iudica
tur ſecundùm ſubiectam materiam. vt
in.l.ſi vno.C.locati.materia autem teſta
menti tam deſtituta legitima probatio-
ne videtur,quãdo ſex tantùm teſtes ad-
ſunt,quàm deſtituta videretur materia
cõtractus, in quo vnicus teſtis adeſſet.
Cuius rei illa ratio eſt : quia teſtamenta
plerunq; fiunt vel fieri præſumũtur ab
ijs,qui turbati ſunt mortis cogitationẽ.
vt in.l.hac conſultiſsima.§. at cùm hu-
mana.C.qui teſta.facere poſſ. cõtractus
autem fiunt maturo conſilio. vt in.l.ſi
volũtate.C.de reſcinden.vendi.Prætere-
ea in teſtamento agitur de vniuerſis co-
pijs,opibus,diuitijs, fortunis, facultati-
busq́; noſtris.vt in.l.cũ hęredes.in prin.
ff.de acquiren.poſſeſ.& in.l. hæreditas.
& in.l.nihil.ff.de regu.iur.tradunt Bart.
&nouiſsimi in rubr.ff.de acquir.hęred.
in cõtractibus autem plerunq; nõ tam
magnis de reb⁹ agitur, & propterea cau
tiùs res agitur. arg.d.l. ſi voluntate.&.l.
rem legatam.ff.de adimen.legat. & in.l.
fideicõmiſſa.§.ſi rem.ff.de lega.3.& in.l.
cùm de indebito. ff. de probatio. vnde
conſultiſsimè ſtatutum fuit, vt plenior
probatio in teſtamẽtis interforet,quàm
in actib⁹ inter viuos,vt teſtatur Iuſtinia-
nus in.l.ſi quando.in princ.C. de inoffi.
teſtamen.Prætereà ex quadam diſpenſa
tione humanitatis gratia contra ſtrictã
rationem & contra regulas iuris cõmu-
nis hominibus permiſſum fuit ſub cer-
tis legibus teſtari:qui ergo illas leges nõ
obſeruauerit,remanet deſtitut⁹ auxilio
legis,reperiturq́; in prohibitiõe veteris
iuris,vt latè diſſeruimus ſuprà.

Ergo vt ſi facultas teſtandi data nun-
quàm



quàm fuiſſet,legitimus hæres iure opti-
mo caperet hæreditatẽ: ita quoq; eã ca-
piet,ſi defunctus ea teſtãdi facultate nõ
vtatur,vel ritè nõ vtatur.Nam qui actũ
nõ ritè facit,ſimilis eſt ei,qui actũ mini-
mè fecit.Vnde exhęredatio ritè non fa-
cta,pro infecta habetur.vt in.l.nõ puta-
uit.§.non quęuis.ubi gl.ff.de bonorum
poſſ. contra tabu.& inſtitutio nõ ritè fa
cta, ſimiliter ꝓ infecta habetur.vt.ff.de
cõtra tabu.l. ſi in adoptionẽ.§.idẽ puto.
Vnde veriſsimã eſſe conſtat opinionem
exiſtimantiũ legitimum hęredem abſq;
vlla peccati ſuſpicione poſſe impugna-
re teſtamẽtum minùs ſolẽne,cùm iuſtè
dubitare poſſet de veritate cõtentorum
in teſtamento:& cùm dubitans & igno
rãs æquiparẽtur.vt eſt tex.notab.in.l.fi.
C.de condi.indeb.is legitimus hæres vt
pote probabiliter dubius de veritate cõ
tentorum in teſtamento tutus erit in fo
ro animæ,non aliter, atque ſi re vera ex
toto ignoraret veritatem eorum,quę in
teſtamento continẽtur.Et hanc partem
9 nouiſsimè ſequutus eſt vno verbo Di-
dacus de Couarru.in.c.cùm eſſes nu.10.
de teſtam.quam mirabiliter ampliat vt
procedat,etiam ſi legitimus hæres cer-
tò,indubitãterq́; ſciret vera eſſe omnia
contenta in teſtamento effluxiſſeq́; à ve
ra,& penitiſsima,intimaq́; voluntate te
ſtatoris:cuius contrarium tenet in ſpe-
cie Frãc. de Ripa. in.l. nemo poteſt. nu.
101.ff.de leg.1.Cuius opinionem in hoc
caſu auſim veriſsimam dicere : nam rei
ſatis demõſtratæ fruſtra adijcitur altera
demõſtratio.l.1.§.fin.ff.de dote præleg.
l.certũ.ff.ſi certũ peta.vnde hæres legiti
mus,qui de intima & vera teſtatoris vo
luntate certus eſt, ampliùs certiorari o-
tioſum eſt.Præterea omnis probatio cõ
cludit præſumptiuè,non certò & indu-
bitanter:nam vt poteſt mentiri vnus te
ſtis,ita quoq; mille teſtes poſſunt menti
ri:&vt vnico teſti fidem nõ adhibemus,
quia eius teſtimoniũ incertum eſſe po-
teſt,ita quoq; etiam mille teſtibus teſta
mẽtarijs poſſet hæres legitimus diffide-
re,vt colligitur ex doctrina Bart. in.l.ad
monẽdi.ff.de iureiurã.col.2. Vnde cùm
hæres legitimus in foro tam contẽtioſo
quàm cõſciẽtię teneatur fidem adhibe-
re ſeptẽ teſtibus teſtamentarijs, licèt illi
mentiri poſsint,& per hoc eorum teſti-
monium certum & indubitatum nõ ſit
apud hęredem reuera,ſed tantùm ex le-
gis præſumptione: multò magis is legi-
timus hęres tenetur fidem adhibere cõ-
ſcientiæ ſuæ,quæ fallax eſſe non poteſt,
ſed certa & indubitata eſt. Nec ad rem
pertinet,quòd ſolennitas teſtamentorũ
iuſta ſit,& per hoc quiſq; poſsit ſe con-
formare eum tali legis diſpoſitione:nã
procedit quãdo vt lex dubia eſt propter
inopiam probationis,ita quoque is hæ-
res legitimus propter eandem probatio
nis penuriam,& defectum ſimiliter du-
bius eſſet.Secùs eſt,quando ipſe de vera
teſtatoris voluntate certus eſt, nam tali
caſu eã ſequi tenetur: quemadmodum
ipſa quoq; lex eam ſequeretur,ſi de veri
tate certa eſſet.& eſt tex.celebris & ex-
preſſus.in.l.fi.C.de fideicõmiſ.& in.§.fi.
Inſti.de fideicõmiſ.hæredi.Data ergo pa
ritate terminorum,nulla differẽtia eſſe
debet inter legem, & hæredẽ legitimũ:
ſecùs vbi terminorum paritas non eſt.
Poſtremò pro nobis eſt tex.expreſſus in
l.1.ff.de libe. & poſthu. vbi licèt in libe-
rorum exhæredatione expreſsio trium
nominum deſideretur,tamen ſi per ex-
preſsionẽ vnius nominis certi eſſe poſsi
m⁹,valet exhæredatio,nõ ſecùs,quàm ſi
tria nomina expreſſa eſſent, vt per hoc
omiſsio formæ legalis,quæ ad ſolam rei
vel perſonæ demonſtrationem deſidera
tur,non vitiet,quando de re illa vel per
ſona poſſumus alio modo eſſe certi. &
ita illũ tex.cõmuniter intelligũt docto.
ibi.quales ſunt Accurſius, Barto. Albe.
Bal.Angel.Imol.Cuma.Paul.Are.Alex.
Socin.Iaſ.& nouiſsimi.

*Teſtamentum minus ſolẽne obligat in foro animæ hæredem, qui certò ſcit uol. defuncti, cũ Ripa contra Couarru.*

Deinde

10 Deinde ex ſuperioribus ſimiliter in-
fertur, an vera ſit opinio exiſtimãtium,
eum qui poſsideat bona teſtatoris ex mi
nus ſolenni voluntate, teneri ea bona
hęredibus legitimis reſtituere in foro
conſcientiæ. Quam opinionem tenuit
Frãciſ.de Ripa.in.d.l.nemo poteſt.ff.de
lega.1.nu.97.tangit Iaſ.in.d.l.nemo po-
teſt.in.2.lectu.nu.95.cũ pluribus ſequen
tibus.& Alex.in.d.l.nemo poteſt. num.
23.Bal.in.l.ſi poſt diuiſionem.C.de iuris
& fact.igno.idem Bal.in diſputa.ſua in-
cipienti, Statuto cauetur quòd fœnera-
tor.& Angel.in diſputa.ſua incipi.Aſtẽ-
ſis Miles. & Ioan.Calder.in diſputa.ſua
incipi.Bononiẽſi ſtatuto cauetur.ſequi-
tur Didac.de Couarru.in.d.c.cùm eſſes.
nu.10. de teſta. Quæ opinio vera eſt. Nã
ſi in minus ſolenni teſtamento ſum hæ-
res ſcriptus, vbi plura legata alijs relicta
fuerunt, vel alij fortè ſunt cohæredes, li-
cèt ego certus ſim me falſitatis nihil per
petraſſe, tamen incertus ſum, an alij, qui
lucrũ ex illo teſtamento percipere pote
rant, falſitatẽ fecerint, vt per hoc iuſtior
ſit titulus legitimi hæredis, quàm titul⁹
meus: nam legitimus hæres ad hanc hę-
reditatem à lege inuitatus eſt, quia inte-
ſtatus diſcedit, qui teſtamentũ non ritè
fecit. vt in princ.Inſti.de hæredi.abinte-
ſta.&in.l.1.ff. de iniuſto rupto. vnde hę
res ſcriptus nullo iure ea bona retinere
11 poteſt, legitimus autẽ optimo iure ad
ea bona inuitatus eſt. Illud autem du-
bium eſt, ſi hæres ſcriptus in minus ſo-
lenni teſtamento certò & indubitãter
ſciat illam eſſe teſtatoris voluntatem,
an in foro conſciẽtiæ eam retinere poſ-
ſit. Quod inſignis Didac⁹ de Couarru.
negat vbi ſuprà.&eſt ex mente eorum,
quos ſuprà retulimus, qui in hanc con-
ueniunt ſententiam cõmuniter, vt exi-
ſtiment hæredem non poſſe retinere ta
lem hæreditatem, quaſi hæreditas non
ritè relicta non debeatur etiam naturali
ter, verùm eo caſu, quo hæres ſcriptus
certò ſcit eam eſſe teſtatoris volũtatem,
magis eſt, vt in foro conſcientiæ non te
neatur ea bona reſtituere, quia ſenten-
tia legis eò tendit, vt velit ſcriptum hę-
redem legitimis præferri: nam quãdiu
locus eſt ſucceſsioni ex teſtamento,
ceſſat ſucceſsio ab inteſtato.l.quandiu.
ff.de acquirend.hæred.& tacita volun-
tas teſtatoris excluditur per expreſſam
voluntatẽ.l.cùm ex filio.§.1.ff.de vulga.
& diſpoſitio legis excluditur per diſpo
ſitionem teſtantis. l. verbis legis.ff. de
verbo. ſignifica. vnde licèt regulariter
ex minus ſolenni teſtamento lex non
deferat hæreditatẽ hęredi ſcripto, quia
lex incerta eſt de veritate contentorum
in teſtamento ex inopia probationis, ta
men etiam ex minus ſolenni teſtamen-
to hæreditatem defert hæredi ſcripto,
quando certa eſt de veritate contento-
rum in teſtamento. vt in.l.fi.C.de fidei-
cõmiſ.& in.§. fi. Inſtitu. de fideicõmiſſ.
hæredi. Vnde cùm hæres certus eſt de
voluntate teſtatoris, non videtur legis
authoritate deſtitutus, & conſequenter
non nititur contra legis voluntatem &
ſententiam, talem hæreditatem retinen
do.argu.l.non dubiũ.C.de legib.l. Gal-
lus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſthu. Facit:
quia diſpoſitio legis & teſtatoris æqui-
parantur. in authen. de nupt. in. §. di-
ſponat. in.l. filium quem habentem.in
verbo, ſanciat.& ibi notat Iaſo.C. fami.
herciſ. Vnde vt recedim⁹ à verbis teſta-
toris, vt eius mentem ſequamur. vt in.l.
cùm auus.ff. de condi. & demõſt. & in
l.hęredes mei.§.cùm ita. vbi tex.notabi-
lis.ff.ad Trebel.&in.l.3.C.de libe. ꝑter.
ita quoq; & à verbis legis recedere de-
bemus, vt legis mentem ſequamur. vt
per glo.cõmuniter ibi, & vbique appro
batam.in.l. tale pactum.§. fi. ff. de pact.
Ergo vt ſi lex de volũtate teſtatoris cer-
ta eſt, omniſque falſitatis ſuſpicio ceſſa-
ret, tunc dubium non eſſet, quin defer-
ret hæreditatẽ hæredi ſcripto in minus
ſolenni voluntate, excluſis legitimis hæ
redibus: ita quoque hæres ſcriptus, qui
certò, & indubitãter ſcit voluntatẽ teſta
toris, eam ſequi optimo iure poteſt, nec
per hoc videbitur cõmittere in legem,
quinimò legis authoritate munitus vi-
debitur.

*Hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtamento ſi poßideat tenetur bona reſtituere legitimis, etiã in foro animæ cũ cõmuni.*

*Hæres ſcriptus in minus ſolenni Teſtamento qui certò ſcit illã fuiſſe teſtãtis uoluntatem, non tenetur ea bona reſtituere legitimis in foro animæ, contra cõmunem.*

12 Accedat illa communis opinio, quã
tenet Bart.in rubr.ff. de acquiren . hær.
vbi Alexan.col.1.& Iaſ.num.14.& alios
quamplurimos enumerauimus ſuprà,
dum aiunt, quòd hæres non conficiens
inuentarium, quanuis à lege obligatus
fuerit etiam vltra vires hæreditarias, ta-
men vltra vires hæreditatis in foro con
ſcientiæ non tenebitur: quod licèt reſpe
ctu creditorum dubium ſit, vt diximus
vbi ſuprà, tamen reſpectu legatariorum
admittendum eſt: nam ante inuentionẽ
inuentarij hęres legatarijs vltra vires hę
reditatis nõ tenebatur. vt in.l.ſi vniuerſi
C.de lega.& poſtquàm inuentarium in
vſu eſſe cœpit, ideo vltra vires hæredi-
tatis tenetur etiam legatarijs ſi inuenta
rium non fecit, quia præſumitur ſubtra
xiſſe bona hęreditaria. vt in authen. de
hæred.& falci.in.§.ſi verò expreſsim. vn
de ſi lex certò ſciret nihil eum ſubtraxiſ
ſe, nõ induceret vt vltra vires teneretur:
& conſequenter quando ipſe conſcius
ſibi eſt de innocẽtia ſua, in foro conſciẽ
tiæ non tenetur vltra vires hęreditatis:
nec per hoc legis diſpoſitioni aduerſari
videtur, quãdoquidem ſequitur ſenten
tiam legis, quæ idem pręciperet, ſi de ei⁹
innocẽtia certa eſſet. Sic & in ſpecie no-
ſtra hæres ſcriptus in minus ſolenni te
ſtamento, qui de voluntate teſtatoris
certus eſt, eã hęreditatem tutus in foro
conſcientiæ retinere poteſt, nec eius prę
cepto aduerſatur: quandoquidem legis
ſententiam ſequitur, quæ idem præcipe
ret, ſi de voluntate teſtatoris certa foret.
Quam rationem nõ viderunt inſignis
Dida.de Couarru.nec alij communiter,
quos ipſe ſequitur, vbi ſuprà.

*Hæres non cõficiens inuentarium nõ tenetur legatarijs ultra uires in foro animæ cum cõmuni.*

13 Tertiò ex ſuperiorib⁹ ſimiliter infer-
tur, an vera ſit illa cõmunis opinio, quæ
habet, quòd legatum relictum in min⁹
ſolenni voluntate poſsit legatarius reti
nere. Quam opinionem tenuit Bar.in.l.
nemo poteſt.ff.de lega.1.ſequitur & di-
cit cõmunem opinionem Iaſo. ibidem
in.2.lectu.num.94.idem Iaſo.ibidem in
1.lectu.nu.70.& ibi Alexan. num.23.&
Franciſ.de Ripa.ibidem.num.96.quam
opinionẽ nouiſsimè impugnat inſignis
Dida.de Couarru.in.d.ca.cùm eſſes.nu.
10.extrà.de teſtamẽ. Mouetur: quia lex
ciuilis, quæ ſolennitatem teſtamentorũ
induxit, iuſta eſt, & ſequenda, etiã in fo-
ro conſcientiæ, vt ſuperiùs plenè diſſe-
ruimus: vnde iuſtè legitimi hęredes à le
ge ciuili inuitantur ad hęreditatem eius
vniuerſaq; bona, qui minùs ritè teſtamẽ
tum fecit: & conſequenter legatarij nõ
iuſtè retinent res legatas, quæ iuſto titu
lo legitimis hęredibus à lege delatæ fue
runt. Et hanc poſteriorem ſententiã ve-
riſsimam puto, quam etiam præſenſiſſe
videtur Bald.in repeti.legis primæ.C.de
ſacroſanct. eccleſi.col.19.verſi.ſuper pri
mo quæſito.poſt alios, quos refert Alex.
in.d.l.nemo poteſt.num.23.Nec ad rem
pertinet tex.in.l.militis codicillis.§.vete
ranus. ff.de mili.teſta.vbi teſtamentum
militis, quo ipſe miles declarauit nolle
ſe vt valeret quo ad inſtitutiones, non
infirmatur ex nuda illa declaratione, li-
cèt legata, & fideicommiſſa infirmẽtur
ope exceptionis, & tamen talia legata,
quæ ope exceptionis valere deſinunt, ſi
legatarius in eadem poſſeſsione reperia
tur, poteſt ea retinere. Sed nimirum ille
tex.nihil probat: nam ibi hæres deſtitu-
tus erat voluntate teſtatoris, non ſecùs,
quàm legatarius, vnde ſi legatario obij-
ciat defectũ voluntatis, idem legatarius
ſimilem voluntatis defectum ipſi hære-
di obijcere poteſt, & ſic ſunt in pari cau
ſa, vnde melior eſt conditio poſsidentis.
Nec ſimiliter ad rem pertinet tex.in.l.fi.
C.ad.l.

*Legatarius nõ poteſt retinere legatum relictum in minus ſolẽni teſtamẽto. cum Couarru. contra cõmunem.*

C.ad.l.falcid.nam ibi teſtamentum erat ſolenne.Qua ratione parum oberit tex. in.l.fideicommiſſum.ff.de cond.indeb. nam ibi etiam ſi fideicommiſſum omni iure indebitum eſſet,cùm tamen à ſciente pręſtitum eſſet,quaſi donatum videretur,&conſequenter ceſſaret repetitio. vt in.l.cuius per errorem.ff.de regu.iur. Vnde ſi in terminis illius tex.ipſe fideicommiſſarius citra factum hæredis legitimi in poſſeſsione fideicommiſsi in minùs ſolenni teſtamento relicti repertus eſſet,non poſſet ſe tueri aduerſus hæredem legitimum,pręſertim cùm ſolennitas teſtamentorum iuſtiſsimè inducta ſit ad vitandas falſitates.d.l.fi.C.de fidei cómiſ.nec talis legatarius pro comperto habere debeat legatum ſibi verè relictum fuiſſe, quandoquidem non adeſt legitima probatio.

*Minus ſolēne teſtamētum nō patrocinatur legatarijs non magis quā hæredibus cū Couarru. contra cōem.*

14 Quartò infertur ex ſuperioribus, an vera ſit ea differētia,quam doctores cómuniter faciunt,diſtinguentes inter hæredem & legatarium,vt hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtamento non poſsit retinere hæreditatem,legatarius autem legatum relictum in minus ſolenni volūtate retinere poſsit.Quam diſtinctionem tradit Alexan.poſt alios.in.l.nemo poteſt.num.23.ff.de leg.1.& fatentur eſſe communem Ripa ibidem. nu.102. & Iaſ.ibi.nu.75.in.1.lectu.Bal. & Paul.in.l. ex parte.ff.de acquir.hære. Bal.in.l. ſi in conditione.§.fi.ff.de hær.inſt. Alexand. conſ.212.Aliàs eſt collocatum.in nu.70. lib.2.Quam communem ſententiā impugnat Didacus de Couarru.vbi ſuprà. nam nulla,inquit,differētiæ ratio inter hæredem & legatarium eſt.Sed certè negari non poteſt,quin ſint quamplures differentiæ inter legata,& hæreditates. Et in ꝓpoſito inſtitutio fieri nō poteſt, niſi in teſtamēto ſolenni, legata autem etiam codicillis relinqui poſſunt. vt in §.pen.Inſt.de codicillis.& in.l.2. C. eod. titu. Vnde faciliùs legata in minus ſolenni teſtamento relicta poſſent deberi, ꝙ̃ inſtitutiones. Adhuc tamen verius eſt, hac in re nullam eſſe differentiam inter legata & hæreditates,quia in vtriſq; deficit authoritas legis,quæ cùm teſtamētum eſt minus ſolenne,hæreditatem legitimis hæredibus defert,& cōſequenter eā virtualiter aufert & denegat ſcriptis tam hęredibus,quàm legatarijs, vt patet ex noſtris fundamentis ſuprà relatis.Prætereà cùm negari nō poſsit, quin hæres ſcriptus in minus ſolenni voluntate non debeat credere illam hæreditatem ſibi verè relictam fuiſſe,non magis, quàm ſi vellet retinere rem alienā, quā vnus tantùm teſtis dicebat ſibi fuiſſe donatā:quia quod vnus teſtis facit in actibus inter viuos,idem & non plus faciūt ſex teſtes in vltimis voluntatibus , nam vtrobiq; pariter illigitima, non idonea, & ſufficiens probatio eſt:nec eſt ferendus aut tutus in foro animæ, qui aliena retinere velit eo prætextu , quòd ſibi à vero domino conceſſa ſint,niſi ipſimet conſtet per eā probationis ſpeciem,quę ſecundū ſubiectam materiam legitima, hoc eſt,legibus recepta &approbata ſit. Et iſta differunt à ſuperioribus: quia ibi loquebamur in foro contētioſo, modò autem loquimur in foro conſcientiæ.

15 Quintò ex ſuperioribus etiam infertur,veram nō eſſe eam opinionem,quā Iaſ.in.d.l.nemo poteſt.nu.75.in.1.lect.& Franciſ.de Ripa ibidē.nu.102.defendūt, dum firmant,quòd hęres ſcriptus in minus ſolenni teſtamēto poteſt in foro cōſcientiæ retinere hæreditatem. Nā cùm iuſta fuerit lex ciuilis,quæ ſolennitatem teſtamentorum induxit,& per hoc hæreditatem in minus ſolenni teſtamento detulerit legitimis hæredibus , eamq́uæ ſcriptis in minus ſolenni teſtamēto ademerit,nullo iure ſcriptus hæres eam retinere poteſt,vt cōcludunt noſtra fundamenta,quæ ſuprà retulimus. Neque ad rem pertinet, quòd teſtamentum ſecundùm

*Hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtamento etiā in foro animæ non poteſt hæreditatē retinere cum cōmuni cōtra alterā cōmunem.*



dùm Iaſ.& Ripam vbi ſuprà,ſit iuris gētium inuentione,& conſequēter vbi adſit ſolennitas & probatio iuris gētium, nihil obſit defectus ſolénitatis,quę à lege ciuili addita eſt.Nam reſpōdemus id verū nó eſſe,quinimò teſtaméta iuris ciuilis eſſe etiā inuétione, vt docuimus ſuprà.§.1. Vnde ex tali teſtamēto neq́; oritur obligatio naturalis , neq; obligat in foro conſciētiæ.Licèt cōtrariū in vtroq; teneāt Iaſ.& Ripa, vbi ſuprà. & eſt cóis op.quā tenēt Imol.&Alex.in.d.l.nemo pōt.nu.23.ꝑ tex.in.l.ſi poſt diuiſionē.C. de iuris & facti ignorātia.vbi ꝑ Bar.Bal. Sali.Paul.Iaſ.& alios.Bal.& Ang. in.l. in teſtamēto.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Bal.& Paul.in.l.ex parte.ff.de acq.hære. Alexā.cōſi.70.Viſo cōſilio.col.pe.lib.2. Quā opinionē fatētur cōmunē Ripa, & Iaſ.vbi ſuprà.&Didac. de Couarru.in.c. cū eſſes.de teſtamētis.nu.10.verſi.Quartò ſequitur.licèt opinionē Iaſ. & Ripæ tenuerit glo.in dict.l. ſi poſt diuiſionē.

*Legatarius qui furatur rem quæ in minus ſolēni teſtamēto relicta dicitur, nō eſt tutus in foro animæ cū Couarru. contra Bal.& alios.*

16 Sextò ex ſuperioribus etiā infertur, perperam erraſſe Bald.in.l.1.colu.2.C.de teſtamentis.& Iaſ.in.l.cùm quis.C.de iuris &facti ignorātia.tenentes,quòd legatarius rem legatā in minus ſolēni teſtamento poteſt furari,nec per hoc deſinit eſſe tutus in foro conſcientiæ,quaſi ſibi naturaliter ea res deberetur. Sed cùm ea res naturaliter nō debeatur,vt probauimus ſuprà,ſupereſt,vt eam rem,vt pote omninò alienā, &ſibi nullo iure debitā, ſubtrahere non poſsit.vt in ſpecie tenet Didac.de Couarru.vbi ſuprà. Verū Iaſ.et Bal.opinio defendi poteſt,quādo legatarius certus eſſet de volūtate teſtatoris,licèt hoc negaret ipſe Didac.de Couarru. vbi ſuprà.n.10.vt latè diſſeruimꝰ ſuprà.

*Legatarius rem quæ in minus ſolēni teſtamēto dicitur legata, per denūtiatiōnem euāgelicam conſequi nō poteſt cū Couarru. contra cōem.*

17 Septimò ex ſuperioribus infertur,an legatarius rē legatā in minus ſolēni teſtamento poſſet cōſequi per denūtiationē euāgelicā.Et licèt cóis opi.eſſe videatur, ꝙ eā conſequi poſsit per denūtiationem euāgelicā,vt etiā tradunt Fran. de Ripa in.d.l.nemo pōt.nu.98.& Abb. col.4.in c.Rainutiꝰ.de teſta.& Iaſ.in.l.cùm quis. C.de iuris & fact.igno.Alciatus in.c.nouit.de iudi.nu.47.tamē lōgè verior opi. eſt,vt per denuntiationē euāgelicā eam cōſequi nō poſsit,nō magis , quàm iure actionis.Cùm enim minus ſolēne teſtamentū nō obliget in foro cōſciētiæ, nec producat obligationē naturalē, vt iā ſuprà admonuimꝰ,et ſit indiuiduū & integrale,vt pro parte tenere nó poſsit, neq; expediat,neq; ſit iuſtum teſtatoris volūtas vt pro parte valeat,vt ſimiliter tradidimus,reliquum eſt exinde legata non deberi vllo iure vlláue æquitate, & cōſequenter conſequi nō poſſe per denūtiationem euāgelicā, nō magis,quàm iure actionis:præſertim cùm,vt diximus,iuſtiſsimæ ſint leges,quæ teſtamentorū ſolénitates inducūt.vt.l. ſi quādo. in prin. C.de inoff.teſtamēto.cùm per tales ſolénitates delinquēdi, falſumq́; perpetrādi occaſio tollatur.d.l.fi.C. de fidei.l. iubemus. C.de teſtam.et per tales ſolénitates propiùs accedimus ad ius vetuſtiſsimū, quo iure teſtari permiſſum non erat , vt docemur ex dictis ſuprà,&ſic res de facili reuertitur ad priorem ſtatū.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.ff.de pact.nā antiquū bonū pręſumitur tā in rebꝰ,ꝙ̃ in ꝑſonis. vt de rebꝰ tradit gl.not. in prin.l. vni. C. de cad.tol.in verb.quę ait antiquū ergo bonum.& ita in ſpecie tenent Didacus de Couarru.in.c.cùm eſſes.de teſtamentis.nu.10.verſicu.Octauò conſtat.& alij in dictis locis relati.Quo ad perſonas ꝙ antiquum bonum præſumatur,videbis per Ouidium ſic canentem.

*Ardua quippe uirtus maturos exigit annos.*

Facit bonus tex.in.l.fi.de fide inſtrum.

*Teſtamēto minus ſolēni reperto poteſt eſſe tutus in foro conſciē-*

18 Octauò ex ſuperioribus ſimiliter infertur,an vera ſit illa cóis opi.quę habet, hęredem ſcriptū in minus ſolenni teſtamento tutū eſſe in foro animæ ſi poſsideat,rurſusq́; ipſum legitimū hæredem ſi poſsideat ſimiliter tutum eſſe in foro animæ

*tiæ tam legitimus hæres quàm etiam ſcriptus cõtra Couarru.*

animæ. Quæ ſentẽtia in vtroq; membro cõis eſt. vt firmãt Didacus de Couarru. vbi ſuprà. Iaſ. in. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & fact. igno. col. fin. Ripa in. d. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. nume. 99. vbi Alexand. nu. 23. & alij quamplures.

Quibus aduerſatur ipſe Dida. de Couarru. vbi ſuprà forti, vt ipſe putat, arg. Nã, inquit, hę doctorũ traditiones inuicẽ inter ſe aduerſari & pugnari vidẽtur. Nã ſi teſtam. minus ſolẽne, quod tamen habuit ſolẽnitatem iuris gentium, iuſtã cauſam præbet poſsidẽdi, tũc hæres ſcriptus poſsidẽs tutus erit in foro animæ, hæres autem legitimus eo caſu poſsidẽs tutus nõ eſſet, cùm hæreditatẽ impiè & iniuria detineat, quæ ad ſcriptũ iure pertinet. Per cõtrariũ ſi tale teſtamẽtum nõ prębet iuſtã cauſam poſsidẽdi, tunc hęres ſcriptus ſi poſsideat, tutus nõ erit in foro animæ, cùm detineat rẽ ad hęredẽ legitimũ iure pertinentẽ. itaq; ſi eorũ alter iuſtã cauſam habeat retinẽdi, neceſſe eſt, vt alter cauſã iniuſtã habeat iniuriuſq; ſit, ſicq; nõ tut⁹ in foro animæ. Sed ſanè huiuſmodi collectio & ratiocinatio, quã validiſsimã inſignis Couarru. putabat, nobis ſatis debilis, ſatisq; inermis eſſe videtur: cùm notiſsimũ ſit, in plurib⁹ cauſis quo ad retinẽdũ meliorẽ eſſe cauſam poſsidentis, ſicq; apud vtrunq; plenũ eſſe ius retinẽdi, cũ apud neutrũ plenũ ſit ius, vel etiã nullũ ſit ius. vt in. c. in pari cauſa. de reg. iur. in. 6. l. militis codicillis. §. veteranus. in fi. vbi not. tex. ff. de mili. teſt. l. mercalem. C. de cõd. ob. turp. Nam in hac ſpecie ius non eſt integrum hęredi legitimo, quia ſcriptus habet teſtatoris volũtatem: rurſus integrum ius non eſt hæredi ſcripto, quia teſtam. erat minus ſolenne: & licèt hęres legitimus indubitanter in foro cõtentioſo obtineret, vt iam docuimus, tamen in foro animæ & legitimus hęres tutus erit ſi poſsideat, quia iuſtè putat, vel ſaltẽ dubitat, an vera ſint cõtenta in teſtamento: & cũ de veritate contentorũ in teſtamento ſit dubi⁹, habẽdus eſt perinde, ac ſi omnino eſſet ignarus. vt in. l. fi. C. de cõd. indebi. Rurſus ſcriptus hæres cùm videat in tali teſtamento interfuiſſe ſolẽnitatem iuris gentium, & ſit conſcius ſibi ſe falſitatis nihil cõmiſiſſe, non eſt cur nõ intelligatur tut⁹ in foro animæ, ſi de volũtate teſtatoris certus ſit & indubitat⁹, quòd ſi incertus ſit, tũc dicẽdũ eſt vt ex ſuperiorib⁹ ſatis docemur. Itaq; harũ rerũ inter ſe pugna nulla eſt, licèt inſigni illi viro pugna eſſe videatur, & hallucinatio. Ergo in re dubia pro legitimo iudicãdũ in foro cõſcientiæ, niſi ſcriptus certus eſſet de voluntate teſtãtis, vt ſuprà diximus.

*Conſciẽtiæ foro tutus eſt legitimus retinẽs hæreditatẽ relictam teſtamento, quod licèt erat ſolẽne inſpecto iure communi, non tamen habebat ſolennitatem à ſua ciuitate additã, cũ cõmuni.*

19 Nonò infertur ex ſuperioribus, tutũ eſſe in foro conſcientiæ hęredem legitimum, qui retinet hęreditatem, nec eam reſtituit hęredi ſcripto: nõ ſolùm ſi ille in minus ſolẽni teſtamẽto ſcriptus eſſet, ſed etiã ſi in ſolẽni teſtamẽto ſcriptus eſſet, inſpecta ſolennitate iuris cõmunis, ſi tamen erat minus ſolẽne inſpecta ſolẽnitate ſuperaddita ab ſtatuto edito per ciuitatẽ nõ recognoſcẽtem ſuperiorẽ. Ita notãter tenẽt Iaſ. in. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. nu. 102. in. 2. lect. idem Iaſ. conſi. 67. lib. 3. col. pe. Ioãnes Calde. in. q. per eum diſputata, quę incipit, Bononiẽſi ſtatuto cauetur. Mouẽtur & rectè: quia leges inducẽtes ſolẽnitates teſtamẽtorũ iuſtiſsimę ſunt, & expediũt reipublicę propter vitãdas falſitates & delinquẽdi occaſionem, vnde oẽs ligant etiã in foro animę. Ego fortiùs arguo: quia ſcd̃m noſtrã veram ſententiã teſtandi facultas data fuit lege poſitiua, & conſequenter lege poſitiua potuit ex toto tolli, & longè faciliùs reſtringi, diſtingui, & moderari, vt latè diſſeruim⁹ ſuprà in quęſt. illa, Quo iure facultas teſtandi eſſe inducta. Prætereà quò magis reſtringitur facultas teſtandi, eò magis accedimus iuri vetuſtiſſimo, quo iure teſtãdi facultas non erat, & res de facili reuertitur ad primæuum



ſtatum. dict. §. pactus ne peteret. in dict. l. ſi vnus. qui quidem primæuus ſtatus ſemper præſumitur melior. dict. glo. in princi. C. de cad. toll. Et vt lex habuit iuſtam cauſam ſuſpicandi de veritate vel falſitate teſtamẽti, in quo ex toto ſolennitas iuris poſitiui probata nõ eſſet: ita & hæres legitimus habet iuſtam cauſam idem ſuſpicandi: & qui per talem ſuſpicionem dubi⁹ eſt, ſimilis eſt ei, qui ex toto ignorat veritatem cõtentorum in teſtamento. vt dict. l. fina. C. de condi. indebi. & qui dubitat de iure agentis, iuſtiſsimè retinet, etiam ſi certò ſciat ſe ius integrum non habere. vt in. d. l. militis codicillis. §. veteranus. in. fi. ff. de mili. teſtamento. quia in pari cauſa iuris deficientis melior omni iure eſſe debet conditio poſsidentis. cap. in pari. de regulis iur. in. 6. §. commodum. Inſtitu. de interdictis.

*Teſtamẽtũ tribus tantũ teſtibus ut ualeat ſtatuto edito etiã à ciuitate, quæ recognoſcit ſuperiorem induci poteſt cũ cõmuni cõtra quãplures.*

20 Decimò ex ſuperioribus infertur, an valeat ſtatutum editum ab ea ciuitate, quæ recognoſcit ſuperiorem (nam de lege aut ſtatuto edito ab ea, quæ non cognoſceret ſuperiorem, iam ſuprà tradidimus) quo caueretur, vt teſtamen. cum tribus teſtibus valeret. Qua in re communis opinio eſt, tale ſtatutum valere. Ita tenet Iaſ. nu. 80. in. l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. & hanc dicit ibi communem opi. vbi idem etiam tenent Bart. Cinus, Bald. Sali. Fulgoſius, & alij Ange. & Paulus in. l. 3. ff. de teſta. vbi etiã reliqui communiter. Specu. in titulo de inſtru. editione. §. compendioſè. in verb. ſed nunquid de conſuetudine. Bart. in. l. de quibus. col. 19. Bal. in. l. ſed & ea. lect. 2. ff. de legibus.

Contrariam partem, vt tale ſtatutum non valeat, tenent Bar. ſibi cõtrarius, & Iacobus de Arena, quos refert Iaſ. in. d. l. cunctos. nu. 71. & Iac. de Lau. conſi. 168. præſuppoſita conſuetudine. Ioan. And. in. addi. ad Specul. in. d. §. compendioſè. verſi. ſed nunquid de cõſuetudine. cum ſequent. Imola in. d. l. 3. Abb. & Antoni⁹ in cap. 2. de probati.

Quid dicendum? Et prior ſententia, quę cõmunis eſt, verior ſemper nobis viſa eſt: quia ſolennitas eximia & ſcrupuloſa teſtamentorũ, quæ propter vitãdas falſitates inducta fuit, ſecundùm varios regionũ & populorum mores iudicãda eſt vel neceſſaria, vel ſuperflua, & otioſa: vnde pręſumẽdum eſt in ea ciuitate, vbi tale ſtatutũ eſſet, ita mores bonos vigere, perfidiã, falſitatem, machinationem tam longè abeſſe, vt nimia illa & ſcrupuloſa ſolennitas, quæ in reliquis regionibus neceſſaria videtur, in regione, vel populo illo ſuperfluat, & vtilitatis nihil præter moleſtiã, laborẽq; adferat, cùm, vt ſuperius latè docuimus, ſummę rationis omne ſtatutũ in re dubia præſumatur: præſertim, quia licèt inuentio teſtamenti faciendi quo iure emanauerit in ambiguo ſit, tamen formam ipſius teſtamenti, eiuſque ſolennitatem nullus vnquam dubitarit, quin fuerit iuris ciuilis, vt latiſsimè probauimus (eſtque receptiſsi. ſentẽtia) ſuprà in quæſtione illa, Quo iure ſit teſtamentum inuentum. & conſequenter alio iure ciuili poteſt immutari. Et licèt ciuitas, quæ recognoſcit ſuperiorem, nequeat generaliter derogare omnibus legibus latis à ſuo principe vel ſuperiore, tamen vni, vel alteri legi derogare ſine dubio poteſt ob publicam illius populi vtilitatem, quæ peculiariter, & particulariter adfuerit in illo populo. vt eſt tex. in. l. ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure. Nam vt ius poſitiuum editum vel conſtitutum à principe non recognoſcente ſuperiorem poteſt aliqua ex parte derogare iuri diuino vel naturali ex cauſa: ita quoque ius ſtatutum à ciuitate ſubdita aliqua ex parte poteſt ex cauſa derogare iuri commmuni à principe ſuo ſtatuto. vt dict. l. ius ciuile. Etenim ciuitas noſtra principi noſtro pijſsimo non magis ſubdita

 eſt,

eſt,quàm ipſe ſit iuri diuino & naturali, & tamen ipſe aliqua ex parte poteſt iuri naturæ & diuino ex cauſa derogare.tex. vbi notant glo.& omnes in.d.l.ius ciuile.ergo ſimiliter & ciuitas noſtra ex cauſa poterit iuri à principe ſuo edito derogare.Cogita tamen,quia nõ firmo:quia condere legem, ſummæ iuriſdictionis eſt,quam ciuitas non habet, quæ recognoſcit ſuperiorem: licèt ſtatuta, id eſt, ius municipale condere poſsit.Barto.& omnes in.l.omnes.ad princ.ff.de iuſt.& iure.nouiſsimi in.l. ius autem ciuile.eodem titulo.

1 *TEſtamenti ſolennitas quare inducta.*
2 *Legis quanta ſit poteſtas.*
3 *Forma à lege poſita,in dubio præſumitur ſubſtantialis.*
4 *Solennitas ab omni parte ſeruanda.*
5 *Formam teſtamenti non poteſt teſtator prætermittere.*
6 *Ius accreſcendi per teſtatorem poteſt uetari, licèt id ius deſcendat ex legis diſpoſitione, cum communi.*
7 *Pupillaris tacita ut admittatur contra matrem pupilli,teſtator iubere poteſt,cum communi.*
8 *Præceptum teſtantis,quo quis inuitatur ad delinquendum,non ualet,cum communi.*
9 *Teſtator poteſt uetare,ne res hæreditariæ ſint pro legatis obligatæ,cum communi.*
10 *Teſtator poteſt facere, ne dominium legati tranſeat ipſo iure in legatarium,cum communi.*
11 *Teſtator poteſt facere,ut eadem res bis legata,bis debeatur,contra communem,cum Iaſ.*
12 *De uoluntate etiam tacita teſtantis teſtam. minus ſolenne ualet in uim codicillorum.*
13 *Geminationis uarij effectus.*
14 *Collegij ſummi diui Iacobi conſtitutio declarata.*
15 *Priuilegium nouum non perimit antiquum.*
16 *Priuilegijs ſpecialibus diſpoſitio generalis derogaſſe nunquam uidetur.*

1 *Teſtamẽti ſolennitas quare inducta.*

QVo ad.7. articulũ principalem ſciendum eſt,quòd ſolennitas teſtium in teſtamẽto eſt introducta fauore publico,ne falſitas cõmittatur.l.fina.C. de fideicommiſ. Bal. hæc in.l.non dubium.C. de teſtamen. Iſtam conſiderationem habuit gloſſ.ibi,dum dixit,quòd ſi voluntas defuncti circa legata,vel fideicommiſſa legibus non ſit ſubnixa,licèt filius,vel heres expreſsè eã approbet,& dicat,approbo quod pater meus fecit,non præiudicat ſibi.l.poſt diuiſionem.&.l.cùm teſtamentum.C. de iuris & facti igno.dum tamen non ſoluat,vel promittat:& ſi vnum in totum ſoluit,in alijs ſibi non præiudicat.Caſus eſt in.l.Lucius.§.teſtator.de leg.2.Ex qua gloſ.dicebat Paulus de Caſtro in.d.l.nõ dubiũ.l.iſta ſemper allegatur, quòd quãdo teſtamentũ,vel codicillus non valet propter defectum publicæ ſolennitatis, non poteſt approbari per venientes ab inteſtato,vel per heredem,vt valeat iure teſtamenti,vel codicillorum.

Id quod ea ratione receptum eſſe videtur,ne delinquendi, falſitatisq; perpetrandæ occaſio detur.Cùm enim teſtator præſumatur turbatus mortis cogitatione,vt in.l.hac conſultiſsima.§.at cùm humana.C.qui teſtam.facere poſsint. facit tex.in authẽ.de trien.& ſemi.§. illud. certè ſi teſtam.minus ſolenne admitteretur,fraus legitimis hæredib⁹ facilè fieret.arg.l.iubemus.C.de teſtam.ibi,falſitas in elogijs cõmittitur. Neque ad rem pertinet,quòd teſtator velit diſpenſare cum iuris ſolennitate,velitq; etiam expreſsim,& ore aperto nimiã,miſeramq; diligentiam teſtamẽtorum faciendorũ prætermittere.vt in.l.codicillis.§.fi.ff.de lega.2.nam adhuc legis voluntas,& eius præceptũ potentius eſt,non modò quãdo iuſta rectaq; ratiõe procedit, ſed etiã ſi ei⁹ ratio occulta,vel fortè ſubdura ſit:
2 nam lex quantuncunq; inuidioſa, non *Legis quãta ſit poteſtas.*
deſinit habere vim legis.l.1.in princi. in verb.inuidioſum.de cad. toll.C.&.l.vtcunq; captioſa, non deſinit habere vim legis.d.l.vnic.§. & cùm lex.in verb. ſuis machinationibus.&.l.quantuncunque dura, nõ deſinit habere legis vim.l.proſpexit.ff.qui, & à quib.&.l.quãtũcunq; inhumana & rigoroſa,nõ deſinit habere vim legis.l.in ſuis.ff.de lib.& poſt.§.1. Inſti.



Inſtitu.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

Harum concluſionum accipe tres rationes.Prima ratio: quia cùm leges conſtitutæ fuerint, non licebit iudicare de ipſis, ſed oportebit iudicare ſecundùm ipſas.c.erit autem lex.4.diſtinctione.

Secũda ratio : quia nullius ſenſus eſt, qui ſenſum vincat principalẽ.l.fin.C.de legibus.

Tertia ratio:quia vt lex iuſta intelligatur & bona,ſufficit, quòd legiſlatori ita viſum fuerit,quodq; potuerit habere aliquem finem non inhoneſtum.l.1. §.initium. ibi, quia moderatã hanc ætatem Prætor ratus eſt.ff.de poſtulan.vbi gloſſ.hanc rationem dicit mirabilem.

Quarta ratio:quia nõ omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, &c.l. non omnium.ff.de legib.

Quinta ratio:quia vt reſpublica diutiùs conſiſtere non poſſet ſine legibus: ita nec cum illis,ſi paſsim, & temerè de earum ratione liceret diſputare.

Vnde vt Thucydides ait.

*Satius cõſultiusq; cum republica agi uidetur, quæ malis moribus & legibus conſtanter utitur,quàm cũ ea,quæ bonis,ſed inconſtanter.*

Vnde Lucanus lib.3.bel.ciuil.ſic ait.

*Pereunt diſcrimine nullo*
*Amiſſæ leges.*

Eſt enim dolẽdum, quàm leuibus ex cauſis vafra mẽtitaq; iudicum interpretatione leges quæque ſanctiſsimæ veluti exulare cogãtur,vt ipſum ſcopulum ridens attigiſſe videatur Plautus in Trinummo,dum ait.

*Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuã.*

Subditq; idem Plautus ibidem.

*Eæ miſeræ etiam*
*Ad prietẽ ſunt fixæ clauis ferreis,ubi malos mores*
*Adfigi nimio fuerat æquius.*

Horatius Oda.24.lib.3.

*Quid leges ſine moribus*
*Vanæ proficiunt? ſi neque feruidis*
*Pars incluſa caloribus*
*Mundi,nec boreæ finitimum latus*
*Durateq; ſolo niues*
*Mercatorem abigunt,horrida callidi*
*Vincunt æquora nautæ?*

Itaque legem teſtamentorum faciendorum,eiuſq; formam,& exactiſsimam obſeruationem vel inuiti coguntur obſeruare teſtatores, quãtuncunq; eis dura & ſcrupuloſa videatur,prout viſa fuit ei teſtatori,de quo loquitur Iureconſultus in.l.codicillis.§.fina.ff. de lega.2. qui dicebat,ſe obſeruare nolle nimiam miſeramq; teſtamentorum faciendorum diligentiam,ſed velle ſe eius formæ derogare.Quod ſibi profuit nihil: quinimò Accurſius ibi ridet ſtultitiam ipſius teſtatoris volentis cõtra legis poteſtatem contendere,teſtamentorumq; ſolennitati à lege multis,ſummisq; vigilijs,maturoq; conſilio excogitatæ atque inuentæ derogare.contra.l.ſi quando.in prin. C.de inof.teſtamen.

Et quanta ſit legis hac in re poteſtas, vt per hoc appareat teſtatorem ei derogare non poſſe,videre poteris per Tiraquellũ.de vtroq; retract. in prin. nu.75. Bald.in.l.nõ omnium.ff.de legib.Sed & idem Bald.in cap.1.in princ. col.2. verſi. ibi prohibens.titu.de feud.cogn.ſcribit, non ſemper exigi, vt conſuetudo ſit rationabilis,ſed ſatis eſt, vt ſit tolerabilis, & vſu approbata.& idem Bald. in rubrica extrà.de conſtitu.colu.2.verſi. conſtitutio.dixit conſtitutionem eſſe rationabilem eo ipſo,quòd non reperitur prohibitio,licèt eius ratio demonſtrari non poſsit.Et quòd valet & tenet conſuetudo,vel ſtatutum irrationabile, & durũ, ſi modò non ſit contra fidem, ius naturale vel diuinum, nec inducat occaſionem peccandi, nec aliàs ſit contra bonos mores.

Vnde ſecundũ eũ valet lex vel ſtatutũ, aut cõſuetudo permittens,vel inducẽs, vt quiſq; poſsit retractũ facere illius rei, quæ auorum, maiorũq; ſuorum fuerat, ſi obtulerit tãtum pretij,quantum emptor primus dederat.eſtq; lex hæc tole- *Declaratio ll.6. & 7. titulo de las uendidas. lib.5.fori.*

rabilis ſecundùm Tiraquellum vbi ſu-
prà, qui quamplures de more concitat
huius rei aſſertores. Vnde ſubinfertur
firmam eſſe legem. 70. Tauri. &.l.6. &
7.titulo delas vendidas.lib.5. ordin.&.l.
13.tit.10.lib.3.fori, quę quidem leges hãc
rem permittunt, nec iniquę ſunt: nam li
cèt cognationem quãdam inter nos na-
tura conſtituerit.l.vt vim.ff.de iuſtit. &
iure.tamen non æquam, aut parem: vn-
de dictæ leges quaſi imitantur ordinem
ſucceſsionum legitimarũ, vt proximior
cognatus ad hũc retractum præferatur
cęteris, deinde ſi plures eiuſdem gradus
concurrant, omnes pariter admittãtur.

*l.71.Tauri* Sed & in alio modum ſucceſsionum
imitantur: quia vt in vltimis voluntati-
bus hæreditatem, vel legatum cuiq; reli
ctum is ſcindere non poteſt, ſed vel totũ
agnoſcere, vel totum reſpuere.§.his ita.
C.de cad.toll.l.neminem.cum ſequẽ.ff.
de lega.2.ita quoque hanc ſciſsionem fa
cere non poteſt, qui talem rem retrahe-
re vult, & partem retrahere & partem re
linquere nequit: quinimò ſi plures res
vno pretio diſtractæ fuerint, id facere
non poſſet, ſed vel omnes retrahere, vel
omnes omittere, quaſi propter vnitatẽ
pretij vnus idemq; duntaxat cõtractus
non etiam plures videantur, licèt non
vna, ſed plures res diſtraherẽtur. vt pro-
bat dict. l.71.Tauri. facit.l.73.Tauri.d.l.
neminem.cum ſequen.

*Declaratio l.47.Encl quaderno de alcaua.* Vnde infertur intellectus ad.l.47.En
el quaderno de Alcaualas. dum in lici-
tatione redituum regalium induxit, vt
ſi plurium licitatorum vnus quinque
obtuliſſet, alter decem, tertius quinde-
cim, quartus viginti, idque pro ſingu-
lis ex decem fortè annis, quibus duratu
ra erat ea locatio redituum regalium,
de qua agebatur, ſummiq; regis ratio-
nales non acceptauerunt oblationem il
lius, qui viginti obtulit, id quod feciſſe
vidẽtur eo ipſo quòd fideiuſſores, quos
ille animoſior litigator præſtitit, non
acceperunt, quia vel nullos obtulit, vel
minus idoneos, tunc iniquit dict.l.47.
liberum eſt ſummis rationalibus illam
oblationem retrahere ad ſequentem in
gradu, qui quindecim tantùm obtule-
rat: qui ſimiliter ſi idoneos fideiuſſores
non præſtaret, tunc ſummi regis ratio-
nales poſſent ab eo contractum illum,
illumq; reditum, ſeu vectigal retrahere
ad ſequentem in gradu, qui decem tan-
tùm obtulerat. Sed dubitatur, cùm ma-
ximus, animoſiorq; ille licitator, qui vi
ginti obtuliſſet, fideiuſſores præſtitiſſet
idoneos ad viginti ſoluenda ſemel, ſeu
vna vice, non tamen idoneos ad du-
centa ſoluenda, quæ quidem ducenta
implebat dicta locatio per decem an-
nos ſupraſcriptos, ſummi tamen regis
rationales fideiuſſores illos, qui ad vi-
ginti tantùm, nõ etiam ad ducenta ido-
nei erant, acceperunt, quia licèt non
ignorarent eos idoneos non eſſe ad du-
centa, quæ per totum decennium im-
plebat locatio reditusq; ille, tamen ido-
nei ſatis erant ad viginti pręſtanda, quę
pro ſingulis annis illius cõductionis de-
bebantur, animaduertentes eos fideiuſ-
ſores idoneos eſſe ad penſionem ſingu-
lorum annorum perſoluendam, vt ſic
ſi in primo anno opibus ſuis enudati
eſſent, liberum erat rationalibus condu
ctori vectigal illud adimere, rurſumque
in licitationẽ exponere. Quo caſu poſt-
quàm in primo anno conductionis con
ductor ille, eiuſque fideiuſſores minus
idonei facti fuiſſent, dubitabatur, an ra-
tionales poſſent retractum illius condu
ctionis facere, vectigal illud adimendo
ei, qui viginti obtulerat, illudq; tranſ-
ferendo in eum, etiam inuitum, qui
quindecim tantùm obtulerat. Et dice-
bam non poſſe: quia conſtabat in ter-
minis iuris communis quemlibet licita
torum ſe obligatum voluiſſe ſub hac cõ
ditione reſolutiua, niſi alter plus obtu-
liſſet, eiuſq; maior oblatio à rationalib[9]
agnita



agnita eſſet, prout fuit in hac ſpecie, eo
ipſo quòd fideiuſſores, quos obtulit, ab
rationalibus agniti fuerunt, ſicq; nõ ex-
titit illa conditio, ſi fideiuſſores non de-
derit, ſub qua retractus fieri permittitur.
Neque ad rem pertinuit, quòd rationa-
les fideiuſſores acceperunt idoneos qui-
dem pro ſingulis annis conductionis,
non autem pro toto decẽnio: nam ipſis
(& hoc eſt quod perpendo) nõ licuit in
materia retractus illam fideiuſsionẽ di-
uidere, dicentes ſe pro primo tantùm an
no conductionis, non etiam pro toto
decennio fideiuſſores accepiſſe. vt.d.l.71
Tauri. Vnde verificata fuit cõditio, ſub
qua, qui quinq; tãtùm obtulerat, libera-
tur, ſcilicet quòd alter plus obtulit, eiuſ-
que oblatio & ſatiſdatio agnita fuit.

Quo ad octauum articulum, nempe
legis præceptum, an vincat præceptum
voluntatemque teſtatoris, ſiue illa certa
ſit atque indubitata, ſiue etiam præſum
pta tantùm, an verò voluntas teſtatoris
vincat ipſius legis præceptum: quæ res
adeò vaga, lubrica, incerta, controuerſa,
& volubilis eſt, vt in mille caſibus vix in
alterã partem declinare audeas, vixq; in-
telligas vtram partem eligere expediat.
Vt interim omittam huius rei varietatẽ
& magnitudinem, quę bonam totius iu
ris partem occupatam tenet, ſicque reſi-
duam huius.1.libri partem hac in re cõ-
teremus, neque id ſat erit ad minimam
huius rei particulam expediendam, erit
tamen vtiliſsimum ad faciliorem cogni
tionem eorum omnium, quæ ſequenti-
bus libris acturi ſumus, vt videbimus
plenè infrà hoc.§.num.5.

3 Ergo in primis admonendi ſumus,
*Forma à lege poſita, in dubio præſumitur ſubſtantialis.* quòd forma legis omiſſa, quacunq; ex
parte teſtamentum nullius momẽti eſt:
nam in dubio omnis forma à iure tradi-
ta debet cenſeri forma ſubſtantialis, &
de eſſentia actus. ita ſingulariter Bald. in
l.comparationes. C. de fide. inſtrum.2.
col.ibi, tertiò oppono. Et eſt regula gene
ralis, quòd actus factus forma non ſerua
ta, eſt nullus. vt in.l.Iulianus.ff. ad exhi-
ben. Cuius verba ſunt. Nam mutata for
ma, propè interire ſubſtantiam rei, Mar
cellus ſcribit: & talis matrix ſterilis eſt,
& radix infecta, non pariet, nec pullula-
bit. Ergo nec actu, nec potentia poteſt
dici ſcriptura publica, vel teſtam. illud,
quod omni ex parte non habet legum
omnimodam exactiſsimamque obſer-
uationem, & formam.

4 Quia quando plura ſunt neceſſaria *Solennitas ab omni parte ſeruanda.*
ad alicuius actus ſubſtantiam, defectus
vnius vitiat totum.l.cùm ij.§. ſi prætor.
ff.de tranſ.& ibi Paulus.l.1.§.præterea.ff.
de tute.& rationibus diſtrah.l.fi.ff.de di
uor.cum alijs. Et quando aliquid de ſub
ſtantialibus per tabellionem omittitur,
quanuis ſit per eius errorem, ſine dubio
inſtrumentum eſt nullum, & talis impe
ritia nocet parti, licèt ipſe poſsit per par-
tem ad intereſſe conueniri. gloſ.in.l. am
biguitates. C.de teſtam.& ibi Bar. Bald.
& cæteri moderni. & idem indifferenter
omnes in allegata.l.errore. & ita limita-
tur & intelligitur gloſ.in.l.fi. C. de fide-
iuſſoribus, ſcilicet quòd imperitia tabel-
lionis non nocet parti, cùm tabellio te-
neatur præſtare intereſſe propter impe-
ritiam. quam gl. ita intelligit Paul. Alex.
& Iaſ.in alle.l.errore. in principio. Et o-
miſsio formę licèt lex diſpoſitiuè tãtùm
loquatur ideo vitiat actum. iuxta.l.1.§.ſi
quis ita.ff.de verb.obligat.l.1. ff. de iure
codi.l.ſi vnus. C. de teſtam. quia nemo
poteſt facere quin leges locum habeant
in ſuo teſtamento.l.nemo poteſt. ff. de
leg.1. Circa quam regulam totum ferè
ius tam cano. quàm ciuile verſatur, pręſ-
ertim in vlti.volun. quæ in hac ſola in-
ſpectione ferè verſantur, an voluntas te-
ſtantis vincat legis præceptum, an verò
à legis præcepto vincatur ſecundùm re-
gulam prædictam.

*l.11.ti.1.lib.3.ordi.* Et licèt in iudicijs formæ omiſsio gra
tia litium finiendarum non vitiet pro-
cessum

ceſſum.l.11.tit.1.lib.3.ordi.tamen in reliquis diſpoſitionibus vitiat,etiã ſi diſpoſitiuè tantùm loquatur, vt contra quam plures authorum nos defendimus infrà §.4.num.10.& pleniùs.num.17.

Superioribus affinis & proxima eſt illa ſat agitata quæſtio, cũ oppidorũ, paſcuorũ terminorũq; alienationes à ſummis noſtrorũ principũ rationalibus de ipſorũ mandato fiũt, non adhibita ſolẽnitate,de qua in.l.1.2.3.4.&.5.titul.de las donati.lib.5.ordin.an quaſi forma legis neglecta talis alienatio valere deſinat. Et præmitte, quòd Rex Caſtellę videtur quòd ſit dominus totius Caſtellæ, ita vt non ſolùm quo ad iuriſdictionẽ & protectionẽ dominus eſſe intelligatur, ſed etiam quo ad verũ dominiũ omniũ rerũ, quę in Caſtella ſunt:qualia ſunt oppida, ciuitates,paſcua,montes,prędia, & reliqua omnia id genus.arg.tex.in.l.9.incipi. Sobre muchas.titu.2.lib.1.ordi.ibi. E porque ſi eſto aſsi paſaſſe,redundaria en derogacion de nueſtra Real preeminẽcia,por ſer eſte derecho ganado por los Reyes por reſpecto de la conquiſta que hizieron deſta tierra. Quorum verborum ſenſus eſt,regionum Hiſpaniæ, ſeu Caſtellę pleraſque ereptas fuiſſe à Mauris,vel Saracenis per Reges Caſtellæ, & conſequenter ad eos iure dominij pertinere, non ſecus quàm ea, quæ ab hoſtibus capiuntur iure gentium pertinent ad ipſos capientes.vt in.l.ex hoc iure.ff. de iuſtitia & iure.& in.§.ius autem gentium.Inſti.de iure natu.& vtrobiq; per ſcribentes.& in.§.item ea quæ ab hoſtibus.Inſt.de rerum diui.& in.l.hoſtes.ff. de capti.& in.l.poſtlimi.ff.de verb.ſig. Ad idem facit tex.in.l.19.tit.3.lib.1.ordi. ibi,los quales con deuocion feruiente è catolicos,è animoſos coraçones,è cõ derramamiẽto de la ſangre ſuya ganarõ,è libraron eſta tierra de los infieles moros enemigos de nueſtra ſancta fee catolica. Quorum verborũ ſenſus eſt, Reges Hiſpaniæ regionum pleraſque,quæ ſub Hiſpaniæ ambitu continentur,ſubiugaſſe, eripuiſſeq; à manu, ditione, poteſtateq; Maurorũ: ſicq; ad eos iure dominij pertinere, non ſecus quàm reliqua omnia, quæ bello capiuntur.

*l.9.tit.2. lib.1.ordi.*

*l.19.tit.3. lib.1.ordi.*

Ad idẽ & tertiò facit.l.1.tit.3.lib.7.ordi.ibi.Porque nueſtra merced y volũtad es,que las ciudades,villas, è lugares ſean abundadas de proprios,mandamos que las tiendas,boticas,alhondigas,boticas, è lonjas,è ſuelos,que fuerõ apropriados à las dichas ciudades,villas,è lugares,los quales han tomado, y tienen entrados algunas perſonas con poder que tienen en las tales ciudades è villas, que luego ſeã tornadas à las tales ciudades, è villas. Ponderanda ſunt illa verba,è ſuelos que fueron apropriados à las dichas ciudades. Quorum verborũ ſenſus eſt, quòd ſingulis ciuitatibus, & oppidis nullum ſolum publicũ cõpeteret, niſi ex cõceſſione principis,ſicq; per prius ad ipſum principem tale ſolũ pertinebat. Quartò facit tex.in. d.l.1.ibi. E ſi algunas cartas de mercedes de las tales coſas fueron dadas. Vbi probatur tale ſolum publicum concedi poſſe & ſolere per principes Caſtellæ. Quintò facit.l.2.tit.10.part.2.ibi. Ca pues el es cabeça de todos,dolerſe deue del mal que recibieron, aſsi como de ſus miembros. E quando deſta guiſa fiziere contra ellos,ſer les ha como padre. Quorum verborum ſenſus eſt, principem reſpectu ſubditorum ſimilem eſſe patri reſpectu filiorũ, & capiti reſpectu cæterorum membrorum. Vnde vt ius diſponendi pertinet ad caput,non ad reliqua membra,& vt viuo patre ad filios olim nihil pertinebat niſi de patris conceſsiõe. vt in pr.&.§.1.Inſt.per quas perſonas nobis adquiritur. ita quoq; ad ciuitates & ſingulas perſonas Caſtellę nullũ ſolum pertinere videtur,niſi de principis conſenſione. Sextò facit tex.in.l.3. tit.10.part.2.ibi.El Reyno es como huerta,y

*l.1.tit.3.lib. 7.ordi.*

*l.2.tit.10. part.2.*

*l.3.tit.10. part.2*



ta,y el pueblo es como arboles, y el Rey es ſeñor della. Quorũ verborum ſenſus eſt, dominium, quod Rex Caſtellæ habet in hoc regno,aſsimilari illi dominio, quod habet quiſq; dominus in ſuis hortis & prædijs. Septimò facit tex.in.l.3.tit. 19.2.part.ibi. Que los ha aſsi como fijos è criados. Quorũ verborum ſenſus eſt. Imperium quod habet Rex Caſtellæ,aſſimilari imperio,quod quiſque pater habet in filios,vel dominus in famulos,vel ſeruos. Octauò facit eadẽ.l.3.ibi. Regno es llamado la tierra que ha Rey por ſeñor. Vbi ſignificatur Regẽ eſſe dominũ totius regni. Ad idem.l.7.eodem tit.ibi, deſamparar ſu ſeñor en tierra de los enemigos. Vbi Rex appellatur dominus totius regni. Ad idem & decimò.l.9.codẽ tit.ibi. Al Rey ſu ſeñor. Vbi Rex appellatur dominus. Vndecimò facit tex.in.l.6 tit.27.part.2.ibi. A los que le ayudaren à ſer heredero de ſus enemigos. Vbi probatur omne ſolum, quod Rex Caſtellæ ab hoſtibus eripuit, & debellauit, ad eũ Principem iure dominij pertinere, non ſecùs,quàm ad ſingulos pertinet, quod iure hæreditario quæſierunt. Duodecimò facit.l.19.tit.26.part.2.ibi. E deſpues deſſo la primera coſa que deuen fazer es dar al Rey aq̃l lugar q̃ ganaren. Vbi probatur,quod ab hoſtibus capitur, ad Regẽ Caſtellæ pleno iure pertinere,ſi ſit immobile,qualia ſunt vrbes, oppida, & ſimilia: mobiliũ tamẽ quintã tãtùm partẽ ad Regẽ pertinere. Neq; ad rẽ pertinet l.10.tit.29.part.2.nam ibi prædicta nõ negantur,licèt dicatur id quod recuperatur ab hoſtibus,ad priſtinum ſtatum redire. Decimotertiò facit.l.7.tit.20.3.part. ibi.E ſi fiziere puebla nueua, è les diere heredamiento de termino poblado. Vbi pro conſtanti & comperto habetur,ꝙ facere nouum populum nullus poteſt citra principis licentiam: & præterea tali populo ſolus Princeps poteſt concedere & aſsignare paſcua, cãpos, & terminos, quaſi hæc omnia ad eum Principem ante talem aſsignationem pertinerent. & eſt expreſsior tex.in.l.3.tit.8.lib.2.ordin. verſ.otroſi porque eſta diſpueſto.

*l.3.tit.19. part.2.*

*l.6.tit.27. part.2,*

*l.7.tit.20. part.3.*

*l.3.ti.8.lib. 2.ordi.*

Verùm ſi hanc poteſtatem Principibus noſtris ideo competere putamus, ꝙ legibus ſuperioribus ſic declaratum eſt, conſequens erit, alijs legibus eandẽ poteſtatem poſſe ex toto adimi,& longè facilius moderari,& reſtringi. Vnde cùm per.d.l.2.3.4.tit.de las donaciones.lib.5. ordi.hæc alienandi facultas vetita ſit niſi adhibita illarum legum obſeruatione, ſupereſt, vt talis alienatio alio modo facta nullius momenti ſit, ſi fiat per modum & titulum donationis: quod ſi fiat per titulum oneroſum, putà venditionis, tunc magis dubium, quia non ſemper valet argum. de donatione ad venditionem,& reliquos titulos oneroſos,licèt aliquando valeat,vt in terminis legis.donationes quas parẽtes.C.de don. inter virum & vxorem. Verùm hanc rẽ attigiſſe,non etiam diremiſſe fas eſt,propter innumeras cauſas,alienationesque, quæ modò fiunt & pendent à ſummis principum noſtrorum rationalibus factas. Et quòd Princeps poſsit oppida donare,eſt tex.clarus in.l.2.tit.de los fidalgos.lib.4.ordi.

*l.2.3.&.4. tit.de las donacio.lib.5. ordi.*

*l.2.ti.de los fidal.lib.4. ordi.*

5 Præmiſſa ergo prædicta concluſione pro vera,ſtat iſta regula,quòd nemo poteſt facere quin leges habeant locum in ſuo teſtamẽto,vel in ſuis actibus,vel generaliùs,quòd nemo poteſt iuri publico derogare. Cum iſta regula concordãt iura ſequentia. Primò tex.vulgatus in.l. teſtandi. C.de teſtam.cuius verba &c. Secundò tex.ſingula.in.l.codicillis.§.fi. de leg.2.& ibi gloſ.dicit.audi ſtultũ teſtatorem,ſtultitia tamen ſua ei non prodeſt. Tertiò tex.in.l.quidam decedens. in princ.ff.de admi.tuto. Quartò tex. in l.1.§.ſi inter.ff.de magiſtra.cõueni. Quintò.l.quod de bonis.ff.ad.l.falci.&.l.ſi vt allegas.C.eod.tit. Sextò tex.in.l.3.in pr. ff.de

*Formam teſtamẽti nõ poteſt teſtator præter mittere.*

ff.de trāſactio.Septimò.l.ius publicum.
ff.de pactis.Octauò.l.fina.ff.de ſuis & le
gi.hære. Nonò . lex.cerdoné . ff.de oper.
liber.Decimò.cap.requiſiſti.& ibi notat
Abb.de teſtam.& ibi gloſ. allegat iſtā.d.
legem. Vndecimò.c.tua nobis.eod.titu.
& ibi gloſ.allegat iſtam regulam . Duo-
decimò.c.ſi diligenti.cum ibi plenè no-
tatis . de foro compe . & ibi gloſ.allegat
iſtam.d.legem.Decimotertiò.c.ſi quidā
10.quæſt.1.& ibi gloſ.allegat.l. ius publi
cum.ff.de pactis.Decimoquartò.c.con-
tingat.de ſenten.excommuni.Decimo-
quintò.l.ſcire debetis.C.vt in poſſe.lega
to.Decimoſextò.l.nec ex prætorio.ff.de
regu.iur.vbi eſt gloſ.plena in materia.
Decimoſeptimò.l.2.in fine.C. ſine cenſ.
vel reliq.quem allegat gloſ.in.d.l.ius pu
blicū.Decimooctauò concordat.l. iuris
gentiū.§.ſi paciſcar.cum ſequen.&.l.pa-
ciſci.&.l.ſi vnus.§.illud nulla. &.§.pacta
quæ turpem.ff.de pactis.&.C. eod.l. pa-
cta quæ cōtra.Decimononò.l.Neratius.
poſt princip.ff.de religio.& ſump.fune.
Viceſimò. l. 2.§.ius reipublicæ.de admi.
rerum ad ciui.perti. ff.

In quibus iuribus habetur, non poſſe
teſtatores efficere quin leges locum ha-
beant in ſuis teſtamentis, nec poſſe iuri
publico, ſeu formæ, quę diſpoſitionibus
lex accommodauit, derogare, non ma-
gis, quàm id poſſent contrahentes, qui-
bus ſimiliter id permiſſum non eſt.vt.d.
§.ſi quis ita.cum ſimilibus iam citatis.
Bonum etenim eſt regulariter argumé-
tum de contractibus ad vltimas volun-
tates.l.ſi diuortio.ff.de verb.oblig . § . eū
qui chirographū . in.l. ſeruum filij.ff.de
leg. 1.Sed quòd teſtator poſsit formæ te-
ſtamentorū derogare, & ſic efficere, vt le
ges in ſuo teſtamento locum nō habeāt,
videtur ex multis.

*Ius accreſcendi per teſtatorem poteſt uetari, licèt id ius deſcendat ex legis diſpoſitione. cum cõmuni.*

6 Nam certum eſt, quòd inter ſuccedé
tes de iure ciuili habet locum ius accre-
ſcendi.C.de cadu.tollen.§.ijs ita.ff.de ac-
qui.hære.l.cum hęreditate.&.l.ſi duo.d.
l.ſi minor.d.l.fin.&.l.ſi ſolus.&.C.de im
pu.& ali.l.teſtaméto. cum ſimilibus.idé
inter ſuccedentes de iure pretorio. C.
quan. non peten.par.l.1.ff.de bono.poſ-
ſe.tit.generali.l.3.§.fi.cum lege ſequē. &
ſequen. Et circa hoc addo vnum, quod
videbitur ſcholaribus mirabile, ſcilicet,
quòd iſtud procedit, etiā ſi hæres in ali-
qua ex iſtis partibus haberet ſubſtitutū
extraneum.Pone, teſtor inſtituit me hæ-
redem in diuerſis partibus, deinde ſi hę-
res non ero, in tali parte ſubſtituit Gaiū,
nunquid potero acceptare alias partes
omiſſa iſta, in qua habeo ſubſtitutum?
Videretur quòd ſic, quòd teſtator dādo
ſubſtitutum in illa parte, videtur mihi
dediſſe facultatem abſtinendi ab illa par
te.Contrarium tamen eſt verum . Et ita
determinat tex.mirabilis in.d.l.ſi ſolus.
in princ.ff.de acqui.hære . Nam per da-
tionem ſubſtituti, intelligitur data licen
tia abſtinendi, quādo eſt datus ſubſtitu-
tus vniuerſaliter, ſecùs ſi particulariter.
tex.eſt ibi. cùm idem iuris videatur eſſe
de parte quo ad partem, quod eſt de to-
to quo ad totum.l.quæ de tota. ff. de rei
vendi.l.qui ſcit. ff. de vſur. Illud autem
quod venit alicui per ius accreſcendi, di
citur venire ex diſpoſitiōe legali potiùs,
quàm ex voluntate defuncti . eſt text.
notabilis in.l.ſi in teſtamento.ff.de vul-
gar.& pupilla.ſubſtitutio . & ibi notabi-
liter per Paul.Alex.& alios.Et tamē ego
habeo, quòd iſtud ius accreſcendi pro-
ueniens ex diſpoſitione legali, poteſt te-
ſtator prohibere.vt probatur in. l. quo-
ties.§.ſi duo.ff.de hæredi.inſti.ibi.modò
ſi voluntas defuncti non refragatur.&c.
& ibi Bar.notat. & eſt gloſ. ordinaria in
l.dominus.§.1.ff.de vſufruct. ſecundùm
vnā ſolutio.gloſſę.probatur in.l.1. & ibi
per moder.C.de teſtam.mi.tenet Bal. in
l.1.in princ.C.de indi.vidu.tollen.& pul
chrè.C.quan.non peten.partes.5. col. &
meliùs.9.q.& per Bar.in. l.re coniuncti.
de leg.3.11.col.in fin. Imò quod eſt plus,
nedum



nedum expreſsè, ſed etiam tacitè poteſt
teſtator prohibere ius accreſcēdi, quod
ad præſens non examino, ſed pro hoc
pondero nouiſsimè tex. in. l. mulieri &
Titio.de conditio.& demonſtra.vbi illi,
qui admittitur ad partem ſibi relictam
contra voluntatem defuncti, & ex di-
ſpoſitione legis, vt ibi, non accreſcit por
tio poſteà vacans.Et eſt ratio : quia ſi te-
ſtator eſſet interrogatus, an vellet ſibi ac
creſcere aliam partem, clarum eſt, quòd
reſponderet quòd non, cùm portionem
principalem conſequatur contra volun
tatem defuncti, & ſic nedum expreſsè,
ſed etiam tacitè poteſt prohibere ius ac-
creſcendi . Concludendo ergo dico ſic.
Inter ſuccedétes de iure ciuili vel præto
rio habet locū ius accreſcēdi, & illud ac
creſcit ex diſpoſitiōe legis potiùs, quàm
ex voluntate defuncti . Hoc autem, ſcili
cet ius accreſcendi proueniens ex diſpo-
ſitione legis, poteſt teſtator prohibere,
& nedum expreſſè, ſed etiam tacitè, vt di
xi: ergo teſtator poteſt diſponere contra
legem: ergo poteſt in teſtamento ſuo ca
uere, ne leges in teſtamento ſuo locum
habeant, & ſic expreſſè contra.d.legem.
nemo . cum ſuis concordan . & contra
noſtram regulam.

*Pupillaris tacita ut admittatur cõtra matrē pupilli teſtator iubere poteſt cum communi.*

7 Præterea & ſecundò & nouiſsimè in
propoſito arguo ſic, & præmitto, quòd
ſubſtitutio vulgaris expreſſa admittitur
contra matrem pupilli indubitanter,
quia agitur de hæreditate teſtatoris . &
eſt tex.in.l.fin.C.de inſti. ſub condi.fac.
idem in vulgari tacita comprehenſa in
pupillari expreſſa eadem ratione, ſcilicet
quia agitur de hæreditate teſtatoris, non
pupilli.gloſ.eſt approbata in.d.l.fin. Sed
an pupillaris admittatur cōtra matrem
pupilli? Aut eſt expreſſa, & admittitur.l.
precibus. de impube.c.ſi pater.in fi.de te
ſtam.lib.6.Aut eſt tacita, & tunc aut cō-
prehenſa in compendioſa. & idem . d. l.
precibus.circa finem. aut comprehenſa
in breuiloqua.& idē.l. Lucius.de vulga.
& pupilla.notatur in dict.lege.precibus.
& in.l.in teſtamento.de teſtam.mi . Ra-
tio eſt : quia comprehenſa in compen-
dioſa vel breuiloqua, eſt expreſſa, ſaltem
in genere, licèt non in ſpecie.vt per gloſ.
& docto.in dictis locis.Aut eſt tacita pu
pillaris comprehenſa in vulgari expreſ-
ſa, & iſta non admittitur contra matrem
pupilli, ſiue mater ſit cohęres.vt dicta. l.
fina.C.de inſti.ſiue non.vt.d.l.precibus.
Et iſta eſt communis opinio, licèt multi
teneant oppoſitum, ſcilicet, quòd illud
procedat ſolùm, quando mater eſt co-
hæres . &c. Habeo ergo ex prædictis, ꝙ
ſubſtitutio pupillaris tacita comprehen
ſa in vulgari expreſſa non admittitur cō
tra matrem pupilli, & hoc diſponitur à
iure per ſuprà dicta iura: & tamē habeo,
quòd teſtator poteſt contrarium diſpo-
nere, ſcilicet, quòd tacita pupillaris ad-
mittatur contra matrem pupilli.ita pro
bat tex.in.d.l. fina . & ibi expreſsè notat
Bal.ibi.tam Vlpiano, quàm Papi.viris di
ſertiſsimis voluntatis eſſe quæſtionem
ſcribentibus.Pondera, voluntatis.&c.
Ergo an admittatur contra matrem vel
non, pendet à voluntate defuncti, & ſic
teſtator poteſt contrarium diſponere.
Ad idem eſt gl.ordinaria in dicta. l. pre-
cibus.in verb.omnino, quę eſt ſingul.&
idem gloſ.vltima eiuſdem legis.& nedū
expreſsè poteſt diſponere quòd admitta
tur contra matrem, vt dixi, ſed etiam ta-
citè.ita vult gloſ.in dicto verb.omnino.
& probatur in.l.in teſtamento.in fin. de
teſtam.mili. ibi.ſed tibi probandum eſt
an ita frater tuus ſenſerit.Pondera, ſen-
ſerit.Ergo non expreſsit, verbi gratia, ſi
fortè vxor erat inimica teſtatoris, quia
fortè adulterium commiſerat, iſto caſu
ex tacita voluntate defuncti excluditur
mater etiam per tacitam ſubſtitutioné.
vt per Bar.& docto.in.l.moribus. de vul
ga.& pupilla . & in. d.l.precibus. & per
Bal.& Salice.in.l.quanuis.eodem tit.vel
quando teſtator ſubſtituit piam cauſam
vulga-

vulgariter, nam tunc tacita vulgaris ibi comprehenſa excluderet matrem, quia veriſimile eſt, quòd teſtator plus dilexerit animam ſuam, quàm vxorem, cùm ordinata charitas. &c. Ita ſingulariter Angel. in. d. l. precibus. in lectura Peruſina. Ergo patet ex prædictis, quòd teſtator poteſt diſponere in teſtamento ſuo contra legem, cùm poſsit facere, quòd ſubſtitutio pupillaris tacita, quæ ſecundùm ius non admittitur cõtra matrem, excludat ipſam matrem, vt dixi, & ſic cõtra. d. legem. nemo. Poſſet & alijs modis opponi contra. d. legem extra communes allegationes, ſed quid plura commemorem, cùm ea commemorando finire non poſſum? vt in ſimili dicit tex. in. c. de occidendis. 23. q. 5.

Pro ſolutione ergo harum rationum dubitandi & iſtius materiæ conſiderandum eſt, quòd in propoſito reperitur ius duplex, ſcilicet, publicum & priuatum. Iterum publicum eſt multiplex. Primò publicum, id eſt, naturale, vel ſanguinis, vel naturæ, & iſtud pacto non poteſt tolli nec minui. tex eſt in. l. iura ſanguinis. ff. de regu. iur. & in. l. ius autem agnationis. ff. de pactis. facit bonus tex. in. l. abdicatio. C. de patri. poteſta. Item qui eſt liber, nõ poteſt pacto ſe facere ſeruũ. l. nec ſi volens. dicta. l. liberos. 1. & . 2. C. de libera. cauſ. dicta. l. interrogatum. eod. titul. Ratio primi eſt, quòd cùm illud ius ſit naturale & immutabile, & per conſequens pactum vel renuntiatio nihil operatur. tex. eſt Inſt. de iure natura. §. ſed naturalia. d. c. 1. 5. diſtinctione. & Inſti. de legi. agna. tute. §. fina. Hinc dixit eleganter Bal. in. l. emancipatum. §. final. de ſena. ff. quòd prouidẽtia legis & naturæ firmior eſt, quàm prouidentia partis. & allegat dictam. l. ius autem agnationis. d. l. 3. ff. de interdi. & relega. Ratio autem legis. nec ſi volens. cum ſimi. poteſt eſſe quaſi eadem, de qua ſuprà. quia eſt ius naturale, quòd homines ſint liberi, quia ab initio omnes homines liberi naſcebantur, ideo in contrarium paciſci non poteſt. Item eſt ſecunda ratio: quia nemo eſt dominus ſuiipſius, vel membrorum ſuorum, & ideo ſuper hoc pactum non valet, & ita dicunt ibi docto. & de iſto iure publico, ſcilicet naturali, nõ loquitur regula noſtra. Secundo modo dicitur ius publicũ, quod publicam vtilitatẽ principaliter reſpicit, putà, ne delicta remaneant impunita. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publicia. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquili. l. eum qui nocentem. in. pri. ff. de iniur. cum ſimi. & ſuper tali iure publico pactum interpoſitum nullius eſt momẽti. tex. eſt in. l. generaliter. in. l. ſe. & in. l. ſi ſtipuler. dicta. l. ſi plagij. de verb. obli. ff. d. l. pacta. l. pacta quæ contra. C. de pactis &. ff. de pactis. l. iuris gentiũ. §. ſi paciſcar. cum. §. ſequen. &. l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. &. §. illud nulla. cum ſimi. Et de iſto ſecundo iure publico, quo maleficia puniũtur, non etiam loquitur noſtra regula. Tertio modo dicitur ius publicum, ſcilicet quod tangit ius alicuius rei publicæ: & in præiudiciũ illius iuris rei publicæ non poteſt paciſci. Ita loquitur tex. in. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. cum ſimi. ff. de pactis. & de iſto tertio iure publico non etiam loquitur propriè regula noſtra. Quarto modo dicitur ius publicum vbicunque lex diſponit, dando formam vel ſolennitatem alicui actui: verbi gratia, lex diſponit, quòd certa ſolennitas ſeruetur in teſtamentis. l. hac cõſultiſsima. in pr. C. de teſtam. item. l. diſponit, quòd ſeruetur certa forma & ſolennitas in ſententijs ferendis. l. prolatã. C. de ſenten. & in ſtipula. l. 1. §. ſi quis ita. de verbo. obliga. l. contra iuris. in pri. ff. de pactis. & iſtud dicitur ius publicum. l. teſtamenti factio. ff. de. teſtam. quia pro publica vtilitate hæc omnia introducta ſunt: in præiudicium ergo iſtius iuris publici teſtator nihil diſponere poteſt, quia eſt inductũ ob publicã vtilitatẽ, vt dixi, & ad



& ad falſitatẽ euitãdam. l. fi. C. de fideicõmiſ. ibi. lex enim nequid falſitatis incurrat. &c. Quẽ text. quaſi in ſimili allegat gl. in. c. imprudẽtia. poſt principiũ. de offi. delega. & in. c. extra conſciẽtiam. 64. diſt. & in. c. de quibus. 20. diſt. & de iſto quarto iure loquitur regula noſtra, licèt & de aliis tribꝰ poſſet intelligi. Et ex prædictis infertur generaliter ad. l. ius publicũ. ff. de pact. & . l. 2. §. ius reipublicæ. ff. de admi. rer. ad ciui. pertinẽ. vbi hoc extẽditur, ꝙ nedũ pacto priuatorũ, ſed nec pacto publicarũ ꝑſonarũ põt illud ius immutari. Infertur etiã ad text. in. l. teſtãdi. C. de teſta. ibi, vel iuri publico derogare cuiq̃ permiſsũ eſt. &c. Tertiò infero in ſpecie, ꝙ ſi teſtator in teſtamẽto ſuo dicit, Tutores quos do filiis meis analogiſtas eſſe volo. i. immunes à rationibꝰ reddẽdis, ꝙ hoc preceptũ eſt nullius momẽti. Subdit tex. rationẽ. nemo. n. ius publicũ remittere põt huiuſmodi cautionibꝰ, nec mutare formã antiqtus cõſtitutam. Eſt & alia rõ ibi, qa ſi ſecùs diceremus, inuitarẽtur tutores ad delinquẽdum, ſcientes ſe immunes à rõnibus reddẽdis, contra legẽ. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis. d. l. cõuenire. ff. de pact. quod nõ eſt ferẽdum. Quartò infero in ſpecie, ſi magiſtratus cõuenerit, vt alterius eorũ periculo tutores dẽtur, talis conuẽtio pupilo non pręiudicat. Rationẽ ſubdit tex. & hoc põdero. Conuẽtione ius publicũ mutari non põt. Quintò infero, ꝙ clericus nõ poteſt prorogare iuriſdictionẽ non ſui iudicis, etiã de cõſenſu aduerſarij, nec etiã ſi iuramẽtum interueniat, vt in. c. ſi. diligẽti. de foro cõpeten. Rationẽ ſubdit tex. immemor conſtitutionis, qua cauetur, pacto priuatorũ iuri publico minimè derogari. &c. Sextò infero, ꝙ ſi teſtator aliqd relinquat in teſtamẽto, & expreſsit, ꝙ illud eſſet tãtùm eccleſiæ, nõ epiſcopi, pręceptũ nõ valet, vt in. c. reqſiſti. đ teſtam. Ratio eſt, vt dicit tex. qa priuata diſpoſitio teſtatoris nõ põt generalẽ cõſtitutionẽ canonis immutare. &c. Et eadẽ rõne infero ad deciſionẽ. c. tua nobis. eod. tit. vbi gl. allegat dict. c. requiſiſti. & . d. l. noſtrã. Secũdò infero, ꝙ ſi clericꝰ aliquẽ offendit laicũ, & ſe ſubmittat illi laico, vt poſsit eũ fuſtibus caſtigare, vel alio modo ꝑcuſsiones inferre, ꝙ licèt illud fiat đ volũtate clerici, & etiã ſi de hoc ſit conſuetudo, nihilominus ille laicus incidit in canonẽ. Si quis ſuadẽte. & dicitur illa manus iniectio iniurioſa, licèt nõ violẽta. c. cõtingit. de ſenten. excõ. Videbatur cõtra: quia conſentiẽti & volẽti nõ fit iniuria. Ad hoc reſpõdet ille tex. & hoc eſt qđ põdero, ꝙ ille canõ. ſ. ſi quis ſuadente non tã in fauorẽ clerici ordinati, q̃ in fauorẽ ordinis clericalis fuit ordinatus, & ſic in fauorẽ publicũ clericorũ: nõ ergo mirũ, ꝙ pacto vnius priuati illud ius publicũ immutari nõ poſsit. eſt pro hoc. c. cùm deſideres. cũ ibi notatis. eod. tit. Facit tex. elegãs in. c. ſi is q. 23. q. 4. qui dicit, ꝙ ea quæ in nobis cõmittũtur, facilè poſſumus admittere: ea verò, quæ in Deum cõmiſſa ſunt nõ facilè, ſed cũ magna diſtinctione debemus, vel poſſumus relaxare. &c. Octauò infero, ꝙ ſi teſtator corã non ſolẽni numero teſtiũ teſtetur, & ſubiiciat, ꝙ nõ vult ſeruare ſolẽnitatem legũ, ſed teſtari ꝓut ſibi placet, & pro libito ſuæ voluntatis, ꝙ hoc diſpoſitũ eſt nullius momẽti, ſaltim iure directo. qa non põt facere, quin leges inducẽtes ſolennitatem pro forma teſtãdi ſeruẽtur. tex. eſt ſingul. in. l. codicillis. §. fi. ff. de lega. Verũ eſt, ꝙ ibi valebit diſpoſitio, ſaltim iure fideicõmiſsi, & ſic illa diſpoſitio incœpta regulatur à iure communi, vt ibi declarat Bal. Nonò & vltimò infero ad deciſionem text. in. l. Neratius. in prin. ff. de relig. & ſump. fune. Ratio eſt. vt ibi in tex. qa pacto hoc publicũ ius infringi non põt. &c. Decimò infero, ꝙ nõ obſtãte pace, põt quis offendere exbannitũ: nam ius occidendi eſt publicũ ius, cui non põt renũtiari pacto priuatorũ.

*Illationes 15.*

*Præceptũ teſtãtis, quo quis inuitatur ad delinquendũ, non ualet, cum communi.*

 & ita

&ita diſputãdo tenuit Bart.& allegauit
gl. quæ eſt in.l.1.§.nõ fuit.ff.de dolo.idẽ
refert & ſequitur Bal. in.l. iuris gentiũ.§.
ſed ſi paciſcar.ff.de pact. Vndecimò in-
fero,ꝙ de maleficiis publicis, vel priua-
tis nõ poteſt fieri pax quãtum ad pœnã
fiſcalẽ, ſcilicet, quãtum ad plenã libera-
tionẽ ab ipſa pœna, licèt offenſus faciat
pacẽ,tamẽ publica vindicta nõ tollitur,
ſecũdùm Bal.in.d.§. ſed ſi paciſcar. Hoc
tamen eſt verũ ſecũdùm eum ibi quãdo
delictũ eſt cõmiſſum in faciẽdo, ſecùs ſi
in negligẽdo, quia tunc offenſus poteſt
facere pacem,& cõcordiam,& remitte-
re offenſam.allegat gl.ordinariã,quã di
cit non eſſe alibi in.l.2.ff.ad Sillania. qđ
eſt valde notãdũ.Duodecimò infero, ꝙ
quãdo aliquis ꝑhibetur poſtulare cau-
ſa decoris prætoris, vt in.l.1.in princi. ff.
de poſtu. vel propter improbitatẽ aduo
catorũ.l. moris.in prin.ff.de pœnis.non
poterit poſtulare,etiã ſi aduerſarius con
ſentiat,ꝙ illud eſt inductũ in fauorẽ pu-
blicũ, ſaltim ſecũdariò, ſcilicet, propter
honorẽ iudicis conſeruãdum,vel ad de-
primẽdam improbitatem aduocatorũ.
& ita intelligitur text. in.l. quos prohi-
bet.ff. de poſtula. Decimotertiò infero,
ꝙ miles non poteſt eſſe procurator.l.mi
litẽ.C. de procura. nec pro patre,vel ma
tre,vel vxore ſua,vt ibi,nec etiã ex reſcri
pto principis,vt ibi,etiam ſi aduerſarius
ſuus conſentiat.l.filiusfami. §. veterani.
ff. de procura. Ratio eſt: quia prohibe-
tur poſtulare propter vtilitatẽ publicã,
vt dicit expreſsè tex.in. dict. l. militẽ. in
fi. quæ publica vtilitas conſiſtit in hoc,
ſcilicet, ne diſtrahatur à diſciplina, vel
officio militari.&c.Decimoquartò infe
rò,ꝙ ſi alicui eſt debitus vſufructus, nõ
poteſt teſtator ei remittere cautionem,
ne vtatur, & fruatur arbitrio boni viri,
quia per hoc inuitaretur ad delinquen-
dum,quod eſt cõtra publicã vtilitatem.
tex.in.l.penul.C.vt in poſſeſ. lega. & ibi
glo. ſignat hãc rationẽ. Decimoquintò
infero,ꝙ partes etiam de cõmuni aſſen-
ſu non poſſunt ſibi adinuicẽ remittere
iuramẽtum de calũnia.l.2.§. ſed quia. C.
de iura.calum.Ratio eſt, vt dicit ibi tex.
quia non pro cõmodo priuatorum, ſed
pro cõmuni vtilitate præſentem legem
poſuimus. &c. & ſic in fauorẽ publicũ,
ergo. &c. Plura alia poſſent inferri,quæ
gratia breuitatis omitto, & ſic ſum ex-
peditus de primo membro, ſcilicet, de
iure publico.Eſt aliud ius,ſcilicet,priua-
tũ,& iſtud eſt multiplex. Quoddã enim
eſt inductũ in fauorẽ teſtatoris,& in cõ-
ſequentiã in fauorẽ legatariorũ:& iſtud
poteſt teſtator remittere, vel cõtra illud
diſponere, ꝑ regulã.l.penult. cũ ſimi.C.
de pact. Ex hoc infero ſequẽtia. Primò,
ꝙ ſi teſtator reliquit aliquid in diem,
vel ſub cõditione, quo caſu hæres tene-
tur cautione de præſtando adueniente
die.&c.C. vt in poſſe.lega. ꝙ hæc cautio
poteſt per teſtatorẽ remitti.l.2. eod.tit.
Ratio eſt:quia illa cautio præſtatur in fa
uorẽ teſtatoris,ſcilicet, vt voluntas eius
impleatur aduenie͂te die,vt dicit text.in
dict.l.2.& reipublicæ vtile eſt, ꝙ qs poſ-
ſit renũtiare ſuo fauori,vt eſt ibi tex.mi-
rabilis ſecũdùm Paul.ibi. & ideo ſtatutũ
diſponẽs contrariũ, tanquam cõtra pu-
blicam vtilitatẽ deberet reſtringi, ſecun

*Illationes quamplu-res.*

9 dùm eũ ibidẽ. Secũdò ſcis ꝙ legatario cõ
petit hypothecaria pro legato cõſequen
do.Inſt.de lega.§.1.C.cõmunia de lega.l.
1.& hoc inducitur fauore teſtatoris. ſ.vt
pluribꝰ remediis poſsit hæres cõſtringi,
& citiùs impleatur volũtas defuncti. Di
co ergo, ꝙ iſtã hypothecã poterit hæres
prohibere,& tollere ratione ſupradicta.
Iſta eſt glo.ſingul.in.d.l.2. quã ibi notat
Bal. idem Bart.Paul. & alij in.d.l.nemo.

*Teſtator põt uetare ne res hære ditariæ ſint pro legatis obligatæ cũ communi.*

10 & ego dico ꝙ illa glo.non eſt alibi. Ter-
tiò infero, quòd licèt dominium trãſeat
ipſo iure in legatariũ à morte defuncti.l.
cùm pater .§. ſurdo.de.leg.2.l. à Titio.ff.
de fur.teſtator tamẽ poterit contrarium
diſponere, ſcilicet,ꝙ non tranſeat.ita te-

*Teſtator poteſt face re ne domi nium lega= ti tranſeat ipſo iure in legatarium cum cõi.*

net



net Bal.in.d.l.2.nihil penitus allegãs.idẽ
tenet Paul.in.d.l.nemo poteſt.circa finẽ.
allegat legẽ Sẽpronius Atalus.cũ ibi no-
tatis đ vſufr.lega.Ratio eſt de qua ſuprà,
quia ꝙ dominiũ tranſeat à morte defun
cti,hoc inducitur fauore teſtatoris, & vl
timę volũtatis, vt eſt notum.Quartò in-
fero, ꝙ quẽadmodũ poteſt diſponere, ꝙ
dominiũ ſemel tranſlatũ in legatariũ re-
Quartò intelligitur, quando lex,quę vltrà proceſsit, expreſsim actum ex toto anullando,priùs aliquid fieri prohibuit,& ſic quando lex erat prohibitiua, & actum cõtra ſuam prohibitionem factum,expreſsim anullauit,nam & tunc talis diſpoſitio contra talem legis prohibitionem & anullationem factam,nullius momenti eſt, nullaq́; ex parte valet.Et ita procedit tex.in dict.l.non dubium.& in.d.l.ſi quis inquilinos.§.fina. & in.d.l.conuenire.& in.l.iuris gẽtium. §.ſi paſciſcar.& in.d.l.ſi vnus,§.illud nulla.&.§.pacta quæ turpem.ff. de pact. cũ multis ſimilibus ſuprà citatis.In quibus omnibus caſibus & ſimilibus,cùm.l.aliquid fieri præcepit, vel fieri prohibuit, & proceſsit vltrà actum contra factum anullando,tunc actus trãſgreſſoris nullius momenti eſt,nullaq́; ex parte valet,

*Forma omiſſa actus regulariter non valet eo modo quo agebatur nec alio cũ cõmuni.*

2 Quintò eadem cõcluſio intelligitur, vt actus ille contra factus nec valeat in vim illius diſpoſitionis,de qua principaliter agebatur, nec etiam regulariter in vim alterius diſpoſitionis. Et ita procedit tex.in.d.l.1.in princi. iuncto dict.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.& in.d.l.1.§. eũ qui.ff.de conſti.pecun.& in.l.1.ff.de iure codicillorum.& in.l.fi.§.illud. C.eod. titu.& in.l.ſi vnus.C.de teſtamen.ſecundùm communem intellectum illarum legum,quem tenent Bart. Alber.Imol. Cuma.Paul.Areti.Alexand.Socin.Iaſo. Ripa.& Alciat. nume.17.& alij in.d.§.ſi quis ita.Barto.& alij in.l.ſi quis pro eo. in prin.ff.de fideiuſſor. Quod procedit, quãdo agitur de obligatione cõtrahenda,vt dictis iuribus, ſin autem ageretur de obligatione diſſoluenda, tunc procederet tex.in.l.ſi vnus.§.ſi acceptilatio.ff. de pactis. & in.l. an inutilis.ff. de acceptila. ſecundùm cõmunem intelectum & communem opinionem ſuprà relatam.De cuius tamen veritate quia apud nos expedita non eſt,in ſequẽtibus mẽbris videbimus.

Sextò,eadem concluſio intelligitur, vt procedat non ſolùm quo ad principalem diſpoſitionem,quæ per legis tranſgreſsionem deſinet valere, vt iam dictũ eſt,ſed vt etiam procedat quo ad pœnã, quę ſimiliter plerunq; valere deſinit,nõ ſecùs, quàm ipſa diſpoſitio principalis, vt in.d.l.non dubium. in fine.& in.l.ſtipulatio hoc modo concepta. & in.l.Titia.in princ.ff.de verb.obliga.

*Forma omiſſa diſpoſitio,etiam iurata regulariter non valet.*

Septimò,eadem concluſio intelligitur, etiam in iuramento,quod per legis tranſgreſsionem deſinet valere, non ſe-

cus



cus quam ipſa diſpoſitio principalis:vt in. d.l. non dubium.in fin.& in.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff. de lega.1.Neq; ad rem pertinet, quod inſpecto iure canonico, aliud nonnunquàm reſpõdendum ſit, vt in cap.quanuis pactum.de pact. in.6. & in cap.cùm contingat.de iureiurand. & in.c.licèt mulieres.eod.tit. in.6. Nam illud procedit de iure canonico:regulariter autem de iure ciuili iuramentum per legis trãſgreſsionem valere deſinit, non aliter atque ipſa diſpoſitio principalis,ut plenè docebimur ex ijs,quæ diſſerimus circa materiam pacti de non ſuccedendo.

Octauò eadem cõcluſio intelligitur, vt procedat etiam in fideiuſsione,quæ per legis tranſgreſsionem deſinit valere,nõ ſecus,quàm ipſa diſpoſitio principalis cui acceſsit.vt in.d.l.ſi quis pro eo. in princip.ff.de fideiuſ. Nam cùm obligatio & diſpoſitio principalis nulla ex parte valeat,fideiuſſoria quoque obligatio,quę illi accedit,ſimiliter nulla eſt.vt in.§.primo.Inſtit.de fideiuſſo.

Nonò eadem concluſio intelligitur, vt procedat etiam in nouatione, quæ per legis tranſgreſsionem in principali diſpoſitione factam ſimiliter nõ valet, non magis,quàm ipſa principalis diſpoſitio ſuper qua interponitur.vt in.§.prę terea.Inſtitu.quibus mod.tolli.oblig.& in.l.fina.C.de noua.& in.l.prima. ff. eodem titu.

Decimò eadem concluſio intelligitur etiam in conditione. argumen. tex. in.l.filius.ff.de condi.inſtitu.& in.l.quoniam in prioribus.C. de inoffic. teſta.& in.l.quæ ſub cõditione.& in.l.prima.ff. de cond.inſtitu. & in.l.3.ff. de condi. & demonſtra.Quæ nota,quia eſt noſtrum inuentum. Et in quibus caſibus inducitur forma,tunc in illis iudicibus vtcunque ſupremis nulla eſt diſpẽſandi facultas, vt diximus infrà.§.6. nume.4. ſicq́; intelligenda eſt.l.11.titu.1.lib.3.ordi.

*l.11. titu.1. lib.3. ordi. declaratur*

*Declaratio ſchædule regiæ contra quã diſpẽſatio nõ admittitur*

Infertur, quòd cùm per ſchædulam, quæ loquitur circa illud tributũ (quod ſeruitium Hiſpanè vocatur) tradita ſit longa forma,longa ſolennisq; obſeruatio illius tributi colligendi, eiusq́; oneris diuidendi & imponendi, tunc ſi aduerſus illius legis formam id tributum diuiſum impoſitumq́ue eſſet,talis diuiſio, aut impoſitio non obligaret,quaſi forma legis prætermiſſa actus ille vitiaretur: vnde ſiue pauciores, vel diuerſæ perſonæ quàm ibi enumerantur conuocatæ eſſent, ſiue iuramẽtum de quo ibi prætermiſſum eſſet actus ille ipſo iure vitiaretur, etiam ſi lex illa diſpoſitiuè tantùm,non etiam prohibitiue loqueretur,aut vteretur decreto irritante,vt infrà.nume.17.

Illud autem quæri poſſet,an in terminis illius legis,ſeu ſchædulæ regiæ(quæ communiter habetur in calce legum. ſeu conditionum del quaderno de Encabeçamiento) de conſenſu totius populi ea colligendi forma,vel oneris diuidendi immutari poſſet.Et nõ dubito, quin de conſenſu vniuerſorum poſſet, cùm ipſorum contribuentium fauore facta fuerit. argu.l. filio præterito. ff. de iniu.rup.maior autem pars non ſufficeret.argu.regulæ. Quod omnes tangit. de reg.iur.in.6.facit in ſimili.l.20.verſic. E ſi en alguna.En el quaderno del encabeçamiento.expreſsius ibid.in.l.28. vbi videtur ſufficere hac in re cõſenſus maioris partis.& vide infrà.nume.29.

Illud autem ex dict.ſchędula regia in verſicu. Otroſi por las dichas.notandũ eſt,quòd ſi populorum quilibet negligentia exactoris illius tributi ſolutionem.ſeu pecuniam paratam non habuerit, tunc ipſi officiali,ſeu exactori imputatur,& ipſe ſoluere tenetur interea,licet ei detur recurſus aduerſus ipſum populum. Idem in ſimili ſtatutum eſt in.l. 61. En el quaderno del encabeçamiento.

Prætereà ex dict.ſchedula regia apparet, quòd ſi populorum quilibet in mora extiterit ſoluendi ſuum tributum, vnde aduerſus illum poſsit peti & fieri executio, tunc ante executionem actu factã ea mora purgari poteſt ad effectum executionis vitandæ, ſi ipſe populus, qui debitor erat, offerat pecuniam debitam, quinimò etiam ſi partem tantũ offerat, adhuc in parte oblata mora purgatur.

Denique licèt per dict. ſchedulã regiam modus formaq; ſeruitij colligendi data fuerit, tamen vbi eſt conſuetudo colligẽdi diuerſo modo, ibi ille modus ſeruandus eſt & conſuetudo vt ibidem verſic. E porque en algunas. Neque hac in re deſideratur, conſuetudo per decenniũ præſcripta, quinimò ſufficeret triennium, vel trinus actus factus infrà breuius tempus, vel longius. arg. gl. cõmuniter app. vbi per ſcribẽtes in. l. 2. in verbo, repellere. C. de iure emph.

*Declaratio l.33. Tauri* In ſumma cũ formæ trãgreſsio vitiet omnem diſpoſitionem, nõ dubium eſt quin procedat, etiam ſi trangreſsio fiat in tempore, non ſecus, quàm ſi fieret in re, aut perſona, aut cauſa. arg. §. plus. Inſt. de act. l. ſed & ſi manente. ff. de precario. l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ff. de verb. obli. l. 4. de condi. & demonſt. l. nõ diſtinguemus. ff. de arbitris. Vnde ſi commiſſarius, qui à defuncto habet mãdatum ad teſtamentũ pro defuncto illo faciendum infrà terminum datum à lege. 33. Tauri id teſtamẽtum non fecerit, poſteà fruſtrà faciet. vt ibid. Illud autẽ quęri poteſt, an ſi teſtator expreſsim permiſerit, vt vltra terminos à lege aſsignatos teſtari poſsit commiſſarius, id præçeptum valeat. Videtur quòd ſic: quia licèt is commiſſarius regulariter hæredẽ *Declaratio l.31. Tauri* facere nequeat, aut ex hæredationẽ, aut meliorationem ſcribere, tamen de permiſſu teſtatoris poteſt. l. 31. Tauri. ergo idem quo ad tempus. argumen. de re & perſonis ad tempus. Et hoc puto verum. per quod declaratur dict. l. 31. bene facit dict. l. Sed & ſi manente. & dict. l. cum ſtipulatus ſim facit, quia in dict. l. 31. non eſt decretum irritans. ergo. &c. vt ſuprà in princ. huius. §.

Facit, quia forma legis poteſt prætermitti de voluntate eius, cuius fauorem ea forma reſpiciebat. l. filio præterito. ff. de iniu. rup: eſtq; communis opinio. vt docemur infrà. nume. 29. & num. 30. ſed hæc forma, vt infrà id tempus commiſſarius teſtamen. faciat, fauore teſtatoris inducta eſt, quò breuius eius voluntas expleatur, ergo ab eo poteſt hac in re diſpenſari benefacit. l. 34. Tauri, vbi caſus ſimilis.

*Declaratio altera ad dictũ. l. 31.* Verùm ſi teſtator non diſpenſauit cũ tempore, ſed tempus præterijt ignorante reuera commiſſario, licèt lex illa. 33. dixerit eius poteſtatem expiraſſe, an tẽpus, quod mero iure currit, redintegretur per reſtitutionem ex clauſula generali. ſi qua mihi iuſta cauſa. &c. Mouet quæſtionem, quòd longi temporis præſcriptio licèt currat ignoranti. l. fina. C. de præſ. long. tempo. tamen ſecundùm communem opinio. Bar. & aliorum ibi datur reſtitutio. ergo. &. Sed cõtrarium puto per generalitatem dict. l. 33. & quia iuſtior, & magis pia cauſa eſt illius, qui certat de ſuo non amittendo, quale eſt in terminis. d. l. fin. quàm iſtius commiſſarij, cuius nihil, aut parum intereſſe videtur. ergo. &c. argumen. l. fina. C. de codicill.

*Declaratio l.35. Tauri* Illud autem non eſt pretermittendũ, quòd licèt de ambulatoria ſit vltima voluntas vſque ad mortem teſtantis. l. 4. ff. de adim. lega. cap. cùm Mathæ. de celebratione miſſarum. l. fina. C. de pact. l. ſi quis in principio teſtamen. ff. de leg. 3. l. ſi mihi & tibi. §. fina. ff. de lega. primo. tamen id procedit, quando quiſque ſibi teſtatur, ſecùs ſi alteri de mãdato ipſius, nam tunc poſtquàm ſemel teſtatur, variare, aut mutare non poteſt, quaſi iam





ſit functus officio ſuo, vt in ſimili tradit lex. Iudex poſteaquàm. ff, de re iudi. per. l. 35. Tauri. Ratio, quia illa conceſsio teſtandi intelligitur de prima vice. arg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſigni. l. ſi quis hæredem. C. de iuſt. & ſubſt. Sed quod ibi dicitur etiam declarationem fieri non poſſe, videtur cõtra omne ius, omnemq; rationem, argu. l. hæredes palàm. §. ſed & ſi notam. ff. de teſtam. Vnde fortè. l. illa temperanda eſt, vt procedat in declaratione otioſa, vel quæ mutat tenorem eorum, quæ iam diſpoſita ſunt: ſecus in declaratione neceſſaria ad ambiguitatem, aut incertitudinem vitandam. argu. d. §. ſed ſi notam. vt eſſet in terminis. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. l. hæredes palàm. §. primo. ff. de teſtamen. vnde temperatur notanter quod diximus ſuprà. nu. 1.

Verùm ſi ipſe teſtator nominatim huic cõmiſſario concederet facultatem bis & pluries teſtandi, addẽdi, aut detrahendi, vel mutandi, puto quòd liberum ei eſſet. argu. d. l. 31. & . 34. Tauri. & quod ſuprà attigimus. & facit. l. 37. Tauri. quas leges & l. 35. Tauri ſic puto intelligendas. arg. eorum quæ ponimus infrà. nu. 29. & vide ſuprà num. 1.

*Declaratio l.39. Tauri* In ſumma licèt in foro contentioſo mandatum ad teſtandum non aliter valeat quàm ſi adhibita ſit omnis ſolennitas quæ in teſtamentis condendis deſideratur. tamen in foro animæ quæri poteſt an ſi cum minore ſolennitate mandatum datum eſſet & expletum, tunc hæres ab eo commiſſario ſcriptus eſſet tutus in foro animæ, & an hæres legitimus poſſet in foro animę eam hæreditatem vendicare nõ ſecus quàm poſſet in foro contentioſo, & an ipſe cõmiſſarius qui teſtamen. fecit peccaſſe videretur & magis eſt, vt in re dubia nec tut⁹ ſit ipſe commiſſarius, neq; hæres ab eo ſcriptus cum probatio legitima, vel illegitima intelligatur, ſecundũ ſubiectã materiam: vnde neq; commiſſarius credere debuit datum ſibi fuiſſe mandatnm, nec hæres ſcriptus. Vnde hæres legitimus non impie eam hæreditatem vendicabit quòd ſi omnes certo ſcirent eam fuiſſe voluntatem defuncti, tunc nec commiſſarius peccauit neq; hæres ſcriptus impie retinet hæreditatem, nec legitimus ſine ſcelere & impietate eam vendicare poterit quæ omnia probantur arg. eorum quæ in ſimili edocemur ſuprà. §. 1. nume. 23. cum ſequ.

*Forma omiſſa, variæ legum ſpecies ſolent vltrà procedere.* Denique quando lex diſponit, vel vetat, & vltrà procedit, aliquãdo vltrà procedit ipſa lex ciuilis, quę circa diſpoſitionem diſpoſuerat, vt habes tex. & exemplum, de quo ſtatim videbimus in. l. 1. ff. de libe. & poſthu.

Aliquando & ſecundo poſt legis ciuilis diſpoſitionem vltrà procedit non eadẽ. l. ciuilis, ſed. l. imperialis. vt habes tex. & exẽplum, in. l. ſi Titio. & Mæuio. in. §. Iulianus. ff. de lega. 2. & in. l. Celſus. §. quod alicuius. eodem titu. & in. l. non iuſtam. C. ad Trebel. & in. l. licèt Imperator. ff. de lega. 1. in quibus iuribus legatum nominatim relictum ab vno ex cohæredibus diſpoſitum erat per. l. ciuilẽ. vt euaneſceret ſi is hæres non eſſet, verùm per reſcriptum Imperatoris editũ cum cauſę cognitione & deliberatione: inductum fuit, vt tale legatum a cohærede repetitum uideretur, ſicq; ſuſtineretur, vt ſic id legatum, eiuſq; diſpoſitio, quæ inſpecta. l. ciuili valere deſineret, per legem imperialem, quæ vltra proceſsit, ſuſtineatur.

Aliquando & tertio poſt legis ciuilis diſpoſitionem procedit vlterius. l. prætoria, vt hebes tex. & exemplum. in. l. filio præterito. ff. de iniuſto rup. Nam licèt filio familiàs præterito, teſtamẽtum patris regulariter nulla ex parte valeret. vt in. l. inter cætera. & in. l. ſi filius qui in poteſtate. & in. l. penul. & in. l. Gallus. §. in omnibus. ibi, filius dũtaxat. ff. de libe. & poſthu.

& hoſthu.& in.l.1.& in.l. maximum vi-
tiũ.C.de libe.præte.& in.l.1. ff. de iniuſt.
rup.& in.l.pe.eod.tit.& in princ.inſt.de
exhæreda. liber. & in.l. 3.§.fi. ff. de libe.
& poſthu.tamen.l. prætoria vltrà proce
dit,leges ciuiles temperando, & mode-
rando, vt ſi is filius præteritus abſtineat
patris hæreditate, tunc id teſtamentum
iure prętorio firmum ſit,non aliter,atq;
ſi is filius re vera præteritus non fuiſſet,
vt per hoc teſtamentum illud, quod iu-
re ciuili nullius momenti eſt,firmum ſit
lege prætoria,quæ vltrà proceſsit.

Aliquando &.4. poſt legis ciuilis di-
ſpoſitionem procedit vltrà.l. conſuetu-
dinaria.arg.tex.in.l.fi.C.de teſtam. & in
prin.Inſti.eod.tit.& in.l.de quibus.cum
multis ſimilibus.ff.de legib.

Aliquãdo &.5.poſt legis ciuilis diſpo
ſitionem vltrà procedit.l.ſtatutaria hoc
eſt, ſtatutũ peculiare alicuius ciuitatis,
ſeu caſtri ſuperiorẽ recognoſcentis arg.
tex.l.ius ciuile.cum ibi notatis per gl. &
doctores. ff. de iuſti. & iure. & quæ latè
tradũt Bart.& nouiſsimi in.l. omnes,po
puli.ff. de iuſti.& iure. vbi vt ius poſiti-
uum imperatoris poteſt aliqua ex parte
derogare iuri naturali et diuino:ita quo
que.l.ſtatutaria eius, qui Imperatorem
recognoſcit in ſuperiorem, poteſt dero-
gare aliqua ex parte iuri cõmuni ipſius
Imperatoris.

Aliquãdo &.6.vltrà procedit.l.cano-
nica. vt habes text.& exemplum in cap.
quanuis de pact.in.6.& in.c.cùm contin
gat de iureiurand.& in.c. licet mulieres.
eod.tit. lib.6.& in.cap.ſignificante extra
de pignoribus,in quibus iuribus poſt le
gis ciuilis diſpoſititionem ſeu prohibi-
tionem quæ efficeret vt eius legis tranſ-
greſsio actũ infirmũ redderet ab omni
parte.vt in.l.ſi quando.§.illud.C.de inof
fi.teſta.& in.l.fi. ff. de ſuis. & legiti. & in
l.pactũ dotali. C. de pact. & per totũ. ff.
de fundo dota. tamẽ lex canonica vltrà
procedit,limitãdo,ſeu diſpẽſando,vt ta-
lis actus lege ciuili vetitus ꝑ interuentũ
iuramẽti firmus ſit & efficax de iure ca-
nonico,vt dictis iuribus, quãuis iure ci-
uili etiã per interuentũ iuramẽti non fir
maretur nõ magis, q̃ ſi iuramẽtum non
interfuiſſet.vt in.l.non dubiũ in fi.C. de
legib.& in.l.ſi quis inquilinos.in.§. fi. ff.
de lega.1.Quæ nota,quia eſt noſtrũ inuẽ
tũ.Vt ſic in quibus caſibus lex vltrà pro
ceſsit excipiendo, aut limitando formã
ſaltem precisam,nõ ſat induxiſſe videa-
tur, ꝙ ſi vltrà alia lex proceſsit emẽdan-
do, tunc à forma per priorem legem in-
ducta abſceſſum videatur.

*Declaratio l.45.in quaterno alcaual.ut quia ultrà proceßit, nõ induxerit formam.*

Infertur neceſſaria declaratio ad.l.45.
Enel quaderno de alcaualas. vbi ſummi
regis rationales iubẽtur reditus regales
locare viris idoneis,minus autẽ idoneis,
qui ſoluendo non eſſent, locare nõ poſ-
ſent. Verum ſi quando, inquit lex, con-
tigerit vt minus idoneis eos reditus lo-
cauerint, tũc poſſunt ſummi rationales
eos reditus mãdare fideiuſſoribus, quos
ille minus idoneus dedit, vt ſic is fideiuſ
ſor perinde teneatur, ac ſi eſſet ipſemet
principalis.ſicq́; lex illa,quæ illam loca-
tionem in minus idoneũ fieri vetuit,vl-
trà proceſsit, declarando actum contra
factum in firmum non ex toto videri, li
cèt per mutationem perſonarum poſſet
accipere.Quia quando lex præcepit,vel
iuſsit, & vltrà proceſsit declarãdo & do
cendo modum illius actus impugnãdi,
vel immutandi, intelligitur voluiſſe ta-
lem actum interea valere,licèt reſciſsio-
ni, vel reſolutiõi aliqua ex parte is actus
ſubiaceret: ſicq́; in terminis illius legis.
45.locatio valere non deſineret,licèt re-
ditus regales minus idoneo locati eſsẽt.

*Declaratio l.46.in quaterno alcaualas.*

Et in eundem ſenſum accipienda eſt.
l.46. Enel quaderno de alcaualas. dum
ait,quòd redituum regalium cõductor
infrà ſexaginta dies à tempore condu-
ctionis debet fideiuſſores præſtare, &
eoſdẽ legitimos idoneoſq́; eſſe docere,
inſtrumẽtumq́; conductionis confice-
re,



re, & alia multa: quòd ſi ea ſic perfecta
impletaq́; nõ fuerint,tunc lex vltrà pro
cedit,nõ preciſè abſolutè & indiſtinctè
illum locationis contractũ anullando,
ſed potius tribuendo ſummis rationa-
libus poteſtatem iuſque illius contra-
ctus impugnãdi:ergo intereà is contra-
ctus valere nõ deſinit in terminis illius
legis,licèt forma præceptumq́; illius le-
gis prætermiſſum fuerit.

*Declaratio leg. 47. in quaterno alcauala.*

In ſumma eadẽ declaratio accipiẽda
eſt quo ad.l.47.Enel quaderno delas al-
caualas.vbi qui in licitatione redituum
regaliũ aliquid obtulerit,ſtatim pro de-
cima parte illius pretij quod obtulit,iu-
betur fideiuſſores præſtare: & tamen
quia eadem lex vltrà proceſsit,declaran
do,vt ſi id omiſerit, ſummi rationales
poſsint illum contractum impugnare,
vel conquieſcere,dicendum eſt intereà
illum contractum firmum eſſe,licèt for
ma legis obſeruata nõ fuerit, licèt aliter
ipſi rationales niſi ex permiſſu illius le-
gis diſpenſare non poſſent, vt dicemus
infrà.§.6.numero.4.

*Declaratio altera ad dict.l.47.*

Illud autem dubium eſt,dum in.d.l.
47.verſic.Y deſpues.ſancitum eſt, vt cõ
ductores redituum regaliũ, qui in lici-
tatione reditus regales conducunt ido-
neos fideiuſſores præſtare vſq; ad certã
ſummam,teneãtur ſub hac pœna,vt in
arbitrio ſit principis,eiuſq́; ſummorum
rationalium talem reditum ipſi condu-
ctori auferre,illumq́; vel ipſi per ſe ad-
miniſtrare,vel ad licitatorem in gradu
ſequentem talem reditum trãsferre,vel
etiam iterum periculo illius conducto-
ris,qui non ſatiſdedit,eandem rem lici-
tationi exponere. Quæri ſolet,quando
tales conductores videãtur non ſatiſde-
diſſe.Et ſunt qui putẽt, quòd etiam ſi re
vera tempore contractus idoneã ſatiſda
tionem pręſterint,eaq́; agnita acceptaq́;
fuerit à ſummis rationalibus,adhuc ta-
men ſi ea fideiuſsio ex poſt facto minus
idonea apparuerit(vel ex eo quòd caſu
quodã illi fideiuſſores ad inopiam ver-
gunt,vel quòd inclementia tẽporis re-
ditus ille exinanitus ita fuit,vt quod ſa-
tis erat contractus tempore,modo non
ſufficiat) tũc denuò eam ſatiſdationem
ſupplere,& redintegrare teneantur, ne
incidant illi cõductores in pœnas illas,
vt periculo ſuo reditus ille ad ſequẽtem
in gradu licitatorem trãsferatur,vel ite-
rum eorũ periculo licitationi res expo-
natur.Sed nos ſæpe in cõtrarium argue-
bamus.Primùm,quia cõditio illa nega-
tiua,ſi non ſatisdederit,ſub qua hæc pœ
na impoſita fuit, intelligitur de prima
vice.arg.tex.in.l. boues.§.hoc ſermone.
ff.de verb.ſigni.Deinde, quia id expreſ-
ſum fuit in.l.ſi quis hæredem.C.de inſt.
& ſubſt.vbi illa conditio,ſi nupſerit,vel
conſul factus fuerit,intelligitur de pri-
ma vice,etiam ſi illud implementũ con
ditionis non perdurauerit,quia ſtatim,
vel ille conſulatum depoſuit, vel illa à
viro diuertit.Sic & in ſpecie hac licèt fi-
deiuſsio ſemel à rationalibus agnita nõ
durauerit inclementia fortune vel tem
poris fortè calamitate,non ideo minus
conditio ſemel impleta fuit, primumq́;
illud implementum ſufficit ad pœnam
vitãdam,præſertim cùm in eadem lege
expreſſum fuerit eã ſatiſdationem ido-
neam videri, quæ à rationalibus agnita
acceptaq́; fuerit. Tertiò,quia ſe mota il-
la lege id indubitatum eſſet in terminis
iuris communis,ad terminos autem iu-
ris communis redigi oportet omnis lex
noua & ſtatutum,vt alibi plenè diſſeri-
mus.Quartò,quia omnis lex exorbitãs,
qualis eſt illa,debet temperari,& leniri.
Quintò,quia idem faciẽdum in legibus
pœnalibus,qualis illa eſſe videtur.l. pe.
ff.de pœnis.& in regula.in pœnis.de re-
gu.iur.in.6.tradunt nouiſsimi in auth.
quas act.C.de ſacroſan.eccle.& alibi ſæ-
pe.Denique per alia multa,quæ præter-
mittimus.Neq; hũc caſum decidimus,
quia hæc controuerſia hodie pendet in
locatione

locatione eius reditus regalis, qui (puer
tos ſecos) appellatur. Et pro hac parte fa
cit, quia tempus cõtractus eſt inſpicien-
dus.arg.l.in delictis.§.ſi extraneus. ff.ad
leg.Aquil.l.miles.ff.de mili.teſtamen.l.
peregrè.in prin.ff.de acqui.poſſeſ.l. qui
legata.ff.de reg.iur.l. ſi filius.ff.de verb.
oblig.Hanc tamẽ rem ferè ſemper ſum-
mi rationales tẽpore contractus per con
uentionem ſolent dilucidare. Hæc quo
ad primum caſum, de quo ſuprà in prin
cipio huiuſmet.§.

*Forma omiſſa ſi lex ultra procedit actũ ex parte tantũ anullãdo ex reliqua parte actus ualebit.*

5 Secundo caſu principali, quãdo poſt
ſuam diſpoſitionem.l. vltrà procedit a-
ctum anullando ex parte tantùm, non
etiam ex toto, tunc dicendum eſt per le
gis trãſgreſsionem, actum ex toto non
infirmari, nec deſinere omni ex parte va
lere, ſed tãtùm ex parte. vt habemus tex.
& exẽplum in.l.1.ff.de noua.& in.§.prę-
terea.Inſt.quib.mod.toll.obliga.& in.l.
fi.C.de noua.& in.l.ſi id quod.& in.l.na
turaliter.ff.de cond.indebi.& in.l.frater
à fratre.verſi.naturalem.eod. tit. iuncta
l.lis nulla. ff. de iudi.&.§. hi qui.Inſti.de
oblig.quæ ex delicto naſcun. & in.l. an
inutilis.ff.de accepti.& in.l.ſi vnus.in.§.
ſi acceptilatio.ff.de pact.& in.l.ſi tan an
guſti. ff. de ſeruit. & in.l. via.ff. de ſerui.
ruſti.prædi.& in.l.filius. §. vt quis hære-
dem.ff.de lega.1.& in.l. ex facto.in prin.
ff.ad Trebel.& in.l.Scæuola.eod.titu.&
in.l.verbis ciuilibus..ff.de vulga.in qui-
bus iuribus habetur, impuberem citra
tutoris authoritatem obligari nõ poſſe,
ſed tamen poſteà lex ipſa vltrà procedit
declarando, vt ſi contra iuris ciuilis re-
gulas contraxerit citra tutoris authori-
taté, talis contractus valere deſinat, non
ex toto, vel omni ex parte, nam ex tali
contractu oritur obligatio naturalis, ſi
impubes ille erat proxim⁹ pubertati, &
doli capax, & ſimiliter licèt ſeruus cum
domino ſuo contrahere non poſſet, ta-
men eadem lex vltrà procedit, declaran
do vt ex tali contractu oriatur ſaltim o-
bligatio naturalis, vt ſic ea conuẽtio nõ
ex toto infirma ſit, ſed aliqua ex parte va
leat. Et licèt eadem iuris prohibitio eſſet
inter patrẽ & filium familiàs, tamen lex
ſimiliter vltrà procedit, declarando, vt
talis contractus nõ ab omni parte infir-
mus eſſet, ſed quo ad naturalem obliga-
tionem vtilis eſſet. Et ſimiliter licèt acce
ptilatio, quæ per modum ſtipulationis
fieri debet. vt in.§. item per acceptilatio-
nem.Inſtit. quibus mod.tolli. obliga. ſi
aliqua ex parte vitioſa ſit, licèt per hoc
nullius momenti eſſe deberet, tamẽ.l.vl
trà procedit fauore liberationis.argu. l.
Arrianus.ff.de actio. & obli. & diſpẽſat,
vt valeat acceptilatio ſaltim in vim nu-
dæ pactionis, vti hæc & alia exempla ex
ſuperioribus iuribus ſumere licèt.

*Forma omiſſa ſi lex ultra procedit limitando ea diſpoſitio regulariter non ualet niſi in caſu excepto.*

6 Tertius caſus principalis, quãdo poſt
ſuam diſpoſitionem ipſa lex vltrà proce
dit actũ contra factum non ex toto anul
lando, nec ex parte, ſad tamen limitãdo.
vt habes text.& exemplum.in.dict.ca.2.
de pact. in.6. vbi licèt pactũ de non ſuc-
cedẽdo inter patrẽ & filium initum nõ
valeat. vt in.l.ſi quando.§.illud.C.de in-
offi.teſtam.& in.l.fi.ff. de ſuis & legit.&
in.l.fin. C.de pact.& in.l.pactum dotali.
C.de colla.tamen.l. canonica vltrà pro-
cedit limitando, & declarando, vt licèt
tale pactum regulariter non valeat nec
de iure ciuili, nec etiam de iure canoni-
co, tamen per interuentum iuramenti
illud pactum de iure canonico ſuſtinea-
tur, vt dictis iuribus, licèt de iure ciuili
etiam interpoſito iuramento tale pactũ
non valeret, nõ magis, quàm ſi iuramen
tũ non interfuiſſet. vt in.d.l.nõ dubium
& in.d.l.ſi qs inqlinos.§.fi. Et ſimiliter li
cèt alienatio rei dotalis, nec valeret iure
canonico, nec iure ciuili. vt per totũ.ff.
de fundo dotali iunctis iis, quę tradũtur
per gl.& docto.c.1. de noui.oper. nũtia.
tamẽ.l.canonica vltrà procedit limitan-
do, vt talis alienatio per interuẽtum iura
menti ſuſtineatur, vt dictis iuribus, quæ
quidem



quidem alienatio de iure ciuili etiam in
terpoſito iuramento non valeret. vt.d.l.
non dubium.&.d.l.ſi quis inquilinos.§.
fi. Et licèt pactum. l. cõmiſſoriæ. de iure
ciuili improbatũ ſit. vt in.l.fi.C. de pact.
pignorum. tamẽ de iure canonico licèt
regulariter ſimiliter non valeret, per in-
teruentum tamen iuramenti ſuſtinetur.
vt in.c. ſignificante.de pignorib. ſecun-
dùm verum intellectum quem tradidi-
mus infrà ſuo loco. Et ſimiliter licèt mi-
nor impubes citra tutoris authoritatem
& decretũ iudicis immobilia non poſsit
alienare, vt per totũ. ff. de rebus eorum.
& per totum.C. de præd. minorũ. quod
ſine dubio procedit etiam de iure cano-
nico, vt in.d.c.1.&.2. cum ibi notatis. de
noui ope.nuntia.tamen ius canonicum
vltrà procedit limitãdo & declarãdo, vt
per interuentũ iuramenti cõtra vtriuſq;
iuris regulas ſuſtineatur, quod præcepit
etiam.l.ciuilis. vt in auth.ſacramenta pu
berum.C.ſi aduerſ.vendi.

*Exhæredatio per expreſsionem vnius tantũ nominis valet, licèt nõ apparet quiſnã fueoit exhæredatus cõtra cõmunem.*

7 Et ſimiliter licèt ad perfectionem, cõ
ſummationem, & validationem exhæ-
redationis deſideretur, vt exprimantur
nomen, prænomen, & cognomen fi-
lij exhęredati, vt in.l. 1.in primo reſpon.
ff.de libe.& poſthu. tamen ipſa.l.ciuilis
vltrà procedit limitando & declaran-
do, quod licèt illa tria nomina in exhæ-
redatione comprehenſa non fuerint,
exhæredatio valere non deſinat per ex-
preſsionem vnius nominis, non ma-
gis, quàm valere deſineret, ſi illa tria no-
mina in ipſa exhęredatione comprehen
ſa fuiſſent. vt probat tex.in dict. l.1.in. 2.
reſpon. dummodò per expreſsionem
vnius nominis, certi, & indubitati ſim⁹.
de perſona filij exhæredati, vt nomina-
tim tenent Accurſi.ibi.in glo. ſufficere.
quem ſequuntur Bart. Gofredus. Albe.
Bal.Angel.Salic.Imol.Cum.Paul.Areti.
Alex.Soci.Iaſo.nu.27.& Alcia.& reliqui
omnes in.d.l.prima.argu.tex.in.l.certũ.
ff.ſi certum peta.cum vulga. Verùm is
intellectus vitiat literã, & etiã mentem,
& ſententiã illius legis. Nam poſtquàm
tex.ille dixerat tria nomina exprimi de
bere in exhæredatione, ſubijcit hæc ver
ba, an ſufficit vnum ex his: & conſtat, in
quit, ſufficere. Quibus verbis planè oſtẽ
ditur exhæredationis ſubſtãtiam & for-
mam per expreſsionem vnius nominis
non defuiſſe, nõ magis, quàm ſi tria illa,
nomen, prænomen, & cognomen in ex
hæredatione cõprehenſa fuiſſent, taléq;
exhæredationem ritè, & ſoléniter factã
videri. Nec ad rem pertinuit, quòd ali-
quando ex ambiguitate & incertitudi-
ne talis exhæredatio effectu carere poſ-
ſit per defectum probationis: nam tunc
non ius deficeret, ſed ꝓbatio. vt in.l.duo
ſunt Titij.ff.de teſta.tutel. Quibus opor
tunè accedit tex.in.l.Titius.in princi.ff.
de libe.& poſthu. vbi teſtator, qui vni-
cum filium habebat, ita exhæredatio-
nem propoſuit, Cæteri omnes filij fi-
liæq; mei exhæredes ſunto. Et Iurecon-
ſultus ait eum filium nominatim exhæ
redatum videri, etiam ſi teſtator eum
deceſiſſe putaret: nec ad rem pertinere,
quòd teſtator erraſſet, nam filius nomi-
natim exhæredatus fuit ex proprietate
& vniuerſalitate verborum, licèt proba
to errore teſtatoris, teſtamentum poſsit
infirmari: aliud enim eſt quęrere, inquit
ibi Iuriſconſultus, an teſtamentũ ab ini-
tio & in ſui creatione valuerit: aliud au-
tem eſt quærere, an ex poſt facto infir-
mari & reſolui poſsit. Sic & in ſpecie no
ſtra aliud eſt quærere, an exhæredatio fi
lij per vnius nominis expreſsionẽ ritè,
ſolenniter, & nominatim facta fuerit, &
per hoc ab initio, & in ſui creatione ſe-
mel valuerit: aliud autẽ eſt quærere, an
ex poſt factò infirmari poſsit, & effectu
carere, propter ambiguitatem & incerti
tudinem, & veluti probationis defectũ.
Itaque ſit firma contra omnes doctores
indubitataq; concluſio, vt exhæredatio
per vnius nominis expreſsionem ritè ab
intio

initio ſolenniter & nominatim facta intelligatur, nõ ſecùs, quàm ſi in tali exhęredatione illa tria, nomen, prænomẽ, & cognomen comprehenſa fuiſſent, licèt per talem vnius nominis expreſsionem non poſsimus eſſe certi de perſona filij exhæredati.

*Exhæredatiõe facta p̃ expreſſionẽ vnius tantũ nominis ſi exhæredatus viuo teſtatore moriatur, ualet teſtamẽtum licètnõ ſatis appareretquiſnã eſſet exhæredatus cõtra communem.*

8 Vnde contra mentem & ſententiam omnium omnino doctorum nouiſsimè infero id, quod nullibi vnquam dictum, ſcriptum, aut relatum inuenies: vt ſi teſtator, qui plures filios habebat, quorum duo Titij appellabãtur, ita teſtatus eſt, Titius filius meus exhæres eſto, cæteri oẽs filij filiæq́; hæredes æquis ex partibus ſunto. tunc licèt ea exhæredatio omnino ambigua ſit, & incerta, quia vter ex illis duobus filijs, qui Titij appellabantur, exhæredatus fuetit, non apparet, adhuc tamen talis exhæredatio valebit, teſtamentumq́; firmũ erit. Vnde vtiliſsimè infertur, quòd ſi ambo illi filij, qui Titij appellabantur, viuo teſtatore deceſsiſſent, tunc teſtamentum non ſolùm ab initio valuiſſe videretur, ſed etiã ex poſt facto & ſemper firmum eſſet, haberetq́; ſuum effectum, & ex eo hęreditas adiri poſsit per reliquos cohæredes, licèt regulariter per præteritionem filij familiàs vitietur teſtamẽtum patris, etiã ſi is filius viuo teſtatore decedat. vt in.l. ſi filius qui in poteſtate.ff. de liberis & poſthu.

*Exhæredatio p̃ vnius nominis expreſſionem ritè factavidetur, licèt incerta ſit perſona exhæredati, contra communem.*

9 Vnde nouiſsimè infertur, quòd licèt exhæredatio nõ ritè facta habeatur pro præteritione. vt in.l. non putauit. in.§. non quæuis.ff.de bono.poſſe.contra tabu. tamen exhęredatio per vnius nominis expreſsionem facta, licèt per hoc ambigua reperiatur, non habetur pro præteritione, nec deſinit valere, & firmum reddere teſtamẽtum ab initio, & in ſui creatione.

Quartus caſus principalis eſt, quãdo poſt ſuam diſpoſitionem lex vltrà proceſsit, actum cõtra factum non anullando ex toto, nec etiam ex parte, nec etiam limitando, ſed dando, & concedendo facultatem impugnandi, quo caſu diſpoſitio non ſolùm ab initio valet, ſed etiam ex poſt facto, niſi is, cui facultas impugnandi data fuit, ea vtatur. vt eſt text. in §.eadem. Inſtit.de hæred. quæ ab inteſta. deferuntur & in.l. vt liberis. in verbo, reſciſo.C.de colla. vbi notat Iaſo. & in.l.1.in prin.ff.de lega.præſtan. tradũt Paul. Areti. Corne. Alex. Decius. & Iaſo. nu.30.in.l.poſthumo nato.C.de bono.poſſe.contra tabu.

*Forma legis omiſſa actus perit ſiue lex ſit prohibitiua ſiue etiã diſpoſitiua.*

10 Quintus caſus principalis eſt, quãdo poſt ſuam diſpoſitionem lex vltrà non proceſsit, quo caſu ſi lex loquatur prohibitiuè, per eius trãſgreſsionem actus infirmatur ex toto. vt in.d.l.non dubium. C.de legib. Idemq́; iuris eſt, etiam ſi lex loquatur diſpoſitiuè. vt eſt tex.in.l.1.C. de iure codi.in.l.fin.§.illud.C.eod.tit. in l.ſi vnus.C.de teſtam.in.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. &.§. non ſubſcriptum.C.de teſta.& in.l.1.in prin.iuncto.§.ſi quis ita.ff.de verbo.oblig. & in.l.1.§. eum qui.ff.de conſti.pecun.cum multis ſimilibus ſuprà citatis. hoc enim caſu quaſi ad formam, ordinem, vel ſolennitatem illius diſpoſitionis requiſita legis deſiderari vidẽtur, ex eo quòd lex vltrà non proceſsit diſpenſando, moderãdo, vel limitando, & conſequenter ea diſpoſitio, neq; valet in vim illius diſpoſitionis, de qua agebatur, ſi aliquid ex ſolennibus defuerit, nec etiam in vim alterius diſpoſitionis, vt dictis iuribus probatur, & pleniùs infrà numero.17.

*Forma omiſſa nõ vitiatur actus quando lex vltrà proceſsit moderando.*

11 Vltimus caſus principalis, quando poſt ſuam diſpoſitionem lex vltrà proceſsit, actum contra factum non anullãdo ex toto, neque etiam ex parte, neque limitando, neq; cõcedendo facultatem impugnandi, neq; ſtetit in puris terminis conuentionis & præcepti, ſed vltrà proceſsit generaliter diſpenſando, & cõcedẽdo, vt actus aliter fieri poſſet, vt per hoc appareret, ꝙ illa lex nõ tã vim pręcepti & formę haberet, quàm vim cõſilij, & tunc actus cõtra factus valet ex toto, vt in.d.l.1.ff.de lib.& poſthu. ſecundùm noſtrum intellectum ſuprà relatũ. & idẽ eſt in diſpoſitione teſtatoris, vt in.l.filiꝰ familiàs.§. diui.ff. de lega.1.& in.l. pater filiũ.§.Iulius Agrippa.ff.de lega.3.& in.l. Titio cẽtũ.in prin.ff.de cõdi.& demõſt. & in.l.cùm pater.§. mando.ff.de lega.2.

Superiora procedunt in tantũ, vt non ſolùm omiſsio formæ vitiet diſpoſitionem, ſed etiã implementum, vt proximè dicemꝰ, nõ aliter ſufficiat, quàm ſi fiat in forma ſpecifica, & licèt diſpoſitiuè tantũ non etiam prohibitiuè loquatur, vt iam docemur infrà. nu.16.& nu.17. cum plu. ſequen. Vnde ſcribentiũ pleroſq; erraſſe apparebit.

*Forma legis æquipollenter impleri nõ poteſt. cũ cõmuni cõtra Alexã. & alios.*

12 Et exinde in ſumma, ꝙ omiſsio formæ vitiet in lege etiam diſpoſitiuè tantùm loquẽte adeò verum eſt receptũq́;, vt quæ requiruntur pro forma cuiuſq; diſpoſitionis non poſſunt impleri æquipollenter. Iſta eſt vera & cõmunis opin. quã tenent Iaſ.num.14.in.l.1.ff.de lib.& poſth. Alex.conſi.96.lib.4. Viſo, & conſiderato.col.fi.idem Alex. in.d.l.1. nu.3. ff.de lib.& poſth. qui quamplures citat huius ſentẽtiæ authores. idẽ Decius in.l. hac cõſultiſsima. col.2.C. qui teſtamẽta facere poſſunt. idẽ Decius cõſi.612. nu.3. Bal. Angel. Paul. Soci. & alij cõmuniter in.d.l.1. Bal.in.l.ambiguitatis.C.de teſtamentis. idem Bal.in.l.ſi inſtitorem.in fi. ff.ſi cert.pet. Decius cõſi.466.nu.19. Bal. in.l.ceſſante.C. quomodo & quãdo iudex.& eſt de mẽte Bal.Paul. Imol. Alex. cum Areti.in.l.hac cõſultiſſ.col.2.ſuprà allegat. Bal.in.c.ex literis.col.fi.de cõſti. idẽ Bal.in.c.1.col.2.de milite vaſallo, qui cõtumax eſt. Pariſius cõſi.46.lib.3. col.1. Alex.cõſi.137.In cauſa.col.4. Pariſiꝰ cõſ. 33.nu.24.lib.2.cũ pluribus ſequentibus. idem Pariſi.conſi.97.lib.4.nu.25.

Pro hac communi ſentẽtia allegatur tex.in.l.Iulianus.§.ſed ſi quis.ff.ad exhibendum. vbi forma eſt quæ dat eſſe rei: & vt in rebus, quæ formã ſuã natura ſortitæ ſunt, ea forma per hominũ diſpoſitionẽ immutari nõ poteſt. vt in.l. ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.1. ita quoque & forma à lege poſitiua ſtatuta immutari non poteſt. vt in.l.cũ hi.§. ſi prætor.ff. de tranſactionibus. quia ars imitatur naturã. vt in.l. adoptio.ff. de adoptionibꝰ. & in.l.ſi filio quem.ff.de libe.& poſthu. Hinc eſt, ꝙ licèt conueniat inter partes, vt dicẽdo.a.intelligatur, promittis, & reſpondendo. b. intelligatur, promito, adhuc tamẽ nõ videtur cõtracta ſtipulatio, ſeu verb.obligatio. vt tenet glo.fi.in.§.1. Inſt.de verbo.oblig. quam ibi ſequũtur Ang. Ioãnes faber, Nicolaus, Chriſtoph. Iaſ.& reliqui omnes ibidem. Alex. Soci. Iaſ. Ripa.& reliqui omnes in.l.1.in prin. ff.de verb.obli. Quia forma à lege data, per fictionem, vel ſimulationẽ, vel imaginem ab homine fictam, vel delinitam non immutatur. Quod adeò verũ eſt, vt procedat etiã ſi interfuerit iuramẽtũ, vt eſt cõmunis opin. quam tenet Bar.num. 14.in.l.ſi quis pro eo.ff.de fidei. cuiꝰ opi. cõmunis eſt.& latè reſoluit Alciatus in c.cùm contingat.nu.167. de iureiurã. & ibi Abb. nu.27.& Imol.in.8.caſu princi. & Marcus Antonius in tractatu de virtute iuramenti.in prin. Corne.in authẽ. ſacramẽta puberum.C.ſi aduerſus venditionem. idem Barto.in.l.1.§.ſi quis ita. num.9.ff.de verb.obliga. vbi Iaſ.nu.24. & Ripa num.27.

*Formam omittens, actum inanem facere voluiſſe videtur cũ Pariſio.*

13 Cuius rei illa ratio eſt: quia qui negligit formam ſeruare, is videtur voluiſſe actum inanem facere. vt docet Pariſius cõſi.19.lib.2.nu.61. vt probat tex. in.l.an inutilis.ff.de acceptilationibus. Nã licèt regulariter nullus pręſumatur actũ otioſum & inanẽ facere velle: fallit tamẽ, quãdo forma legis neglecta eſt. vt in.d.l.an inutilis. tex.optimus in.l. non ſolùm.ff. de actionibꝰ & oblig. Et ita limitatur.l.3.

ff.de militari teſtamẽto.&l. ſi quãdo.in prin.ff.de leg.1.& lex.ſi quando.in prin. C.de inoffi.teſtamẽto.Et quòd æquipollenter forma legis impleri nõ poſsit, probat tex.in.l.ſi vnus.C.de teſtamentis. & in.l.1.§.eum qui.ff.de conſtituta pecu.

Contrariã partẽ, vt forma legis æquipollenter poſsit impleri, tenet Alex.ſibi contrarius in.l.fi.col.1.C.de procuratoribus.poſt alios,quos ipſe refert. Sed opi. cõmunis regulariter verior eſt,licèt opi. Alex.in quibuſdam caſibus exceptis & ſingularibus poſsit ſaluari.

*Forma omiſſa quando.l.primũ vetat, deinde anullat, actus perit cũ cõmuni.*

14 Retenta ergo cõmuni ſentẽtia, vt forma legis æquipollenter impleri non poſſit,eam variè intelligere debemus.In primis enim intelligitur,quãdo lex primũ vetuit, ſeu prohibuit, deinde vltrà proceſsit anullando.Ita probat tex. in.l.nõ dubium.C.de legibus.& in.l.fi.de legitimis hæredibꝰ.& in.l.nemo poteſt.ff. de leg.1.& in.l.ſi quis inquilinos.§. fi. eodẽ titu.& in.l.conueniri.ff. de pact. dotalibus.& in.l.iuris gentium.§.ſi paciſcar.& in.l.ſi vnus.§.illud nulla.&.§.pacta quæ turpem.ff. de pact.& in.l.ſi plagij.ff. de verb.obli.& in.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.eod.tit.& in.§.1.Inſt.de inuti. ſtip. Et iſta eſt cõmunis.& indubitata cõcluſio,vt tenẽt Iaſ.in.l.1.col.2.in fi.ff. de lib.& poſth.Bar.in.d.l.nõ dubiũ.tertio notabili.Alex.conſi.24.col.1.lib.4.Salicetꝰ in.l.fi.C.de ſententijs ex breuiculo. Decius in.l.hac conſultiſsima.col.2. C. qui teſtamẽta facere poſſunt.Iaſ. in.d.l. non dubium.nu.17.vbi Bar.num.20.&Bald. notabili.4.& Fulgo.in.4.notabili. & Pariſius conſ.19.num. 187.lib.2.Romanus conſi.402.In propoſita.Angel.& Imol. in.l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hære. inſti.Romanus in.d.l.hac conſultiſſ. in prin.Ancharanꝰ in.c. canonum ſtatuta. de cõſtitutionibus.Alex.conſi.96.lib.4. Viſo.col.fi.Bal.Paul.Imol. Alexã.Cum. Areti.& alij in.d.l. hac cõſultiſsima.vbi Iaſ.nu.11.Bal.& Sali.in.d.l.fi.C. de ſentẽtijs.Decius in.c.2. de teſtibus.& ita procedit tex.in.l.42. Tauri.

*l.42.Tauri*

*Forma omiſſa quando.l.primũ diſponit, deinde anullat,actus perit.cum cõi*

15 Secundò intellige vt procedat cõmunis op.exiſtimantium formã legis ęquipollenter impleri non poſſe,etiam ſi nõ præceſſerit legis prohibitio,& ſequatur anullatio,ſed præceſſerit duntaxat præceptum legis diſponentis, & deinde ſequatur anullatio actus in cõtrariũ facti. vt ſic,quando poſt ſuam diſpoſitionem lex vltrà proceſsit anullando actum aduerſus legis diſpoſitionem factum,tunc actus ille nõ valeat,non magis,quàm ſi poſt expreſſam legis prohibitionem ſequeretur ipſius legis anullatio. Iſta eſt vera,cõmunis,receptiſsimaq́; ſententia, quam tenẽt omnes doct.ſuprà allegati. per tex.in.l.ſi vnus.C.de teſtamentis. & in.l.hac conſultiſsima.§. ex imperfecto. &.§.non ſubſcriptum.&.l.iubemꝰ. C.de teſtamentis.& lex.1.ff. de iure codi.l.fi.§. illud.C.de codicillis.l.1.in prin.iuncto.§. ſi quis ita.ff.de verb.oblig.l.1.§.eũ qui.ff. de conſtituta pecu.

*Forma.l. omiſſa quãdo. l. vetat nec vltrà ꝓcedit, actus vitiatur,cũ communi.*

16 Tertiò cõmunis opin.intelligitur,vt procedat,quãdo lex aliquid fieri prohibuit,etiã ſi vltrà non proceſſerit actum anullando.Iſta eſt vera & cõmunis opi. quã tenẽt Bar.in.d.l.nõ dubiũ. in tertio notabili.& in num.20.per tex.ibi. & ibi Fulg.in.4.notabili.& Baldus ibidẽ.in.4. notabili.& Iaſ.nu.17.poſt Sali. Angel.& alios ibi.idem Iaſ.in.l.1.ff.de lib.&poſth. col.2.in fin.vbi latè Alex.Soci.& Alciatus num.10.poſt alios.Decius in.d.l.hac conſultiſſ.col.2.C.qui teſtamenta facere poſſunt.Salic.in.d.l.fi.C.de ſententijs ex breuiculo.Alex.conſi.24.col.1.lib.4.idẽ Deciꝰ in.c.2.de teſtibꝰ.Pariſiꝰ cõſi.19.lib. 2.nu.187.Romanꝰ cõſ.402.In propoſita.

*Forma omiſſa,actus perit, quando.l.diſponit, licèt vltrà non procedat. cum multis contra magis cõmunẽ*

17 Quartò intellige vt procedat cõmunis opi.nõ ſolùm quãdo lex prohibuit, licèt vltrà non proceſſerit anullando, ſed etiam quando diſpoſuit, neq; vltrà proceſsit anullando.vt ſic diſpoſitio legis aliquid certo modo,forma, & ordine





ne fieri iubẽtis,nullũ efficiat eum actũ, qui aduerſus formam legis factus fuerit. Ita tenent glo.& Bar.in.l.1.C. ne fideiuſſores dotium dentur.idem Bart. in.l. de his.ff.de tranſactio.Decius in.c.2.de teſtibꝰ.col.2.Ange.in.l.1.ff.de lib.&poſth. idem Angel.& Ioãnes de Imol.in.l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hæredibus inſtituendis. Ancharanus in.c. canonum ſtatuta.de conſtitutionibus. Romanus in.d.l.hac conſultiſsima.in princ.C. qui teſtamenta facere poſſunt. Alex. conſil. 96.Viſo.lib.4.colu.fi.

Contrariam ſententiam,vt quando lex diſpoſuit,neq; vltrà proceſsit anullãdo,tunc tranſgreſsio legis non vitiet diſpoſitionem,tenent communiter doct. quales ſunt Alex.num.8.& Iaſ. nu.10.in d.l.1.ff.de lib.&poſth.Bar.in.d.l.non dubium.tertio notabili.& nume.20.& ibi Fulgo.notabili.4. & Bal.in.4. notabili. & Iaſ.nu.17.& Salic.in.d.l.fi.C.de ſententijs ex breuiculo.Pariſius conſi.19.lib.2. nu.187.Romanꝰ cõſi.402.In propoſita.

Sed prior ſententia affirmatiua longè verior eſt.Nam lex in diſponẽdo,ſeu imperando parem, æquamq́ue virtutem habet,non aliter,atque in prohibendo. vt in.l.legis virtus.ff.de legibus. Et hæc concluſio probatur apertè in.l. cùm hi. §.ſi prętor.ff.de trãſacti.& in.l. 1.in prin. iuncto.§.ſi quis ita.ff. de verbo.oblig.& in.l.1.§.eum qui.ff.de conſti. pec. & in.l. 1.ff.de iure codicillorũ. & in.l. fi.§. illud. C.de codi.& in.l.teſtãdi.& in.l. iubemꝰ. & in.l.ſi vnus.& in.l.hac conſultiſſ.§.nõ ſubſcriptum.&.§.ex imperfecto.C.de teſtamentis.& in.§.pretium.&.§.item pretium.Inſtit.de emptione & venditione. & in princ.Inſti.de locatione & conductione.& in.l.rogaſti.§.ſi tibi decem.ff.ſi cert.pet.& in.l.cùm vltrà.C.de non numerata pecu.& in.l.obligationum ſubſtantia.§.fi.de actionibus & obligationibus.& in.§.fi.Inſt.de mãdato. In quibus iuribus habetur,quòd actus cõtra legis formam & diſpoſitionem initus, nulliꝰ momenti eſt,etiam ſi lex non eſſet prohibitiua,ſed tantùm diſpoſitiua.Et ſatis ridiculum eſſet,otioſum , & inane præceptum legis,ſi eius tranſgreſsio efficax eſſet,aut impunita , vt ſuprà. nu.10.Vnde infertur neceſſaria declaratio ad.l.47 Tauri.dum ait.El hijo o hija caſado y velado ſea auido por emãcipado, en todas las coſas para ſiempre.

*Declaratio l.47. Tau.*

Nã matrimoniũ contractũ ꝑ verba de pręſenti nõ ſufficeret,niſi prętereà miſſa benedictiõis in facie eccleſiæ diceretur. vt ibid.tenent Mich. Ciſont.& reliqui. Quia licèt lex illa diſpoſitiuè tantũ non etiã prohibitiuè loquatur,adhuc tamen eius formæ tranſgreſsio eneruat virtutem & diſpoſitionem actus.Vnde ſimiliter infertur,quod in.l.48.Tauri. dum dicitur,quòd talis filius etiam viuo patre habebit vſumfructum aduẽtitiorũ, procedit,quãdo ex toto forma legis fuit ſeruata,quia vltra matrimoniũ per verba de præſenti contractum acceſsit miſſa benedictiois in facie eccleſiæ, aliàs ſecùs.Et his caſibꝰ puto, quòd ſoluto etiã matrimonio is filius nõ recidet in patris poteſtatem per.d.l.47. ibi, para ſiempre & quia illa conditio,ſi nupſerit,ſub qua illa liberatio à lege pollicetur, ſufficit per momentum impleri,nec eius perduratio neceſſaria eſt. tex.ſolennis in.l. ſi quis hæredem.C.de inſt.&ſubſt.

*Declaratio l.48.Tauri*

*Forma omiſſa etiã in minima parte actus perit cũ cõmuni.*

18 Quintò intelligitur vt procedat,etiã ſi forma legis in minima parte obſeruari deſierit.Iſta eſt vera & cõmunis opin. quã latè defendit Iaſ.in.l.ſi vnus.per tex. ibi,qui optimè probat.C. de teſtamẽtis. Bal.in.l.1.ff.de lib.& poſt.Deciꝰ cõſi.466 nu.14.Ancharanus conſi.35. Viſis.col.fi. Bal.in.l.humanũ. C. de legibus . Decius nu.9.& conſi.11.& Bal.conſi.11.lib.1.col. fi.idem Bal.conſi.324.Punctus.lib.2.idẽ Decius conſi.533.nu.5.& Pariſius conſi. 19.nume.187.lib.2.& Romanus in dict. cõſ.402.In propoſita. Cuiꝰ rei ratio eſt:

quia cùm forma deſideretur ad eius rei, de qua agitur perfectioné & cóſummationem, ea res formata, ſeu perfecta non erit, ſi quacũq; ex parte ea forma defuerit: nam id perfectum eſt, quod ex omnibus ſuis partibꝰ cõſtat. vt in. l. 1. ff. de origine iuris. & nihil actũ eſſe intelligimus, cùm aliquid ſupereſt agendum. vt in. l. pen. C. ad Sillanianum. & in. l. quædam. ff. de reb. dub.

*Declaratio l. 41. Tauri*

Vnde ſi forma probationis, quæ per l. 41. Tauri deſideratur in maioratu, per tẽpus, cuius initij memoria non ſtat, probando aliqua ex parte etiam minima deficiat, tunc ea probatio nullius momenti erit, vel ſaltem minus ſufficiens: quia omiſsio formæ etiã in minima parte vitiat. quod not. à. d. l. 41.

*l. 11. titu. 1. lib. 3. ordin.*

Fallit in iudicijs de expreſſa tamẽ legis diſpẽſatione iure regio. 11. tit. 1. lib. 3. ord.

*Solẽnitatis etiã leuiſsimæ omiſsio vitiat quãdo id voluit teſtator cũ communi.*

19 Sextò intelligitur, vt procedat etiam in ijs, quæ ſunt leuiſsimæ ſolennitatis, ſi id voluit teſtator, vel voluiſſe aliqua probabili cõiectura intelligi poſsit. Iſta eſt vera & cõmunis concluſio. vt latè reſoluunt Pariſius. cõſi. 19. lib. 2. num. 186. & Alex. in. l. fi. in princ. C. de iure delib. ſecũdùm quẽ hęc eſt cõmunis cõcluſio Bal. Imol. & Paul. in. l. 1. ff. de lib. & poſth. per Deciũ in. l. hac cõſultiſſ. C. qui teſtamẽta facere poſſunt. col. 1. vbi Iaſ. col. 2. & per Emanuelẽ de Acoſta in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſthu. Cuius rei illa ratio eſt, quòd etiam ſi cũ quibuſdã agnoſceremus, quòd omiſsio leuis ſolennitatis regulariter non vitiet diſpoſitionẽ, vt in. l. 1. §. fi. ff. de ventre inſpiciendo. tamen de volũtate teſtatoris ab illa regula facilè recederemus, cùm ex tacita, vel expreſſa, vel præſumpta voluntate teſtatoris recedatur à regulis iuris, vt per plura quàm viginti exempla probauimus ſuprà in. §. ſuprà proximo. Et inter hãc & ſuperiorem declarationẽ hoc intereſt, quòd hìc loquimur, quando leuis ſolẽnitas omiſſa fuit. ibi autem agebamus, quãdo magna ſolennitas aliqua ex parte prætermiſſa fuit.

Septimò intelligitur vt procedat in forma reſcripti, quæ ſi aliqua ex parte prętermiſſa fuerit, vitiat diſpoſitionem, non aliter, atq; ſi forma legis prætermiſſa eſſet. vt traditur per Deciũ conſi. 603. nu. 10. per tex. in. c. venerabili. de officio delegati. & in. c. Piſanis. de reſtitutione ſpoliatorum. vbi Antonius. in. 7. notabili. Cuius rei illa ratio eſt, quòd reſcriptũ editum cũ cauſæ cognitione habet vim legis. vt in. l. 1. cũ ibi plenè notatis per gl. Bar. & Iaſ. ff. de cõſtitutionibꝰ principũ. & in. §. ſed & quod principi. Inſt. de iure naturali. vbi ſimiliter hæc eſt cõis opini.

*Forma ſtyli omiſſa, actus perit cum Decio*

20 Octauò cõmunis concluſio intelligitur etiã in ſtylo. Nam ſi forma ſtyli prætermiſſa fuerit, vitiatur diſpoſitio, non ſecꝰ, quàm ſi legis forma omiſſa fuiſſet. & reſoluit Decius conſi. 16. Bal. in. l. fi. C. quæ ſit lõga cõſuetudo. Nã quãdo à cõmuni ſtylo receditur, excitatur falſitatis præſumptio. c. q̃ graue. de crimine falſi.

*Forma conſuetudinis omiſſa vitiatur diſpoſitio.*

21 Nonò hæc cõmunis concluſio intelligitur, vt procedat, etiam in forma conſuetudinis. Nam cùm lex & cõſuetudo à pari procedãt, neceſſe eſt, vt prætermiſſio formæ conſuetudinariæ vitiet diſpoſitionem, non ſecus, quàm prætermiſsio formæ legalis. arg. tex. in. l. de quibus. ff. de legibꝰ. & in ſpecie. arg. tex. qui loquitur de cõſuetudine circa teſtamẽta. in. l. fi. C. de teſtamentis. & in. §. acceſsit. & in §. ſed cũ paulatim. Inſtit. de teſtamentis. Decius in dict. conſi. 16.

*Forma legis prætoriæ omiſſa, vitiatur diſpoſitio, cõtra Paul. & Iaſ.*

22 Decimò cõis cõcluſio intelligitur vt procedat, etiãſi forma à lege tradita eſt à lege prętoria tradita, nõ ciuili: nã adhuc eius prætermiſsio vitiat diſpoſitionem, ſcd̃m quoſdã. arg. tex. in. d. §. ſed cũ paulatim. Inſt. de teſtamẽtis. vbi ſolennitas à prætore inducta eſt in cõſideratione, nõ ſecus, quã ſolẽnitas inducta à lege ciuili: & ſic prętermiſsio ſolẽnitatis prætoriæ vitiat teſtam. nõ aliter, atq; prętermiſsio



ſolennitatis ciuilis. Cõfirmatur per tex. in princ. Inſt. de bon. poſſ. vbi ius prætorium habet vim non ſolùm confirmandi, ſed etiam ſupplendi, & corrigendi iuris ciuilis. Et hanc ſententiam arbitror veriſsimam, licèt contrariam partem in ſpecie tenuerint Paul. & Iaſ. num. 22. in. l. non dubium. C. de legibus.

*Formæ omiſsio vitiat actum licèt forma ab Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, et Marchionibus data eſſet. cõtra Paul. & Iaſ.*

23 Vnde infero verum nõ eſſe, quod Iaſ. ibidem firmat, vt prætermiſsio formę traditæ ab epiſcopis, Comitibus, Marchionibus, & Ducibus non vitiet diſpoſitionem: quia taliũ ſtatuta habent vim legis prætoriæ, non etiam ciuilis. vt not. Bart. in. l. 5. in princ. & ibi latè Alexan. & Iaſ. & nouiſsimi. ff. de verbo. obliga. Et cõſequenter, vt prætermiſsio formæ traditæ à prætore non vitiaret diſpoſitionem ſecundùm eund. ita quoque prætermiſsio formæ traditæ ab huiuſmodi perſonis. Sed id ſanè verum non eſt. quia cùm ſtatutis prętoris, ſi prætermiſſa ſit eorum forma, vitietur diſpoſitio: ita quoq; idem etiam ſecundũ nos in ſtatutis huiuſmodi perſonarũ.

*Formæ omiſsio datæ ab eo, qui recognoſcit ſuperiorẽ, an vitiet.*

24 Vndecimò, communis concluſio intelligitur, etiam ſi prætermiſſa ſit forma ſtatuti editi ab ijs, qui recognoſcunt ſuperiorem. Nã etiam omiſsio eius vitiat diſpoſitionem: quia in regione vel ciuitate ſua tale ſtatutum habet vim legis. Nam vt lex Imperatoris legi diuinæ vel naturali aliqua ex parte derogare poteſt: ita quoq; lex ciuitatis, quę recognoſcit ſupetiorem, poteſt derogare legi Imperatoris aliqua ex parte. vt in. l. Ius ciuile. cum ibi plenè notatis. ff. de iuſtitia & iure. Cogita tamen.

*Formæ à lege canonica datæ omiſsio vitiat*

25 Duodecimò intelligitur etiam in. l. canonica, cuius legis prætermiſsio eadẽ ratione vitiat diſpoſitionem. arg. tex. in cap. cùm eſſes. cũ ibi plenè notatis. extrà de teſtamentis. Quod procedit in terris eccleſiæ in materia communi, in materia verò ſpirituali procedit etiam in terris Imperij. argumen. tex. in cap. cùm cõtingat. de iureiuran. & argumen. tex. in cap. licèt mulieres. eodem titu. in. 6. & in cap. quanuis pactum. de pactis. lib. 6.

*Forma inducitur per conditionẽ, cuius defectus vitiat. cũ cõmun.*

26 Decimotertiò intelligitur vt procedat in forma, quæ inducitur per cõditionem, quia talis formæ omiſsio ſemper vitiat diſpoſitionem. Iſta eſt vera & cõmunis opinio, quam tenet Bal. in authẽ. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ officio fungi poſsit. Decius conſilio. 11. nume. 9. Pariſius conſilio. 19. nume. 183. libro. 2. Iaſ. in. l. vniuerſa. colum. 3. C. de precibus imperatori offerendis. Felinus in cap. cùm dilecta. de reſcriptis. colu. 6. argumen. tex. in. l. qui hæredi. in prin. & in. l. Mæuius. ff. de conditi. & demonſt. & quod latè tradit Bart. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm col. 2. ff. de lib. & poſth. vbi Emanuel de Acoſta in. 5. parte. num. 2. & Iaſ. nume. 10. & nume. 18. cum ſequ. & Crotus numero. 20. & Ruinus num. 16. Decius in Rubrica de probationibꝰ. & in. l. 3. in. prin. C. de inſti. & ſubſti. ſicq; ſemper forma inducitur per cõditionẽ.

*Declaratio l. 35. del encabeçamiẽto, vt contra formam illius nõ oriatur obliga. etiã natu.*

Illud tamen notandũ eſt, quòd quando. l. formã dedit, & vltrà proceſsit actũ contra factũ expreſsim anullando, tunc actus contra factus adeò non valet, vt inde etiam naturalis obligatio nõ oriatur, ſaltem cum effectu. vt per Bar. Alex. Iaſ. & alios in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obligati. Diximus plenè infrà. §. 30. nu. 32. cum pluribus ſequen. Vnde infertur neceſſaria declaratio ad. l. ſeu conditionem. 35. En el quaderno del Encabeçamiento. vbi habetur, quòd cùm illud beneficium (quod encabeçamiento de alcaualas vocatur) duret per annos decẽ, & regulariter diuiſio oneris ſeu pretij præſtandi cuiq; populorum imponatur pro illis decem annis: tamen quia ineunte hoc decennio, populorum alij augentur, alij minuuntur, vnde diuiſio illius oneris, quæ ab initio iuſta fuerat, incipit eſſe iniqua: ideo per dict. l. 35. conceſſum fuit, vt per triennium tantùm, vel quadriennium, vel illum annorum

numerum talis diuiſio oneriſq; impoſi
tio fieret, qui cōmodior illis videretur,
ad quos ea res pertinebat:ita tamen, vt
vbi ſecunda oneris diuiſio, aut impoſi-
tio fieret, ibi ea noua oneris impoſitiōe
non liceret vti, donec à ſummis regis ra
tionalibus comprobata, & confirmata
eſſet.ſubdit.l.hęc verba(& hoc eſt quod
expendimus) porque lo que de otra ma
nera ſe vſare,ò hiziere,no eſtando man-
dado,ò aprouado, ò cōfirmado por ſus
mageſtades,ha de ſer y ſera ninguno, y
de ningun valor y effecto. Quæ verba
cùm planè inducant decretum irritans
& anullans,efficiunt, vt quod aduerſus
illius legis formā factum fuerit, ſit ipſo
iure nullum,& nullo modo cōtribuen-
tes obligentur etiam naturaliter, quaſi
id fiat lege reſiſtente.

*Forma præſumitur ſubſtantialis, cū cōmuni.*

27 Decimoquartò communis cōcluſio
intelligitur vt procedat in re dubia, &
regulariter.Nam forma legis, vel ſtatu-
ti regulariter ſemper præſumitur ſubſtā
tialis,vt eius omiſsio vitiet diſpoſitionē.
Iſta eſt vera & communis cōcluſio, quā
tenent Decius conſi. 466. nume.13. Bal.
in.l.cōparationes.C.de fide inſtrumen-
torum.Bal.conſi.11.præmiſis.col.fi.lib.1.
idē Bal.conſil.324. Pūctus. lib.2. Decius
conſi.612.nu.3.idem Decius. conſi. 603.
nume.10.& conſi.11.nume.16.arg.tex.in
l.ſi vnus.C.de teſtamentis. cum multis
ſimilibus ſuprà allegatis.

*Formæ nihil addi poteſt non magis, quàm detrahi, cū communi.*

*Intell.l.3.*

28 Decimoquintò communis conclu-
ſio procedit & intelligitur,vt quemad-
modum formæ detrahi non poteſt, ita
etiam neque addi.Iſta eſt vera & cōmu-
nis opi.vt latè reſoluunt Pariſius conſil.
19.nu.188.lib.2.Bal.in.l.fi.col.2.C.de ſuis
&legitimis.Iaſ.in.l.hęc verba.col.1.ff.de
lega.1.idem Iaſ.in.l.1.num.25.ff.de lib.&
poſt.Bal.in.l.quoties.C.de ſuis &leg.Iaſ.
in.l.nemo poteſt.lect.2.nu.15.ff.de leg.1.
vbi Hannibā.num.13.Decius.nu.12.in.l.
hac conſultiſsima.C.qui teſtam. facere
poſ.& ſic hæc eſt cōmunis ſententia. Et
hæc cōmunis opin.iure regio probatur
in.l.3.Tauri.ibi,interuengan alomenos
ſiete teſtigos.Cuius ſenſus eſt,quòd etiā
ſi plures teſtes, aut tabelliones teſtator
accerſiri iuſſerit,adhuc tamen teſtamē.
valebit,licèt legitimus tātùm numerus
interfuerit,nō etiā illi,quos illi pręterea
addere teſtator deſtinauit. facit. l. 3. ff.
de mil.teſtamento.

*Forma omiſſa vitiatur actus licèt ea forma reſpiceret fauorē illius priuati cā omittētis cōtra cōmunem.*

29 Decimoſextò cōmunis cōcluſio po-
teſt etiam intelligi,vt procedat, etiam ſi
forma,vel ſolēnitas legis fauore alicuius
priuati inducta fuerit.nam adhuc præ-
termiſsio illius formæ fauore etiam pri-
uatorum introductę vitiat diſpoſitionē.
Qua in re ſciēdum eſt communem eſſe
ſententiam,vt talis formę prætermiſsio
non vitiet diſpoſitionem,quando priua
torum fauore introducta eſt de volunta
te ipſorum priuatorum.vt contendunt
Decius in.c.2.de teſtib.col.2.idem Deci⁹
in.l.hac conſultiſsima.col.2.C.qui teſta.
facere poſſunt.Bart.in.l. filio præterito.
per tex.ibi.ff.de iniu.rupt.Abb.in. c.fin.
§.his autē.de officio delegati.notabili.2.
ſentit Bar.in.l.1.§.Sed ſi filius.ff. de leg.3.
& Areti.in rubr.ff.de lib.& poſth.Quo-
rum ſententia vnicum habet fundamē-
tum,quod effluxit ex dict.l. filio præte-
rito.ff.de iniu. rupt. vbi licèt teſtamen-
tum,in quo præteritus fuit filiusfamili.
dicatur carere forma legis, vt in.l.inter
cætera.ff.de libe. & poſthu.& in princi.
Inſtit.de exhæredatione liberorum.ibi,
quia ſcilicet ab initio non conſtiterit te
ſtamentum.& præterformæ transgreſ-
ſionem adſit expreſſa legis nullatio. vt
in.d.l.inter cætera.ibi,inutile eſt teſtam.
& in.l.penul.ff.de libe.& poſthu.ibi,ni-
hil valiturum eſſet teſtam.& in.l.1.ff. de
iniuſt.rup.ibi,nullius momenti. & in.l.
ſi fili⁹,qui in poteſtate.ff.de lib.& poſth.
& in prin.Inſt.de exhæredatione libero
rū.ibi,inutiliter teſtabitur.& ibi, ab ini-
tio non conſtiterit teſtamentū.& eſt re-
ceptiſsima ſentētia in dictis locis. quod
procedit



procedit etiam iure regio.vt in.l.1.in tit.
8.part.6.&.l.10.titu.7.parti.6.tamen ad-
huc id teſtam.ſuſtinetur de expreſſa vo
luntate ipſius filij,cuius fauore, & con-
templatione ea ſolennitas à lege requiſi
ta fuit,vt ſic ſi ipſe cùm præteritus eſſet,
neglexerit,& abſtinuerit patris hæredi-
tate,tale teſtamentum valeat, nō aliter,
atque ſi præteritus ipſe filius non fuiſ-
ſet.Ita eſt tex.in.l. filio præterito.ff.de in
iuſt.rupt.ſecundùm cōmunem opinio.
docto.ſuprà relatam.Sed licèt non inue
niam contradicētem, tamen cōtrariam
huic communi opin. ſententiam auſim
veriſsimam dicere.per tex.in ead.l. filio
præterito.quæ ſatis efficaciter noſtram
ſententiam probat contra communem.
ibi, ex bono.& æquo. per quem tex.cō-
munis opi.eſt vera,quòd filio fa.præteri
to,nihil valet teſtamē.de iure ciuili à ſui
primordio,vt iuribus ſuprà allegatis.ne
que ex poſt facto conualeſcit.vt.d.l.filio
præterito.ibi,ex bono & æquo. quia qđ
abinitio nō valet,ex poſt facto nō cōua-
leſcit.vt.l.1.ff.de reg.cat.l.cætera.§.1.ff.de
lega.1.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de
verb.oblig.§.1.Inſt.de inut.ſtipu. Itaque
per filij præteriti abſtenſionem teſtam.
quod per præteritionem ipſius filij nul-
lum erat ipſo iure ciuili,non reconuale-
ſcit de iure ciuili,non quoq; reconuale-
ſcit de iure prætorio,ſed ſecundū nos ab
initio inſpecto iure prætorio firmū erat,
& contra tale teſtam.dabatur bo.po.cō-
tra tabu. quod remedium erat reſciſo-
riū teſtamenti validi.l.1.in prin. in verb.
reſcindunt.ff.de leg.præſt.l.1. in prin. in
verbo reſciſo.C.de collati. Vel ſi velis te
nere,ꝙ per pręteritionem filij fa.teſtam.
ſit nullum ipſo iure etiā prætorio abini-
tio,tunc oportet intelligere,vt illa regū
la,quæ habet,Quod abinitio non valet,
ex poſt facto non cōualeſcere. procedat
de iure ciuili,nō etiam de iure prætorio
ſaltem hoc caſu.Itaq; tex.in.d.l.filio præ
terito.efficaciter probat teſtam. per filij
fa.præteritionē nec ab initio valere, nec
ex poſt facto conualeſcere de iure ciuili,
etiam ſi ipſe filius pręteritus huic formę
fauore ſuo introductæ renuntiet per hę
reditatis abſtenſionem. Neque ad rem
pertinet,quòd tale teſtam.per ius præto
rium ſuſtineatur: nā & ſimiliter pactū,
quod ipſo iure non valet,quale eſt, cùm
filius renuntiat hæreditati patris viuen-
tis cum iuramento,ſuſtinetur per ius ca-
nonicum per interuentum iuramēti. vt
in.c.quanuis pactum.de pact.in.6. Neq;
vllus vnquam ſanus dixerit illud ex eo
procedere,ꝙ ille filius poſſet renuntiare
illi iuri,quod ſuo mero fauore introdu-
ctū fuit:quinimo procedit eo quòd alia
lex potētior vltrà proceſsit declarando,
vel limitando quod à lege ciuili genera-
liter inductum fuerat. Simile in.c. licèt
mulieres.de iureiu.lib.6.& in.c.cùm cō-
tingat.de iureiur.Simile in.l.celſus.§. qđ
alicuius.ff.de lega.2.iuncta.l.ſi Titio &
Mæuio.§.Iulianus.eod.titu.&.l. non iu-
ſtam.C.ad Trebelli. ſecundùm declara-
tionē Pauli Caſtr.tā in.d.l.Celſus,quàm
in.d.§.Iulianus:vbi licèt regulariter per
ius ciuile legatum ab vno ex hæredibus
nominatim relicto à cohærede ſuo, cui
portio illius accreuit,non deberetur,ta-
men hodie debetur ex permiſsione, &
diſpēſatione alterius legis potentioris.i.
legis imperialis authoritate, quæ vltrà
proceſsit diſpenſando vel limitādo, ſeu
declarando.Ideo ſuprà.num.4.generali
ter diximus,quòd factum contra formā
alicuius legis licèt regulariter nec abini
tio valeat,nec ex poſt facto conualeſcit,
tamen fallit,quando eadem, vel alia lex
vltrà proceſsit declarando,vel diſpēſan-
do,quòd illud valeret: quod procedit,ſi
ue.l.illa eſſet ciuilis, ſiue prætoria, ſiue
imperialis, ſiue ſtatutaria, ſiue conſue-
tudinaria,ſiue etiam canonica. Sic ergo
ſit firma indubitataq; ſententia, factum
contra formam legis regulariter nullius
fore momenti,etiam ſi tali formę renun

tietis, cuiꝰ fauore introducta fuit. quod
præter. d. l. filio præterito. ꝓbatur in. l. ſi
quãdo. §. illud. C. de inoffi. teſt. & in. l. fi.
ff. de ſuis & leg. & in. l. ſtipulatio hoc mo
do cõcepta. ff. de verb. obli. & in. l. Titia
eo. titulo. & in. l. pactũ dotal. C. de colla.
& in. l. pacta quæ contra. ff. de pact. & in
l. teſtãdi. & in. l. ſi vnus. C. de teſtam. Ne-
que ab hac regula recedimus per diſpen
ſationem vel renũtiationem eius, cuius
fauore id inductũ fuit, niſi præterea ad-
ſit legis ipſius vel alterius declaratio, ſeu
diſpenſatio, quę id indulgeat agentibus
vt dictis iuribꝰ & l. 2. §. ſed quia veremur,
C. de iur. cal. cum infinitis ſimilibus ſu-
prà per me congeſtis.

*Teſtamentũ abſtenſione filij præteriti conualeſcit de iure tãtũ prætorio nõ etiã ciuili cũ cõi.*

30 Et ꝙ p. d. l. filio præterito. ff. de iniuſt.
rup. quatenus ait, quòd per filijfa. præte
riti abſtenſionẽ teſtamentũ conualeſcat
de iure tantùm prætorio non etiam ciui
li, eſt vera, & communis opin. vt latè per
Alex. in. l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſt.
nu. 12. & per Emanuelem de Acoſta in. l.
Gallus. §. & quid ſi tãtũ. ff. de lib. & poſt.
in. 3. par. n. 166. pagi. 128. Pau. in. l. filio prę
terito. C. de bo. po. contra tab. col. 2. 3. &
4. & ibi latè per Iaſ. Alex. Corne. & Cur-
ti. Iunio. poſt Bar. in. l. 1. nu. 12. ff. de con-
di. inſt. Sicq́; licèt meram vtilitatẽ ipſius
filij prępteriti reſpiciat hęc ſolennitas, ſeu
forma: vt in teſtamento patris filius præ
teritus nõ relinquatur, tamen huius for
mę prętermiſsio vitiat ipſo iure teſtamẽ
tum: neq; per conſenſum ipſius filij id vi
tium de iure ciuili purgaretur: qui con-
ſenſus colligitur per abſtẽſionem ipſius
filij, vt probatur in. d. l. filio. Neq; ad rem
pertinet, quòd de iure prætorio filio ab-
ſtinente id teſtamentũ ſubſtineatur de-
turq́; ſecundùm tabulas hæredi ſcripto:
nam ea ſolẽnitas non fuit inducta de iu-
re prætorio, imò iure prætorio tale teſta
mentũ valet, vt docuimus infrà.

Deniq́; ex proximè dictis circa. d. l. fi-
lio præterito. infertur neceſſaria declara
tio ad. l. ſeu ad conditionẽ. 28. Enel qua-
derno de la prorogacion del encabeça-
miento general. Vbi earum gabellarum
redituumue regaliũ (quas alcaualas vo-
cãt) locatio, vel adminiſtratio fieri iube-
tur ſub certa forma & præſentia certarũ
perſonarum earundemq́; iuramẽtis &c.

*Declaratio l. 28. del quaderno del encabeçamiento. ut forma legis omitti poſſit de uoluntate eorũ quorũ commodũ reſpicit.*

Deinde ſubijcitur, quòd ſi omnes illi, ad
quos ea res pertinet, voluerint vt illud
pretium non diuidatur inter eos, ideſt ꝙ
onus illius pretij præſtandi inter eos nõ
diuidatur ſecundùm formã illius legis;
ſed potiùs velint ex quolibet contractu
venditionis certum quid pręſtare, tunc
ea legis forma ceſſat ex conſenſu eorum
ad quorum vtilitatem lex illa ſpectabat.
Vnde cùm ex illa diſpẽſatione arguatur
voluntas legiſlatoris, qui vtilitati ipſorũ
contribuentium conſultum voluit, nõ
dubito niſi ꝙ ex ipſorũ vtilitate & con-
ſenſu trãſgredi poteſt illius legis forma,
non ſolùm in caſu expreſſo & excepto
per ipſam met legẽ, ſed etiã in caſibus ſi-
milibus, vel etiã nõ ſimilibus vt ex cõſen
ſu cõtribuentium illius rei actores & ad
miniſtratores quẽcunq; modum illi ele-
gerint, is modus ſequendus ſit, quaſi for
ma legis inducta ob vtilitatẽ quorũdam
de conſenſu eorum impunè poſsit præ-
termitti in omnibus caſibus, cũ. l. in vno
caſu diſpenſat. Quam rem non ſemel ſa-
tis controuerſam vidimus, vt plenius in
hoc. §. numer. 29. Cæterùm ſi onus illius
pretij ſoluendi inter ipſos contribuen-
tes iuxta ſolẽnem illius legis formam di
uiſum fuerit, quia ipſi ab illius legis or-
dine recedi noluerunt, tunc ſi in ea diui
ſione contribuentium aliquis ſe nimis
oneratum præter cæteros alleget & con
queratur, ea res rurſus reuidenda, ſeu re
ficienda eſt, vt qui nimis oneratus inuẽ-
tus fuerit, releuetur, & poſt hanc ſecun-
dam illius diuiſionis refectionem, ſeu di
uiſionem iuſsit lex, vt amplius reluctari
aut calcitrari non liceret in hæc verba.
Y que cada vno pague lo que le quedare
repartido. Nec dubiũ eſt, quin vera mẽs
ſenſus



ſenſusq́; illius legis fuerit, vt omnis adi-
tus iam occluſus fuiſſet ad illius rei que
relam, & iure: quia cùm eadem lex peri-
tiſsimos illius rei illiuſq́; oneris diuiden
di actores accerſiri iuſsiſſet, eorum iudi
cio ſtãdum eſt. arg. l. inter artifices. ff. de
ſoluti. & l. 1. §. fi. cũ ibi notatis per docto.
ff. de verbo. obliga. & quod tradit Bart.
in. l. 2. C. de reſci. vendi. Et tamen (de quo
miror) in vſu forenſi ſæpe obſeruatum
vidi, vt licèt executio fiat iuxta dict. ſe-
cundam reuiſionem, ſeu refactionem,
tamẽ per ſummos regis rationales per
modum iuſtitię de eadem re denuò co-
gnoſci poſsit. Et ſimile videmus in. l. 20.
verſicu. por manera. Enel quaderno de
la prorogacion del Encabeçamiento ge

*l. 5. titu. 15. lib. 2. ordi.*

neral. De quo miror, cùm lex indubitan
ter poſsit conferre iuriſdictionem in iu-
ris imperitos. l. 5. titu. 15. lib. 2. ordi.

*Forma ambiguitatis tollẽdæ cauſa requiſita, æquipollẽter impletur, nec vitiat ipſo iure. cũ communi, cõtra quãplures.*

31 Superior concluſio, vt prætermiſsio
formæ vitiet ipſo iure diſpoſitionem, li-
mitatur vt procedat, quando ea forma
à lege deſideratur ad perfectionem, &
conſummationem illius diſpoſitionis,
de qua agitur, vt in dictis iuribus, & ex
ſuprà relatis ſatis docemur. Secus autem
eſt, quando aliquid, vel aliqua requirun
tur à lege ad ambiguitatem & incertitu
dinem vitandam, nã tunc diſpoſitio nõ
vitiatur ipſo iure per defectum illius re-
quiſiti, vel requiſitorũ, quæ à lege iuſſa
fuerant interuenire. Iſta eſt vera & com
munis opi. quæ probatur in. l. 1. ff. de lib.
& poſthu. Vnde notãter infertur, quòd
ſi ſtatuto caueretur, vt inſtrumentũ nõ
valeret niſi in eo appoſitum eſſet nomẽ
contrahentis, & patris, & aui, tunc ſi per
nomen ſolius contrahentis ſatis eſſe cer
ti poſſemus, tunc inſtrumẽtum valeret,
non ſecus, quàm ſi expreſſa eſſent, & de
ſcripta nomina cõtrahentis, & patris, &
aui. Et ſimiliter ſi caueretur ſtatuto, vt
non valeret inſtrumentum, in quo ex-
preſſum non eſſet nomen, & prænomẽ,
& cognomen, tamen ſi per ſolius nomi
nis expreſsionẽ ſatis certi eſſe poſſemus,
tunc inſtrumentum valeret, non ſecus,
quàm ſi expreſſum fuiſſet nomen, præ-
nomen, & cognomen. Iſta eſt vera & cõ
munis opi. quam latè defendunt Iaſ. in
l. 1. nu. 5. ff. de lib. & poſth. & Alex. col. 2.
Bal. Paul. Imol. Cuma. Areti. & Alexan.
in. l. hac conſultiſsima. col. 2. C. qui teſta
ment. facere poſſunt. & eſt cõmunis op.
ſecundùm Iaſ. in. d. l. 1. num. 11. & ſecun-
dùm Alciat. ibi, nu. 10. Bal. & Salice. in. l.
fi. C. de ſentẽtijs ex breuiculo. Decius in
d. l. hac conſultiſsima Alex. in. d. l. 1. nu. 8.
Anchara. in regula. ea quæ fiunt. de reg.
iur. in. 6. Abbas conſilio. 97. Quidam ca-
nonicus. Soci. in. d. l. 1. num. 8. Dominic.
& Imol. in. c. 2. de reſcriptis. in. 6. Decius
in. c. 2. de teſtib.

*Declaratio l. 41. Tauri*

Vnde forma probationis, quæ per. l.
41. Tauri in probatione maioratꝰ requi
tur dicebã poſſe æquipollẽter impleri,
quæ res in vſu forenſi ſatis frequẽs & fru
ctuoſa eſt. Contrariã ſentẽtiã, vt formæ
prætermiſsio vitiet ipſo iure diſpoſitio-
nem, etiam ſi requiratur ad ſolam ambi
guitatem & incertitudinem vitandam,
tenent Angel. in. l. 1. ff. de lib. & poſthu.
idẽ Angel. & Imol. in. l. quoties. §. ſi quis
nomen. ff. de hæredibus inſti. Romanus
in. d. l. hac conſultiſſ. in princ. Anchara.
in. c. canonum ſtatuta. de conſtitutioni-
bus. Alexan. conſi. 66. lib. 4. col. fin. Viſo.

Sed pro prima opi. quæ verior eſt, in
primis facit: quia rei ſatis demonſtratæ
fruſtra adijcitur altera demonſtratio. vt
in. l. 1. §. fina. in fin. ff. de dote prælegata.
& in. l. certũ. ff. ſi cert. pet. & in. l. vbi au-
tem. §. illud. ff. de verb. oblig. Vnde cùm
per ſolius nominis expreſsionem ſatis
certi ſumus de perſona, qua de agitur,
otioſum, & inane eſt, aliam demonſtra-
tionem exigere, & conſequenter nõ eſt
cur diſpoſitio, aut cur tale inſtrumentũ
deſinat valere.

Deinde facit: quia expreſsio vnius no
minis ſingularis facit, vt res tranſeat in
notoriũ

notorium,non ſecus,quàm ſi plura no-
mina expreſſa eſſent,nec egemus alia de
monſtratione.l.emptorem.in prin.ff.de
actioni.empt.& venditi.l.ſi adulterium
§.idem Polionis.ff.de adulte. præſertim
cùm neq; lex,nec ratio legis curẽt de ſu-
perfluis&fruſtratoriis,vt in.l.fi.C.qui ad
mitti.l.verba.C.de donati.§.1.Inſtitu. de
verb.obliga.

Tertiò probatur argumento glo. no
tabilis, & commu.ibi appro. in.l.hac cõ
ſultiſsima. in verbo, indicia. C. qui te-
ſtamen.fa.poſſunt.quæ tenet,quòd licèt
per. dict. l. ad validitatẽ teſtamenti cæci
pro forma vel ſolennitate requiratur in
inſtitutione hæredis, quià cæco hæres
ſcribitur,expreſsio facienda non ſolùm
nominis,ſed etiam dignitatis, & aliorũ
indiciorum: tamen cùm hæc omnia ad
ſolam ambiguitatem tollendam deſide
rentur,ſufficit expreſsio ſolius nominis,
ſi per eã ſatis certi eſſe poſſumus de per-
ſona hæredis ſcripti.

Quartò probatur per gl. ſingularem
& ibi communiter approbatam in.l. iu-
bemus.C.de teſtamen.in verbo, quem-
admodum.quæ tenet, quòd licèt per. d.
l.iubemus. pro ſolẽnitate teſtamenti de
ſideretur, quòd hæres proprio ore te-
ſtantis nuncupetur,vel eius nomen ma-
nu propria ipſius teſtatoris ſcribatur,ta-
men ſufficit ad illius teſtamenti firmita
tem,quòd nomen proprium hæredis ab
alio exprimatur,& teſtator reſpondeat,
concedo:vel,ita vel ſic dico.ſimile in.l.1.
§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.

Quintò facit gloſſ.commun. appro-
bata in .l. ad teſtium .§. conditionem.in
glo.magna in fi.ibi,ſecus vbi veritas in-
quiritur.ff.de teſtamen. vbi vult, quòd
ſolennitas,de qua ibi.remittatur, & eius
omiſsio non noceat, quando ſolum-
modo agitur de veritate inquirẽda,qua
ſi tunc ſatis ſit, ꝙ de veritate alio quouis
modo conſtet.

Sextò facit doctrina Bart. in.l.libello-
rum. in prin.ff.de accuſa.quem videas.

Septimò facit.l.fi.ff.mandati.l. ſi quis
mihi bona.§. & quid ſi mandauit. ff.de
acqui.hære.

Tenendo hanc partem, nemině mo-
uere debet, quòd regulariter quæ pro
forma alicuius diſpoſitionis deſideran-
tur,non poſsint impleri æquipollenter,
vt diximus ſuprà.Nam illud fallit,quan
do nõ ad diſpoſitionis perfectionem id
deſideratur,ſed potiſsimũ ad ambiguita
tem, incertitudinemq́; vitandam, vt di-
ctis iuribus. Quòd ſi dixeris, quòd parũ
vrgent iura ſuperiora, cùm in illis lex vl
trà proceſſerit declarãdo,ſufficere,quòd
æquipollenter impleretur, vnde ſi vltrà
non procederet,non poſſet æquipollen
ter impleri.Nam replicabo, quòd in ple
riſq; eorum caſuum,quos ſuprà enume
rauimus,lex vltrà non proceſsit,ſed au-
thoritate gloſſarum, & doctorum faci-
mus illam extenſionem& declarationẽ:
ſed etſi in omnibus illis caſibus lex vltrà
procederet,adhuc nos in caſibus ſimili-
bus eãdem parem vel ſimilem rationem
habentibus eandem faceremus interpre
tationem.argumento.l. neq; leges. &.l.
non poſſunt.ff.de legib. Nam etſi exhæ
redatio res odioſa ſit.l. cùm quidã. ff. de
lib.& poſt. & lex taxatiuè permittat ex.
14.tantùm cauſis filiũ exhæredari,tamẽ
non videtur excluſiſſe alias cauſas ſimi-
lem paremq́; rationem habentes, vt ex-
preſsim tenuerũt cõmuniter doct. in.l.
poſthumo nato.C.de bon. poſ. cõtra ta
bul.& in.l.maximũ vitiũ.C.de lib. pręt.
& in auth.non licet.eod.titu. Itaq; licèt
regulariter æquipollenter impleri non
poſsint, quæ à lege pro forma alicuius
diſpoſitionis deſiderantur, tamen fallit
in caſibus, in quibus lex vltrà proceſsit
diſpenſando,& declarando, vt æquipol
lens implem.ſufficeret,& etiam in ſimi-
libus caſibus.

32 Neq; ad rem pertinet,quòd ad vitan
das falſsitates ſeptem teſtes in teſtamen-
tis

*Ambiguitatis tollendæ*



*an falſitatis vitãdæ gratia aliquid requiratur multùm intereſt.*

tis regulariter deſiderentur, vt in.l.fi.C.
de fideicom.& nihilominus æquipollẽ
ter ea ſolennitas impleri non poſsit.ar-
gumen.l.ſi vnus.C.de teſtam.Nam mul
tùm intereſt,vtrùm aliquid deſideretur
nõ ſolùm ad certitudinẽ eius rei,qua de
agitur,ſed etiam ad vitandam falſitatem
& ſic ad vitãdum delictum fœdiſsimũ,
an verò deſideretur ſolùm ad vitandam
ambiguitatẽ. Primũ enim intereſt prin
cipaliter reipublicæ,ne fiant, perpetren
turq́; delicta.l.1.ff.de Iuſt.& iure.Alterũ
verò intereſt principaliter ſolius teſtato
ris,cuius de teſtamẽto agebatur.Si enim
in teſtamento ſolenni reuera Titius hę
res ſcriptus fuit, & quia ſunt duo Titij
teſtamentum effectu careat,iuxta.l.duo
ſunt Titij.ff.de teſtam. tut.certè per hoc
nulla ex parte læditur reſpublica,nec vl
lum perpetratur delictum,ſed ex ambi-
guitate teſtament.effectu caret in dãnũ
ſolius teſtatoris.

Deniq; hæc concluſio efficaciter pro
batur in.l.1.ff.de lib. & poſt.vbi licèt ad
ſolennitatem exhæredationis nomina-
tim faciendæ deſideretur expreſsio no-
minis,prænominis,& agnominis eius,
qui exhæredatur: tamen per expreſsio-
nem ſolius nominis ſuſtinetur exhære-
datio,vt exprimitur in.d.l.1.2.reſponſo.
vt ſic licèt in primo reſponſo illius le-
gis nominis,& prænominis, & cogno-
minis expreſsio deſideretur ad validita-
tem exhæredationis,tamen in .2.reſpon
ſo declaratur ſufficere etiam ſolius no-
minis expreſsio. Cuius rei ratio illa eſt:
quia quæ ad ambiguitatem tollendam
deſiderantur,nõ tam pertinent ad crea-
tionem diſpoſitionis, quàm ad effectũ.
vt in.l.duo ſunt Titij. ff. de teſtamẽ.tut.
Itaq; ſi duo ſunt Titij, Titiuſq́; hęres ſcri
ptus eſt,id teſtam.in ſui creatione valere
non deſinit, quaſi hæredis inſtitutione
careat,quinimò hęredis inſtitutionem
habere intelligitur, & conſequẽter va-
let.vnde fit,vt ex poſt facto poſsit teſta-
tor citra ſolẽnem teſtiũ numerũ, qui in
teſtamentis deſideratur, declarare, vtrũ
illorum eſſet is,quem ipſe hæredem face
re voluit.l.hęredes palàm.§.1.ff.de teſta-
mentis.Neque ad rem pertinet,quòd in
dict.l.1.ff.de lib.& poſthu.lex vltrà pro-
ceſſerit declarãdo ſufficere expreſsionẽ
ſolius nominis.Nam reſpõdemus,quòd
inde docemur,quòd quando plura à le-
ge requiruntur rei,de qua agitur,demõ
ſtrandæ & ambiguitatis tollẽdæ gratia,
tunc ſi per vnum eorum ſatis certi eſſe
poſſumus, reliquorum interuentus nõ
eſt neceſſarius,nec eorũ defectus vitiat:
nam receptiſsimum eſt de ſimilibus ad
ſimilia procedendum:& extenſio, quæ
fit de vno caſu legis ad alium caſum ean
dem paremq́; rationem habentem, non
tam dicitur extenſio,quàm eiuſdem ca-
ſus virtualis comprehenſio. Nam quan
do in pluribus caſibus eadem eſt ratio,
tunc ea dicitur omnes caſus decidere,&
comprehendere,non quidem per exten
ſionem,ſed per virtualem comprehen-
ſionem,vt vna eadẽq́; ratio omnes illos
caſus virtualiter comprehendere intelli
gatur,nõ ſecus,quàm genus omnes ſpe-
cies ſub ſe comprehẽdit.arg.tex.in.l.his
ſolis.C.de reuocandis donationibus. vt
in ſpecie notant Petrus & Cinus in.l.iu-
ra non in ſingulas.ff.de legib. & in.l. q̃d
verò cõtra.eodem tit. Ancharanus cõſi.
96.Super dicto.col.1.Paul.conſi.83.Præ-
ſens caſus.col.2.lib.2.latè per Tiraquellũ
in.l.ſi vnquam.in verbo,libertis. nu. 37.
C.de reuocãdis donati.per eundem Ti-
raquellum in tractatu.de vtroque retra
ctu.pagina.566.nu.2.per Bal. in authent.
poſt fratres.2.C.de legit.hæred.per eun-
dem Bal.in.c. quia.v.circa finem.de iu-
dicijs.& in.l.de quib⁹.ff.de legib.ex quo
rum dictis apparet hanc eſſe cõmunem
opinionem.

33 Vnde infertur,quòd licèt in criminali-
bus pro ſolennitate & forma libelli ac-
cuſatorij deſideretur locum commiſsi
criminis

*Accuſatio nõ vitiatur licèt confinia in libel*

*lo non ſint expreſſa,ſi locus erat ſatis cognitus, cũ cõi.*

criminis comprehendi cum ſuis confi-
niis,vt in.l.libellorum.ff.de accuſationi
bus.iuncto tex.in.l.forma.ff.de cenſibꝰ.
tamen ſi per ſolius loci expreſsionem ci
tra vlla confinia expreſſa ſatis certi eſſe
poſſumus,id ſufficit & ad validitatẽ ac-
cuſationis, quaſi cùm plura requiſita à
lege deſiderãtur alicuius rei demonſtrã
dæ, & ambiguitatis tollẽdæ cauſa,ſi per
vnius tantùm expreſsionem ſatis certi
eſſe poſſumus tunc reliquorum interuẽ
tus non eſt neceſſarius : quinimò valet
diſpoſitio,non ſecus,quàm ſi omnia illa
requiſita ſigillatim cõprehenſa fuiſſent.
Iſta eſt vera & communis ſententia,quã
latè defendunt Bar.& alij communiter
in.d.l.libellorũ.Iaſ.in.l.1.ff.de lib.& po-
ſthu.nu.13.idem Bar.in.l.2.per tex.ibi.ff.
de lib.& poſthu.vbi Iaſ.n.14.idem Bart.
& cõmuniter doct.in.l. demõſtratio fal
ſa.in.7.quæſt.ff.de condi.& dem.&in.l.
cum ſeruo. per illum tex. ff.de cõtrahen
da emptio.latè per Alexan.in.d.l.2.ff.de
lib.& poſth. tradit Iaſo in .l.de pupillo.
§.qui nuntiat. ff.de noui operis nuntia-
tione.licèt contrarium & malè tenuerit
Angel.in.l.hac conſultiſ.ſuprà allegata.
Vbi refert cõtrarium fuiſſe Bononiæ de
terminatum.

34 Hinc etiam ſecundò infertur, quòd
ſi ſtatutum requirat pro forma citatio-
nem alicuius,non videtur forma præter
miſſa,ſi ille fuit præſens in iudicio, & in
telligebat ea quæ agebãtur.Ita tenet Iaſ.
in.l.1.nu.15.ff.de lib.& poſth.idem Iaſ.in
l.1.ff.de in ius vocando.Bal.in authen. ſi
omnes.col.2.vbi etiam Iacobus Butriga
rius.C.ſi minor ab hæreditate abſtineat.
Romanus in.l.1.col.5.ff.de arbitris.Ioan.
And.in.c.fi.de electione.in.6.in nouella
Angel.Imol. & alij in.l. de vnoquoq;.in
verbo,præſentibus.ff. de re iudica. & eſt
tex. melior de iure ſecundùm Iaſ.vbi ſu-
prà in.l. etiam.§. fin.in verſ.præſente vel
euocato.ff.de minoribus.& in.l.cauſa.§.
cauſa cognita.ff.eod.titu. & eſt commu
nis op.vt latè reſoluit Iaſ.vbi ſuprà.Cuiꝰ
rei illa ratio eſt : quia quod deſideratur
ad hunc finẽ,vt aliqua de re certi ſimus,
eius omiſsio nunquã nocet,ſi quocun-
que alio modo certificemur.

*Citatio pro forma rẽq̃ſita æquipollẽter impleri põt, cũ cõi.*

Alias limitationes vide per Iaſ.in.d.l.
non dubium.C.de legib. num.18.& per
Philip. Deciũ in.c.2. de teſtib. & in. d.l.
hac conſultiſſ.C. qui teſtamenta facere
poſſunt.

35 Tertiò ex ſuperioribꝰ infertur, quòd
ſi ſtatuto cauetur,vt fiãt tres citationes,
tunc non ſufficeret,vt fieret vna pro o-
mnibus.Ita docet Iaſ.in.d.l.1.ff. de lib.&
poſthu.nu.24.tenet gloſſ.communiter
appro.ſecundùm eund.in clementi.1.de
vita & honeſtate clericorum. Bal.in.l.2.
C.quomodo & quãdo iudex. idem Bal.
in.l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu hominũ.
& in.c.ex literis.in fi.de conſti.& in.c.ex
inſinuatione.de reſcriptis.idem Bald.in
c.1.de milite vaſallo qui contumax eſt.
Alex.conſili.137.In cauſa & lite.lib.2.Ex
quorum relatione patet hanc eſſe cõmu
nem ſententiam,quam multis repugnã
tibus arbitror eſſe veriſsimam:quia illæ
tres citationes non pro certitudine tan-
tùm,ſed etiam pro forma deſiderari vi-
dentur,cùm ad certitudinem vna tantũ
citatio ſufficeret.Vnde cùm regulariter
quãdo lex diſpoſitiuè loquitur, eius prę
termiſsio vitiet diſpoſitiõem, niſi cũ cer
titudinis habendæ & ambiguitatis tollẽ
dæ cauſa aliquid vel aliqua à lege requi-
runtur,quo caſu æquipollens implemẽ
tum ſufficit, ſupereſt vt in noſtro caſu,
in quo non certitudinis tantũ cauſa tres
illę citationes deſiderantur,ſed etiã pro
forma, non poſſet fieri vna citatio pro
omnibus.

*Citationes tres pro forma requiſitæ æquipollenter nequeunt impleri cũ cõi.*

36 Quartò ex ſuperioribus etiam infer-
tur,quòd ſi ſtatuto cauetur,vt duo te-
ſtes in aliquo actu pro forma interueni-
re debeant,tunc æquipollens implemẽ-
tum non ſufficeret,& conſequenter iu-
ramentum in defectum probationis de
ferri

*Formalis probatio æquipollẽter nõ impletur, cũ cõmuni.*



ferri non poſſet.Ita tenet Bald. in.l.2.cir
ca finem. C. de bon. poſſeſſ. ſecundùm
tabu.& in.l.2.C.de cõſtituta pecun. Iaſ.
in dict.l.prima. nume.25. Cuius rei illa
ratio eſt : quia formæ nihil addi, vel de-
trahi poteſt, ſecundùm Bald. in. l. quo-
ties.in.1.colum.in fine.C.de ſuis.& legi.
idem Bal.in cap.primo.colu.2.C.de mi-
lite vaſallo qui contumax eſt.Antonius
in cap. Piſanis. in.7. notabili. per illum
tex. de reſtitutione ſpoliatorum. tenet
Iaſ.vbi ſuprà. & Pariſius conſili. 19. lib.
2.nume.1 8 8.Iaſ.in.l.hæc verba. colu.5.
ff. de lega.1. nam ſi quid additum ſit id
pro forma non habetur.vt per eoſdem.

37 Quintò ex ſuperioribus infertur.Sta
tuto ciuitatis Veronæ cauetur,vt non
valeat inſtrumentum,in quo non ſit ap
poſitum nomen proprium ipſius diei,
puta die lunę vel die iouis,certè ſi ea for
ma omiſſa fuerit ſpecificè, nõ ſufficeret
implementum æquipollens, & conſe-
quenter non ſufficeret dictum eſſe,octa
ua die talis menſis. Ita tenent Alberic.
de Roſat.quæſtione.150.in cipi. Adhuc
idem Dinus conſuluit. Sequitur Iaſ.in
dict.l.1.nume.22. Sed certè hæc ſenten-
tia dubia eſt : quia negari non poteſt,
quin hæc ſolennitas deſideretur ambi-
guitatis tollendæ gratia : quia certior
eſt computatio temporum,quando no
men proprium diei comprehenſum eſt
inſtrumento, quàm ſi comprehenſum
non fuiſſet, & conſequenter non eſt ve
rum æquipollenter ſatisfactum videri
in exemplo propoſito.

*Forma inſtrumenti an æquipollenter impleatur, q, ſic, contra Iaſ. & alios ſi certitudinis tãtum cauſa requiratur*

Vnde tenenda eſt ſuperior ſententia.
Sed negandum omnino eſt,quòd ibi eſ
ſet æquipollens implementum, quin-
imò ſi eſſet æquipollẽs implementum,
tunc ſuperior ſententia nõ procederet:
quia,vt diximus,prætermiſsio eius ſolẽ-
nitatis, quæ ad certitudinem tantùm
habendam deſideratur, non nocet, ſi
alio modo ſatis certi eſſe poſsimus.

Et iure regio noſtra opinio expedi-
tior eſt per.l.9.titulo primo.libro. 4.or-
dinamẽt. vbi forma, quæ probationis
& certitudinis tantùm cauſa deſidera-
tur,æquipollenter impletur,ſi alio mo-
do res certior fit, vt ibi, tanto que ver-
daderamente ſe ſepa. quæ lex ad caſus
ſimiles trahenda eſt.l.non poſſunt.l.ne-
que leges.ff.de legibus.

*Declaratiõ l.9.ti.1.lib.4.ordin.*

Sextò ex ſuperioribus etiam infer-
tur veram eſſe opinionem gloſſ.in cap.
vt circa.de electione. libro.6.quæ tenet,
quòd vbi exigitur iuramentum per ta-
ctum ſcripturæ, non ſufficit iuramen-
tum præſtare verbotenus.ſentit gloſſ.in
Clementi. prima. in verbo,tacta.de hæ-
re.& illa gloſſ.in dict.cap.vt circa.com-
muniter app.eſſet,ſecundùm Iaſ. in.d.l.
prima.numer.18. cuius opinio vera eſt.
Sed tamen verum non eſt, impletum
eſſe æquipollenter, quando iuratur ver
bo, cùm tactu ſcripturæ iubemur iura-
re.argumen.tex.in.l.qui per ſalutem.ff.
de iureiurand.& in.l. properandum.§.
primo & ſecundo.C. de iudicijs. Vnde
contra Iaſ.tenendum eſt, quòd in quę-
ſtione propoſita implemẽtum non erat
æquipollens. licèt ſi æquipollens foret
eius opi.procederet.

38 Septimò ex ſuperioribus infertur,an
in quibus caſibus deſideratur ſubſcri-
ptio ſcripturæ, poſsit impleri æquipol-
lenter talis forma legis. Et Aretin. in.l.
ita ſtipulatus.colum.4.ff.de verborum
obligationib.tenet non poſſe. ſequitur
Iaſ.in.l.prima.ff.de liberis & poſthum.
nume.19.per tex. in.l. cùm antiquitas.
§. cùm autem.C.de teſtamentis.qui tex.
rectè probat contrarium. Nam cùm
in teſtamentis ſubſcriptio teſtatoris de-
ſideraretur,&ibi non interfuiſſet ſub-
ſcriptio, ſed tamen totum teſtamen-
tnm manu propria teſtatoris ſcriptum
eſſet, lex ait tale teſtamentum firmum
eſſe, non ſecùs, quàm ſi ſubſcriptum
eſſet à teſtatore.

*Subſcriptio vbi deſideratur æquipollenter poteſt impleri, cõtra Aretin. & Iaſ.*

Ratio ex ſuperiore noſtra ſenten-

tia deſcendit. Nam quòd certitudinis habendæ cauſa deſideratur, id æquipollenter impleri poteſt, nec dubium eſt, quin certitudinis habendæ cauſa ea ſubſcriptio deſideretur, & conſequẽter poſsit impleri æquipollenter. Neque ad rem pertinet, quòd ibi lex vltrà proceſſerit, declarando implementum æquipollens ſufficere in illo caſu: nam inde docemur, quòd in caſibus ſimilibus paréq; rationem habentibus implementũ æquipollens admittere debemus, etiam in ijs, quę pro forma deſiderantur, vt admonuimus ſuprà.

*Probationes ſemiplenæ non iunguntur in teſtamẽtis.*

30 Octauò ex ſuperioribus etiam infertur, quòd licèt regulariter duæ ſemiplenæ probationes iungantur ad faciendã plenam probationẽ, vt tradunt latè Bar. & cõmuniter moderni poſt gloſſ. in.l. admonendi.ff.de iureiu.gloſſ.& cõmuniter docto.in.l.in bonæ fidei.C.de reb. credi.tamen ſi teſtamentum fiat coram ſex tãtùm teſtes, vt in terminis.l.ſi vnus. C.de teſtam.& hæres ſcriptus velit probare duobus etiam, vel tribus teſtibus, quòd teſtator antequam teſtam. facere inciperet, declarauerat velle ſe eum facere hæredem, quem poſtea in eo teſtamẽto minus ſolenni ſcripſerat, eademq; legata relinquere, eaſdemq; omnes diſpoſitiones facere, quę in eo teſtamento minus ſolẽni reperiuntur factæ, adhuc huiuſmodi probationes non coniungentur ad faciẽdum plenam probationem, quæ in teſtamentis deſideratur: quia forma teſtamentorum æquipollenter impleri non poteſt regulariter, vt ſuperius dictis docemur. Neq; vllibi ſcriptum aut relatum memini legiſſe me, id tamen arbitror eſſe veriſsimum. Neq; ad rem pertinet, quòd quæ certitudinis tãtùm cauſa & ambiguitatis tollendæ gratia deſiderantur, poſsint æquipollenter impleri, vt pluries admonuimus: nã illud procedit, quãdo ſtante illa ambiguitate diſpoſitio nõ infirmatur ipſo iure, nec deſinit in ſui creatione valere, licèt effectu careat ratiõe incertitudinis, quale eſſet in terminis.l. duo ſunt Titij.ff. de teſtam.tutela.& etiam in terminis.l. primę.ff.de libe.& poſthum.ſecundùm noſtrum verum intellectum, quem contra communem intellectum doctorum tradidimus ſuprà.

Secùs autem eſt eo caſu, quo ratione incertitudinis ſequitur etiam ipſius diſpoſitionis imperfectio, vt per hoc etiã in ſui creatione & primordio nõ valeat, & pro nihilo ea diſpoſitio ſit, quale eſt in terminis huius noſtræ quæſtionis. Itaq; inter.d.l.duo ſunt Titij. &.d.l.1.& l.hæredes palàm.§. ſed ſi notam.ff.de teſtamẽtis.ex vna parte, & noſtram quæſtionẽ ex altera parte hoc intereſt, quòd in illis legibus ius non defuit, ſed tantũ probatio, diſpoſitioneſq; in ſui creatione, forma, conſumationeq;, & perfectione non defuerunt, licèt ex poſt facto emerſerit quædam incertitudo, quæ effectum diſpoſitionis impediuit: in noſtra autem quæſtione etiã ipſius diſpoſitionis forma, perfectio, & conſummatio in ſui creatione, perfectione, & cõſummatione defuerat. Vnde fit, vt in illis caſibus ſi ea incertitudo ad certitudinem ex poſt facto poſsit reduci, tunc diſpoſitio valeat, non ſecus, quàm ſi incertitudo nunquam fuiſſet: quia cùm diſpoſitio illa ab initio valuerit, licèt eius effectus incertitudinis cauſa impeditus fuerit, tamen ex poſt facto ad effectum perduci poteſt: verùm in quæſtione noſtra cùm diſpoſitio ab initio non valuerit ipſo iure, ex poſt facto conualeſcere, aut ad effectũ perduci non poteſt. vt in capitu. quod ab initio. de regulis iuris. in.6.l. prima. ff. de regul. cat.l. cætera.§. tractari. ff. de lega. primo.l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obligationib. §. primo. Inſtitut. de inutilibus ſtipula. Prętereà omnes teſtes teſtamenti facti tempore adeſſe oportet, & ſic



& ſic teſtes alio tempore interuenientes non ſufficiunt, quod nota, quia eſt noſtrum inuentum.

41 Nonò infertur, quòd licèt regulariter ex duobus imperfectis non fiat vnũ perfectum. vt in.l.ſpadonem.§. qui iura multa.ff.de excuſationibus tutorum. tamen illud procedit, quando agitur de creatione alicuius rei antequàm in eſſe producatur: & ita procedit dictus.§. qui iura multa. vbi non poſſunt coniungi duæ cauſæ excuſationis, cùm agitur de creatione ipſius excuſationis, hoc eſt, de inchoanda excuſatione & in eſſe producenda. Secùs autem eſt, quãdo ageretur de probanda, ſeu declaranda aliqua re, vel diſpoſitione iam creata, & in eſſe producta declarãda, ſeu probanda. Quia, vt proximè docuimus, id quod in ſui creatione imperfectũ fuit, ex poſt facto non conualeſcit, vel ſuppletur: quod autem in ſui creatione perfectũ fuit, & conſummatum licèt obſcurum, incertum, & ambiguum, id ex poſt facto declarari & ꝓbari poteſt. Pro quo optimè facit tex. ſecundùm verum intell. in.l. fina.C. de hæredibus inſti.

*Perfectum fit ex imperfectis duobus cùm agitur de probatione rei creatæ, non cũ agitur de ea creanda.*

40 Decimò inde vtiliſsimè & opportunè infertur declaratio ad illam quæſtionem, quãdo ex duobus imperfectis fiat vnum perfectum. Nam ſi agitur de diſpoſitionis creatione antequàm in eſſe producatur, tunc ex duobus imperfectis non fit vnum perfectum. & ita procedit tex.in dict.§.qui iura multa. Cæterùm poſtquàm eſt in eſſe producta, & agitur de ſui declaratione, vel probatione, tunc ex duobus imperfectis per coniunctionem ſui fit vnum perfectum, & ſic duæ ſemiplenæ probationes coniunguntur ad faciendam plenam, perfectãq; probationem. vt docent gloſſ.in.l.admonendi.ff.de iureiuran.& eſt communis opin. vt per Barto.ibi, nume.49.cum ſequen.& per Iaſ.num.253. Quia cùm res illa, de qua agebatur, eſſet in eſſe producta, & de eius ꝓbatione, ſeu declaratiõe ageretur, duæ imperfectæ probationes coniungi potuerũt ad vnam perfectam probationem efficiendam. Et iſta eſt longè melior ratio, ſecũdùm Bal.in.l. ſi quis ex argentarijs.§.1. in quarto notabili.ff. de edendo.& ſecundùm eundem Bal.in l.2.in princ.ff.de excuſationibus tutorũ. & in.d.§. qui iura multa. quàm ea ratio, quæ redditur per Bart.in.d.l.admonẽdi. ff.de iureiuran.nu.49.& per alios doct. ibi, vt patet ex relatiõe Iaſ. vbi ſuprà, qui communiter aiunt, quòd ex duobus imperfectis fit vnum perfectũ, quando tendunt ad idem. Secùs ſi tendunt ad diuerſa. Quod in vtroq; membro ſuſpectum eſt: nam duo imperfecta etiam ſi tendãt ad idem, cùm agitur de re creanda, & in eſſe producenda, non faciunt vnum perfectum: veluti ſi quis ab vna eademq; tutela velit ſe excuſare, eo ꝙ habeat duos filios, & pręterea duas tutelas. Nam cùm vtraq; cauſa imperfecta ſit, licèt tẽdat ad idem, hoc eſt, ad vnam tutelæ excuſationem, tamen non coniungũtur, vt dictis iuribus.

*Perfectum ex duobus imperfectis etiã ad idẽ tendentibus non fit cùm agitur de creanda re cõtra cõem*

*Mutuũ nõ probatur, quãdo vnus teſtis deponit de vera numeratione, alius de cõfeſsione. cum cõmuni contra Abb.*

42 Vndecimò & ſimiliter ex ſuperius dictis edocemur, veram non eſſe opin. exiſtimantium, quòd ſi vnus teſtis deponat de vera numeratione & alius teſtis de cõfeſſione extraiudiciali, tũc inducatur plena probatio. Quam ſententiam tenet Abb.in.c.ſi. per tex.ibi, de ſucceſsionibꝰ abinteſta. Sed in contrarium eſt vera & cõmunis opin. quam tenent Iaſ. in.l.admonendi.ff.de iureiurã.num.260. Abb. ſibi contrarius in.c.cùm cauſam. colu.3. de probationibus. Alexan.in.l. Gallus.§. ille caſus.col.8.ff.de libe.& poſthum. Dinus in.l.2.ff. de excuſationibꝰ tutorum. Bald.in authen.rogati.C.de teſtib. idem Bal.in.c.licèt cauſam.de probationibus. idem Bald.in.l.ſi ex cautione.quæſtione 12.C.de non num. pecu. Cinus in.l.2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Bal.in.l.2.§. fina.ff.ſi certum pet.& in cap.fin.col.4.

de conſuetudine. Quæ ſententia vera
eſt: quia mutuum quoddam eſt natura-
le, quoddam ciuile. Naturale eſt, quod
contrahitur vera numeratione. Ciuile
autem, quod perficitur ſola confeſsio-
ne, vt eſt gloſſ. communis in.l.2.§.fin.ff.
ſi certum pet. Vnde depoſitiones horũ
teſtium tendunt ad diuerſa, cùm is qui
deponit de vera numeratione, arguat
mutuum naturale, is autem qui depo-
nit de confeſsione, arguat mutuum ci-
uile, & ſic eorum depoſitiones tendunt
ad penitus diuerſa, & conſequenter non
poſſunt coniungi, ſecundùm Iaſo. vbi
ſuprà.

*Probatio plena non inducitur, quando vnus teſtis deponit de ipſo cõtractu, alius de confeſsione ipſius contractus. contra Iaſ.*

43 Duodecimò infertur ſecundùm eun
dem Iaſo. vbi ſuprà, quòd ſi vnus teſtis
in reliquis contractibus deponeret de
ipſo contractu, puta de traditione rei cõ
modatæ vel depoſitæ, alius verò teſtis
deponeret de confeſsione, tunc quia nõ
tendunt ad diuerſa, ſed ad idem, bene
iungerẽtur eorum depoſitiones, & con-
ſequẽter viderẽtur duæ ſemiplenæ pro-
bationes, quæ ſic coniunctæ, facerent
plenam & perfectam probationem: &
ita tenent communiter doctores, ſecun
dùm Iaſ. ibi. Cuius opin. neque, vt puto,
communis eſt, neque vllo colore defen
di poteſt: quia illa cõfeſsio extraiudicia-
lis vt faciat ſemiplenam probationem,
oportet legitimè probatam fuiſſe duo-
bus teſtibus, vel pluribus. vt in dict.c.fi.
de ſucceſsionibus abinteſtato. ibi, alij te
ſtes dixerunt ſe audiuiſſe. Nam ſi vnus
tantùm teſtis deponat de illa confeſsio-
ne extraiudiciali, tunc illa extraiudicia-
lis confeſsio probata non eſt, & conſe-
quenter etiam ſi iungeretur cum alia ſe-
miplena probatione alterius teſtis depo
nentis de vero contractu, non induce-
retur plena probatio, non magis, quàm
ſi de illa extraiudiciali confeſsione nul-
lus teſtis depoſuiſſet, licèt aliquod admi
niculum adijciatur. Fateor tamẽ, quòd
ſi duo teſtes deponerent de illa extraiu-
diciali cõfeſsione, tunc induceretur ple-
na probatio per coniunctionem duarũ
probationum. Vnde ſi duo teſtes depo-
nerent de conſanguinitate, alij duo te-
ſtes de cognitione carnali, tunc inceſtus
plenè probatus intelligeretur, vt in ſpe-
cie tenet Bald. in.l. Gallus.§. ille caſus. in
tertio notabili. ff. de liberis & poſthum.
vbi Ioannes de Imol. ſequitur Iaſ. in.d.l.
admonendi. nume. 261.

*Probatio etiã ſemiplena nõ inducitur quãdo vnus teſtis deponit de vna confeſſione alter de altera, vnde nõ defertur iuramentum in ſupplemẽtũ probatiõis.*

44 Decimotertiò infertur, quòd ſi vnus
teſtis deponat de confeſsione facta in
præſentia partis in vno loco, & alius te-
ſtis deponat de alia confeſsione partis
reiterata in alio loco, hi teſtes non fa-
ciunt plenã probationem, vt tenet An-
tonius in cap. licèt ex quadam. colum.
penulti. verſicu. & per hoc deciditur. de
teſtibus. Facit quod not. Cinus in.l.2.
C. quæ ſit longa conſuetudo. idem An
tonius in cap. fina. colu. penulti. de con-
ſuetudine. & Iaſ. in. d.l. admonendi. nu.
256. licèt contrarium, & malè, ſecundùm
eum tenuerit Paul. Caſtren. in conſilio.
278. Viſa petitione. & in conſilio. 277.
Viſo proceſſu. Qua in re aduertendum
eſt, non ſolùm plenam probationem nõ
induci, ſed neque etiam ſemiplenam:
nam harum confeſsionum extraiudi-
cialium neutra plenè probata eſt, ſed tan
tùm ſemiplenæ probationes tunc de-
mum coniunguntur, cùm vnaquæque
earum plenè probata fuit, aliàs non con
iunguntur etiam ad faciendam ſemiple
nam probationem. Vnde vtiliſsimè in
fertur, quòd his caſibus non poterit de-
ferri iuramentum ad ſupplẽdam & per-
ficiendam probationem.

*Teſtes ſingulares nõ iunguntur ad probandũ aliquid etiã genericum, cũ cõmuni cõtra Butrig. & alios.*

45 Superiora limitantur, ſecundùm
quoſdam, vt procedant quando agitur
de aliqua re probanda in ſpecie, nam tũc
duæ ſemiplenæ probationes non coniũ
guntur, niſi vtraq; plenè probata fuerit.
Secus autẽ ſi ageremus de aliqua re pro
banda in genere, putà, aliquẽ eſſe hæreti
cũ, vel vſurariũ, vel blaſphematorẽ, quia
tunc



tunc teſtes etiã ſingulares iunguntur ad
faciendam plenam & perfectam proba-
tionem. vt ſi vnus teſtis deponat, quòd
Titius dixit Chriſtum non eſſe natum
de virgine: alius verò deponit, quòd Ti-
tius dixit in Trinitate non eſſe ęqualem
potentiam: nam cùm vtriuſq; teſtis de-
poſitio tendat ad probandum Titium
eſſe hæreticũ, & ſic ad idem, nõ ad diuer
ſa, videtur quòd debeãt coniungi, vt ſic
faciant plenam probationem. Ita tenẽt
Iacobus Butrigarius per gloſſ. ibi in. l.
Ariani. C. de hæreticis. Innoc. in. c. quali
ter. 2. de accuſationibꝰ. Speculator in tit.
de inquiſitione. §. 1. verſicu. quid ſi vnus.
Bal. in. l. teſtium. C. de teſtibꝰ. idem Bal.
in. l. 1. C. de teſtamentis. Butrigarius in. l.
ob carmen. §. fi. ff. de teſtib.

Contrarium tenent Archidiaconus
in. c. nec mirum. 26. quæſt. 5. Innocen. in
c. venerabili. vbi bonꝰ tex. de teſtib. Sali.
in. d. l. teſtiũ. C. de teſtib. Antonius in. c.
cùm oporteat. de accuſationibus. Inno.
in cap. licèt ex quadam. de teſtib. Hoſtiẽ
ſis in ſumma. de teſtib. §. quæ diuerſitas.
verſi. quid ſi agatur. gloſ. in. c. nihilomi-
nus. 3. quæſt. 8. Speculator in tit. de teſte.
§. iam de interrogatoris. verſi. item de tẽ
pore. Imol. in. d. c. cùm oporteat. de accu
ſationibꝰ. & in. d. l. inter partes. in. 4. col.
ff. de re iudicata. Bald. poſt Ricardum in
d. l. ob carmen. §. fi. in lect. antiqua. Bal. in
cap. licèt cauſam. in. 7. colum. de proba-
tionibus. Alexan. conſi. 62. Inſpecto dili
genter. lib. primo. Et hæc videtur magis
communis opinio, vt patet ex relatione
Iaſ. vbi ſuprà. & proculdubio verior eſt:
quia pręterquam in caſibus ſpecialibus,
regulariter negari non poteſt, quin te-
ſtes ſingulares nihil probent. Nec refert,
vtrùm deponent de aliqua re in ſpecie,
an verò deponẽt de aliqua re in genere.

*Aditionem hæreditatis non cõprehendit ſtatutũ vetans mulierem cõtrahere ſine cõſenſu cõſanguineorũ cũ Iaſ. & alijs cõtra magis cõmunem.*

46 An autem ad æquipollẽtiã ſtatutum
correctorium poſsit, & debeat extendi,
dubitari ſolet. Cui proximũ etiam illud
dubium eſt, ſtante ſtatuto, quòd mulier
non poſsit contrahere ſine licentia duo
rum conſanguineorum, an poterit adi-
re hæreditatem ſine conſenſu conſan-
guineorum. Qua in re communis opin.
eſt, quòd poterit adire hæreditatem. Ita
tenent Bal. Ang. Imol. cum Areti. Alex.
& Iaſ. in. l. mutum. ff. de adquiren. hæ-
reditate. Salic. Imol. Cuma. Chriſtoph.
de Caſtel. in. l. more. ff. eodem titu. de ac-
quirend. hæred. vbi hanc opinio. ſequi-
tur, & dicit communem Iaſ. nu. 33. idem
Iaſ. in. l. Barba. ff. de offic. prætoris. col. 2.
& in. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. nu. 21.
ff. de pact. Bart. in. l. Labeo. §. cõtractum.
ff. de verb. ſignifi. Mateſelanus notabili.
168. Abbas in cap. qua fronte. in. 1. nota-
bili. de appellationibus. & hanc dicit cõ
munem opin. Alexand. in. d. l. mutum.
& Alexan. in. d. l. apud Iulia. §. final. ff. ex
quibus cauſis in poſſeſsionẽ eatur. Abb.
conſi. 72. Quinq; dubia. idem Abb. in. c.
cùm eccleſ. de immunitate eccleſiarũ.

Pro hac vera & communi opin. facit:
quia aditio hæreditatis non eſt propriè
contractus, ſed quaſi cõtractus. §. hæres
quoq;. Inſt. de obligationibꝰ quę ex qua
ſi contractu naſcuntur. l. ex maleficijs. §.
hæres. ff. de actio. & obliga. l. apud Iulia.
§. fi. ff. ex quibus cauſis in poſſeſsionem
eatur. & dictio, quaſi, denotat improprie
tatem. vt notatur per glo. & omnes. vbi
multa congerit Iaſ. in. l. ante nuptias. ff.
ſoluto matrimonio. notat Iaſ. num. 31. in
dict. l. more. & in ſtatutis verba ſtrictè &
propriè accipiẽda ſunt. l. 1. §. ſi his qui ha-
bent. verſic. in re dubia. ff. de exercitoria.
l. quicquid aſtringendæ. in princ. ff. de
verb. obli. vnde tale ſtatutum loquẽs in
contractu, non poteſt trahi & extẽdi ad
quaſi contractum, ne ad caſum impro-
priũ porrigi videatur, præſertim cũ tale
ſtatutum ſit correctorium, vel ſaltim ex
orbitans à regulis iuris cõmunis, quo ca
ſu etiam ex maioritate rationis non reci
pit extenſionem, ſecũdùm pleroſq; ſcri-
bẽtium: & ſaltem ex paritate rationis

extendi non poteſt ſecundùm alios. Id quod licèt ſatis expeditũ non ſit, tamen vbi eſt minor ratio, nullus vnquam dubitauit, quin extenſio fieri nequeat, vt latè reſoluit Iaſ. in authen. quas actiones. C.de ſacroſ. *eccleſi*. Nec dubiũ eſt, quin in contractu ſit longè maior & vrgetior ratio prohibendi, ne mulieres contrahant ſine conſenſu propinquorũ, quàm in aditione hæreditatis: quia cùm cõtractus dicatur ille demum, qui eſt vltro citroq; obligatorius, vt in.l.Labeo.§.contractum.ff.de verb.ſigni.in quibus contractibus plerunq; fit, vt vterque cõtrahẽtium alterum decipere curet, ſtudeat, conetur, vt in.l.ſi voluntate.C.de reſcindenda vẽditione. quæ ratio ceſſat in aditione hæreditatis, quæ citra concurſum alterius contrahentis nudo animo fit, vt in.l.gerit.& in.l.pro hęrede.ff.de adqui. hæreditate.

Contrariam ſententiam, vt talis mulier hæreditatem adire non poſſet, tenẽt Paul.& Romanus in.l. mutũ.ff. de adq. hæred. vbi Paul. firmat hanc opi. ſeruari in vſu forẽſi. ſequitur Ang.in.d.§. hæres quoque. Romanus conſi.393. Præſuppoſito. Bar.& Iaſ. nume.33.in.d.l.moræ. vbi Iaſ. ait hãc op. viſam ſemper fuiſſe veriorem: quia quando in ſtatuto vnica tantùm ratio reddi poteſt, illa habetur pro expreſſa, & ex illa arguitur ad extenſionem ſtatuti. glo. cõmuniter app. vt patet ex relatione Iaſ. ibidem in.l.quãuis.C.de fideicõ. quam etiam cõmunem dicit Iaſ. in.d.l.morę.num.36.l.milites agrum.ff. de re militari. Bal.& alij in. d.l. quanuis. Sed ratio huius prohibitionis eſt, ne mulieres propter imbecillitatem intellect[9] decipiantur. arg.l.1.&.2.ff. ad Velleianũ l.tranſactione.& ibi Bar.& alij.C.de trãſactioni. ergo hæc ratio habetur pro expreſſa. Facit, quia ſecundùm Bart. Bal.& cõmuniter doct.in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis. hæc prohibitio ſtatuti licèt loquatur in contractu, habet etiam locum in liberatione & renuntiatione, licèt liberatio & renuntiatio non ſit propriè contractus. vt.d.l.Labeo.§.cõtractum.ff.de verb.ſigni.

Sed ſuperior opi. verior eſt, & magis communis, quã teneo, quicquid dicat Iaſ. qui in duabus rationibus principaliter fundatur. Prima, quòd id, quod veriſimiliter ſtatuentes ſtatuerent, habetur pro ſtatuto. Quæ non obeſt: quia ſtatuẽtes interrogati, id ſe ſtatuturos nunquã & minimè reſponderent, vt ſtatim patebit. Secunda ratio Iaſ. quòd ratio ſtatuti fuit, ne mulieres imbecillitate intellectus illaqueentur. Non obeſt. nã reſpõ. vt per Alexan.in.l. mutum.ff. de acqui. hęre.& per Iaſ.in.l.Barbarius.ad fi.col.2. ff.de off.præto. Nec obeſt impugnatio Iaſ.in.d.l. Barbarius.& in.l.moræ. quòd mulieres poſſunt decipi per legatarios, & creditores, dum adeũt hæreditatem, ſicut per contrahentes dum contrahũt. Nam reſpon. quòd de natura cõtractus & conſuetudine eorum eſt, quòd cõtrahẽtes inuicem ſe decipiant. vt in.l.ſi voluntate.C.de reſci.vendi. ſed extra actũ contrahẽdi fraus nunquã præſumitur. l.merito.in princ.ff.pro ſocio.l.metum. C.de dolo. itaque in contrahendo cùm machinatio & deceptio ſit impunita, nimirũ ſi præſumatur: at cùm alijs in actibus non ſit impunita, nunquam præſumitur. Vnde ſtatutum voluit prouidere ijs captionibus, quæ frequenter mulieres capiunt, non autem ijs, quæ rariſsimè mulieribus nocent: & iura ad ea, quę frequenter accidunt, aptantur.l.nam ad ea.ff.de leg. vnde veriſsimile non eſt, ꝙ propter rariſsimas deceptiones & læſiones ſtatuẽtes voluerint ius cõmune immutare. pro quo facit.c.erit.4.diſtinct. Prætereà & per hoc teneo communem. Hæreditas à cõmuniter accidẽtibus eſt lucroſa, & qui habet rem ex cauſa hæreditatis, dicitur eam habere titulo lucratiuo, & tenetur ſoluere pro ea pẽſiones rebus





bus lucratiuis impoſitas: quia licèt onera hæreditatis debita perſoluerit, tamen adhuc lucrum à cõmuniter accidẽtibus percepiſſe præſumitur. Ita ait.l. vnic.C. de impon. lucr. deſcrip.lib.10. idẽ ſenſit l.ſi hæreditatem.ff.mandati. Nam ait, ꝙ interdũ hæreditas dãnoſa eſt, quaſi plerunq; ſit proficua, maximè hodie, cùm per confectionem inuentarij tutè poſsit fieri aditio.l.fi.C.de iure delib. Tene ergo contra Iaſ. quòd non obſ.d.ſtatu. poſſit mulier adiri ſine conſenſu conſanguineorũ, vel quòd aditio ſit impropriè cõtractus ſecũdũ cõmunem. arg.l.Labeo. §.contractum.ff.de verb.ſigni. vel quòd etiam ſi propriè contractus eſſet, adhuc fieri poſſet ſine conſenſu conſanguineorũ: quia in aditione ceſſat ratio, quę militat in contractu: ergo ceſſante ratione finali ſtatuti, reſtringitur, & ceſſat ſtatutum.l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patronatus. Et Iaſ. errat, dũ putat, quòd in aditione hæredit. eſt par ratio, ſicut in contractu: nam imò non eſt par, vt monſtraui. Sed & ſi par eſſet, adhuc (attenta cõmuni opinione, de qua per Iaſ. in authẽ. quas actio.de ſacroſan.eccleſi.) non fieret extenſio de caſu proprio ad caſum improprium ad legum correctionem.

Deniq;, vt iam admonuimus, negari nõ poteſt, quin longè minor ratio ſit in aditione hæreditatis, quàm in reliquis contractibus: cùm in reliquis contractibus per concurſum alterius contrahentis facili[9] poſsint mulieres decipi, quàm in aditione hæreditatis, in qua alterius contrahentis concurſus neceſſarius nõ eſt. Neque ad rem pertinet, quòd legatariorum, & aliorum, qui aliquid ex teſtamento capere poſſunt, ſuaſionibus poſſit mulier decipi ad hæreditatem adeundam: nam præterea quòd id veriſimile non eſt, etiam hodie infructuoſum ipſis legatarijs omnino eſſet, cùm per beneficium inuentarij omnes tutò & ſecurè adire poſsint hæreditates.l.fina.C.de iure deliberandi. & conſequẽter ſi ipſa mulier hæres inſtituta nollet adire hæreditatẽ, non deeſſent veriſimiliter alij, quorum aditione firmaretur teſtam. vt ſic legatarij ſuum conſequerentur. Prætereà hæc conſideratio Iaſonis generalis non eſt, cũ in ſucceſsionibus abinteſtato nõ ſint legatarij, & creditorum parum interſit hæreditatem adiri vel non adiri, cùm ſi nullus adiret, daretur curator bonis, qui eis ſatisfaceret. vt per totum.ff. de curat.bo.dando. vel ipſis creditorib[9] bona defuncti addicerẽtur, vt ea in ſolutum haberent. Nec ſimiliter quicquam oberit opi. Bar.& aliorum in.d.§. pactus ne peteret. quia illicò reſpondebimus.

47 Decimoquartò infertur, an ſtante ſtatuto, quòd mulieres nequeant obligari ſine conſenſu duorum conſanguineorum, poſsint adire hæreditatem abſque eorum conſenſu. Cuius rei veritas illinc pendet, vtrùm ratio huius ſtatuti fuerit, ne mulierum patrimonium, bona, facultates decreſcant, & minuantur, an verò ne decipiãtur: nam ſi ratio eſt, ne earum bona decreſcant, tunc maior ratio eſt in aditione hæreditatis, quàm in quolibet alio contractu vltro citroq; obligatorio ſecundùm quoſdã, cùm ex aditione hæreditatis graues, pluresque obligationes plerunq; deſcendant, quàm ex cõtractibus ſingulorum. arg.§.ſed neq;. Inſtitu. de auth.tut.l. quia poterat.ff.ad Trebel. Quòd ſi ea ratione obligari mulieres intelligantur prohibitæ, nè decipiantur, tunc hæc ratio ceſſat in aditione hæreditatis, in qua nullius interuentus neceſſarius eſt, qui mulierẽ decipiat, vt ſuperiore articulo admonuimus. Verùm cùm incertum ſit quænam ratio mouerit ſtatuentes, non eſt cur prohibitionem hãc generalem reſtringamus & coanguſtemus ad harum rationũ alteram tãtùm, vel ad alterutrũ tãtùm horum caſuum, ſed procliuiùs eſt, vt ad vtrunq; caſum & vtranq; rationem prohibitionem trahamus

*Adire non poteſt mulier, quæ ex forma ſtatuti ſine conſenſu conſanguineorũ non poterat obligari, cum magis communi.*

hamus. Tum, quia in re dubia à verbis recedendum non eſt, vt in.l. non aliter. ff.de leg.3. §. ſi autem ad deficientis. C. de cadu.tol. Tum etiam, quia id ſtatutũ merè fauorabile eſt, mulierum propenſo intuitu, & contemplatione editũ. argumento.l. Titio cẽtum.in princi. ff.de condit. & dem. & argumento .l.2. C.de vſucap.pro empt.& per totum.ff. de rebus eorum . & per totum . C. de prædi. minorum.& argumẽto.§. ſed neq;. Inſt. de auth. tuto .l. pupillus . & .l. obligari. ff.eod. tit.l.1.&.2.ff.ad Velleianum. Statuta autem fauorabilia tantùm abeſt, vt reſtringenda ſint, quòd potiùs recipiunt interpretationem extenſiuam, vt tradũt nouiſsimi poſt Bar.in.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure. & in.l.fin. per tex: ibi cum gloſſ.ff.de conſtitu.principum. Vnde fit, vt tale ſtatutum, vt pote fauorabile reſtrictionem non recipiat, & cõſequẽter cùm verba ſtatuti ad omnem ſpeciem obligationum ſeſe referant, ſupereſt vt ex vi comprehenſiua omnem *omnino obligationem* vndecunq; deſcendentem comprehendant, & ſic eam obligationem, quæ effluxit ex quaſi cõtractu aditionis hæreditatis, non ſecus, quàm ſi aliunde deſcenderet. Nam appellatione, obligationis, propriè comprehenditur illa, quæ oritur ex quaſi cõtractu aditionis hæreditatis, non ſecus, quàm illæ, quæ oriuntur ex vero & proprio contractu. Hoc patet ex definitione obligationis de qua in princi. Inſtit. de oblig.& per totum illum titulum.de obligationibus quæ ex quaſi contractu naſcuntur.in quibus omnibus ex æquo obligatiões verè & propriè naſci ex quaſi cõtractibus videntur, nõ ſecus, quàm ex ipſis veris contractibus & conuentionibus.ad idem.l.ex maleficijs.§.hęres.ff. de actio.& obligatio.l. apud Iulianum. ff.ex quibus cauſis in poſ.eatur. Neque ad rem pertinet, quòd tale ſtatutum mulierum fauore receptum non deberet in earum læſionem conuerti, argumẽto.l. legata inutiliter.ff.de leg.1.l.legata inutiliter.ff.de adim.leg.l.quod verò contra. ff.de legib.l.non ideo minus.C.de procurat. Nam reſpondeo, quòd inde nulla læſio infertur mulieribus nõ magis, quàm minoribus, qui ſimiliter citra tutorum authoritatem hęreditates adire nequeũt §.ſed neq;. Inſtit.de auth. tut.l.more. ff. de acq.hære.l.potuit.C. de iure delib. Licèt enim per hoc poſſet retardari hęreditatis aditio, & interim decedens olim nõ tranſmitteret hęreditatem non aditam ille cui fuit delata, hodie autem tranſmittitur.l.cum antiquioribus. C. de iure delib.à tempore ſcientię, vt ibi.& pręterea vbi eſt impedimentum, ibi datur reſtitutio, vt eſt vera & communis opinio doctorum in.l.Clodius.per tex.ibi. ff.de acquir.hęre.& per Bar. & alios in.l. fin. C. de long.temp.pręſcriptione.

Et ſic hęc videtur communis opinio, quam tenet Iaſ.in.l.ſiue apud acta.num. 5.C.de tranſactionibus. Paul. & Romanus in.l.mutuum.ff.de adqu.hæred.Roma.con.393. Pręſuppoſito, quòd viua voce.Bart. in.l.moræ.ff.de adquir. hęredit. idẽ Iaſ.in .l. ſi vnus.§ . pactus ne peteret. num.28.ff.de pact.idem Iaſ. in.l. Barbarius Philip.2.colum.num.4.idem Iaſ. in l.morę.ff.de adquir.hęred.num.19.poſt Bar. ibi & Salice.& Cuma.Bar. Bal. Angel.& alij communiter in.d.l.mutuum Ang.in.§.hęres.Inſt.de obli.quæ ex quaſi contractu . licèt contrariũ tenuerit Iaſo in pleriſq; ex locis ſuprà citatis.

48 Illud autem dubium eſt, an ſi per ſtatutum mulier non poſsit ſe obligare ſine conſenſu duorum conſanguineorũ, poſsit tamen facere pactum de non petẽdo ſine conſenſu ipſorum, & ſic non obſeruata forma ſtatuti. Qua in re cõmunis opi.eſt, vt mulier ſine conſenſu illorum conſanguineorum non poſsit debitorem liberare nõ magis, quàm ſeipſam obligare. Ita tenet Bar.in.l.Męuia.§.1.ff. ſoluto

*Mulier quæ ex forma ſtatuti non poteſt obligari ſine licẽtia cõſanguineorum põt debitorẽ liberare cũ cõi contra plures.*



ſoluto matri.quem ſequuntur doct.cõmuniter ibi.tenent Bart.& Paul.col.pe. & Fulgo.& Iaſ.num.21.in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact. vbi Iaſ.firmat hanc eſſe cõmunem opinionem.ſequitur Fulgoſius cõſi.39. Ad id de quo quęritur.col.fi. Mouetur: quia cùm tale ſtatutum inductum eſſe videatur propenſo mulierum fauore, ne propter earum imbecillitatem intellectus, bona, facultatesq; ſuæ decreſcant, reliquum eſt, vt tale ſtatutũ, vt pote fauorabile, recipiat interpretationem extẽſiuam. argu. tex. in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditionem. vbi eſt ius correctorium, & vtitur verbo, contractibus.& tamen extenditur ad liberationem. vt ibi notant doct.& eſt gloſſ.ſing.in.l.3.§.1.ff. de contrario iudicio tutelæ.

Prætereà facit pro hac communi op. quia negari non poteſt, quin huiuſmodi ſtatutum editum fuerit propter ſenſus fragilitatem, & inconſultam facilitatem mulierum, & conſequenter quòd longè faciliùs procedat in certa & indubitata læſione, quæ contingit mulierib⁹ remittentibus quod ſibi debetur, quàm in reliquis contractibus, in quibus non tã indubitata læſio eſt ſecundũ Fulgoſi. Aduerte, nã id fundamẽtũ Fulgoſij probari videtur: quia quod ſtatuentes veriſimiliter ſtatuerent, habetur pro ſtatuto, vt per Iaſ.in.l.Barbarius.num.3.de offic. præto. Sed certè attenta communi ſententia, argu.à maioritate rationis nõ ſufficit, vt fiat extenſio ad correctionem iuris, ſecundùm Iaſ.in authen.quas act. de ſacro.eccle. Sed & ſi ſufficeret, prout plures contendunt, adhuc puto, quòd non extenderetur tale ſtatutum: nam voluit prouidere non fragilitati mulierum, ſed earum læſionibus reſarciendis, & ſubueniendis, vt ex iam dictis edocemur: & licèt dãnum mulieres ſentiant, tamen de eo dãno non cogitauerũt ſtatuẽtes, nec ſi de tali læſione meminiſſent, eam ſtatuto comprehẽdiſſent: nam iura ad ea, quę frequenter accidunt, aptantur.l.nam ad ea.cum ſequẽ.de legibus. donationes autem nunquam præſumuntur.l. cùm de indebito.ff.de probatio. quod ſi verũ eſt in maſculis, in fœminis (quæ auariſsimę ſunt, ſecundùm gloſ.in.l.2.C. qui veniã æta.impe.) erit veriſsimum. Nõ eſt ergo veriſimile, quòd ſtatuẽtes de tali dãno, quod mulieres propter donatiões (quas rariſsimè faciũt) ſentiunt, curaſſent, etiã ſi de eo meminiſſent, cùm lex debeat fieri & ſtatutum propter publicam, & communem, & frequentem vtilitatem. Iſta autem vtilitas, licèt publica videatur, tamen non eſt frequenter vtilis, & ſic incidimus in.c.erit.4.diſt.& cùm ad ea, quæ frequenter accidunt, iura aptentur.d.l. non ad ea. maximè in correctorijs, certè incideremus in.d.l.nã ad ea. Et ſic vides, quòd fund.de quo per Iaſ.vbi ſuprà, qđ maximè ſtringere poteſt pro communi, tollitur funditus. Item fundam. in quo ſe fundat communis, tollitur ſufficiẽter per Iaſ.in.d.§.pactus ne peteret. Sed fundam. Fulgoſij obeſt fortiter tenentibus partem negatiuã. Sed reſpon. quòd grauiùs læduntur mulieres propter ſenſus imbecillitatem & negotiorũ imperitiã (nam iura ignorant) dum contrahunt, quàm dum donant: nã dum contrahũt, ſunt faciles ad decipiendum, propter negotiorum imperitiam & imbecillitatẽ, cùm in contractibus contrahentes ſe inuicem decipere ſoleant. vt per Iaſ. vbi ſuprà. nume. 6. at in donatione tanquã in re aperta nõ poſſunt decipi, maximè mulieres, quæ in hoc ſunt, vt dixi, viris fortiores. Et cõcludo, quòd ratio finalis ſtatuti non fuit tollere liberalitatem, quæ legibus, & generi humano amica eſt, & à iure ciuili priuilegiata.l.ſi quis argentùm.§.fi.de donat. ſed voluit efficere, ne mulieres deciperentur, deceptæq; lęderentur, ſubſtantiam ſuã amittendo. Vnde licèt aliquando & aliqualiter parua ſubſtantia

ſubſtantia fraudentur,non deceptæ, ſed volentes,non debēt ſubueniri,quia ſciētibus iura non ſubueniunt.argu.l. ſi mulier.C.ad Vellei.Vnde ſiue teneas cōmunem,ſcilicet quòd à maioritate rationis non fiat extenſio ad corrigendas leges, ſine dubio teneo, quòd ſtatutū mulierē ſe obligare prohibens,nō impediet eam liberare,remittere,&pactum de non petendo facere,& etiā donare(dum modò fortè incipiat à traditione.arg.l.Papinianus.ff.de donat.inter virum) ſiue teneas contra communem,quòd talis extenſio fieri poteſt, adhuc idem puto:quia ratio finalis ſtatuti mulieribus ſubſtantia ſua per deceptionem,non per ſcientiam defraudatis ſubuenire voluit, quia error tollit cōſenſum.l. ſi per errorē.ff.de iuri. om.iudi.ſcienti autem & cōſentienti nō fit fraus,vt in regula iuris in.6.&.l.cùm donationis.C.de tranſactio. Et mea opi. cōfirmatur per id,quod ait Iaſ.poſt alios in.d.§.pactus ne peteret.nu.24.Et quòd vbi mulier non decipitur,ibi ceſſet ſtatutum,probat.l.1.in fine.&.l.2. ad fin.ff.ad Vellei.vbi ratio finalis Velleiani ſenatus cōſulti fuit ſuccurrere mulieribus deceptis:ergo vbi non decipiuntur,reſtringitur à ceſſatione rationis finalis tam lex generalis,quàm ſtatutū.vt dict.legib.& l.quāuis.ff. de in ius voc.l.adigere.§.quāuis.de iure patro.l. cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de lega.2.Bar.in.l. demōſtratio.de condi.& demon.col.fi.Et quòd hæc fuerit ratio finalis illius ſtatuti, ait Iaſ. in.l. more. de acquiren. hære. nume.36.& in l.Barbarius.de offi.prætori.num.5. & in l.ſiue apud acta.C.de tranſact. num.6.& vbi mulier ſciens læſa eſt quòd non debeat ſuccurri,probat.l.1.in.fi.ff.de eo qđ falſo tut.auth.&.l.ſi fundū. C. de euicti. l.cùm donationis.C.de tranſact.

Præterea contra communem opini. fortiter facit:quia non valet argumentū de obligatiōe perſonali ad traditionem rerum noſtrarum,vel remiſsionem eius, qđ nobis debetur:etenim longè grauiùs cenſetur,quòd obligemur ad aliquid dādum,vel faciendum, quod noſtrum nō erat,quàm ſi demus id,quod noſtrū eſt, vel remittamus id,quod nobis debetur, vt eſt tex.in.l. vnū ex familia.§. ſed ſi rē. ff.de leg.2.Vnde fit,vt ſi mulier debitorem ſuum liberet,vel rem ſuam donet, & tradat, de hac læſione ſtatutum non tam curauerit,aut intellexerit,quàm de illa læſione,quæ contingit ex alia cauſa contractus,vel obligationis. argu.d.§. ſi rem.

Præterea contra communem ſententiam fortiter facit illa communis opin. quæ habet,quòd ſi mulier iurauit cōtractum vltro citroq; obligatorium, qualis eſt contractus emptionis,locationis, & cætera id genus, tunc ſi reperiatur læſa vltra dimidiam iuſti pretij, poterit agere ad reſciſionem illius contractus prætextu læſionis vltra dimidiam. Quod tamē facere non poſſet, quando renuntiaſſet gratis,vel donaſſet,vel liberaſſet debitorem ſuum,vel gratis futuræ patris ſui hæreditati renuntiaſſet.Nec eſt obſcura harum rerum differentia:quia quādo pretio renuntiat,vel contractum non gratuitum facit,tunc non præſumitur habere animum ſuum iactandi,vnde licèt iuraſſet,ſi tamē immodicè læſa reperiatur, poteſt contra iuramentum & contractū venire,quaſi defuerit conſenſus,& cōſequenter ceſſauerit virtus iuramenti.l.fi. C.de non nume.pecu. Non ſic quando cōtractus & cōceſsio erat gratuita, quia tunc prætextu læſionis vltra dimidiam reſtitui non poteſt, cùm ipſa certò ſciret non ſolùm ex dimidia,ſed etiam ex toto fuiſſe læſam.Ita tenent Imola,Aretinus, & alij in.l.qui ſuperſtitis.ff.de acqu.hær. Sequitur & dicit cōmunem opi. Decius conſi.181.num.4.tenent Bart.Bal. & alij in.l.2.C.de reſcind.vendi. Alex.conſi.53. lib.3.

Sic ergo & in ſpecie noſtra, ſtatutum ſubuen-



ſubuentum voluit mulieribus,quæ propter fragilitatem ſenſus,& errorem, vel imperitiam læduntur in ſeſe obligādo, dum conditionem ſuam meliorem facere putant,& ſtudent, nō aūt quando gratis volunt remittere,liberare,condonare,cùm hoc caſu adſit earum conſenſus, & voluntas, & liberalitas iuſtis fauoribus prouehenda, illo autem caſu deficiat voluntas, & ſuccedat error, cui iuſtè ſubuenitur. Hæc ſaltem vera intelligas, quando mulier non ignorabat ſe poſſe debitum facilè exigere: nam ſi id facilè exigere non poſſet, tunc magis dubium.argumento.l.Papinianus.ff. de dona. inter virum. & quia faciliùs quis remittit plura,quàm donat pauca.

49

*Mulier ex forma ſtatuti ſine licētia cōſanguineorum cōtrahere prohibita, pōt debitorē liberare cū Ang.& Alex.cōtra magis coēm*

Superiora procedunt, quādo mulier per ſtatutum ſine conſenſu duorum cōſanguineorum prohibebatur ſeſe obligare. Quid autem ſi prohiberetur contrahere ſine conſenſu eorūdem? Et hoc caſu Angel.&Alexan. in.d.§. pactus ne peteret.tenent quòd mulier non intelligitur prohibita liberare debitorē, cùm contractus appellatione, vltro citroq; obligatorius duntaxat contineatur, nō etiam liberatio,quę liberantem nō obligat.argumento.l.Labeo.§.contractum. ff. de verb. ſigni. Contrarium tenet Iaſ. nu.25.in. d.§. pactus.poſt alios per eum ibi relatos: quia, inquit, quando vnica ratio in ſtatuto aſsignari poteſt,habetur pro expreſſa.gl. communiter approbata in.d.l. quanuis. C.de fideicom. ſed vnica hæc ratio huius ſtatuti eſt, ne mulieres læderentur ſenſus imbecillitate, quæ ratio etiam militat in liberatione, non ſecus, quàm in contractibus vltro citroq; obligatorijs, ergo.&c. Idē ſentit Bal.in.l.ſi donationis.C. qđ metus cauſa.& in.l.1.ad fi.C.ſi aduer.vend.& in. l. tres fratres. ff.de pact. Iaſ.nu.3.in .l. ſiue apud acta.C.de tranſac.Bal.in.l.pactum dotali.quæſt.21.C.de collati. Tene ſine dubio contra Iaſo. tenendo op. meam, quam tenui contra communem opin. Sed etſi communem teneres,adhuc op. Iaſ.non eſſet vera: nam omnia ſua fundam. præſupponunt, quòd in pacto de non petendo ſit ead.ratio, quæ in cōtractibus,quod eſt falſum. Nam in contractibus mulieres ſubſtantia ſua fraudantur,deceptæ,& non conſentientes:at in pacto de non petendo,renuntiatione,liberatione, & donatione ſubſtantia ſua fraudantur,ſcientes,& cōſentientes.Primo autē caſu ſtatutū prouidere voluit, ſecundo noluit,vt iā pluries admonuimus.Et aduerte,ꝙ in noſtro caſu quando ſtatutum prohibet contractum,puto quòd valeat donatio,etiam ſi non incipiat à traditiōe:quia donatio cùm nō obliget vtrinq;,non eſt propriè contractus.l.Labeo.§.contractum.de verb.ſig. ff.& ſic propriè non comprehenditur ſub ſtatuto.At ſuperiore caſu,ſiquidem incepit à promiſsione,ſine dubio ſaltim hodie non valet,cùm promittēs animo donandi,maneat obligatus.l.ſi quis argentū.§.fi.de donati.ergo incidit in verba ſtatuti mulierem obligari prohibentis,quāuis ſi inciperet à traditione,aliud fortè eſſet, quaſi tunc nunquam videretur obligata fuiſſe.argumēto.l. Papinianus.de donatio. inter virum .ff. Sed caue:quia tenendo,quòd mēs ſtatuti fuit impedire deceptionem mulierum non cōſentientium,certè cùm læſio, quæ de donatione reſultat,ſit aperta, & contingat ex conſenſu mulieris,videtur quòd indiſtinctè valeat donatio,quaſi in donatione ceſſet ratio finalis ſtatuti,& per conſequens ſtatutum reſtringatur .arg. l.adigere.§.quāuis.ff. de iure patro. &. l. quāuis.ff.de in ius vocādo.l.cùm pater. §.dulciſsimis.de leg.2.Bar.in.l.demōſtratio.col.fi.ff.de cond.& dem. quæ reſtrictio ſi fit in legibus communibus,quāto magis fiet in ſtatutis? Ergo ſiue mulier incipiat à traditione,ſiue à promiſſione

ſione donandi,vel à conuentione donā
di,ſemper valet donatio, non obſtante
tali ſtatuto,licèt non interueniant eius
mulieris propinqui. & idem faciliùs in
liberatione.argumento.l.Arianus.ff.de
act.& obliga.pro hoc,quia reſciſio con-
tractus,ſiue ſimplicis,ſiue iurati,nūquā
retractatur prætextu immodicę lęſionis
quando erat contractus gratuitus,qua-
ſi hoc caſu lex communis ſubueniendū
eſſe non putauerit, vt eſt cōis op. ſecun
dùm Deci.cōſi.181.n.4.Alex.cō.53.lib.3.
Im.& Aret.in.l. qui ſuperſtitis.ff.d̄ acq.
hær.Deniq; aliud eſt quęrere,an is caſus
ſtatuto comprehēſus fuerit & indubitā
ter non fuit comprehēſus:aliud eſt quæ
rere,an ipſa mulier fuerit decepta.Nam
ſi eſſet tunc ex iure communi, nō ex vi
ſtatuti, ſibi ꝑ reſtitutionē ſubueniretur,
vt in ſimili ait cōſultus in.l.Titius.ff. de
lib.& poſth.

In ſumma cùm mulier contra formā
ſtatuti contraxit,ſeſeq; de facto obliga-
uit,talis obligatio nullius momenti eſt,
quaſi lege reſiſtēte facta videatur, adeò
vt inde etiam obligatio natu. non oria-
tur ſecundùm communes opinio.Qua
in re ſumus in nouiſsima opinione, vt
obligetur naturaliter: quia lex poſitiua
non potuit impedire conſenſum mulie
ris, neq; ortum obligationis naturalis,
quæ ex tali conſenſu effluxit,verùm ef-
fectus,quos obligationi naturali lex po
ſitiua condonauit, eos ei hoc in caſu
adimere potuit,vt ſic talis obli. nat.in fo
ro cōtentioſo inutilis omnino ſit, licèt
non ſic in foro animę,vt latè edocemur
infrà.§.30.num.32.cum plu.ſequen. Vn
de cùm.l.61.Tauri.vetuerit vxorē obli-
gari ſimul cum marito,aut tāquam ma
riti fideiuſſor,dicebā ſi de facto pro ma-
rito fideiuſſerit,naturaliter obligari, ea
autem obligatio in foro contentioſo in
utilis erit,non ſic in foro animæ ſecun-
dùm diſtinct.de qua in.d.num.32.Illud
aūt dubium eſt,an mulier magis quàm

*Declaratio l.61.Tauri*

fiſcus priuilegiata eſſe videatur,quia ob
tinuit nō poſſe in carcerem trudi,etiam
pro debito pecuniario fiſcali.vt in.l.2. ti
tu.d̄ los fiadores.li.5.ord.l.62.Tauri.rur-
ſus videmus, quòd licèt mulieres cùm
fideiubent non obligentur, vt per totū
C.&.ff.ad Velleianum.tamen pro vecti
galibus & reditibus fiſcalibus obligari
poſſunt.l.61.Tauri.

*l.62.Tauri*

An autem mulier renuntiare poſsit
huic beneficio,ne pro debito etiam fiſca
li in carcerem detrudatur. Et magis eſt
ne poſsit. Patet: quia id priuilegium
non tam reſpicit vtilitatem ipſiuſmet
mulieris,quæ ſeſe obligauit, quàm ho-
neſtatem omnium fœminarum,earum
que pudicitiam atq; decorem. Vnde fœ
minæ meretrices,impudicæ, immundę
que pro debito etiam ex delicto non de
ſcendenti poſſunt in carcerē trudi.l.62.
Tauri.Ergo ne fiat iniuria omnium fœ
minarū honeſtarum cœtui, honeſtius
eſt atq; humanius eas non poſſe huic be
neficio renuntiare.argumento in ſimi-
li in.c.ſi diligenter. de foro compet. &
quod not.tradit Bart.in.l.ſi quis pro eo.
ff.de fideiu. Et ita intelligo & extendo
dict.l.2.titu.de los fiadores.libr.5.ordin.
Facit:quia qua facilitate ſeſe obligauit,
eadem quoq; facilitate præſumitur re-
nuntiaſſe.Facit etiam:quia licèt renun-
tiare regulariter quiſq; poſsit quod eius
fauore inductum fuit.l.pe.C.de pact.fal
lit tamen in his,qui ſunt infirmi intelle
ctus.l.Titio centum.in princi.ff.de con
ditio.& dem.id quod alibi pleniùs edo-
cemur.

*Declaratio l.2.titul. de los fiado. libro.5. ord.*

50 Illud autem dubium eſt, an tale ſta-
tutum, quòd mulier nequeat obligari
ſiue conſenſu duorum conſanguineo-
rum,comprehendat etiam obligationē
naturalem, vt per hoc ſi citra formam
& ſolennitatem ſtatuti cōtrahat, etiam
naturalis obligatio ex tali contractu nō
oriatur,non magis,quàm ciuilis.Et Bar.
in.d.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, tenet
quòd

*Obligatiò naturalis ā oriatur ex cōtractu inito per mulierē ſinecōſenſu cōſanguineorum cōtra formā ſtatuti noua opi.*



quòd neq; oriatur ciuilis obligatio, ne-
que etiā naturalis,& ita ſequūtur docto.
communiter ibi,vt firmat Iaſ.ibidē. nu.
22.Vbi Iaſ.contra cōmunem mouetur:
quia vbicunq; in iure fit mentio de obli
gatiōe,ſemper intelligitur de obligatio-
ne ciuili,vt eſt tex. quem ipſe allegat in
l.iuris gentium.in princip.in verb.ſed ſi
alium.ff.de pactis.& in.§.ſed cùm nulla.
&.in.§.igitur nuda.ead.lege.tex. in.§.ſer
uus.Inſtit.de inuti.ſtip.iuncta.l.naturali
ter.&.l.ſi id quod.ff.de cond.indeb.tex.
in.§.pupillus.Inſti.de inutil.ſtip.iuncta.
l.1.ff.de nouati.melior tex.quem ipſe nō
allegat in.l.is cui.§.Flauius.ff. de ſoluti.
Ergo cùm ſemper intelligatur de obli-
gatione ciuili,ſupereſt, vt tale ſtatutum
ad ciuilem tantùm obligationem, non
etiam ad naturalem reduci debeat. Sed
errat:nam aliquando etiam appellatio-
ne obligationis,continetur ſola obliga-
tio naturalis.vt in.l.qui hæredi.§. domi-
nus.ff.de condi.& dem.& in dict.§. Fla-
uius.& aliquando ſola obligatio ciuilis,
vt dictis iuribus ſuprà allegatis.regulari
ter autem vtraque obligatio cōtinetur.
vt in princ.cum ibi latè notatis per gloſ.
& omnes Inſt.de oblig.& in dictis iuri-
bus.Ratio ea eſt: quia indefinita æqui-
pollet vniuerſali.l. ſi pluribus.ff. de leg.
1.l.ſi plures.ff. de lega.3. & appellatione
rei ſimpliciter prolatæ,de integra re,&
omni ex parte perfecta & abſoluta intel
ligitur.l.Mæuio.in princ.in verb.totius.
ff.de lega.2.l.ſi ſeparatim.in verb.totius.
ff. de conditioni. & demonſt. l.prima.§.
interdum.in verbo.totius.l. inde Nera-
tius.ff.de vſufruct. accreſc.l.ſi quis cùm
totū.ff.de exceptio.rei iudic.l.qui vſum
fructum. ff. de verborum obligationi.
facit tex. cum ſua materia in.l. prima.§.
ſi quis ſimpliciter.ff.de verborū obliga.
& verba cum effectu ſunt accipienda,
& in pleniſsimo ſignificatu.§. quoties.
Inſtit.de iure natura.

His tamen non obſtantibus, harum
opinionum neutra vnquam nobis pla-
cuit,ſed ſemper fuimus in nouiſsima o-
pinione:vt non obſtante tali ſtatuto,ex
contractu mulieris citra illam formam
inito obligatio naturalis oriatur pro-
pter mutuum partium cōſenſum,ea ta-
mē obligatio carebit effectib9, quos lex
ciuilis obligationi naturali regulariter
accommodauit,erit tamen vtilis in foro
animæ,vt latiùs diſſerimus infrà.nume.
32.§.30.cum pluribus ſequentibus.

Vnde infertur neceſſaria & nouiſsi-
ma declaratio ad.l.54.Tauri.&.l.55.ibi-
dem.&.l.13.titulo final.libro.3. fori. vbi
mulier prohibetur facere contractum,
aut diſtractum, aut ſtare in iudicio, aut
adire hæreditatem,aut eam repudiare ſi
ne licentia viri,vt ſi contrà fecerit, inde
neque oriatur obligatio,etiam natura-
lis,vel rectiùs ſi oritur obligatio natura
lis, ea eſt nudata omnibus effectibus,
quos lex poſitiua obligationibus natu-
ralibus accommodauit, vt ex profeſſo
attigimus infrà.§.30.numero.56.

*Declaratio l.54. et.55. Tauri. & l.13.tit.fin. lib. 3. fori.*

Illud autem dubium eſt,an mulier,
quæ poſt matrimonium ſolutum ſecun
dò nupſit,poſsit ſine licentia viri ſecun-
di agnoſcere lucra priore matrimonio
facta.Mouet quæſtionem,quòd mulier
ſe obligare nō poteſt ſine licentia mari-
ti.l.54.&.55. Tauri.l.13. titu. final.libr.3.
fori.per talem autem agnitionem obli-
garetur debitis à priore marito contra-
ctis.vt in.l.60.Tauri.facit.l.14. ti.20.lib.
3.fori.Vnde videtur hac in re licentia vi
ri opus eſſe.Cogita tamē, quia apud me
quæſtio noua eſt.

*Declaratio l.60.Tauri*

51 Denique illud dubium eſt,an ſtan-
te dicto ſtatuto,quòd mulier non poſ-
ſit ſe obligare citra conſenſum duorum
conſanguinorum, & retenta prædicta
communi concluſione, quòd mulier
non poterit contra formam ſtatuti fa-
cere pactum de non petendo debitori
ſuo, an ſi cōtra formam ſtatuti facit de-
bitori ſuo pactum de non petendo, ex

*Forma legis omiſſa ceſſat obli. nat. & omnis effectus ipſius. cum cōmuni contra Iaſ.*

tali pacto non ſolùm impediatur naturalis obligatio cum effectu oriri, ſed etiã impediantur reliqui effectus obligationis naturalis. Qua in re Bar. in. d. l. ſi vnꝰ. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. tenet in num. 13. quòd reliqui effectus impediantur, & conſequenter quòd ex tali pacto non dabitur exceptio, nec naturaliter ipſam mulierẽ obligabit, & ſimilia. Vnde ex mẽte ipſius fideiuſſor accedere nõ poterit: quia conuentioni, quæ neq; ciuilem, neq; naturalem obligationẽ producit, fideiuſſor accedere non poteſt. vt in. §. 1. Inſti. de fideiuſſoribꝰ. & in. l. ſi quis pro eo. ff. eod. titu. Qua ratione etiã nouatio ſuper tali pacto fieri non poteſt: quia nouatio fieri non poteſt ſuper illa conuentione, quæ non producit obligationem ciuilem, aut naturalem, vt in. l. 1. ff. de nouationibus. & in. §. præterea. Inſtitu. quib. mod. tollitur obligatio. Et hanc Bar. opi. ſequũtur cõmuniter doc. ſecundùm Iaſ. in. d. §. pactus ne peteret. nu. 34. licèt ipſe contrarium teneat, motus, quia ſecundùm eum glo. magna in d. §. pactꝰ ne peteret. in. 6. ſolutione, quã ſecundùm eum ſequuntur Bart. & communiter doct. tenuit, quòd licèt ſecundum pactum tollat ipſo iure naturalem obligationẽ ortam ex primo pacto de non petendo, tamen non potuit tollere reliquos effectus reſultãtes ex primo pacto. Sed certè hoc fundamẽtum verum non eſt: nam ſi mihi feciſti pactũ de nõ petendo, per quod naturalis obligatio, qua mihi tenebaris, ſublata fuit, & ipſe obligor naturaliter non petere, & datur tibi exceptio cõtra me, & eliditur, & debilitatur obligatio ciuilis quã ipſe habebam cõtra te, & ſuper obligatione mea, qua ego naturaliter non petere tenebar, poteſt accedere fideiuſſor, certè hi omes effectus tolluntur per ſecundũ pactum de nõ petẽdo: nã neq; obligationi naturali, qua ego per tale pactũ de nõ petẽdo tenebar, poterit accedere fideiuſſor: veluti ſi aliquis apud te fideiuberet, quòd ego nõ peterem, nec ſimiliter cõtra me daretur vlla exceptio, neque obligatio, qua mihi tenebaris, vlla ex parte eneruata eſſet, ſed ſuũ robur obtineret, non ſecus, quàm ſi pactum de nõ petẽdo factũ non fuiſſet. vt hæc omnia probantur in d. §. pactus ne peteret. & per rationẽ tex. in regula. nihil tã naturale. de regu. iuris. & in. c. omis res. extrà. eod. tit. & in prin. Inſt. de replicationibus. Secundò mouetur Iaſ. per doctrinã Bart. in. l. reſcriptũ. in. §. ſi pacto. ff. de pact. vbi Bar. circa finẽ tenet, ꝙ ſi debitori meo feci pactum de non petendo, per quod obligor naturaliter nõ petere, & ſuper tali naturali obligatione facta fuit nouatio, tunc per talem nouationem licèt ſublata fuerit illa obligatio naturalis, qua ego tenebar ad nõ petendum, tamẽ reliqui effectus, qui ex tali pacto de nõ petẽdo orti fuerunt, non tolluntur, ſed integri manent. Quã opi. reliqui ſequũtur in. d. §. ſi pacto. ſecũdùm Iaſ. in. d. §. pactus ne peteret. nu. 34. Sed hæc op. vera eſſe nõ poteſt: nam abſurdũ eſſet, vt ſi debitore meo feci pactũ de nõ petendo centũ, quæ mihi debebat ex cauſa mutui, ex quo pacto de non petendo naturaliter obligatus fui, deinde nouationis cauſa cõuenit per ſolennem ſtipulationẽ, vt ea centũ petere poſſem, certè mihi ea centum petenti obijci nõ poſſet exceptio pacti de nõ petẽdo: nam ius illius exceptiõis per poſteriorem cõuẽtionem ſublatum fuit. arg. tex. in. d. §. pactus ne peteret. & per dictã regulã. nihil tam naturale. Neq; ad rem pertinet, quòd nouatio ſit prioris obligationis in alterã trãsfuſio, vt in. l. 1. ff. de nouationibus. & pactum liberatoriũ nõ videatur aliquid eſſe poſitiuè, & cõſequenter nõ poſsit in alterã obligationem trãsfundi: quia ex nihilo nihil fit: & ex nõ enti nõ fit ens. vt in. l. decem. ff. de verbo. obliga. Nam reſpondeo, quòd quando primò fit pactum de non petendo, deinde fit nouatio





nouatio, tunc vel naturalis obliga. qua ego tenebar non petere, extinguitur, & conſequenter ceſſant, & extinguuntur omnes effectus, qui ex illa naturali obligatione orti fuerũt: quia ſublata radice, ipſius radicis tota germinatio perit. vt in. l. vnica. C. de latina libertate tollẽda. Vel dicendum eſt, quòd per talem nouationem prior obligatio, quæ per pactum de non petendo impedita fuerat, in alteram nouam obligationem transformata fuit, eaq́; noua obligatio nõ eſt impedita vt prior, ſed eſt libera, & expedita. Quia ſi obijcias pactum de non petendo, & eius effectus: replicabo, quòd illud pactum pertinuit ad primam obligationem, quæ per pactum de nõ petendo cœpit debilitari, & per nouationẽ ex toto perempta fuit, ſed non pertinet ad nouam obligationem, in quã prior obligatio iure nouationis tranſfuſa fuit. Et ſic tenenda eſt & remanet defenſa communis ſententia, vt ſi mulier, quæ ex forma ſtatuti non poterat ſe obligare ſine conſenſu duorum cõſanguineorum, & per hoc non poterat facere pactũ de nõ petendo, ſi id pactum fecit cõtra formã ſtatuti, tale pactum non ſolùm non producit obligationem naturalem cum effectibus iuris ciuilis, ſed nec etiã producit exceptionem, nec elidit obligationẽ ciuilem, nec deniq; operatur aliquem effectum in foro contentioſo.

Redeundo ad formæ tranſgreſsionem, ſeu omiſsionem, videndum eſt, an vt prætermiſsio formæ vitiat diſpoſitionem in vltimis volunta. ita quoque vitiet in contractibus. Et quid ſi vtiliter fiat tranſgreſsio, quale eſſet, cùm is, qui certæ formæ opus facere tenebatur, aliquid ſupererogauit, vt opus perfectiùs fieret. Qua in re ſit concluſio.

52 *Mãdatum vt ſit ſpecificè ſeruandum.*

Obligatũ facere opus pro certa ſumma, ſupererogatum etiam vtiliter non poſſe petere.

Pro iſta concluſione primò facit tex. notabilis in. l. fina. C. de nego. geſt. maximè ibi, licèt res bene ab eo geſtę ſint &c. & ibi vide plenè.

Secũdò facit tex. notabilis in. l. 3. §. in bello. ff. de re milita. ibi, licèt res bene ſe geſſerit. &c.

Tertiò facit tex. notabilis in. l. ſi ex duobus. maximè in fine ſui. ff. de nego. geſt. ibi, nulla ratione. &c.

Quartò ad idem tex. pulcher in. l. qui aliena. §. libertos. cod. titu. maximè in ratione ſui. quam bene pondera, ibi dum dicit. cùm voluntas finẽ erogationis fecerit. Et illa ratio eſt generalis ad caſum noſtrum, & omnes alios. ergo. &c. l. generaliter. §. & licèt. ff. de iur. & fact. igno. & ſic per rationẽ extenditur dictũ, ſicut econtrà reſtringitur. §. dulciſsimis. cum ſimi. in. l. cùm pater. de leg. 2.

Quintò ad idem. l. ſi creditor. §. 1. ff. de pec. quam vide.

Sextò facit. l. hæreditas. §. 1. ff. de peti. hære. ibi, vel quantum teſtator iuſſerit non excedat. &c.

Septimò facit optimus tex. in. l. ſi pro te. ff. manda. quæ eſt ſingula. & ibi vide.

Octauò facit tex. quaſi in terminis. Inſti. manda. §. is qui exequitur. cũ concordan. l. præterea. cum lege ſequẽti. ff. mãda. & in illis iuribꝰ eſt caſus pro hoc, arguendo de mãdato ad locantem operas ſuas, & ſic ad obligatum facere opus pro certa ſumma, vt in noſtro caſu. Imò ibi probatur à fortiori: nã ſi ille qui exhibet officiũ gratuitũ, putà mãdatariꝰ, nõ pôt agere ad ſupererogatũ etiã vtiliter, vt ibi, à fortiori ille, ꝗ locauit oꝑas ſuas, & ſic recipit mercedẽ, nõ d̃bet poſſe agere ad id, in quo excedit, vt in. q. noſtra.

Nonò facit. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. ff. manda. & ibi gloſſ.

Decimò facit vulgata regula, quia fines mandati, vel conuentionis diligenter ſunt obſeruandi. l. diligenter. dict. l. ſi quis pro eo. ff. manda. l. ſi procurator. & dict. l. maritus. C. de procurato. l. cum

manda.C.manda.l.tranſactionis.C.de tranſactio.ſed hìc fuit data forma certæ erogationis.ergo.&c.

Vndecimò notabiliter pondero dictam legem.diligenter.in principi.ibi, nam qui exceſsit, aliud quidem facere videtur:ſed ſic eſt, quòd qui mãdatum impleuit circa aliam rem, quàm de qua mandatum ſuſcipit, etiam ſi vtilius, nõ tamen habet actionem, vt ibi ſequitur in tex.ergo idem in caſu noſtro, cùm ille, qui exceſsit, aliud.&c. Item quia forma eſt quæ dat eſſe rei, & cõſeruat eam ineſſe.l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.ad exhiben.ſed mandatarius, qui excedit, non ſeruat formam, etiam ſi vtilius exequatur, cùm videatur facere aliud diuerſum.dict.l.diligenter.ergo non habet actionem ad ſupererogatum.dict.l.diligenter.poſt princip.

Duodecimò facit gloſſ.in.d.l.fina.C.de nego.geſt.& in.d.§.is qui exequitur.& in.d.l.ſi Paulus.ff.manda.& in.l.qui aliena.§.libertos.ff.de nego.geſt.& in.l.ſi Stichum.in fi.ff.de noua.licèt contrarium voluerit gloſſ.in.l.ſoluendo.ff.de nego.geſt.

Decimotertiò videtur facere: quia omne quod fit præter formam cõmiſſionis, eſt ipſo iure nullum.l.illud.§.ſed ſi ita.& ibi Bart.ff.quod cuiuſq; vni.Iaſ.in.l.ſi procurator.in prin.ff.de procura.

Contra concluſionem ſupradictam Primò facit: quia nemo debet locupletari cũ aliena iactura.l.nam hoc natura.de condi.indebi.ſed ſi non poſsit ſupererogatum petere, locupletaretur aduerſarius, cùm vtiliter ſit exceſſum.ergo.&c.Ad hoc reſpondeo, ꝙ hoc cõtingit propter culpã erogãtis, cui data eſt certa forma, quo caſu dicta regula non procedit, vt notatur in authen.qui rem.de ſacroſan.eccle.& quia dãnum, quod quis ſua culpa ſentit, non ei obuenire cẽſetur.vt in iuris regula.Verbi gratia, fur tenetur ad pœnã, & ſic locupletatur ille, cui res eſt ſubrepta: ſed hoc permittitur propter delictũ & culpam furis, vt in noſtro caſu.Idem quãdo quis eſt negligẽs, quo caſu alius locupletatur cum ſua iactura, vt eſt videre in vſucapione.vt notatur in.d.l.nam hoc natura.& in.l.1.ff.de vſucapio.& ſic non obſtat.

Secundò obſtat.l.& ſi quis.§.idem Labeo.ff.de religio.ſed ibi propter publicã vtilitatẽ, vt ibi innuit tex.& Dinus per Bal.quem vide in.l.fi.C.de nego.geſt.

Tertiò obſtat.l.ſi quis mancipijs.§.Proculus.ff.de inſtito.Solue per gloſ.in d.l.fi.C.de nego.geſt.per Bart.in.l.ſoluẽdo.ff.de nego.geſt.

Quartò obſtat.gloſ.1.in.d.l.ſoluẽdo.Sol.vt ibi per Bart.

Quintò obſtat.l.cùm in teſtamento.de verb.ſign.Solue vt ibi per gloſ.& ibi dixi, & pleniùs per glo.in.l.qui aliena.§.libertos.ff.de nego.geſt.

Sextò in contrariũ facit: nam negari non poteſt, quin iſte, qui ſupererogauit, ſi non poteſt repetere, ſit deceptus, ergo debet poſſe repetere, ſaltim in foro conſcientiæ, quia hæc deceptio nõ permittitur bono viro.l.ſemper in conuentionibus.de regu.iur.per docto.in.l.ſi quis in conſcribendo.de pactis.Sed reſpondeo, ꝙ non eſt deceptus prȩſumptione iuris, qui videtur donare in dubio propter formam certã ſibi datã, ergo non repetitur per totum titu.de cõd.indebi.Item quia ſcienti non infertur dolus nec fraus.l.cũ donationis.de trãſactio.C.cũ ſimi.ergo nõ repetit.Et ad hanc ſolutionẽ adduco glo.in.l.qui aliena.§.libertos.ſuprà allegatã.Vel ſecũdò fateor, quòd nõ poteſt repetere, ſcilicet in foro cõtẽtioſo, & ita intelligitur cõcluſio: ſecus in foro conſcientiæ, vt in cõtrario.per gl.in.d.l.ſemper.Et pro hoc: quia ꝙ non poſsit repetere, eſt inductũ in pœnã iſtius excedentis mandatum, ſed iſtæ pœnæ legales nõ habent locum in foro cõſcientiæ, iuxta gloſſ.in.c.fraternitas tua.12.quæſt.2.er-





go poteſt in foro conſcientiæ repetere. Et ſic limitatur concluſio ſupradicta. Sed prȩcedẽs ſolutio fortè verior, per rationem, quam dixi.

Septimò videtur obſtare: quia qui habet mandatum ad quæcunque neceſſaria, cẽſetur habere ad ea, quæ vtilia ſunt.c.fina.& ibi notat Bal.de do.& contum.quod reputat mirabile Iaſo.in.l.ſi procurator.1.col.C.de procura.& idem refert in.l.2.ff.de iur.omni.iudi.3.colum.circa princi.ergo ita in propoſito, quòd ſi aliquid ſupererogauit, dũmodò vtiliter, poſſet illud repetere, quia ad illud videtur habuiſſe mandatũ per prædicta.Sed reſpondeo, quòd tex.in dict.c.fi.hoc nõ probat, vt ex eo euidẽter patet, vnde remanet authoritas Bald.tantùm, de qua non eſt arguendum.Vel conceſſo contrario, adhuc nõ obſtat: quia illud intelligitur in dubio, quòd videatur habuiſſe mandatum etiam ad vtilia: ſed quãdo data eſt certa & ſpecificata forma, vt in noſtro caſu, non videtur habuiſſe mandatum vltra conceſſa, quia in certis.&c.l.continuus.§.cùm ita.de verbo.obliga.& quia qui excedit, aliud videtur facere.d.l.diligẽter.in princi.Eſt pro hoc vltra alia.l.maritus.in fine.C.de procurat.ibi, id ſolùm exequi debet, quod procuratio emiſſa præſcripſerit.&c.

Præterea quanuis ſupererogatum ſit vtile, non tamen iudicatur tanquam de vtili, cùm fiat contra voluntatem partis.& hæc eſt ratio.l.fi.C.de nego.geſtis.&.l.qui aliena.§.libertos.ff.eodem.ergo non poteſt repetere.

Octauò obſtat tex.ſingularis in.l.ſi & me & Titium.ff.ſi certum peta.&.l.ſi eum ſeruum.eodem titu.vbi traditur pro regula, quòd vbicunque res mea ad te peruenerit, vel pretium rei meæ, vel pecunia mihi debita, teneris in reſtitutione, quanuis tecum non cõtraxerim, vel quia ne locupleteris cum iactura mea: ſed in noſtro caſu pecunia mea ad te peruenit, quam ſupererogaui vtiliter, vel vtilitas pecuniæ meæ, ergo debes teneri, quanuis reſpectu illius, in quo exceſsi, tecum non contraxerim, vt eſt notum. Sed reſpondeo, quòd concluſio mea procedit, quòd non tenetur, ſcilicet de iure communi, ſed in legibus illis conceditur repetitio ex quadam ſpeciali æquitate, vt in eis patet, quæ ſpecialis prouiſio nõ videtur excluſa in excluſione remediorum.l.poſtquàm liti.cum gloſſ.vbi plenè per docto.C.de pactis.& ſic non obſtat.Vel ſecundò & veriùs reſpondeo ꝙ in noſtro caſu non cõceditur repetitio: quia licèt pecunia, vel eius cõmodũ ad aduerſariũ peruenerit, eſt tamen quid imputetur volẽti agere, ſcilicet quia exceſsit formam mandati, vel conuentionis, ideo debet excludi: at in legibus contrarijs pecunia vel cõmodum eius peruenit ad aduerſarium conuentum, nec eſt quid imputetur agenti, ergo debet ſibi repetitio concedi, ne aduerſarius locupletetur cum aliena iactura.& hȩc eſt æquitas & ratio dictæ legis.ſi & me & Titium.vt in ea patet, & ſic non obſtat.Cogitabis.

Nonò videtur obſtare: quia quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem.l.quæ de tota.cum ſimi.ſed ſi totum geſsiſſet abſque mandato & conuentione & vtiliter haberet actionem nego.geſt.ad totum.per totum titulum de nego.geſt.ergo eadem ratione ad illã partem ſupererogatam, in qua non habet mandatum.

Sed reſpondeo, quòd ad geſtum ſine mandato datur actio, vt in contrario, ſed ad geſtum contra mandatum ſecùs.dicta.l.final.cum ſimi.C.de nego.geſt.ſed in noſtro caſu fuit geſtum nedum abſque mandato, imò contra mandatum conuentum. Inſtituta.mandati.§.is qui exequitur.cum concordã.ergo non debet actionem habere ad illud reſiduum, & eſt vera ſolutio.

Vel ſecundò dico, quòd argumẽtum
nihil obſtat, imò retorqueo illud ad op-
poſitum, & pro concluſione noſtra iſto
modo, quod iuris eſt de toto quo ad to-
tum. &c. ſed ſi totum negotium geſsiſ-
ſet contra mandatũ, non haberet actio-
nem in aliquo. l. fina. cum materia. C. de
nego. geſtis. ergo idem ſi in parte geſsit
contra mandatum: ſed ſic eſt quòd in
noſtro caſu geſsit contra mandatum in
parte, pro qua exceſsit, ergo pro illa nõ
habet actionem, & ſic facit pro me, &
non contrà. Quæ nota, quia res eſt ſæpiſ
ſimè ex facto agitata.

1 *Forma requiſita in contractibus mulierum, non trabitur ad liberationem creditoris, quam mulier facit, cum Bal. & alijs, contra Iaſ.*
*Declaratio. l. 55. Tauri.*
2 *Inſinuationis omiſsio vitiat donationem, cum cõmuni.*
3 *Inſinuationis omiſsio vitiat donationem, etiam ſi donatio ſit iurata de iure ciuili: cum communi opinione.*
4 *Inſinuationis omiſsio vitiat donationem iuratam, etiam de iure canonico, cum communi, cõtra alteram communem.*
5 *Inſinuationis omiſsio non nocet, quando pars fatetur contractum.*
*Declaratio. l. non dubium. C. de legib.*
*Declaratio. l. 41. Tauri.*
6 *Simile legis an uincat ſimile conſuctudinis, an contrà.*
7 *Statuto uel conſuetudine ſtante, ne prætextu læſionis ultra dimidiam emptio reſcinderetur, locatio, & ſimiles contractus reſcindi ſimiliter non poſſent.*
*Ratio eadem omnes caſus, etiam non expreſſos ex vi comprehẽſiua amplecti dicitur.*
8 *Statu. uel conſuetudo inducens, ne per læſionem ultra dimidiam locatio reſcindatur, non extenditur ad uenditionem.*
9 *Simile conſuetudinis uincit legem, cum Fulg. cõtra communem.*
10 *Statutũ, quòd ſtantibus maſculis filijs fœmina nõ ſuccedat, non extenditur ad nepotes, contra cõmunem.*
*Declaratio. l. 1. in quater. alcaua. & l. 8. titu. delas vendi. lib. 5. ordi.*
*Declaratio. l. 4. tit. delas uẽdi. lib. 5. ordi.*
11 *Forma omiſſa ſtipulatio etiam iurata non ualet etiam in uim pacti nudi contra communem.*
*Declaratio. l. 4. titu. 3. lib. 7. ordi.*
*Declaratio. l. 12. titulo. delos uaſallos. libro. 4. ordinam.*
12 *Stipulatio non fit per interrogationem & reſpõſionem, quando contrahentes aliud agebant, cõtra communem cum Ripa & alijs.*
13 *Stipulationis plura requiſita.*
*Maioratus poſſeſſor litis expẽſas facere tenetur.*
*Maioratus poſſeſſor licèt rem meliorem reddat, expenſas à ſucceſſore non repetit, etiã de iure cõmuni non magis quàm fructuarius.*
*Maioratus poſſeſſor an rei maioratus poſsit ſeruitutem acquirere.*
*Declaratio. l. 46. Tauri, ut eius forma iuſſu maioratum conſtituentis poſsit mutari.*

REdeũdo ad illum articulum de
formæ tranſgreſsione.
1 Decimoquintò & principa-
liter ex ſuperioribus infertur, an vera
ſit opinio Iaſonis, qui in. l. ſiue apud a-
cta. colu. prima & ſecũda. tenet, quòd ſi
ſtatuto cauetur, vt in contractibus mu-
lierũ interuenire debeat inſinuatio, tũc
etiam in liberatione creditoris ſui quã
faceret mulier, inſinuatio interuenire
deberet, aliàs non valeret talis liberatio,
licèt cõtrariũ tenuerint ſecũdùm eundẽ
Bal. in. 6. notabi. & Alex. & Antonius in
d. l. ſiue apud acta. Sed certè lõgè verior
eſt opinio Bal. & ſequacium contra Iaſ.
licèt Iaſ. idẽ videatur tenuiſſe in. d. l. mo
re. ff. de acqui. hær. num. 19. cum. 20. ſeq.
& in. l. Barbarius. colu. 1. & 2. ff. de offic.
pręto. & in. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret.
num. 21. ff. de pact. Et pro opinione Bal.
& ſequaciũ facit: quia inſinuatio ad ſo-
lam falſitatem vitãdam deſideratur. vt
in. l. data. C. de donati. §. aliæ. Inſti. de do-
nati. vnde ea ſolennitas in reliquis acti-
bus neceſſaria non eſt, ſed ſolennitas tã-
tùm iuris gentium. i. probatio duorum
teſtiũ, vel trium citra vllã ſcripturę ſolẽ
nitatem. l. vbi numerus. ff. de teſtib. nec
vlla ſcriptura regulariter in actibus ho-
minũ deſideratur, niſi vbi expreſsim le-
ge cõprehenſum eſt. vt in. l. conſenſu. in
prin. & in. l. nõ figura. ff. de act. & oblig.

*Forma requiſita in cõtractibus mulierũ nõ trabitur ad liberationem creditoris quã mulier facit cũ Bal. & alijs, cõtra Iaſ.*

Præter-



Prætereà contractus appellatione, cõ
prehẽditur ex proprietate ſermonis ille
tantùm, qui vltro citroq; obligatorius
eſt. l. Labeo. §. contractũ. ff. de verb. ſign.
vnde cùm verba ſtatuti præſertim exor
bitantis à regulis iuris communis ſint
ſtrictè, & propriè intelligenda, & nõ am
pliãda, vt pluries admonuimus, tale ſta
tutum loquens in cõtractibus, de vltro
citroq; obligatorijs intelligendum eſt,
nec debet extendi ad alios.

Neq; ad rem pertinet, quòd ſtatutũ
loquens ita, mulier nequeat obligari ci-
tra conſenſum duorum conſanguineo-
rum, extẽditur ad liberationem, quam
mulier faceret, nam de huius rei verita-
te ſuperius diſſeruimus.

Nec me etiam mouet, quòd ſecundũ
Iaſ. vbi ſuprà. tale ſtatutum comprehen
dit aditionem hæreditatis, quã ſine con
ſenſu conſanguineorum facere mulier
nõ poſſet ſecundũ eum, ſed & de verita
te huius rei ſuperius docuimus. Sed & ſi
hæc Iaſonis fundamenta vera eſſent, ad
huc parum obeſſent: nam inter ſolenni
tatem inſinuationis & ſolennitatem in
teruentus propinquorum eſt longa dif
ferentia, quandoquidem prior ſolenni-
tas nõ infringit, aut impedit vlla ex par-
te liberum conſenſum mulieris, ſed in-
ducit maiorem, certioremq; voluntatis
ipſius cautelam. Altera vero ſolennitas
minuit ipſam voluntatem, coanguſtat,
& conſtringit eius liberum arbitrium:
ergo ſi de volũtate mulieris debitorem
ſuum liberare cupientis certi ſimus per
legitimam regularemq; probationem,
tunc inſinuatio hoc in caſu neceſſaria
non eſt, cùm hoc caſu non loquatur il-
lud ſtatutum, nec ad hunc caſum trahi
poſsit. Si enim decretum iudicis, & eius
approbatio neceſſaria eſſet in contracti
bus mulierũ, tunc agnoſcerem, quòd lõ
gè magis neceſſaria eſſet in liberatione
& donatiõe: ſed cùm ſola præſentia eius
deſideretur, & actorum interuẽtus, quò
magis res, de qua agitur, certa ſit, non vi
deo, cur ad liberationem extendi opor-
teat, vbi eſt minor ratio, cùm faciliùs ſu-
ſtineatur contractus liberationis, quàm
cõtractus vltro citroq; obligatorius, vt
eſt tex. in. l. Arianus. ff. de ſoluti. in. l. an
inutilis. ff. de acceptil. in. l. ſi vnus. §. ſi ac
ceptilatio. ff. de pact. tenent cõmuniter
docto. ſecũdùm Alciatum ibi. nume. 17.
in. l. 1. ff. de verbo. obliga. §. ſi quis ita. vbi
Bart. colu. 1. & latè Iaſ. Soci. Areti. Alexã.
Ripa, & alij, dum aiunt, quòd ſtipulatio
minus ritè facta licèt regulariter nõ va
leat in vim etiam pacti nudi, tamẽ illud
procedit, quãdo eſſet obligatoria, ſecus
quando eſſet liberatoria, quia tunc faci-
liùs ſuſtinetur. pro quo optimus tex. in
ratione ſui in. l. vnum ex familia. §. ſi rẽ.
ff. de lega. 2.

Neque ad rem pertinet, quòd Iaſ. vbi
ſuprà, ait in hoc ſtatuto vnicam hanc ra
tionem aſsignari poſſe, ſcilicet fragilitas
mulierum, & ſenſus imbecillitas, quod
omnino nego: nam ſolennitas, quæ deſi
deratur ad falſitates vitãdas, & quo ma-
gis fides ſeruetur eorũ quæ geſta ſunt,
ſintq; magis certa, perſpicua, indubita-
ta, nõ intelligitur deſiderari propter ſen
ſus imbecillitatem concedentis, ſed pro
pter fugandam, euitandamq; perfidiam
eorum, qui tales conceſsiones captant.
argu. l. iubemꝰ. C. de teſtam. cũ ſimilibꝰ.

Neq; ad rem pertinet. l. ſi ad reſoluen
dam. C. de prædi. minorum. quia loqui-
tur in minore, cui vt non licèt contra-
ctus vltro citroq; obligatorios facere, ita
longè minus licet res ſuas gratis cõcede
re. vt per totum. ff. de rebus eorũ. & C.
de prædi. minorum.

Quicquid tamen ſit de iure commu
ni hodie hæc res deciſa videtur per. l. 55.
Tauri. ibi, ni dar por quito à nadie. Quo
rum verborum ſenſus eſt, vxorem ſine
licentia viri non poſſe liberationem de-
bitori concedere: ea tamen lex ſolùm in
vxorata, vel ducta procedit, vt ibi, dum

*Declaratiõ l. 55. Tauri*



ait

ait,durante el matrimonio.

Decimoſextò ex ſuperioribus apparebit,an ſtatutum loquens in contractu habeat locũ in refutatione.De quo per Iaſ.nu.3.in.d.l.ſiue apud acta.per Alexã. col.1.in.d.l.more.per Bald.in.d.l.tres fratres.ff.de pact.

*Inſinuationis omiſsio uitiat donationẽ cum cõi.*

2 Decimoſeptimò & principaliter ex ſuperioribus infertur,an forma inſinuationis requiſitæ à lege,vel ſtatuto in donatione cuiuſq; legitimã ſummam excedente ſi omiſſa fuerit,vitietur ipſa donatio.Et tenenda eſt ſententia affirmatiua,vt donatio vitietur,vt in.l. donatio. in.§.final.& in.l.ſancimus . in principio. & in.§.fi.C.de donat.Quæ concluſio variè intelligitur.Primò enim intelligitur quando nulla donatoris renuntiatio interfuit. Secundò intelligitur etiam ſi interfuit renuntiatio expreſſa.Iſta eſt vera & communis opin.quam tenẽt Bart. in.l.nemo.poteſt.ff.de leg.1. vbi Alexã. nu.12.idem Bart. in. l.Modeſtinus.ff.de donat.& in.l.ſancimus.§.fi.C.eod. titul. Ioannes And.in titu.de inſtrumentorũ editione.§.porrò.ad fin.Imol.in.l.Aquilius.ff.de donatio.Bald.in.l.illud.circa finem.C.de ſacroſ. eccleſi.idem Bald.in.l. 2.C.vt in poſſ.legatorum.Imol. in. cap. cùm contingat.in.10.memb. de iure iu. & eſt communis opini.ſecundùm Alexan.vbi ſuprà.Decius conſilio. 432. numero.10.

Quæ concluſio vera eſt, & probatur in.l.data.C.de donatio. vbi ad falſitates vitandas ſolennitas inſinuationis requiritur,& conſequenter per partes remitti non poteſt,vt in.l.nemo poteſt. ff. de leg.1.& in.l.fi.C.de fideicõ.quia vt delicta non committantur,vel cõmiſſa impunita non maneant,intereſt reipublicæ,etiam principaliter.vt in.l.1.ff. de legib.& in.l.1.ff.de iuſt.& iur.in.l.omnes. C.de ferijs.Vnde quod ad fœdiſsimum falſitatis delictum vitandum deſideratur,id principaliter intereſt reipublicę, & conſequenter per partes remitti non poteſt.ſimile in.l.2.§.ſed quia veremur. C.de iuramento calumn.

*Inſinuationis omiſsio uitiat donationẽ etiã ſi donatio ſit iurata de iure ciuili cũ cõi opin.*

3 Tertiò intelligitur hæc concluſio vt procedat etiam ſi renuntiatio fuiſſet iurata.Iſta eſt vera,& communis concluſio de iure ciuili.vt in.l.non dubium .in fi.C.de legib.& in.l.ſi quis inquilinos.§. fin.ff.de legat .1.& ita tenent Bal. in.l.illud.4.col.verſi. Quintò quæro. C.de ſacro.eccle.Angel.conſi.179. Viſis prædictis inſtrumentis.col.fi.Bald.conſi. 101. Domina Antonia. in fin.lib.3.Angel.cõſil.59.Quia filio .in fin.vbi dicit ſe ita cõſuluiſſe ſimul cum Bald. germano ſuo. Roma.conſi.12.Viſo facto præſuppoſito.colum.2.Antonius de Cenario.in tractatu inſinuationis.quæſt.63.And.Sicu. cõſ.16.col.10.lib.2.vbi firmat hãc eſſe cõmunem opin.Franciſ.Curt.conſ.66.Sapienter.idem Curtius cõſ.67.Circa hoc. Angel.in.§.aliæ.Inſti. de donatio . colũ. penul.Paul.conſ.100.Viſa quadam ſcriptura.colu.2.& conſ.105. Circa bonor. quem refert Decius.vbi ſuprà. Andreas Siculus conſilio.66. inter conſilia Franciſci Curt.& alij plures, quos refert Alexan.in.d.l.nemo poteſt.num.12. qua de re per Areti.conſi.2.Intellecta. Roman. conſ.367.Circa.Rip.conſ.8.in tit.de donatio. Oldral.conſi. 233. Factum.Guid. Papa conſi.57.Omiſſa.Fredericus conſi. 181.Caſus.Abb.cõſi.95.Quædam. par.2.

*Inſinuationis omiſsio uitiat donationẽ etiam iuratam de iur. canon. cũ cõi contra alteram cõẽm.*

4 Quartò hęc cõcluſio intelligitur vt ꝓcedat de iure etiam canonico,licèt iuramentum interuenerit: nam forma, & ſolennitas inſinuationis per interuentũ iuramenti de iure canonico prætermitti non poteſt,non magis,quàm de iure ciuili.Hanc opinio. tenent omnes ferè doctores proximè relati:& eam dicunt communem ijdem autores,qui ſuperiorem opin.communem dixerũt,vt modò retulimus.

Sed contrariam ſententiam,vt de iure canonico ſolẽnitas & forma inſinuationis



tionis per interuentum iuramenti poſſit prætermitti,tenent magis communiter docto.ſecundùm Philip. Deci.cõſil. 432.Cùm ſit.col.pen.tenet Corne.conſ. 36.ſi rectè conſideretur.verſi.ſubdit.lib. 3.vbi firmant hanc eſſe cõmunem opin. Canoniſtarum.Idem Corne. conſil.221. Quia in hac cauſa bis conſului.lib.1.vbi etiam hãc dicit communem opin.idem Corne.conſi.186.De duobus principaliter.col.7.lib.2.Ioãnes de Anania, quem refert Alexã.in.l.nemo poteſt.nume.12. ff.de leg.1. vbi hanc dicit cõmunem ſententiam,quam ipſe ſequitur.idem Alex. cõſilio.12.Viſo inſtrumẽto donationis. col.fi.lib.2.& ipſe Alex.conſi.20. Ponderatis his.lib.3.col.2.& in conſi.21. Attentis his.colu.3.lib.3.Roma. conſi.26.in.2. dubio,incipi.Pro deciſione. Abb.conſi. 107. Quatuor ſunt in primo dubio.lib. 2.Aretin.conſili.2.Intellecta diligenter. colu.2.vbi refert idem tenuiſſe Fredericum conſi.281.Caſus talis eſt. idẽ Areti. conſi.47.Viſis & diligenter.col.fin.in fi. & in conſi.77. In pręſenti cõſultatione. Corne.conſi.54.In themate.col.2.lib.4. Calderinus in conſi.1. de donationibus. Andreas Siculus cõſi.16. lib.2.Et iſta eſt communis concluſio ſecundùm Areti. cõſi.77.Et ratio ſcribendi.colum. fina.

Sed ſuperior ſententia verior eſt,quæ ꝓbatur primò per tex.in.l.donatio.§. in conſcribendis.C.de donat.& in.l. illud. C.de ſacroſan.eccle.in quibus ad firmitatem donationis deſideratur in quibuſdã caſibus eius inſinuatio,vt nullius momenti ſit donatio non inſinuata,in quibus caſibus lex iubet inſinuari : nã quæ ad alicuius rei,vel diſpoſitiõis perfectionem,& conſummationẽ deſiderãtur,ea dicuntur eſſe de forma illius diſpoſitionis,vt eorum prætermiſsio noceat, non ſolũ ſi lex loquatur prohibitiuè,ſed etiã ſi loqueretur diſpoſitiuè, vt latè admonuimus ſuprà.§.4.num.16.&.17.

Deinde probatur expreſsiùs in.l.ſancimus.in.§.fi.C.de donat.ibi,& aliter minimè cõualeſcere.& in.d.l. ſancimus.in princip.ibi,ſed hoc pro non ſcripto,vel nõ intellecto eſſe credatur.vbi poſtquã lex diſpoſuit inſinuationem fieri , vltrà proceſsit cum decreto irritante,quo caſu pro forma ea ſolennitas deſiderari videtur,vt per hoc ei⁹ prætermiſsio vitiet diſpoſitionem ipſo iure,vt plenè docemur ex dictis per me ſuprà.§.4. nume.1.

Ergo cùm hæc ſolennitas pro forma donatiõis deſideretur ad eius perfectionem & cõſummationẽ,ſupereſt, vt per interuentum iuramenti ſuppleri nõ poſſit,vt tenet Bart.& communiter docto. in.l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.Cuius opi.communis eſt,vt per Iaſ.ibi. nu. 24. Ripa.num.27.& Alciatus nume.17.Bar. in.l.ſi quis pro eo.num.14.ff.de fideiuſſ. Alciat.in.c.cùm cõtingat.num.167.vbi Abb. nume. 27.& Imol. in membro. 8. Corn.in authen.ſacramenta puber. C.ſi aduerſus venditio . nume. 64 . Marcus Anto.in tractatu. de virtute iuramenti. in princi.& diximus latè ſuprà.§.4.nu.3. Quæ res adeò vera eſt,vt vana, & otioſa eſſet cura,prouiſio,& ſolicitudo legis,ſi per interuentũ iuramenti ab eius diſpoſitione poſſent homines diſcedere,contra tex.in.l.2.ff.de legib.& in.c.2.de maioritate & obediẽtia.vbi legib⁹ obedire & parere iubemur. & cũ virtus legis ſit imperare,vt in.l.virtus legis.ff.de legib. certè vanum eſſet imperium,cuius tranſgreſsio in manu eſſet ſubditorũ per interpoſitionem iuramenti.

Quartò vrget tex.in.l.data.C. de donat.vbi inſinuatio fuit inuenta ad falſitatis fœdiſsimum delictum euitandũ fugandumq;:ergo principaliter etiam nõ tantùm ſecundariò intereſt reipublicæ talem inſinuationis ſolennitatem obſeruari,& conſequenter priuatorũ cautionibus prætermitti non poteſt.vt.d.l.nemo poteſt.ff.de lega.1.l.fi.ff.de ſuis & legit.l. ius publicũ.ff. de pact.l. teſtãdi.C. de teſtam.

C.de teſtam.cũ infinitis ſuprà allegatis. Quintò probatur in ſimili per tex.optimum in princi.Inſt.de empti. & vendi. vbi quoties in contractu emptionis & venditionis requiritur ſcriptura, toties is contractus non intelligitur partium contrahentiumq́; cõſenſum habere, donec ſcriptura illa fuerit conſcripta, conſummata, perfecta, omneſq́; ſuas completiones acceperit. Et idem ferè eſt in omnibus caſibus, in quibꝰ ſcriptura deſideratur, qui enumerantur per glo. magiſtrã in.c.1.§.poſtea quam.de cenſibus. Ergo cùm iuramen.non extendatur vltra terminos conſenſus, ſed intra cancellos (vt aiunt) conſenſus ſeſe contineat.l. fin.vbi omnes.C.de non nu.pec. ſupereſt, vt in ſpecie noſtra iuram.nihil operetur, ſi inſinuatio ſequuta non fuerit.

Intellige primò, quando donator ita iurauit, Dono tibi fundũ meum, & iuro per Deum me verè donare. Nam tunc intelligã ſenſum donantis fuiſſe, non quòd inſinuationis ſolennitas ceſſet, ſed quòd nõ fictè, aut falſò, vel ſimulatè donabat, ſed verè, & realiter: & cùm in contractibus admittãtur reſciſiones, & reſtitutiones ex varijs cauſis, præſumam hunc ſenſum habuiſſe eum qui iurabat, vt poſtquã ſuas ſolennitates, ſuasq́ue completiones ea donatio accepiſſet, ex poſt facto non reſolueretur, vt ſic per tale iuramen. non tam forma, & ſolennitas, quam in ſui creatione præſertim reipublicæ cauſa ea donatio deſiderabat, immutata videatur, quàm cautũ videatur, vt nullo iure, nulloq́; colore poſtquam perfecta & conſummata eſſet, infirmaretur. Simile eſt in contractibus innominatis, qui perfecti nũquam intelliguntur per ſolam conuentionem donec ad rei traditionem peruentũ fuerit, quia ante rei interuentum contrahẽtes non præſumuntur ſatis plenum, & deliberatum conſenſum prębuiſſe, vt in l.3.& in.l.ſi pecuniam. in princi.ff.de cõditio. ca. data. Sic ergo & in propoſito plenum conſenſum præbuiſſe non videtur donator per ſolam donationis cõuentionem, donec ſequatur inſinuatio etiam ſi iurauerit, cùm ad aliud id iuramen. citra immutationem ſolennium poſſet operari. Quòd ſi iuraſſet ſe nõ impugnaturum quicquam vlláue ex parte donationem illã, quam faciebat, tũc magis dubium. Sed adhuc idem defendi poteſt, quaſi ſenſus eiuſdemq́; iurantis mens ſit, ſe non impugnaturum illã donationẽ, poſtquam perfecta eſſet, nõ autem intelligendus eſt loqui antequã donatio per interuentum inſinuationis perfecta eſſet, ne videatur de donatione imperfecta intellexiſſe, ne'ue nos videamur eius verba de donatione loquẽtis referre ad donationem infirmam, & imperfectam contra regulas iuris communis, vt latè in ſimili docet Iaſ.in.l.hac cõſultiſſ.§.ex imperfecto.col.pen.C.de teſtamentis. facit tex.in.§.fin.Inſt. quibus mod.teſtamenta infirmẽtur.l. ex imperfecto.ff.de leg.3. ſimile in.l.fin.C.de non num.pecu. vbi qui iurauit ſe redditurũ pecuniam, quam mutuò receperat, intelligitur iuraſſe ſub ſpe futurę numerationis, & ſic ſub hac tacita conditione, ſi ea pecunia poſtea numerata fuiſſet.

Sic ergo & in ſpecie noſtra is qui iurauit ſe donationem obſeruaturum, quã tũc faciebat, intelligitur iuraſſe ſub hac tacita conditione, ſi ea donatio non ſolùm facta, ſed etiam perfecta fuiſſet: quale eſt, cũ talis donatio & inſinuata fuiſſet, & præterea interueniſſent reliquæ omnes ſolẽnitates, quæ ad ſui perfectionem & conſummationem vt ritè facta videretur, deſiderabãtur, antea enim donatio perfecta non videtur, vt dictis iuribus: quia nihil actũ eſſe intelligimus, cùm aliquid ſupereſt agendum.vt.C.ad Sillanianum.l. penul.in princi.& id demum perfectum eſt, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.l.1.ff.de orig.iuris.

Neq;



Neque ad rem pertinet tex.in.c. quãuis pactum.de pactis.lib.6.& in.c. cùm contingat.de iureiur.& in.c.licèt mulieres. eod.titu.lib.6.nam illa iura procedunt, quando de interuẽtu & celebratione cõtractus erat certum & indubitatum, tũc enim adultus, qui fatetur ſe rem ſuã immobilem vendidiſſe ſine decreto, eãq́; alienationem iuramento firmaſſe, non poteſt retrocedere prætextu prohibitionis legalis: quia cùm ea prohibitio reſpiciat principaliter eius vtilitatem, non autem vtilitatem publicã, non admittitur ad peierandũ: quia ſalus & incolumitas animæ ſuæ eſt cunctis rebus caducis & terrenis pręferenda.l.ſunt perſonæ.ff.de religioſis.& dictis iuribus.& in authen. ſacramenta.C.ſi aduerſus venditionẽ.et ſimiliter ſi mulier conſenſit alienationi fundi dotalis cum iuramento, vel filius renuntiat futuræ patris hæreditati cum iuramẽto, non poterit retrocedere: quia hæc omnia licèt lege ciuili vetita ſint, hæc tamen prohibitio reſpicit principaliter priuatam ipſius mulieris conſentiẽtis, vel ipſius filij renuntiantis vtilitatẽ, vt dictis iuribus. Neque vlla ſuſpicio eſt falſitatis, aut ſimilis facinoris, & per hoc non intereſt principaliter reipublicæ. Aliud autem eſt in ſolennitate inſinuationis, quæ cùm defecit, defuiſſe etiã videtur veritas, ſeu probatio donationis, vel alterius diſpoſitionis, de qua agebatur, non ſecus, quàm ſi aliquis diceretur rei ſuæ vẽditionem, vel locationem, vel alterius generis conceſsionem feciſſe cũ iuramento, & tã contractus, quàm iuramentum vnius tãtùm teſtis depoſitione probaretur: nam tunc ſi ipſe, qui rei ſuę cõceſsionem feciſſe dicebatur, negaſſet tam contractum, quàm iuramẽtum, res probata non videretur: vt.C.de teſtib.l. iuriſiurãdi.& l.vbi numerꝰ.ff. de teſtib. & conſequenter liber maneret. Cæterũ ſi ipſe fateretur ſe rem ſuam conceſsiſſe, tunc conceſsio firma eſſet, non quidem ex vi & poteſtate iuramẽti, quæ non aũget rei, qua de agitur, probationẽ, licèt aliquando augeat concedentis poteſtatem. vt dictis iuribus. ſed ex vi confeſsionis, per quam res efficaciter probatur. Sic ergo & in ſpecie noſtra, ſi is qui donationem iuramẽto omiſſa inſinuationis ſolennitate firmaſſe dicebatur, neget ſeſe donationẽ feciſſe, aut donandi animum ſeſe habuiſſe deliberatum, aut conſummatum, donec ſolennitas inſinuationis ſecuta eſſet, ſtandum eſt eius aſſertioni, & donatio firma nõ erit, quaſi donatio illa non fuerit probata ex defectu inſinuationis, quæ loco probationis habetur, vel quaſi donatio illa non fuerit perfecta & conſummata ex defectu voluntatis donatoris, qui volũtatis defectus arguitur ex prætermiſsione inſinuationis. Cæterũ ſi ipſe donator agnoſcat & donationẽ reuera interfuiſſe, & animum donandi plenum deliberatũq́; ſeſe habuiſſe, donationem tamen hac ſola ratione valuiſſe neget, quòd defuerit ſolennitas inſinuationis, tunc audiẽdus non eſt: quia licèt forma iure publico introducta defuerit, tamen cùm forma illa ea tãtùm ratione deſideretur, quo magis res, qua de agitur, certa ſit, ſi quidem de ea re indubitanter conſtat, quale eſt cùm conſtat per cõfeſsionem ipſius partis. vt in.l.fina.C.de fideic.& in.§.fi.Inſti. de fideicommiſſarijs hæreditatibus. tũc ea forma prætermitti poteſt, & eiꝰ omiſſio non nocet. vt ex dictis ſuprà abundè & plenè docemur: & ſic hoc caſu donatio valeret, & poſſet procedere communis opi.affirmatiua, de qua mentionem habuimus, licèt etiam hoc caſu veriꝰ ſit donationem valere, non ex vi iuramenti, ſed magis ex vi confeſsionis, vt ſic nullo caſu communis opi. procedat: niſi dixeris, quòd quando iuramentum interpoſitum non eſt, tunc propter formam inſinuationis prætermiſſam nõ ſatis certum eſt, an donatio valeat de iure ciuili, quantũ-

quantũcunq; confeſſata fuerit,ſed quan
do interfuit iuramentũ,tũc licèt talis do
natio etiam cõfeſſata propter omiſſam
formam inſinuationis de iure ciuili nõ
valuerit, tamen per interuentũ iuramen
ti valebit,non quidem de iure ciuili, ſed
tantùm de iure canonico: quia lex cano
nica hoc caſu vltrà proceſsit declarãdo,
vt diſpoſitio valeat non obſtãte legis ci-
uilis prohibitione:& licèt hoc lex cano-
nica in ſpecie nõ introduxerit, ſufficit ta
men in caſu ſimili, eandemq; rationem
habente id introduxiſſe. vt in.d.c.quan-
uis.&.d.c.cùm cõtingat.&. d.c. licèt mu
lieres,&.d.auth.ſacramenta.iuncta.l.nõ
poſſunt.&.l.neq; leges.ff. de legib.

*Inſinuationis omiſsio nõ nocet qñ pars fatetur contractum.*

5 Deniq; eleganter defendi poſſe vide-
tur,vt prętermiſsio formæ inſinuationis
non impediat, quin per interuentum iu
ramenti valeat talis donatio,etiam de iu
re ciuili.argu.tex.in.d.auth.ſacramenta.
arguẽdo de eius deciſione ad deciſionẽ
aliorum caſuum eãdem,paremve ratio-
nem habentium.Vnde qua ratione alie-
natio prædij minoris facta ſine decreto
per interuentum iuramenti firmatur,ea
dem quoque & maiori ratione donatio
ſine inſinuatione facta, per interuẽtum
iuramenti firmabitur, quãdo ipſe dona-
tor fatetur & donationẽ ſe feciſſe, & ani-
mum donandi deliberatũ habuiſſe:neq;
alia defenſione ſe tuetur,quàm ꝙ præter
miſſa fuerit ſolẽnitas inſinuationis, quæ
cùm ad ſolam rei probationem deſidere
tur,vt dicta.l.data.C.de donat.eius defe-
ctus non nocet,cùm de rei veritate con-
ſtat per pleniſsimam probationem,qua-
lis eſt,vt iã admonuimus,probatio con-
feſsionis. Nec dubium eſt,quin faciliùs
hoc caſu iuramentum confirmare de-
beat diſpoſitionẽ, qua de agitur, quàm
in terminis dictæ,auth.ſacramenta.cùm
ibi eſſet fragilitas ætatis, & intellectus,
hic autem non eſſet talis fragilitas in do
natore, quem ponimus fuiſſe legitimæ
ætatis. Vnde formam probationis, quæ
in maioratus cauſa requiritur per.l.41.
Tauri,dicebã poſſe prętermitti,vbi adeſ
ſet confeſsio partis,qua ſtante, obſerua-
tio formæ ſuperfluit.Ad tex in.l.non du
bium.C.de legibus.& in.l. ſi quis inqui-
linos.§.fi.ff.de lega.1.reſponde, ꝙ proce-
dit in his, quæ principaliter propter pu-
blicam vtilitatẽ vetita ſunt, ea enim, vt
ſi ſimpliciter fiant,non valent:ita quoq;
etiam per interuentum iuramenti nõ fir
mantur,non magis,quàm ſi iuram. non
interfuiſſet. Et idem intelligendum eſt,
quando vetantur principaliter propter
præiudiciũ alterius tertij: nam tunc non
firmantur iuramento,vt in ſpecie decla-
rant Bar.& cõmuniter docto.in.l.ſi quis
pro eo.ff.de fideiuſſ.col.3.in.2.&.3. mem
bro. dum tractat quẽadmodum ea quæ
ædibus affixa ſunt,alienari, vel ſaltem le
gari non poſſunt, etiam cum iuramẽto.
& in aliis pluribus exemplis, de quibus
ibi per eum.& per tex.in.c.cùm contin-
gat.de iureiur. & in.c.licèt mulieres. eo.
tit. lib.6.Et ſimiliter parum obeſt, quòd
regulariter ſecundùm communes opi-
niones extenſio legis vel ſtatuti ad cor-
rectionem iuris communis fieri non de-
beat.vt eſt gloſ.communiter approbata
in auth.quas actiones.C.de ſacro.eccleſ.
ſecundùm Iaſ.poſt alios ibid.& per eun-
dẽ in.l.de quibus.num.14.cum ſeq.ff.de
legib.& per Bar.in.l.ſi conſtante.in prin
ci.quæſt.9.in.1.par.ff.ſolu.matri.& con-
ſequenter videatur, quòd.d.authẽ.ſacra-
menta puberum.extẽdi non deberet ad
correctionem legis. non dubium. C. de
legibus. nam cùm in. d.l. non dubium.
dicatur actum à lege prohibitum nõ fir-
mari per interuentum iuramẽti,id quod
corrigitur per.d.auth.ſacramenta pube-
rum.vt firmetur alienatio prædij mino-
ris,quæ citra decretum iudicis fieri pro-
hibita erat,vt per totum.C.de prædi. mi
no.& per totum.ff.de reb.eorum. vide-
batur talem nullius eſſe momenti,vel fie
ri non poſſe extenſionem dictę authen-

*Declaratio. l. 41. Tauri.*

*Declaratio l.nõ dubiũ. C.de legib.*

ticæ,



ticæ,quæ loquitur in alienatione prædio
rum minoris facta ſine decreto ad aliena
tionem factam cum iuramento ſine in-
teruentu inſinuationis ex forma ſtatuti
requiſitæ,cùm per hoc corrigatur dict.l.
nõ dubiũ.Sed dic,ꝙ nõ corrigitur,ſed tã-
tùm limitatur & declaratur vt procedat
in ijs,quæ reipublicæ cauſa principaliter
vetita ſunt, non in ijs,quæ priuatæ vtili-
tatis cauſa principaliter vetita ſunt, qua-
le eſt in ſpecie noſtra,poſtquàm per con-
feſsionem donantis,vel alienantis de alie
natione cœpit liquere, & ſic ſimile legis
corrigentis, id eſt,limitãtis legem veterẽ,
vincit ipſam legem veterem: nam noſter
caſus non erat deciſus per dict.authen.ſa
cramenta.ex ea tamen deducitur hoc ſi-
mile,& per illud ſic deductũ vincitur,&
cõſtringitur generalitas dict.l. nõ dubiũ.

*Simile legis an uincat ſimile cõſuetudinis, an contrà.*

6 Illud autem dubium eſt,an ſimile le-
gis vincat ſimile conſuetudinis, an cõtra
ſimile conſuetudinis vincat ſimile legis.
Qua in re communis op.eſſe videtur, ꝙ
ſimile legis vincat ſimile conſuetudinis.
Ita ſentit Iaſ.in.l.de quibus.ff.de legibus.
nu.22.& Bar.in repet.d.l.col.2. & Ange-
lus ibi col. 6. vbi etiam Albericus col.13.
& Cinus in.l.1.C. quæ ſit lõga conſuetu-
do.& Ioan.And.in. c. fi. de cõſuetudine.

Quod procedit ſecũdùm eos, quãdo
ſimile legis caſui occurrenti æquè ſimile
eſt,vel etiam ſimilius, q̃ ſimile cõſuetudi
nis: ꝙ ſi longè ſimilius eſſet caſui occur-
rẽti ſimile cõſuetudinis, tũc bene admit-
tunt, vt ſimile cõſuetudinis magis inſpi-
ciatur. Quod etiam admittũt in materia
conſuetudinaria, licèt caſui contingenti
ſimile legis & ſimile conſuetudinis pari-
ter accederent. Vnde inferunt, ꝙ cùm ſe-
cundùm legem incremẽtum alluuionis
accreſcat vſufructuario.l.item ſi fundi.§.
huic.ff. de vſufru. & tamen ſecũdùm ius
conſuetudinarium in feudis non accre-
ſcat vaſallo ſecũdùm diſtinctionem tex.
in.c.1.§.ſi quis de manſo.de cõtr.inueſti.ſi
modò occurrit caſus nullo iure deciſus,
ſcilicet de emphyteuta, an ei accreſcat in
cremẽtum alluuionis,ſumpto argumen
to à ſimilitudine legis,an verò non accre
ſcat ſumpto argumẽto à ſimilitudine iu-
ris cõſuetudinarij feudorum.De quo per
Iaſ.& alios ſuprà relatos.

Alij autem ſunt, qui tenent diuerſum
eius, qđ frequẽtiùs receptũ eſſe diximus,
exiſtimantes, ꝙ ſimile conſuetudinis vin
cat ſimile legis per.d.l.de quibus.2.reſpõ
ſo. vbi non ſolùm conſuetudo derogat
legi,ſed etiam ſimile conſuetudinis dero
gat ipſi legi, ergo multò faciliùs deroga-
bit ſimile ipſius legis.

Mihi etiam per hanc rationẽ hæc opi.
verior videtur ꝙ procedit,quando ius cõ
ſuetudinariũ iuri cõmuni eſt cõtrarium:
at ſi ius conſuetudinariũ iuri cõmuni nõ
ſit cõtrarium,ſed diuerſum,tũc puto ad-
mittendã diſtinctionẽ cõmunem feuda.
nanq; iuri cõi non ſunt cõtraria. i. nunq̃
repugnãt iuri cõmuni,cùm ſuper ijs,quę
à iure cõi diſpoſita non ſunt, loquantur.
Et pone exẽplum. Fit ſtatutũ, vt emptio
nõ reſcindatur ꝑ lęſionem vltra dimidiã:
ego in cõductione deceptus ſum vltra di
midiã,remediũ legis.2.C.de reſcind.vẽd.
habet locũ,etiam in locatione per exten-
ſionem de ſimilibus ad ſimilia ſecũdùm
Iaſ.in.d.l.de quibus.n. 29. & per cõtrariũ
videtur ꝙ nõ habeat locũ ꝑ ſimile ſtatu-
ti,vel cõſuetudinis id remediũ tollẽtis in
vẽditione,& ſic ſimile ſtatuti remediũ.d.
l.2.excludit,illud tamẽ admittit ſimile le
gis cõis,vtrum ſimile erit ſequẽdum?Pu-
to per rationem Iacobi.ſequendum ſimi
le cõſuetudinis:quia cùm inuicem cõtra
rientur,eſt potẽtius,& excludit ſimile le-
gis cõis, cùm ſimul ſtare nequeant. vt. l.
Mutius.ff.pro ſocio.Nec obſtant funda-
menta cõmunis opi. nam cõis diſtinctio
procedit, vbi conſuetudo non quid iu-
ri communi contrarium, ſed quid à iure
cõmuni diuerſum,à iureq; cõmuni non
deciſum inducit.Et caue,q̃a ſimilia, quæ
adducit cõis opi.bene ſuadẽt cõtrarium.

N Nam

Nam ſimile feudorum ſuadet, ne incrementum alluuionis emphyteutæ accedat, at ſimile vſufructuarij ſuadet, vt accedat, & ſic iſta ſimilia ſuadẽt contraria: ipſa tamen ſimilia inter ſe contraria non ſunt, ſed diuerſa: nam ſimile vſufructuarij in vſufructu loquitur, at in caſu meo inter ſe & in ſpecie ſunt cõtraria: nam cõſuetudo inducit venditionem prætextu lęſionis vltra dimidiam non reſcindi, ius autem commune inducit reſcindi. Hinc oritur ſimile cõſuetudinis impediens locationem eo prætextu reſcindi, licèt ſimile iuris communis ſuadeat reſcindi, & tamẽ præualet ſimile cõſuetudinis, vt dixi. Hinc iure improbamus Bar. in. d. l. de quibus. n. 4. dicentẽ, ꝙ licèt lege correcta, & eius ratio regulariter videatur correcta. l. 1. circa prĩ. cũ gl. C. de lati. liber. tolle. tamen illud verũ, quãdo corrigitur per legem, vel cõſuet. generalẽ, ſecùs ſi ꝑ conſuetudinẽ localẽ: nã hoc eſt falſum, imò idẽ ſi per conſuetudinẽ localẽ. Nã vt lex generalis quo ad omnes populos legem corrigendo videtur etiam eius rationem corrigere, vt ꝑ hoc & illi legi ſimiles deciſiones videãtur correctæ, iuxta. d. l. 1. cũ gl. ita & cõſuetudo localis vel ſtatuti legem generalẽ quo ad ipſum populum corrigẽdo, & eius rationem corrigere videtur, vt per hoc & eius ſimiles rationes & deciſiones correctæ videantur quo ad illum populum, vbi ea cõſuetudo viget. Habes ergo contra communem, ꝙ ſimile conſuetudinis legem corrigentis vincit ſimile legis correctæ: at ſimile conſuetudinis non corrigentis, ſed exorbitantis interdũ vincit ſimile legis, interdum vincitur ab illo ſimili.

*Statuto, uel conſuetudine ſtante ne prætextu læſionis ultra dimidiã emptio reſcinderetur locatio & ſimiles contractus reſcindi ſimiliter nõ poſſent.*

7 Deniq; ſi ſtatuto, quo cauetur, ne contractus emptionis à maiore. 25. annis inito citra vllam vim aut dolum reſcinderetur prætextu læſionis vltra dimidiam, illa ratio expreſſa eſſet, & ita obſeruari volumus ad vitãdas lites, quæ ſæpiſsimè excitari ſolent prætextu illius læſionis; tunc non dubito, quin licèt id ſtatutum in contractu locationis non loquatur, tamen extendetur à paritate, vel maioritate rationis, vt procedat etiam in locatione, & conductione, quæ prætextu læſionis vltra dimidiam reſcindi non poterit: ſicq; id ſtatutũ licèt ſit correctorium iuris cõmunis, extẽdetur ad correctionem iuris cõmunis. Quia licèt regulariter etiã ex maioritate rationis nõ fiat extẽſio ad correctionẽ legis, vt tenet gl. magis communiter app. ſecũdùm Iaſ. ibi. n. 22. cum ſeq. C. de ſacr. eccle. & eſt cõmunis opi. ſecũdùm Iaſ. in. d. l. de quib⁹. n. 14. cum pl. ſequẽtibus. tamẽ fallit, vbi ratio fuit expreſſa in lege ſecũdùm eũd. ibid. vnde cũ in tali ſtatuto eſſet expreſſa ratio, quę militat in cõtractu locationis, non ſecus, q̃ in cõtractu emptionis, ſequitur idem iuris vtrobiq; futurum eſſe. Sicq; cùm reſciſio prætextu læſionis vltra dimidiã non ſit expreſsim admiſſa, vel denegata vllo iure in cõtractu locationis, ſed tãtùm in contractu emptionis, ſed tamẽ ſimile legis cõmunis induxerit & perſuaſerit, vt talis reſciſio etiã in contractu locationis admittatur, ſed ſimile huius ſtatuti ſuadeat, vt non admittatur in cõtractu locationis non magis q̃ in cõtractu venditionis, nõ dubito, quin ſimile huius ſtatuti vincere debeat ſimile legis cõis, præſertim cùm ratio corrigẽdi ſit expreſſa in dicto ſtatuto, quæ in cõtractu locatiõis militat, nõ ſecus, q̃ in ipſo cõtractu emptionis. Qua ratione idem putarem, etiã ſi ratio illa ad vitandas lites. &c. non eſſet expreſſa in dicto ſtatuto. Nam quoties veriſimiliter in ſtatuto vna tãtùm ratio reddi poteſt, illa ſemper pro expreſſa habetur quo ad vim, poteſtatem, & iuris effectum. vt eſt gl. communiter approbata in. l. quanuis. C. de fideicommiſ. vbi latè per Iaſo. poſt alios. ſed in hoc ſtatuto veriſimiliter nulla alia ratio reddi potuit, quàm illa, vt ſcilicet ceſſarent lites innumeræ, quæ occaſione illius reſciſionis,



quæ prætextu læſionis vltra dimidiã ſolent excitari: nã ius cõmune hac in parte æquiſsimũ ſanctiſsimumq́; eſt, nec vlla alia ratione immutari ab ſtatuẽtibus potuit, q̃ ꝙ ſub ſpecie illius æquitatis, prauis, perfidiſq́; hominibus ingẽs occaſio litigãdi data fuit, & cõſequẽter ea ratio meritò & probabiliter habebitur ꝓ expreſſa, & conſequẽter ſimile huiuſmodi ſtatuti recipiẽdum eſt ad corrigendũ ſimile legis. Qua ratione idẽ quoq; in ſimili cõſuetudinis admittẽdum eſt, veluti ſi conſuetudine omniũ iudicum in aliqua prouincia, vel regione receptiſsimũ eſſet, ne vllum cõtractum emptionis prętextu læſionis vltra dimidiã reſcinderent, adijciẽtes ſemper in ſuis ſentẽtijs hãc cauſam, vt ꝑ hoc vitarẽtur innumeræ lites, quæ prætextu talis læſionis excitari ſolẽt, tunc ꝗa ratio illius iuris cõſuetudinarij militat in cotractu locationis nõ ſecus q̃ in contractu venditionis, putarẽ ꝙ ſimile illius cõſuetudinis extẽderetur ad corrigendum ſimile legis communis, ſicq́; illud vinceret, argu. prædictorum.

*Ratio eadẽ oẽs caſus etiam nõ expreſſos ex ui comprehenſiua amplecti dicitur.*

Confirmatur, ꝗa vbi eſt eadem ratio, ibi nõ tam dicitur extenſio, quàm eiuſdẽ caſus virtualis comprehẽſio. Vt enim genus plures ſub ſe comprehẽdit ſpecies, ita quoq; eadẽ ratio plures caſus cõprehendit, nõ per extẽſionẽ, ſed ex vi cõprehenſiua. Ita tenet Bal. in. l. de quib⁹. ſuprà allegata. Petrus, & Cin⁹ in. l. iura nõ in ſingulas. ff. de legib⁹. & in. l. ꝙ verò cõtra. eod. tit. idẽ Bal. in auth. poſt fratres. 2. C. de legit. hęre. et in. c. ꝗa. v. circa finẽ. de iudiciis idẽ ſentit in. l. his ſolis. C. de reuocãdis donat. latè Tiraquellus in. l. ſi vnquã. in verbo, libertis. n. 37. C. de reuo. dona. Tira. in tract. ꝺ vtroq; retractu. §. 20. n. 2. pag. 566.

*Statu. uel cõſuetudo inducens, ne ꝑ læſionẽ ultra dimidiã locatio reſcindatur, non extẽditur ad uenditionem.*

8 Quid autẽ ecõtra ſi litiũ vitãdarũ cauſa, quæ ea occaſione excitari ſolent, ꝙ cõtractus locationis reſcinduntur prętextu læſionis vltra dimidiã, ſtatuto, vel conſuetudine legitimè præſcripta introductũ eſſet, ne contractus locationis reſcinderetur prætextu læſionis vltra dimidiã, an tũc ſimile ſtatuti, vel cõſuetudinis admittẽdum eſſet ad correctionẽ iuris communis & legis ſcriptæ, quæ dictat, contractũ emptionis & vẽditionis reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiã. Mouet quæſtionẽ, ꝙ vtrobiq; par vel ſaltẽ ſimilis ratio ſit: ſed adhuc in cõtrariã partem procliuior ſum. Nam licèt negari nõ poſsit, quin inter hos caſus ſit ſimilitudo rationis, tamẽ longè minor ratio eſt in contractu emptionis, q̃ in contractu locationis. Nam qui læſus eſt vltra dimidiã in locatione rei ſuæ, non tã læditur, q̃ lęderetur, ſi in venditione eiuſdẽ rei vltra dimidiã deceptus eſſet: conſtat enim locationem cuiuſq; rei leuioris eſſe momẽti, quã alienatio eiuſdem rei. Vnde licèt tutores, & curatores non poſſent prædia minorum alienare ſine decreto, poſſunt tamen ea prædia ſine decreto locare: & conſequenter licèt vtilitas litium vitãdarum mouerit populũ ad faciẽdum ſtatutum, vel recipiẽdam cõſuetudinem, per quã excluderetur reſciſio prætextu læſionis vltra dimidiã in contractu leuioris momenti, ea tamen ratio eos non moueret ita facilè ad excludendam talem reſciſionem in contractu maioris momenti, qualis eſt contractus emptionis, & venditionis.

*Simile conſuetudinis uincit legẽ, cum Fulg. contra communem.*

9 Deniq; licèt ſimile conſuetudinis vincat ſimile legis ſcriptæ, dubiũ tamen eſt, an vincat ipſam legem ſcriptã. Qua in re cõmunis opi. eſt, ꝙ legem ſcriptã vincere non poſsit, ne per ſubauditos intellectus inducatur legũ correctio, vt notat gl. in. c. cupiẽtes. §. ꝙ ſi per viginti. de electione. in. 6. Ita firmat Iaſ. in. d. l. de quibus. n. 14. ff. de legib. quia etiã à maioritate rationis non põt fieri extenſio ad correctionẽ legis, vt eſt. gl. cõmuniter appro. in. d. auth, quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. vt latè reſoluit Iaſ. ibi poſt alios. idem Iaſ. vbi ſuprà. Barto. & omnes in. l. ſi conſtante. in prin. in. 9. q. primę partis. ff. ſoluto matri.

Contrariam ſententiam tenuit Fulg.

in.d.l.de quibus.col.2.& in.l. nõ ſine. C. de bonis quæ liberis.vt ſimile conſuetudinis vincat legem, & ſic extendatur ad correctionem legis.Et hanc op. Fulgoſij Iaſ.vbi ſuprà nouam & mirabilẽ appellat.Pro qua fortiter facit tex.in dict.l. de quibus.in.2. reſp. vbi ſimile conſuetudinis cuiuſq; loci,vincit cõſuetudinem vrbis Romanæ, & conſequenter excluderet ipſam legem ſcriptam,cùm conſuetudo nõ minorem vim habeat, quàm ipſa lex ſcripta.vt in.d.l.de quibus.cum multis ſequentibus.bene facit tex.in.d.l.non ſine.Neq; ad rem pertinet, ꝙ Iaſ. vbi ſuprà reſpondet,illum tex. procedere in ijs caſibus, qui nulla lege comprehenſi fuerũt:ſecus autem in caſibus,qui aliqua lege expreſsim comprehenſi ſunt: nam in illis non dubium eſt,inquit.Iaſ. quin cõſuetudinis ſimile non extendatur ad correctionem legis.Et ideo inquit Iuriſconſultus in.d.l.de quib⁹.cautè dixit de quibus cauſis ſcriptis legibus non vtimur. vt ſit ſenſus,ꝙ in quib⁹ caſibus nulla lex ſcripta eſt, in illis tantùm caſibus inſpicitur conſuetudo, & ſimile cõſuetudinis: ſecùs autem in caſibus aliqua lege comprehenſis.Sed iſte ſenſus non placet Accurſio,qui in gl.1. ibidem generaliter intelligit illum text.& certè iſta eſt magna reſtrictio ad text.in.d. l. de quibus. vnde puto ibid.eſſe text.pro Fulgoſi. Nam vt leges nequeunt omnia comprehẽdere.l. nõ poſſunt.&.l.neq; leges.de legibus.ita conſuetudines, & ſtatuta omnia cõprehendere nequeunt. Vnde in conſuetudinibus,& ſtatutis,etiam ad legũ correctionem,puto ex identitate rationis (contra cõmunem)procedendum eſſe, vt.d.l.de quib⁹. ibi, nãq; primò inſpicitur cõſuetudo,vel ſtatutũ: deinde ſimile cõſuetudinis vel ſtatuti: tertiò ius cõmune. Quod intelligo,ſiue ius commune ſit conſuetudinarium,ſiue ſcriptum, vt patet in eadẽ l.ibi, tunc ius quo vrbs Romana vtitur. tex.n. nõ debet reſtringi ad ius conſuetudinarium cõtra.l.præcipimus.in fi. C. de appel.ſiquidem poteſt etiã de ſcripto intelligi. vt.§. ſed naturalia. §. oẽs populi. Inſt.de iure natu.&.l. oẽs populi.de iuſt. & iu.ff.licèt gl.& doct.in.d.l. de quibus. reſtringant illũ tex.ad ius conſuetudinariũ. Non obſ.ꝙ dicitur illum tex.intelligendum de cõſuetudine Romæ particulari,nam id eſt falſum:quia neceſſariò eſt intelligẽdum de cõſuetudine iuri conſona,quę facit ius vniuerſale,vt ex dict.tex. ſatis apparet.Sed ſi verũ eſſet,adhuc non obeſt,vt per Iaſ.ibidem. Nec obſtat ca.1. de feudi cogni.nam imò facit pro me, iũcta ſua gl.Pręterea & ſi cõtra me faceret, adhuc nõ obeſſet:quia non licet arguere de iuribus feudalibus ad cauſas nõ feudales ſecundùm Iaſ.in.d.l.de quibus.nu.26. Tene ergo cõtra Iaſ.ꝙ.d.l.de quibus.procedit, ſiue cõſuetudo ſit cõtra ius ciuile, ſiue præter ius. Nec obeſt.l. quod nõ ratione.ff.de legib⁹. nam ibi fuit error, hic certa ſciẽtia:vel ibi cõtra rationẽ naturalem,hic cõtra ciuilem rationẽ, & formã: vel ibi,ꝙ nõ egrediatur locũ cauetur, nõ quòd non egrediatur caſum. Itẽ ꝙ. d. l. de quibus.ibi,tũc ius quo vrbs.&c. ſit intelligẽda de iure ſcripto, vel de cõſuetudine iuri cõſona. Patet:quia cõſuetudo, vel ſtatutũ cõtra ius,nõ dicitur ius, ſed factum,vt.c.1.iũcta gl.in verbo, facti.de cõſtit.in.6.ſed hìc dicitur(ius quo vrbs) ergo loquitur de cõſuetudine iuri cõſona, & per cõſequens generaliùs,vt iã admonuimus.Habes ergo cõtra cõmunem, ꝙ ſtatutũ,vel cõſuetudo cõtra ius, ex idẽtitate rationis extẽditur de ſimilibus ad ſimilia, etiã ad legũ correctionẽ.Nec obs. ꝙ nec ex maioritate rationis fiat legũ correctio ſecũdùm gl.cõmuniter app.in authẽ.quas actiones.C.de ſacro.eccle. nam vt illud procedat,propè docebimur. Ad de.l.adigere.§.quãuis.de iure patro.l.quãuis.de in ius voc.ff.Bar.in.d.l.omnes populi.in princ.6.q. pr.& adde quod notat Iaſ.col.6.in.d.l.de quibus.& cõmu.doct.

in



in.l.his ſolis.per tex.ibi.C.de reuo.dona. & ex.l.his ſolis.in fi.non ꝙ ex maioritate rationis extẽſio fit,nõ ex vi extẽſiua, ſed ex vi cõprehẽſiua, & ſic propriùs dicitur comprehẽſio,vel incluſio,ꝗ extenſio.Ex paritate aũt rationis fit extẽſio etiã de caſu proprio ad caſum impropriũ ſecundũ glo. eligatur.in cle.1.de elect.Et Iaſ.in.l.ſi cõſtante.in prin.col.14.ſolu.matri. ff.per tex.in.l. filium habeo.ad Macedo. ff. vbi de filio ad nepotem fit extenſio,licèt filij appellatione impropriè veniat nepos,ſecũdùm Bar.in.l.liberorum.de verb.ſign. Hinc Bal.in.l.venia.C. đ in ius voc.dicit, ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ maſculo filio extante fœmina filia nõ ſuccedat, etiã nepos fœminam filiam excludit. & cum Bald. eſt cõmunis opi.ibid.& cùm valeat argum. de verbis legis ad verba teſtatoris,vt in.l. cùm quidam.§.quẽadmodum. C. de verbo.ſigni.dicendũ eſt, ꝙ teſtatore iubẽte, ꝙ extãte filio maſculo filia fœmina non ſuccedat,etiã à nepote ex filio talis excludetur fœmina. Sed an à nepte quæſtionis eſt. Vides ergo, ꝙ ſtatutũ iuri cõi contrariũ,extẽditur ex maioritate, & etiã ex paritate rationis.Sed iſtud eſt falſum: nã nec ex paritate fit,nec etiã ex maioritate in correctorijs,vt per Iaſ.in authen. quas actiones.n.21.de ſacr.eccl. Fallit quando vnica tm̃ ratio reddi põt in ſtatuto, eaq́; vertitur in caſu ſimili,nã tũc vel in correctione fit extẽſio, & altero de his caſibus poteſt procedere qđ ſuprà dictum eſt,nõ aliter.vt per Iaſ.vbi ſuprà.Ita intellige qđ ait Iaſ.in.l.ſiue apud acta.col.2.C. đ tranſac. & in.l.5.in prin.col.2.ff.de verb. obli. licèt ibi per incuriam dicat cõtrarium,& malè.Non obſt.d.l. his ſolis. vbi videtur probari,ꝙ in correctorijs fit extenſio: nã non loquitur in correctorijs, ſed in exorbitãtibus,& limitatorijs.Non enim dicit propter ingratitud. donatarij, donationẽ reuocari nõ poſſe abſolutè,ſed nõ poſſe in caſu.ſ.iſto,& ſic limitat,nõ corrigit. Et iſto etiã modo põt intelligi qđ ſuprà dictũ eſt.Adde, ꝙ in correctorijs quãdo ratio eſt expreſſa in lege,licita eſt extẽſio. Iaſ.in.l.ſi ita ſtip.§. Chryſogon⁹.col.11. in prin.de verb.obl. at in limitatorijs etiã ſi ratio nõ ſit expreſſa, ex idẽtitate rationis eſt licita extenſio.Iaſ.ibid.col.12.in prin.

Et ad.d.l.his ſolis.vi.Soci.conſi.295.In cauſa.Iaſ.conſi.125.Circa.lib.1.Oldra.cõſil.236.Cùm mulier.Rom.conſi.269.Nõ eſt dubiũ.Oldra.conſil.273. Quidam habens.Bar.conſi.210.Omne illud.Decius. con.240.Et diligẽter.Oldra.cõſi.278.Licèt quãtum.Decius cõſil.399. Concluſionẽ.&.366.Pro declaratione.& cõſi.20. In cauſa.& cõſi.151.Satis nota.& conſil.675. Conſului. Deci⁹.conſ.363.Viſo.Bar. cõſi. 135. Lapus.Fulg.conſi.65.Titius.

10 Infertur ex ſuperioribus ad deciſionẽ illius quæſtionis,an ſtãte ſtatuto,vel conſuetudine,ꝙ filius maſculus excludat fœminã in ſucceſsiõe abinteſt.an nepos maſcul⁹ fœminã excludat,nõ ſecus ꝗ ipſe filius,quaſi ſimile ſtatuti,vel cõſuetudinis extẽdatur ad correctionẽ iuris cõmunis, quo iure pariter ſuccedũt maſculus et fœmina.vt in.l.maximũ vitiũ. C. đ lib. pręt. & in.§.1.&.fin. Inſtit. de hæredibus abinteſt.Qua in re Fulg.vbi ſuprà.& Bal.Sali. & oẽs doct.in.l.venia.C. đ in ius vocãdo. tenẽt,ꝙ etiã nepos fœminã excludat.Idẽ tenet Iaſ.in.l.de quibus.ff. de legib. n. 16. & Paul.in.l.maximũ vitiũ.C.de lib.præt. & Ancharan⁹ in.c.canonũ ſtatuta.de cõſtitutiõibus.put eos refert Iaſ. vbi ſuprà.

*Statutũ, ꝙ ſtãtibus maſculis filiis fœmina non ſuccedat, non extenditur ad nepotes cõtra communem.*

Mouẽtur:qa tale ſtatutũ eſt fauorabile reſpectu filiorũ,& agnationis,& cõſequẽter extẽdendũ eſt,vt in.c.odia.de reg.iur. in.6.&.l.cùm quidã.ff.de lib.& poſt. Sed id fundamẽtũ reuera nihil eſt: qa beneficiũ principis latiſsi.latiuſq́;, ꝗ vlla alia diſpoſitio eſt interpretãdum.vt eſt gl.communiter recepta. vt ꝑ Iaſ.ibi poſt alios in l.fi.ff. đ cõſtitutionib⁹ prin.& tamẽ ꝑ hoc nõ extẽditur in præiudiciũ,& læſionẽ tertij.vt in.l.cũ auus.C.de emãcip.liberorũ. & in. l. ſi teſtamẽtũ. vbi per omnes doct.

C.de teſtamentis.& in.l.ex facto.in prin. vbi latè p Bart.Alex.Iaſ.Ripă.& nouiſſimos. ff. de vulgari. Sic ergo & in ſpecie noſtra, beneficiũ illi⁹ ſtatuti licèt ſit fauorabile ex parte maſculorũ, nõ tamẽ põt, aut debet extẽdi in pręiudiciũ fœminarũ.

Mouẽtur & ſecũdò tenẽtes cõmunem ſentẽtiam: quia quando vnica tãtùm ratio reddi poteſt, ea habetur pro expreſſa. Ita tenet gl. ſingularis in. l. quanuis. vbi Bal.Pau.& latè Iaſ.C.de fideic.Bal.in.d.l. maximũ vitiũ. col.4.C. de lib.pręt.Iaſ.in d.l.de q̃bus.n.18. ſed quãdo ſtatuto ratio expreſſa eſt, tũc fit extenſio, etiã in correctorijs, vt eſt cõmunis op.de qua latè per Iaſ.in auth.quas actiones.C. de ſacr. eccl. & in.d.l.de quibus.n.18. ergo dictũ ſtatutũ recipit extẽſionẽ, nõ ſecus, ꝗ̃ ſi ratio in eo expreſſa eſſet. Sed certè nos fatemur, ꝙ tale ſtatutũ, vt pote fauorabile, ex parte maſculorũ poſſit recipere alias extenſiones: hãc tamen extẽſionem, de qua loquimur, recipere nunꝗ̃ poterit propter pręiudiciũ fœminarũ: quia longè minor ratio eſt in nepotibus, ꝗ̃ in filijs. vt eſt tex. in.l.ſi viua matre. circa mediũ.C.de bonis maternis. Et hæc op. prætereà ꝙ verior eſt in puncto iuris, longè quoq; æquior eſt, & ita conſulerem & iudicarem.

10 Quid autem ſi eſſet ſtatutũ, vel cõſuetudo, ꝙ frater eius, cuius de ſucceſſione agitur, excludat matrẽ ipſi⁹ defuncti, an ſimiliter excludet auiã ipſius? Et hãc in re communis opi. eſt, ꝙ auia excludatur. Quã opi. verã puto propter maioritatem rationis. & ita tenet Fulg. in.d.l. de quib⁹ Bar. poſt Richardũ in.l.2.§.fi.ff.ad Tertul. Bal.in.l.illã.C.de collat.& ibi latè Alexã. Idẽ Bal.in.l.quicũq;.in.4.col.C. de ſeruis fugitiuis.& latiùs in.l.ſi defunctus. C. de ſuis & legit. Io.An.in additione Speculatoris in tit.de ſucceſſione ab inteſta. in rubri.Iaſ.in.d.l.de quibus.n.21.licèt cõtrariũ & malè tenuerit Bal. ſibi cõtrarius in l.quod verò.ff. de legib. vbi etiam Butrigarius. Prætereà in tali ſtatuto vnica tantũ ratio reddi poſſet, nẽpè fauor maſculorũ, ergo talis ratio habetur pro expreſſa. glo. cõmuniter app. per Iaſ. poſt alios ibi in.l.quãuis.C.de fideic. idem Iaſ.in auth. quas actiones.n.21.cũ ſeq.C.de ſacr.eccl. & in.d.l.de quibus.n.14.cũ ſeq. Sed ſi ratio eſſet expreſſa, tunc etiam in correctorijs fieret extenſio ad caſus eaſdem rationes habentes, ergo idem ſi expreſſa non ſit, vt eſt cõmunis op. quã nos retulimus.

Illud tamẽ prætermittẽdum nõ eſt, ꝙ ſimile legis faciliùs deberet vincere legẽ veterẽ, ꝗ̃ ſimile conſuetudinis: q͂a negari nõ põt, quin licèt leges debeãt eſſe nimis iuſtæ & rationabiles.c.erit aũt lex.4.diſt. nõ tamen ſic in cõſuetudine, quã tolerabilem eſſe ſat eſt. vt elegãter per Tiraq. de vtroq; retr. in præfatione.n.75.ergo conſuetudo non tam facilè ꝗ̃ lex recipit extenſionẽ. Vnde licèt per.l.4.tit. de las vẽdidas.lib.5. ordi. reſciſio prætextu læſionis vltra dimidiã in omnibus cõtractib⁹ admittatur, ſi tamen per cõſuetudinem inductũ præſcriptũq; eſſet, vt in cõtractu vẽditionis talis reſciſio nõ admitteretur; nihilominus dicerẽ in reliquis contractibus admittẽdam non ſecus, ꝗ̃ ſi id in cõtractu vẽditionis moribus præſcriptum non eſſet, ne cõſuetudo illa vix tolerabilis, quæ legẽ iuſtiſſimam in parte præſcripſit, extẽderetur ad correctionẽ alterius partis eiuſd.legis. Verùm ſi lege ſcripta ſtatutum eſſet, ne reſciſio prætextu læſionis vltra dimidiam in contractu venditionis admitteretur propter lites vitãdas, tũc faciliùs admitterem, vt idẽ eadẽ ratione procederet etiam in reliquis cõtractibus. argu.l.neq; leges.l.nõ poſſunt. ff. de legib. Verùm licèt reſciſio cõtractus locationis prætextu læſionis vltra dimidiam ceſſet in vectigalibus regijs per.l.1.in quaterno alcaua.tamen in cõtractu emptionis reſciſio daretur, quia in eo ceſſat ratio dict.l.1. niſi fieret emptio illa in publica ſubhaſtatione.per.l. 5. tit. de las vẽdidas. lib.5.ordinamen.

*Declaratio l.4. titu.de las uẽdidas. lib.5.ordi.*

*Declaratio l.1. in quaterno alca.& l.5.tit.de las uendidas. lib.5.ordi.*

Decimo-



*Forma omiſſa ſtipulatio, etiam iurata non ualet etiam in vim pacti nudi cõtra cõmunem.*

11 Decimooctauò infertur principaliter, an ſi per ſtipulationem à me centum petas, & ipſe receſsi, & te abſente ea centum iuramento tibi abſenti promiſi, valeat diſpoſitio ex vi iuramenti? Et quidem citra interuentum iuramenti conſtat talem ſtipulationẽ nullius fore momenti propter formæ tranſgreſsionem. vt in.l.1.§.1.ff.de verbo.oblig. vt neq; in vim pacti nudi valeat, vt ibi, iuncto.§. ſi quis ita.eadem lege. Sed interpoſito iuramento licèt adhuc non valeat in vim ſtipulationis propter formæ tranſgreſsionem, quæ per interuentũ iuramenti nõ ſuppletur, vt tenet Bart. nume.13.& cõmuniter docto. in.l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſ.cum quo eſt communis opi.vt per Alciatum in.c.cùm contingat.de iureiur.nu.167.vbi Abbas.nu.27. & Imol. in.8.mẽbro.per Marcum Anto.in tract. de virt.iur.in princ.per Corneũ in auth. ſacramenta puberum. C.ſi aduer.vend. num.64.per Bar. in.l.1.§.ſi quis ita.ſuprà allegato, nume.9.vbi Ripa nume.27. & Alcia.nu.50.& Iaſ. nu.24. per Couarru. de teſtamentis.c.Rainaldus.§.3.num.10. per eundem latiùs in.c. quanuis pactũ. de pact.in.6.id quod nos quoq; alibi diximus plenè, tamen per interuentum iuramenti ea ſtipulatio, quæ in vim ſtipulationis valere non potuit, incipit valere in vim pacti nudi. Iſta eſt cõmunis opi. quam tenent omnes authores, quos modò retulim⁹. Mouẽtur per tex. in.l. cùm pater.§.filius matrem.ff. de lega.2.cuius verba ita habent. Filius matrem hæredẽ ſcripſerat, & fideicommiſſa tabulis data cum iuriſiurandi religione præſtari rogauerat, cùm teſtam. nullo iure factum eſſet, nihilominus matrem legitimã hæredem cogendam fideicõmiſſum præſtare reſpondi: nam obnixè voluntatis preces ad omnem ſucceſsionis ſpeciem porrectæ videbãtur. Ex quo tex. illud in primis dubium eſt, vtrùm ipſemet teſtator iuraſſet ſe velle illa fideicõmiſſa præſtari, an verò ipſam matrem hæredem ſcriptam iuberet iuramentum de fideicommiſsis præſtandis præſtare. Et Bart. glo.& communiter docto. ibi vtroq; caſu tex. procedere intelligunt. Quod ſimiliter admittunt Crotus concluſione 9.in.d.§.ſi quis ita. Alciatus.nu. 163.in.d. c.cùm cõtingat.gl.in.l.2.C.com. de leg. Benedictus in. c. Rainaldus. in verb. teſtamentum.3.de teſtamentis num.20.& Couarru.in.d.c.Rainutius.§. 3. num.10. verſic.2. Qui ſenſus licèt congruat verbis illius tex.tamen quia ibi conſtat teſtatorem vnam tantùm, non etiam duas diſpoſitiones feciſſe, nõ dubiũ eſt, quin licèt vterq; ſenſus in ſe verus eſſe poſsit, tamen ille tex.cum altero tantùm ſenſu factus fuerit, vnde videndũ eſt vter horum ſenſuum nobis eligẽdus ſit: & cùm vnuſquiſq; præſumatur velle actũ vtilẽ & firmum facere.l.3.ff.de milit.teſtamẽto.non dubitarim, quin teſtator in terminis illius tex. putaſſet actum teſtamẽtumq; firmũ feciſſe ſe: & conſequenter cùm non poſſet ignorare, quin ex teſtamẽto firmo deberẽtur legata citra vllũ iuramentum, & vanum eſſet ipſum teſtatorem iurare velle ſe illa fideicommiſſa præſtari, cùm abſq; vllo ipſius iuramento per ſolam ipſius diſpoſitionem ſatis liqueret ſe voluiſſe, vt fideicõmiſſa præſtarentur quando ea reliquit, ſuper eſt, vt probabiliùs ſit eum voluiſſe & diſpoſuiſſe, vt hæres iuraſſet ſe fideicõmiſſa pręſtaturum, quo citiùs, & expeditiùs ea fideicõmiſſa præſtarentur. argu.l. qui ſub conditione.in prin.ff.de condi.inſt. Itaque cùm iuram. interponendum nulla alia ratione teſtator curare veriſimiliter potuerit, quàm vt fideicommiſſa & magis in tuto eſſent, & citiùs præſtarentur, & iſthæc teſtator non tam per ſuum proprium iuramen. quàm per iuramen. hæredis aſſequuturus eſſet, veroſimiliùs eſt ibi iuramen. ab ipſo hærede præſtari iuſsiſſe.

 Secũ-

Secundùm quæ ille tex. non probat communem opi. vt ſtipulatio inutilis ratione formæ valeat per interuentum iuramenti ipſius promittẽtis in vim pacti nudi. Nec, vt puto, ea communis opi. in ſe vera eſt, vt rectè perpẽdit Ripa. nu. 27. in. d. §. ſi quis ita. Nam aut conſtat cõtrahẽtes ad ſtipulationẽ tãtùm reſpexiſſe, aut etiã ad pactũ nudũ, aut dubitatur. Primo caſu ſi ſtipulatio non valuit in vim ſtipulationis, non quoque valebit in vim pacti nudi ex defectu conſenſus ſtipulantium, qui defectus per interuentum iuramenti non ſuppletur. l. fina. C. de non numera. pecu. Barto. in dict. l. ſi quis pro eo. nume. 13. cum quo eſt non ſolùm communis, ſed etiam indifferens op. eorũ, quos ſuprà retulimus. Secũdo caſu, quando cõtrahentes volebant, vt ſi diſpoſitio non valeret in vim ſtipulationis, valeret in vim pacti nudi, tũc valebit in vim pacti nudi, nõ ex vi iuramẽti, ſed ex vi cõſenſus & volũtatis agẽtiũ. l. ſi tã anguſt. ff. de ſeruit. l. viã. cũ gl. ff. de ſerui. ruſti. pręd. Bar. et oẽs in. d. §. ſi qs ita. n. 9. Tertio caſu, quando dubitatur, iuram. promittentis non efficit, vt talis ſtipulatio inutilis ratione formæ valeat in vim pacti nudi, quia iuramentum non egreditur perſonam iurãtis, nec poteſt augere voluntatem & conſenſum alterius. c. veritatis. de iureiu. ſed ille qui per ſtipulationem aliquid ſibi dari ſtipulatur, incertum eſt, an per pactum nudũ ſibi promitti voluerit, quinimo in re dubia id voluiſſe non creditur. argu. l. an inutilis. ff. de acceptil. l. obligationum ſubſtãtia. §. fi. & l. non ſolùm. ff. de act. & obliga. Si enim quod mihi ex alia cauſa ſatis efficaciter debebas, animo nouãdi ſtipulat[9] ſum abſte, iuxta. §. præterea. Inſtit. quib. mod. tollitur obliga. nonne ridiculum eſſet dicere, voluiſſe me te obligari per pactum nudum, ſicq; inefficaciter? ergo. &c. Ergo id iuramen. nõ facit, vt in vim pacti ea ſtipulatio valeat. Hinc etiã dicebam, quòd in terminis. l. 12. titul. de los vaſallos. lib. 4. ordina. vbi vaſallus iubetur ſui præſentiam cum equo & armis facere ſub longa forma & obſeruatione, is ſi ſolennium quicquam omiſerit tempore illius actus, tunc is defectus per interuentum iuramenti non ſupplebitur, vnde incurret pœnam legis. 10. & legis. 11. eodem titulo.

*Declaratio l. 12. titu. de los vaſallos lib. 4. ordi.*

Qua ratione in terminis. l. 4. titulo. 3. lib. 7. ordina. vbi longa obſeruatio in rerum ciuitatis locatione deſideratur, dicebam ſimiliter, ſi ſolennium quicquã prætermiſſum fuerit, per interuentum iuramenti non ſuppleri. Et ita intelligebam dict. l. 4. Nec decurionum etiã nomine ciuitatis iurantium ſacramentum proficeret. argu. eorum quæ diximus infrà. §. 6. nume. 4. per quod ſatisfiet auth. ſacramenta. C. ſi adu. vendit.

*Declaratio l. 4. titu. 3. lib. 7. ordi.*

12 Illud autem receptũ cõmuniter eſt, vt ſi forma ſtipulationis ſeruata ſit, tunc valeat ſtipulatio, etiam ſi contrahentes aliud principaliter agerent: quale eſt, cũ ſic interrogatus ſum, Vendis mihis domum pro centum? & tu reſpondes, Vendo. nam hoc caſu conſtat contrahentes contractum emptionis & venditionis principaliter agere voluiſſe. Sed licèt id principaliter agãt, nihilominus quia interfuit forma apta ad ſtipulationem cõtrahendam, quæ conſiſtit in interrogatione, & reſponſione, contracta videtur ſtipulatio. Iſta eſt cõmunis opi. ſecundũ Ripam in rubrica. ff. de verb. obl. nu. 10. tenẽt Cinus & Albe. & Iacob[9] de Arena in. l. hac conſultiſſ. §. per nũcupationem. C. de teſtamẽtis. Roman[9] in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verborum obliga. Cuma. in. l. ſi ſtipuler. eod. titu. & ibi Alexand. Ioãnes Faber in. §. ſed cùm aliquis. Inſtitu. de teſtamentis. Socin. in dict. rubr. ff. de verb. oblig. per dictam. l. ſi ſtipuler. in. §. fi. vbi dicitur, ſi in locando & vendendo ad interrogationes quis nõ reſpõderit, valet tamẽ cõtractus vẽditionis & locationis.

*Stipulatio non fit per interrogationem & reſpõſionẽ quando cõtrahentes aliud agebant, cõtra cõmunẽ cũ Ripa & alijs.*

Sed



Sed ille tex. re vera non probat communem ſententiam. Nam ſenſus ipſius eſt monſtrare differentiam, quæ eſt inter contractus bonæ fidei, & contractus ſtricti iuris, qualis eſt ſtipulatio: vt licèt in cõtractibus bonæ fidei, qualis eſt emptio, locatio, & ſimiles, ad interrogationem emere, vel conducere volentis quis non reſpondeat verbis expreſsis, adhuc tamen contractus emptionis & venditionis ritè, & vtiliter celebrat[9] videatur, ſi alio quouis modo appareat cõſenſus domini vendere, vel locare rem ſuã volentis, vt ſic ille tex. eo nomine eáue occaſione ad illum titulũ pertinere videatur, quòd per illum doceamur, quemadmodum differunt inter ſe cõtractus bonæ fidei, & cõtractus ſtipulationis in ſui creatione, & productione: quinimò tantum abeſt, vt in dict. l. ſi ſtipuler. §. fi. probetur communis ſentẽtia, quòd potiùs probatur cõtrarium: quia is tex. præſupponit, quòd omnes cõtractus fiunt per interrogationem & reſponſionem (nec enim aliter in vnũ conuenire poſſemus) ſed ſi ex qualitate actus colligatur venditio, quia pretium fuit certum, & in pecunia numerata, venditio erit: quòd ſi merces certa erit locatio, & ſic de ſingulis. Quòd ſi poſt contractum celebratũ adijciatur, Hæc om̃ia ita fieri promittis? & reſpõdeatur, Promitto, tunc qui promiſit, ex parte ſua verbis obligatus intelligetur: alter verò non verbis, ſed tãtùm ſecundùm formam contractus præambuli. Quòd ſi rurſus qui promiſit, ab aduerſario ſtipuletur omnia ita vt conuenerãt fieri, erit & ille verbis obligatus. Quòd ſi à tabelliõe dicatur, Hęc omnia ita fieri inuicẽ promiſerunt, tunc vterq; verbis obligatus intelligatur. Ita intelligo. l. iuris gen. §. quod ferè. ff. de pact. facit. l. lecta. ff. ſi certum pet. in verb. cõuenit. & l. qui Romæ. §. Chryſogonus. in verb. cõuenit, iũcto fine illius. §. de verb. oblig. ff. facit. §. fin. Inſtit. eod. & in. l. ſi is qui. §. vtrũ. de reb. dub. Ita conc. hæc opi.

Contrariam ſententiam, vt illo caſu ſtipulatio cõtracta non videatur, tenent expreſsè Franciſcus de Ripa vbi ſuprà. & Bal. nouellus in rubr. ff. de verb. oblig. & Alexan. in. l. 2. in prin. ff. ſi cert. pet. Quæ opi. cõtra magis communem probatur in primis in. d. l. ſi ſtipuler. §. fin. inducendo vt ſuprà. Quam opin. contra communem veriorẽ puto: quia magis propriè ſunt ſpecificæ diſpoſitiones, quàm genericæ: at interrogatio & reſp. eſt quid genericum, & informe, at vẽditio eſt quid ſpecificum. Itaq; vt conuentio, quæ poteſt tranſire in aliam ſpeciem cõtractus, egreditur generales terminos conuẽtionis, & aſſumit ſibi nomen ſpeciei. l. iuris gentium. in princ. de pact. ita interrogatio & reſp. quãdo poteſt tranſire in aliã ſpeciem contractus, eius nomen ſuo omiſſo aſſumere debet. argu. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. & in. l. conuentionum. iuncta. l. iuris gent. in princ. ff. de pact. Et licèt fateamur, quòd hìc ſit interrogatio & reſp. tamen reſponſio non eſt obligatoria in futurum: quia dicendo, Vendo, ſtatim vendidi, & conſequenter obligatus ex ſtipulatione non remaneo: quia eod. momento, quo verborum obliga. oritur, eod. finitur. arg. l. Titio cùm morietur. ff. de vſufru. Nec obs. quòd obligatus maneã ad traditionem & euictionem: nam illud non ex cauſa promiſsionis fit, ſed vẽditionis. Et in ſpecie meam opi. tenet glo. in. l. 5. §. ſtipulatio. de verb. facit in ſimi. l. Paulus aliàs per procuratorem. ff. de acqui. hære. & quod docet Iaſ. in. l. 5. §. pen. vel fin. de leg. 1. dum quęrit, an qui dicit, volo adire, ſtatim adeat.

13 Deniq; cùm plura requiſita à lege deſiderentur ad creationem ſtipulationis, plura, inquam, requiſita præter interrogationem & reſponſionem, ineptum eſt putare, vel arguere, quòd in ſpecie noſtra ſit ſtipulatio propterea quòd interfuerit interrogatio, & reſponſio: nã plura alia

*Stipulationis plura requiſita.*

ra alia deſiderantur ad creationem ſtipulationis. vt per Alexan. in rubr. num. 13. ff. de verb. oblig. In primis enim verba deſiderantur. vt in. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. Deinde ꝙ interueniat interrogatio,& reſpõſio, vt in prin. Inſti. de verb. obli.&.l.1.in prin.&.§.1.ff.eod. Tertiò ꝙ præcedat interrogatio,& ſequatur reſp. nec conuertatur ordo.l.1.C.de contrah. ſtipu. Ripa in rubric.colu.1.vbi Paul. & Alex.nu.13.de verb.obli.ratio dubitãdi. vt.§.ante hæredis.Inſt.de leg.l. ambiguitatis.l.ꝑpoſteri.de teſtam.C.vi.l.2.§.pri⁹. de vulg.vbi Areti.Alexã.& Iaſ.& Deci. in.l.hac cõſultiſſ. C.qui teſtamenta fac. poſſ. Quartò quòd fiat inter pręſentes.l. 1.ff.eod.l.vt inter.C.de inutilibus ſtip.§. mutum.Inſtit.eod. Quintò quòd interroganti reſpondeatur in continenti, vel ex modico interuallo. l. continuus. de verbo.oblig.ff. Sextò, quòd tam interrogatio quàm reſponſio fiat inter præſentes.l. 1.§.1. ſecundùm verũ intell. de quo per Ripam ibi in prin. qui plures intell. refert. de verbo.oblig.ff. Septimò, quòd nõ ſit diuerſitas inter interrogationes& reſp. quo ad rem in ſtipulationem deductam.§.præterea.Inſtit.de inut. ſtip.l.1.§. penul.de verb.obli.ff. Octauò, quòd nõ ſit diuerſitas qualitatis inter interrogationem &reſp.l.1.§.ſi quis ſimpliciter.de verb.oblig.ff. Nonò, quòd verba exaudiantur à contrahentibus.l.1.in prin. de verb.oblig.ff.l.1.§.pen.de actio.&oblig. Decimò, quod intelligantur.l.1.§.fin. de verb.oblig.ff.§.1.Inſtit.eod.titu. Vndecimò, quòd interueniat verborum geminatio, quod iure veteri procedebat, hodie tamen opus non eſt. vt in.§. 1. Inſtit. de verbo.oblig.& eadem ferè requiſita exigũtur per.l.1.&.2.&.3. titu.11.parti.5.

Cùm ergo ad creationem ſtipulationis vt ritè formata videatur nõ ſufficiat ſola interrogatio & reſponſio, ſed multa alia, de quibus mẽtionem habuimus, præterea deſiderentur, conſtabit ineptũ eſſe argumentum exiſtimantium in ſpecie noſtra ſtipulationẽ eſſe, eo quòd ſit interrogatio & reſponſio. Præſertim cũ licèt hæc omnia interfuiſſent, adhuc ſtipulatio cõtracta non videretur, ſi volũtas,& animus agẽtium non adeſſet, nec eò tẽderet, vt ſtipulatio, ſed aliud genus cõtractus celebraretur. vt expreſſum eſt in.l.obligationum ſubſtantia.§.fin.ff.de actio.& oblig. Vnde cùm in propoſito negari non poſsit, quin cõtrahentes cõtractum emptionis non etiã ſtipulationis cõtrahere & celebrare voluerint, & ſemper id inſpiciendum ſit, quod principaliter agitur.l. ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert.pet. nec contractus quicquam debeat operari vltra intentionem contrahentium, vt ibid. ſupereſt, vt hic non eſſet contractus ſtipulationis, ſed tantùm emptionis & vendi. Et ita ab ineũte pueritia tenuimus, dum hanc partem inter plura quàm.700.paradoxa olim Salmãticæ publicè tuebamur.

*Declaratio l.46. Tauri, ut eius forma iuſſu maioratum conſtituẽtis poſſit mutari.*

Redeundo ad illum articulum de poteſtate teſtatoris circa legis transgreſsionem, illud non parum vtiliter quæri poteſt, an licèt per Tauri.l. 46. omnia melioramenta, incrementa,& acceſsiones, quæ in rebus maioratus contingunt, ex penſiſque illius, qui maioratum poſsidet, fiunt, cedere debeant vtilitati & cõmodo ſequentis in gradu, qui ad talem maioratum poſt eum expenſorem inuitatus erat, id tamen immutari poſsit ex diſpoſitione illius, qui talem maioratũ conſtituit. Qua in re, quæ à nemine eorũ, quos mihi legere cõtigit, tacta fuit, dicendum videtur, vt ex teſtatoris maioratum cõſtituentis diſpoſitione.d.l. 46. transgredi poſsit. Quia quæ reſpiciũt tenorem diſpoſitionis, omnia ſubiacẽt poteſtati & arbitrio teſtatoris, vt ex communi & vera opi. reſoluim⁹ in.§.ſequẽti. in prin. Quod potiſsimùm hac in re admittendum eſt, cùm deciſio.d.l.46. ſit nimis dura, vt firmat ibi Pala. rubi. q̃ꝺ & repetit



repetit in rubr. de donat. inter virũ.§.62. nume.16. licèt eam legem quaſi tolerabilem & rationabilem reddere conentur Anto. Gomezi.& Caſtellus ibidem. Regulariter enim expenſæ, quæ fiunt in rebus reſtitutioni ſubiectis, ad perpetuam rei illius vtilitatem debent præſtari, reſtitui, & perſolui ab eo, cui res illa reſtituẽda eſt, vt per Bal. in authẽ. excipitur. nu. 4. Paul. in.l.fin.§.vbi autem.num.7.C.de bo. quę lib. Alexan. in.l.1.in addi. ad Bar. C.de bo.mater. Caſtell⁹ Tauri.l.46. Bal. in.l.fi.§. emptor. C. communia de lega. Crotus in.l.frater à fratre. num. 124. ff. de condi.indebi.

Nam & cùm nomen debitoris vxor viro ſuo in dotem dedit, expenſas in debiti exactione factas mulier ſatisfacere tenetur, vel in dotem eas imputare ſol. matrimonio. Ita Bart. in.l.1.C. de bo.mater. Verùm cõtrarium tenet gloſſ. in.l.1. verb. nõ ſint.ff. de impẽſis in rebus. qua de re per Bal. in.d.l.1.C.de bo. mater. Iaſ. in.l.ſi in area.num.3.ff.de condi. indebi. Bald. in.l.2.C.de actio.& obliga. Caſſanæus in conſuetudinibus Burgũd.rub. 4.§.17.col.4. Albe. Ange.& Corn. in.l.1. C.de bo.mater.vbi Fulgo.&alij. Bal. in.l. 3.num.2.C.de falſa cauſa adiecta legato. Pinel. in.d.l.1.par.2.num.70. Bal. in.l.per diuerſas.nu.10.C.mãda. Bar. Paul. & alij in.l.nupta.§.quoties.ff.ſol.matrimonio. Matthæ⁹ de Affl.lib.3.cõſti.rub.13. nu.6.

Illud autem certum eſt, dict.l.46. nõ tam duram eſſe, vt noſtrorum pleriſq; viſa fuit. Nam longè durũ eſt, vt in poſſeſsionem noſtram alter inferat pedem, etiam ſi eam meliorem reddere velit, ſi modò non eſſet refectio neceſſaria. arg. tex. in.l.vnum ex familia.§. ſi rem.ff. de leg.2. Vnde vſufructuarius, cui multùm aſsimilatur poſſeſſor maioratus, vt per Roderi. Xuarez allegatiõe.9.& per Gomez. Ari. in. d.l. 46. non poteſt parietibus tectoriũ imponere, licèt per hoc meliorem faceret rem, in qua vſumfructũ habebat.l.vſufructuarius.1.ff.de vſufructu. ibi, quia tametſi excolẽdo ædificiũ domini cauſam factur⁹ eſſet meliorem, non tamen id ſuo iure facere poteſt. Ad idem.l. vſufructuari⁹.2.ff. de vſufructu. ibi, vſufructuarium ædificium inchoatum conſummare non poſſe. Sic ergo & in propoſito ſi poſſeſſor maioratus rem ſuis expenſis meliorem reddiderit, iniquum eſſet ſucceſſorem in eo onerari, vt expenſas reficeret, quã rem noſtrates ſuprà relati non videntur percepiſſe.

*Maioratus poſſeſſor licèt rem meliorem reddat, expenſas à ſucceſſore nõ repetit, etiam de iure cõmuni, non magis q̃ fructuarius*

*Maioratus poſſeſſor an rei maioratus poſſit ſeruitutem acquirere.*

Qua ratione etiam ſeruitutem rebus maioratus acquirere videtur non poſſe poſſeſſor primatus ſeu maioratus. argu. tex. in.l.ſed & ſi quid.§.fi.ff.de vſufruct. vbi vſufructuarius ſeruitutem fundo acquirere non poteſt, verùm id ad poſſeſſorem maioratus, quem dominum eſſe aliàs oſtendimus.& probat Anto. Gomezi. Tauri.l.40.nu.75. trahere tutũ nõ eſſet, cùm vſufructuarius non dicatur dominus, vt in.§.ſeruus.1.2.&.3. Inſti. de hæred.inſti.l. qui vſumfructum. vbi per Alexan. Iaſ.& alios.ff.de verb.oblig.

*Maioratus poſſeſſor litis expẽſas facere tenetur.*

Illud autem circa.d.l.46. non inciuile eſſe videtur, vt expenſas litis, quæ mota eſt circa rem maioratus, quiſque maioratus poſſeſſor per totum tempus vitæ ſuæ facere teneatur, vel quatenus lis durauerit. arg. tex. in.l.1.C.de bo. mater. ibi, ſumpt⁹ ex fructibus facere. Nam & pater, qui habet vſumfructum tantùm in bonis filij ſui aduentitijs, eas expenſas facere tenetur, licèt reliqui fructuarij non teneantur, vt ex communi opi. reſoluunt Bal. in.l.1.§.1.in prin.ff. de vſufr. Gozan. conſi.94.nu.37. Anto. Gomez. de contracti.c.15.nu.7. notant Bar. Bald. Ange. Corne. Pinellus part.2.nu. 68. vbi alij. C.de bonis mater. In ſimili per Alex. in.l.ſi vir.ff.ad leg.falc. Bal. in.l.2.C.de liberali cau. Alex. in.l.vſufructu.ff.ad leg. fal. ergo huiuſmodi expenſas multo magis facere tenetur poſſeſſor maioratus, quem verum dominum eſſe oſtendim⁹.

Teſtator

TEſtator poteſt immutare quæ reſpiciunt tenorem teſtamenti,non quæ eius formã & perfectionem reſpiciunt,cum communi.
Declaratio.l.7.&. 8. titu.12.lib.3.ordin.
2 Teſtator non poteſt uti clauſula,non obſtantibus, cum communi.
3 Iudicum nulli poſſunt uti clauſula,non obſtante, cum communi.
4 Iudicibus princeps quæ ſunt poteſtatis ordinariæ non abſolutè conceſsiſſe uidetur.
L.2.titul.12.libr.3. ordin.
Princeps Hiſpanus an poſsit legibus derogare.
5 Legatus de latere non poteſt committere cauſam ſimpliciter & de plano cognoſcendam,cum communi contra Hannibalem.
Intellectus.l.formam.
6 Statutum contra legem inferior facere non poteſt,cum communi.
Declaratio.l.1.Tauri.
L.11.tit.1.lib.3.ordin.
7 Clauſula,appellatione remota,teſtator, uel alius inferior uti non poteſt,cum communi.
8 Intellectus.l.final.C.de ſententijs.
9 Clauſula,appellatione remota, inferior etiam in præiudicium ſuum uti non poteſt,contra Fulgo. & Ripam.
10 Clauſula,ex certa ſcientia,inferior uti nõ poteſt, cum Ripa & alijs.
11 Clauſula, de plenitudine poteſtatis, inferior uti non poteſt,niſi ex magna cauſa,cum communi.
12 Clauſula, ſimpliciter & de plano,uti nõ poteſt inferior,cum communi.
13 Clauſula,motu proprio, inferior uti non poteſt.
14 Duces, Comites, & Marchiones ſuperioribus clauſulis uti poſſunt,cum communi.
15 Statuta præter legem populus inferior facere poteſt,non contra legem,niſi principis permiſſu.
L.1.Tauri.
16 Duces, Comites,& Marchiões Caſtellæ nequeũt facere ſtatuta contra legem.
Declaratio.l.5.tit.4.ordin.lib.1.&.l.1. Tauri.
Declaratio.l.7.titul.3.lib.1.ordi.&.l.4. tit.1.lib. 3.ordinam.
Iudex laicus reum ſententia iudicis eccleſiaſtici damnatum, ſibiq́; ad necẽ traditum,ultimo ſupplicio afficere non debet,niſi conſtito ſibi de iuſtitia ſententiæ,cum communi legiſtarum,cõtra communem cano.iure,regio,& communi.
17 Regnum non debetur primogenito iure diuino, cum Ripa contra magis communem.
18 Princeps poteſt primogenito regnũ auferre, & ſecundo genito transferre,ſi ille ſit demẽtia,uel improbitate inſignis,noua opinio.
19 Teſtator,qui centum mihi legauit, & donec ab hærede non præſtarentur,iuſsit certã ſummam annuam mihi præſtari, id iubere potuit, cũ multis contra communem.
20 Vſura committitur in ſolo contractu mutui,cum communi.
21 Vſuram accipere poteſt, qui mutuat compulſus, cum Paul.& alijs.
23 Vſuram percipere potuerunt illi,quibus inuitis, iuſſu Principum aurum & argentum,quod ab Indorum regionibus reportarant,ablatum fuit.
24 Vſura debetur legatario, qui ab inuito hærede ſummam legatam petere non poterat,cum Ripa & alijs contra Crotum,Iaſ.& alios.
25 De eadem re.
26 De eadem re.
27 Forma iudicij poteſt immutari de partium conſenſu,ita ut ſimpliciter,& de plano procedatur cum Accurſio contra communem.
L.11.tit.1.lib.3.ordi.
Declaratio.l.5.tit.de los Alcal. lib.2.ordin.
L.11.tit.1.libr.3.ordin.
28 Maioratus ſucceſſori non nocet ſententia lata cõtra poſſeſſorem,de cuius cõſenſu proceſſum fuit ſimpliciter,& de plano.
29 Arbiter de conſenſu partium poteſt cognoſcere ſimpliciter,& de plano,cum communi.
30 De eadem re.
31 Arbiter etiam non ſponte electus,poteſt de cõſenſu partium ſimpliciter,& de plano procedere, contra Crotum,& Hannib.
32 Statuto etiam ſuperiorem recognoſcentis induci poteſt,ut procedatur ſimpliciter, & de plano, cum communi.
33 Pactum,ut debitor capiatur propria authoritate creditoris,an ualeat,quòd non, cum communi.
34 Pactum,ut debitor à iudice capi poſsit,omiſſo iuris ordine,ualet,contra Alex.Crotum,& alios.
L.4.tit.2.libr.4.ordin.
L.3.in quaterno Alcau.
35 Acceſſorium ſequitur principale.
36 Hæres eius, qui propria authoritate creditoris capi poterat,ex legis diſpoſitione poterit ſimiliter capi propria authoritate,cum cõmuni opinione.Idem ſi ex conuentione partium capi poſſet,contra communem.
37 Hæres debitoris fiſcalis in uinculis eſt detinẽdus ut detineretur defunctus, licèt fideiuſſores dederit,niſi fecerit inuentarium.
Intellectus.l.8.titul.quarti, lib.6.ordina,&.l.130. in quaterno Alcau.
38 Mulier,quæ fuit hæres fiſci debitoris,an ſit uinculis detinenda.
L.62. Tauri.
L.62.Tauri.
L.2.tit.10.lib.5.ordina.
39 Inſtrumentũ ut contra debitorem,ita contra eius hæredẽ



hæredem poteſt exequi,cum communi.
40 Inſtrumentum ut exequi poteſt in fauorẽ creditoris, ita & in fauorem hæredis ipſius, cum communi.
41 Idem in ſucceſsione ſingulari,cum communi.
42 Idem ſi ſtatuto diceretur inſtrumentum habere exequutionem paratam contra debitorem ſcriptum in ipſo inſtrumento,cum communi.
43 Idem ſi ſtatutũ diceret inſtrumentum exequi cõtra promiſſorem,contra Alexand.Decium,& alios.
44 Statutum, quòd frater à fratre ratione debiti non capiatur,non extenditur ad hæredem fratris debitoris,contra Alexan.
45 Hæres,qui fecit inuentarium,non poteſt pro debito defuncti incarcerari,cum communi,
46 Hæres debitoris fiſcalis ſi inuentarium fecit,nõ poteſt incarcerari,cum Bald.& Alexand.
Intellect.l.130.in quaterno Alcau.
L.8.titu.4.libr.6.ordinam.
Maioratus poſſeſſor inuentarium an facere teneatur?
Et quid in fructua. & uxore bona mariti pro dotis reſtitutione detinente?
Inuentarium an pater facere teneatur uel accuſatus de crimine?
Inuentarij confectio nõ impedit actiones pro parte hæreditaria confundi.
47 Amplia etiam ſi defunctus in mora non fuiſſet, contra Alexan.
Intell.l.8.titu.4.lib.6.ordin.
L.130.in quatern.Alcau.
48 Inſtrumentum exequi non poteſt contra hæredem debitoris,niſi præcedat citatio, cum communi.
Intell.l.4.titul. de las excepcio. libri tertij. ordinament.
49 Ceſsio bonorum, liberat à uinculis, cum communi.
Intellect.l.8.tit.4.lib.6.ordina.
L.130.in quaterno Alcau.
50 Amplia ut procedat etiam in fiſci debitore.
51 Ceſsio bonorum licèt liberet à vinculis,non tamen habetur pro ſolutione,cum communi.
52 Decima debetur executori,etiam ſi contra hæredẽ fiat executio,contra Decium,& Bald.
Intell.l.22.titu.de los Alguazi.&.l.1.2.&.3.titu. fin.lib.5.ordin.
53 Ratio in lege expreſſa operatur ut fiat extenſio etiam in correctorijs,cum communi.
Inſtrumẽtum an propria manu Tabellionis oporteat eſſe deſcriptum?
Tabellio uidetur rogatus de clauſulis conſuetis.
Pater in maternis non poteſt agere ſine filij conſenſu requiſito ſaltem, non ſic in aduentitijs.
Pater poteſt procuratorẽ ſine filij conſenſu conſtituere.

REDEVNDO ad illũ articulum de poteſtate teſtatoris circa formę tranſgreſsionẽ,infertur
1 Decimononò & principaliter longã eſſe differẽtiam inter ea, quæ pro forma teſtamenti deſiderãtur, nam hæc immutari non poſſunt per teſtatorem, & ea, quæ à lege inducta fuerunt,quo magis voluntas teſtatoris obſeruetur, & ſic eius voluntatis tuendæ gratia,hæc enim de voluntate teſtatoris immutari poſſunt,vt in auth.de nupt.§. diſponat. & in. l. in conditionibus primũ locũ.ff.de cõd.& dem.& in.l.filium quẽ.in verb.ſanciat.vbi notãt Iaſ.& Coraſi.poſt alios.C.fam.her.Ratio differẽtię:qa ea,quę pro forma diſpoſitionis inducta ſunt, ſi immutẽtur ꝑ teſtatorem, qui etiã velit adhuc eã diſpoſitionẽ valere nõ ſecus q̃ ſi eius forma immutata nõ eſſet,tũc ea diſpoſitio in vim illi⁹ diſpoſitionis,de qua agebatur,valere nõ poſſet, & teſtator, q cõtrariũ vellet,ſibi ipſi pugnaret,cõtrariuſq́; eſſet,nõ ſecus,q̃ ſi vellet ſuã diſpoſitionẽ teſtamẽtũ eſſe, & teſtamẽtũ nõ eſſe. Nã cũ forma ſit q dat eſſe rei,qua d̃ agitur.l.Iulianus.§.ſed & ſi qs.ff.ad exhibẽ.forma omiſſa, ea res ſuũ eſſe habere deſinit: & licèt poſſemus teſtatori condonare, vt ea diſpoſitio aliquo modo valeret, tamen vt valeret in vim illius diſpoſitionis,cuius forma prętermiſſa fuit,concedere non poſſemus, quaſi harum rerum inter ſe naturaliter pugna eſſet,vt in regula.vbi repugnantia.de regul.iur.Ita ſentit gloſ. 1.in.l.nemo poteſt.ff.de lega.1.& ſequuntur cõmuniter Bart.ibi in prin.Bal.Ang.Imol. Cuma. Paul. Areti.Alexan.Iaſ. nu.3.lectu.1.&.n.1.in.2.lectu.Ripa nu.1.cũ ſeq. Crotus.n.10. Hanni.n.44. cum plu.ſeq. Alia ratio eſt ſcd̃m Iaſ. in.d.l. nemo poteſt.col.2.lect.1. quia inferior,qualis eſt

*Teſtator poteſt immutare quæ reſpiciũt tenorẽ teſtamenti, non quæ eius formã, & perfectionẽ reſpiciunt, cum communi.*

teſtator,non poteſt tollere legē ſuperio
ris.c. cùm inferior.de maiora. & obed.l.
3.ff.de alie.iudi.mut.c. fact. cùm omnis
creatura præter principē ſit ſuperiorib⁹
poteſtatibus ſubdita.l.digna vox. C. de
legibus.c.2.de maior.& obed.c.1.de con
ſtit.l.princeps.ff.de legib.Sed hāc ratio-
nē impugnat Ripa in. d. l.nemo poteſt.
in prin.& bene:quia attēta hac ratione,
ſequeretur teſtatorem nō poſſe legis ꝓ-
uiſionem,ſeu diſpoſitiones prætermit-
tere,quod verum nō eſſe, innumeris le-
gibus,rationibus, & exēplis docemur,
quæ ſuprà.§.3.n.3.adduximus, & retuli-
mus. Vnde ſuperior ratio tenenda eſt,&
generaliter intelligendum eſt,omnibus
legibus circa ſucceſsiones loquentibus
poſſe teſtatorem derogare, præterq̃ legi
bus,quę formam,ſolēnemq; obſeruatio
nem inducūt, vel in aliis caſibus,in qui
bus lex poſt ſuum præceptum vltra
proceſsit,declarando teſtatorē non poſ
ſe illud immutare.Ita tenēt Ripa vbi ſu

*declaratio l.7.&.8 titu.12.libr.3 ordina.*

prà.Bal.in.l.2.C.vt in poſſ. leg.Alex.in.l.
1.col.12.ff.de lega.1.Deniq; teſtator veta
re poteſt in ſuo teſtamento,ne pia loca
quicq̃ ferant,etiam ſi ea ſolita ſint, vt in
l.7.&.8.tit.12.lib.3.ordi.quia hæc tenorē
contentorum in teſtamento non etiam
formam legis reſpiciunt,idq; etiā in prę
iudicium priuilegiorum ipſorū piorū
locorum,vt ibidem.

2

*Teſtator non poteſt uti clauſula non obſtātibus, cū communi.*

Infertur viceſimò & principaliter te
ſtatorem non poſſe vti clauſula illa, nō
obſtantibus legibus &c. vt expreſsim
tenēt Fran.de Ripa in. d. l.nemo poteſt.
n.8.poſt Bald. Angel. Imol. & alios cō-
muniter ibi.vbi Alexan. num.2.Bald.in
l.reſcripta. C. de precibus Imper. offer.
idem Bald. in. l. cunctos populos. C. de
ſumma trinita. & fide catho. col.10. per
l.formā.C. de officio præfect. prætorio.
Ioannes Andr.in cap. fin. de appellatio.
in.6.in nouella.& in addi.Specu.in rub.
de electio. Bald. in.l. omnes populi.col.
5.ff.de iuſti.& iur.& eſt communis opi.
ſcd̄m Ripā vbi ſuprà.Iaſ.in dict.l.nemo
poteſt.num.5.lectur.1. idem Iaſ. num.5.
ibidem.vbi idem ſimiliter tenet Ioānes
Crotus.num.4.col.3. verſi. infertur ter-
tiò.& ibidem per Ioannem Hannib.n.
44.verſi. ex præmiſſo. per eundem Iaſ.
in dict.l.reſcripta. & per Felinum in ca.
nonnulli.colum.28.de reſcriptis.

Quod primò intelligitur, vt proce-
dat per modum directum ſcd̄m cōmu-
nem opinionem ſuprà relatam. Secūdò
etiam intelligitur, vt procedat etiam ꝑ
indirectū ſcd̄m Iaſ.in dic.l.nemo poteſt.
lectu.2.num.1. Bart. & alij communiter
in.l.Seius & Augerius.per tex.ibi.ff.ad.l.
falcid.l.qui teſtamen. ff. de probati.l.cū
quis decedens.§.Titia.ff.de legat.3.&eſt
ex mēte eorum quos modò retulimus.

Tertiò intelligitur,vt ꝓcedat in teſta
tore priuato.vt in.l.teſtādi.C.de teſtam.
& in.l.ſi teſtamentū.eod.tit.& in.d.l.ne
mo poteſt.& in.l. quidā decedens. ff. de
admi.tut.& in.l.fi.ff.de leg. hær. & in.c.
requiſiſti.& in.c.tua nos.d̄ teſta.& ita in
telligūt docto. cōmuniter ſuprà relati.

*Iudicū nulli poſſunt uti clauſula, non obſtante,cum cōmuni.*

3 Quartò intelligitur etiam in ſummis
magiſtratibus,qualis eſt præfectus præ-
torio.vt in.d.l.formā.Ratio,quia iſti pō
nūtur ad reddēdū ius, & ſic cōtra formā
iuris diſponere non poſſunt. vt in.l.2.§.
poſt originē.ff.de orig.iuris.iuncta.l.illi
citas.§.vniuerſas.ff.de officio pręſidis.Et
iſta eſt vera & cōmunis op.vt per Alex.
Iaſ.Ripā,Crotū,Hānibalē,&oēs alios cō
muniter,quos ſuprà retulimus.Facit qd̄
ait Bart.n. 8. in.l.oēs populi.ff.de iuſt.&
iur.Roman⁹ cōſ.218.Pręſens.plenè &no
tabiliter ꝑ Deciū cōſ. 403. Quāuis.col.1.

*Iudicibus princeps quæ ſunt poteſtatis ordinariæ nō abſolutè cōceſsiſſe uidetur.*

4 Vnde apparet perniciosiſsimè erraſſe o-
mnes iudices ſupremos,q exiſtimāt poſ
ſe ſe iudicare pręter formā & ſolennem
legum obſeruationē, ſola, vt ipſi aiunt,
veritate inſpecta, quā ipſi colligunt &
inueſtigant peculiaribus quibuſdam ſu
ſpicionibus,coniecturis,& probationi-
bus non ſat legitimis, in certiſsimū ani-
marū



marum ſuarum interitum, & perditio-
nē. Et cùm exercitus, verſatusq; ſim in
varijs ſummiſq; prętorijs cum alijs ſena
toribus, quamplures hac temeritate vtē
tes vidimus,non intelligentes in genera
li iuriſdictionis conceſsione,quæ à ſum
mis principibus ſupremis iudicibus &
magiſtratibus condonatur,& commen
datur,non comprehendi ea, quæ princi
pibus reſeruata ſunt, vel quib⁹ princeps
vti poteſt de plenitudine poteſtatis, ſed
ea tantùm,quæ principi competunt de
poteſtate ordinaria, & legibus alligata
ſecundùm Decium vbi ſuprà.num.3.&
pleroſq; eorū, quos iam retulimus.per
cap.quod tranſlationē. de offic.legat.&
in Clement.ne Romani.de elect. &. d.l.
formam.c.cùm inferior.de maio.& obe
dien.c.cùm inferior.21. diſtinctio.Et ita

*l. 2. tit.12. lib.3. ordi.*

nos intelligimus pulchram. l.2.titul.12.
libr.3.ordi.quæ ſecundū noſtram inter-
pretationem idem probat.quinimò etiā
in.l.2.tit.12.lib.3.ordi.apertiùs probatur

*Princeps Hiſpanus an poſsit legibus derogare?*

q̃ alibi.Hoc ampli⁹ etiā in ipſomet prin-
cipe idem probare videtur, vt plenè atti
gimus in.§.17.num.37.cū ſequent.quod
intellige iure regio, nō ſic iure commu-
ni,cum declaratione, de qua ibi.

5

*Legatus de latere non poteſt committere cauſam ſimpliciter & de plano cognoſcēdam cum cōmuni contra Hannibalē*

Quintò intelligitur, vt procedat etiā
in legato de latere,qui per reſcriptū cō-
mittere nō poteſt cauſam ſummariè co
gnoſcendā ſimpliciter & de plano,iuris
ordine non ſeruato.Ita tenet gl.in.c.fin.
in gloſ.magna.de hæreti. lib.6.quam ſe-
quūtur & dicunt communiter receptā
Alex.& Iaſ.vbi ſuprà.eſt ſimilis gloſ.in
Clement. ſæpe.in verbo, mandamus.de
verbo.ſigni. Speculator in tit. de lega.§.
ſupereſt.verſ.ſed nunquid legatū.Guili.
de Cug.in.l. nec quidq̃.§.de plano.ff.de
offi.procōſulis. Bal.in.d.l.nec quidquā.
in.§.fi.Ang.in quęſtione ſua.incipiente,
Aſtenſis miles.poſt medium. Antonius
in.c.dilecti.de iudicijs.ꝑ tex. ibi.Felin.&
Decius poſt alios in.c.1.de reſcriptis.idē
Feli.poſt Panor.in.c.mādata. d̄ præſum.
Iaſ.in.§.in bonæ fidei.Inſti.d̄ actio. Ripa
in.d.l.nemo. n.9.gl.in. c.indēnitatib⁹.in
verbo,ſine ſtrepitu.de elect.libr.6. & in
Clem.2.in.gl.fi.in.fi.de reſcrip.Specu.in
tit.de proba.§. ſupereſt.verſ. ſed nūquid
poteſt cognoſcere.Abb. cōſ.66. Quanq̃
multa.lib.2.idem Specu.in tit.de locato.
§.ſupereſt. in verſ.ſed nunquid poſsit in
ſtituere.Abb.in.c.dilecti.col.2. de iudi-
cijs.tex.in.c.dilectus.1. iuncta gl.de præ
bendis.facit gl.notabilis in ca. illorū.in
verbo, autē.de ꝑbendis in.6.Iaſ.in.d.l.ne
mo.n.6.lect.1.idē Iaſ.ibidē lect.2. n.6. Io.
Hannib.nu.44.in.d.l.nemo poteſt.& in
nu.110.Ioan.Cro.ibidē.n.4.Et iſta eſt ve
ra & cōmu.op.licèt cōtrariū velit Ioan.
Hanni.vbi ſuprà.cuius op.excluditur ꝑ
d.l.formā.cui⁹ verba ita habēt, Formā à

*Intell.l.formam.*

prędfecto pręetorio datā ſi generalis ſit &
minimè legibus, vel conſtitutionibus
contraria, ſi nihil poſtea ex authoritate
mea innouatum eſt,ſeruari æquum eſt.
Quorum verborū ſenſus eſt, vt ſtatuta
præfecti prætorio tunc demum ſint ſer-
uanda, ſi ſint præter legem, non autem
ſi ſint contra legem.Facit tex.in prin.In
ſtit.de offi. iudicis.dum ait. In primis il-
lud obſeruare debet iudex,ne aliter iudi
cet,quàm qd̄ legib⁹,aut moribus,aut cō
ſtitutionibus introductum eſt.

*Statutū cōtra legem inferior facere nō poteſt, cū cōmuni.*

6 Sextò intelligitur vt procedat etiam
in ſtatutis condendis : nam inferior à
principe licèt poſſet facere ſtatutū præ-
ter legem, vt in.l.ius ciuile.vbi latè Iaſo.
poſt alios.ff.de iuſt.& iur.tamen ſtatutū
contra legē ſuperioris regulariter facere
non poteſt,per dictam.l. formam. Iſta
eſt vera & communis opinio, quam te-
net Alexander in dicta.l.nemo.numero
quarto. Bald. & Imol. in. l. ex duobus.
§.final.ff. de vulg. Antonius & Imol.in
capitulo final.extrà.de tranſactionibus.
latè per Hannibalem in dicta.l. nemo.
num.44.cum pluribus ſeq. Iaſ. ibidem.
num.13. in ſecunda lectura. Bartol.in.l.
cunctos populos. de ſumma trinitat.

 vbi

vbi Iaſ. poſt alios. tradũt cõmuniter do
ẽto.in.l.fi.per text.ibi.C.de teſtamentis.
Vnde infertur vera ďclaratio ad.l.1.Tau
ri ibi, E no fueren contrarias a las dichas
nueſtras leyes.vbi ſtatutum municipale
non aliter obſeruatur, aut vim legis ha-
bet, q̃ ſi legibus huius regni non directò
aduerſetur.& dicã infrà.n.15.Fallit tamẽ
in iudicio cauſa litiũ finiendarũ de iure
regio.argumen.l.11. titul.1. libr.3.ordin.
vbi forma iudicij omiſſa, nõ vitiatur iu-
dicium, etiam ſi ſit de ſubſtantialibus iu
diciorum. Per quam legem not. limita-
tur.text. in princip.Inſtit. de offici.iudi.
dum ait, iudicem imperitum facere litẽ
ſuam, vt procedat, quando nocuit circa
ſententiam, non ſic ſi proceſſus ordinẽ
prætermiſit.

*Declaratio.l.1. tauri.*

*L.11.titu.1. lib.3. ordi.*

7 Septimò etiam intellige vt procedat
in illa clauſula, appellatione remota.
Nam licèt princeps, qui non recogno-
ſcit ſuperiorem, poſsit committere cau
ſam appellatione remota, tamẽ nullus
alius poteſt, qui ſit inferior ſummo prin
cipe. Ita tenet gloſ. in cap.quod tranſla-
tionem. in fin. gloſ. magna de offi. lega
ti. Ang.& alij in.l.1.§.fi.ff.à quibus appel
lare non licet. Abb.& alij in cap.paſtora
lis.col.2.de appellationibus. Bald.in.l.2.
C.eo.tit.Decius conſi.403.quanuis.col.
1.Ripa in dic.l.nemo poteſt.num.13.Iaſ.
ibidem in.1.lectu.num.7.Imol.in dict.l.
1.§.fi.ff.à quibus appellare nõ licet.idem
Iaſ.in dict.l.nemo poteſt.num.8.in.2.le-
ctu.vbi Ioannes Hannib.num.56.& ibi
Crotus. nu.4.Et iſta eſt vera & commu-
nis opin.quæ intelligitur dupliciter.Pri
mò quando ille inferior non habebat
poteſtatem iudicãdi appellatione remo
ta.Secundò etiam ſi appellatione remo-
ta iudicare poſſet. vt in cap. ſuper quæ-
ſtionum.§.ſi verò.de officio delegati.Cu
ius rei prima ratio eſt: quia non licet in-
inferiori tollere ius tertij. l.ſi priuat⁹.ff.
qui & à quibus. Secũda ratio colligitur
ex text. in capit. quæ in eccleſiarum. de
conſtitutionibus. Tertia ratio, quia in-
ferior non poteſt nocere vel detrahere
authoritati ſui ſuperioris. capi.veniẽtes.
de iureiurando. l. ille à quo. §.tempeſti-
uum.ff.ad Trebel.Vltima ratio: quia nõ
poteſt inferior tollere legẽ ſuperioris, vt
iam admonuimus.

*Clauſula, appellatione remota, teſtator, uel alius inferior uti non poteſt, cum communi.*

8 Sed contra hanc veram & commu-
nem ſententiam fortiter facit text. in.l.
fin.C. de ſentẽtijs & interlocutionibus
omnium iudicum. ibi, vt non liceat par
tibus ante diffinitiuam ſententiam ad
appellationis vel recuſationis venire au
xilium. vbi probatur, quòd iudices ordi
9 narij ſolẽt cauſas, vel cauſarum aliquos
articulos delegare, ita vt delegatus ante
diffinitiuam ſententiam nõ recipiat ap-
pellationem, vel recuſationem.& ſic vi-
detur per illum tex, quòd tales iudices
poſsint committere cauſam, appellatio
ne remota. Quod Fulgoſius ibi admittit
eo caſu, quo iudex id faceret in præiudi
cium ſuijpſius, non autem in præiudi-
cium ſuperioris, quaſi ibi ita cauſa dele-
gata fuerit, vt à delegato appellari non
poſsit ad ipſum delegatum, poſsit tamẽ
appellari ad ſuperiorem, cui nocere non
potuit ipſe delegans. Et hunc intellectũ
nouiſ. ſequitur Ripa vbi ſuprà. Qui in-
tellectus nullo modo placet. Nam vt in
ferior delegans non potuit præiudicare
ſuperiori, ita quoque ſibijpſi præiudica
re non potuit. argument. text. in.l.ille à
quo.§. tempeſtiuum. ff. ad Trebel.& in
l.ſi quis in principio teſtamenti. ff.de le
gat.3.Facit, quia iuriſdictio eſt poteſtas
de publico introducta cum neceſsitate
iuris dicendi. vnde hanc neceſsitatem
à ſe abdicare nõ poteſt ipſe, qui cauſam
delegauit, non magis, quàm ſe ſubduce
re à reliquis publicis muneribus, vt per
totum. ff. de muneribus & honoribus.
Vnde tenenda eſt hæc concluſio con-
tra Ripam, & Fulgoſium, vt inferior
principe non poſsit committere cau-
ſam, apellatione remota, in præiudi-
cium

*Intell.l.fin. C. de ſentẽtijs.*

*Clauſula, appellatione remota, inferior etiã in præiudiciũ ſuũ uti non poteſt, contra Fulgoſ. & Ripam.*



cium ſuiipſius, non magis, quàm in præ
iudiciũ ſuperioris. Et verus ſenſus illius
l.fin.eſt, quòd iudex ibi voluit delegare
cauſam, vel cauſæ aliquem articulũ, re-
mota ea appellatione, quæ de iure inter-
poni non potuit: qualis eſt appellatio,
quæ interponitur à ſententia interlocu
toria, quæ appellatio de iure ciuili regu-
lariter non admittitur: vnde illa expreſ-
ſio cũ tacitè ineſſet, nihil operatur, vt in
l.3.ff.ď lega.1.& in.l.ſi nõ rectè. C.ď fide
iuſ.Et de intellectu illius tex. vide Iaſ.in
l.ſi quis ita.n.5.de verb. obligatio.

10 Octauò intellige, vt procedat etiam
in illa clauſula, ex certa ſcientia: quia ta-
lis clauſula habet vim clauſulæ, non ob
ſtante.ſecũdũ gl.in clementi.& ſi princi
palis.in gl.fi.de reſcriptis.De quo latè ꝑ
Felinum in.c.non ſatis.in princ.col.1.de
reſcriptis. per Curtium in conſ.66.col.7
quinimò etiã habet vim illius clauſulæ,
de plenitudine poteſtatis, ſcďm Abbatẽ
in.c.ad hæc. de reſcriptis.plenè ꝑ Felinũ
in.c.cùm inter.de exceptionibus. Vnde
inferior nõ põt vti clauſula, ex certa ſciẽ
tia, non magis, q̃ illa clauſula, non obſtã
tibus legibus in cõtrariũ latis.quod ſimi
liter tenet Franciſcus de Ripa in.d.c.ne-
mo poteſt.col.3.in princip.

*Clauſula ex certa ſcientia inferior uti non poteſt cum Ripa & alijs.*

11 Nonò intelligitur etiã in illa clauſu-
la, ď plenitudine poteſtatis.qua ſolus pa
pa, vel Imperator vti poteſt, inferior au-
tem non poteſt tali clauſula vti, non ma
gis, quàm illa clauſula, non obſtantibus
legibus in cõtrarium latis. Ita tenet Spe
culator in titul.de leg.§. nunc oſtenden
dum.verſ.18.Ripa.in.dict.l.nemo.num.
13.Abb.in cap.1.de tranſactio.Curti.con
ſil.50.col.3.& cõſi.66.colum.10.& Aret.
in dict.l.nemo poteſt. Limita primò, vt
non procedat ſubſiſtente neceſſaria, ſeu
euidenti cauſa reſcribendi contra ius,
tunc enim ex tali cauſa recedimus à re-
gula ſuperiore, vt etiam inferiores huiuſ
modi clauſulis vti poſsint. Ita tenẽt An-
tonius, & Imol.in cap. fin.de tranſactio.
quia ex iuſta cauſa poteſt inferior muta
re iuris diſpoſitionem. ſecundùm Bald.
& Iaſ.colum.3. in.l. omnes populi. ff.de
iuſtit.& iure.per Felinum in.c.1.colum.
12.de conſtitutionibus. argument. text.
in.l.ſi hominem.ff. mandati. Alexan.in
dict.l.nemo poteſt.num.5. idem Alexã.
conſi.248.Perſpectis.libr.2.Abb.in cap.
ſtuduiſti.de offi.legati.& in cap.at ſi cle
rici.§.de adulterijs. colum.5. de iudicijs.
Ripa.in dict.l.nemo poteſt.num.15. vbi
Iaſ.num.8.in.2.lectu.& iterum in prima
lectu.nu.8.idem Iaſ.in dict.l.omnes po-
puli.ff.de iuſti.& iur.Crotus in dict.l.ne
mo.num.5.qui allegat text.in.l.vtilitatẽ
& in.l. confirmando. ff. de cõfir.tut.vbi
iudex ex cauſa non cognita à teſtatore,
eius voluntatem alterare & immutare
poteſt, licèt regulariter teſtatoris volun
tas religioſiſsimè obſeruanda ſit.vt in.l.
in conditionibus primum locum.ff.de
conditio. & demonſtr.& in authent.de
nuptijs.§.diſponat.facit glo.in cap.tem-
pora pœnitudinis.26.quæſtione.7.& in
cap.latorem.33.quæſtio.2.quę dicunt, ꝙ
inferior pœnitentiã iniunctã à ſuperio-
re ex cauſa minuere poteſt.& hanc com
munem opinionem ſequitur Ioan.Han
nibalis in.d.l.nemo.num.58. poſt Caro-
lum Ruinum & alios ibi. Abb. in cap.
2.de probationibus. Franciſcus de Cre-
ma in ſingulari.152. dixit, ꝙ ſi mandatũ
fuiſſet per Principem Capitaneo armo-
rum quòd non præliaretur cum hoſti-
bus, & ſi, ſpreto mandato, præliatus fuiſ
ſet, & res bene ſucceſsiſſet, vt quia ho-
ſtes deuicit, tamen, hoc non obſtante, li
cèt res bene ſucceſſerit, pro præmio de-
bet decapitari. l.3.§.in bello.ff.de re mil.
Tamen ſi ex aliqua noua cauſa ſuperue
niente, vel etiam veteri, quæ Principi la
tebat, licèt tunc talis Capitaneus con-
trauenerit, puniri non debet.dicta.l.ſi
hominem. ff. mandat. facit textus in
capitulo. dilecti filij. & capitul. ſugge-
ſtum. extrà. de decim. Ratio: quia

*Clauſula de plenitudine poteſtatis, inferior uti non põt niſi ex magna cauſa, cum communi.*

queę đ nouo emergunt, nouo indigēt auxilio.c.ſi ſæpe.de in integr.reſt.&.l.oratio.ff.de fer.& ideo alteratur đ neceſsitate, quia lex ceſſat de per ſe, nec attēdi debet.l.1.C.de ope.liber.&.l.1.ff. de officio Conſul.&.l. fin. ff.de milit.teſtamento. Et facit, nam baptiſmum ſolùm à ſacerdotibus eſt tradendum.c.conſtat.de pœni.diſtin.4.tamen ſubſiſtente neceſsitate laicus baptizare poterit. vt per gl.1.d.c.conſtat.& eſt text.cum.gl.in.c.ſanctū.de conſecr.diſtin.4.Item, ſubſiſtente neceſsitate, furtū permittitur, imò (quod eſt plus) ſubſiſtente neceſsitate, omnia ſunt communia.c.4.extrà. de fur.cū gl. Item propter neceſsitatem poteſt actus expediri ſine conſenſu eius, qui aliàs debet conſentire.vt eſt tex. in.l. tutor qui repertoriū.ff.de admi. tuto. vbi ex cau. neceſſaria tutor poteſt adminiſtrare bona pupilli, nullo inuentario confecto, qui aliàs, ea ceſſante, non poteſt.& Abb. per illum tex.in.c.fi.col.2.extrà.đ eccle. ędifi.infert ad caſum đ alienatione fiēda de bonis eccleſię cathedralis, de qua ibi.

12 Decimò intelligitur cōcluſio vt procedat etiā in illa clauſula, ſimpliciter & de plano. Nā inferior non pōt reſcribere, vel diſpēſare, ꝙ ſimpliciter & de plano in aliqua cauſa procedatur, & ſi talis inferior cām cōmittat cognoſcēdā, vel decidēdam ſimpliciter & de plano, talis clauſula ex đfectu poteſtatis habetur ꝓ nō appoſita: vnde proceſſus citra ſolennē iudiciorū obſeruationē factus nō valeret, nec ſentētia lata, non magis, q̃ ſi in tali cauſæ cōmiſsione talis clauſula appoſita nō fuiſſet, ne inferior videatur tollere legē ſuperioris, aut ius publicū lædere, aut iuri alterius tertij nō cōſentientis ꝑiudicare, cōtra.d.l.fi.ff.de ſuis & leg.l.iꝰ publicū.ff. đ pact. l. teſtandi. C.de teſta. c.requiſiſti.&.c.tua nos. de teſtamentis. Et ita in ſpecie eſt cōmunis op. quā tenēt in prin.d.l.nemo pōt.Alex.Ripa, Crotꝰ, Ruinus, Ioā.Hannibalis, & Iaſ. in vtraq; lectura.gl. in clem. ſæpe. de verb.ſig. in verbo, mādamꝰ. gl. in.c.fi.in.gl.mag.de hæreti.in.6.Guiliel.de Cug.in.l.neq; qcquā.§.de plano.de off.procō.ff.Bal.in.d.l.neq; qcquā.§.fi.Ang.in.q.ſua, incipiēte Miles aſtēſis. cū alijs ſuprà citatis.Deciꝰ in.c.1.đ reſcri.Feli.in.c.mādata.de ꝓſum.

*Clauſula ſimpliciter & de plano, vti non poteſt inferior cum communi.*

13 Poſtremò intelligitur ex mēte eorundē etiā in illa clauſula, motu ꝓprio, qua inferiores vti non poſſunt, non magis, q̃ ſuperioribus clauſulis, quę ſummis principibꝰ reſeruātur, & ſi tali clauſula inferiores vtātur, nullius momēti eius adiectio eſt.arg.l. codicillis.§.fi.ff. de legat.2.

*Clauſula motu proprio inferior uti nō poteſt.*

Quæ omnia limitantur, vt nō procedāt, quādo eſt euidēs, & coacta neceſſitas, vt proximè admonuimus: qa per vrgētē neceſsitatē hęc omnia diſpēſantur, & permittūtur ad omniū legū trangreſſionē, nō ſecus, q̃ ſi ipſa lex vltrà procederet hac in re aliqua ex cauſa diſpēſando.arg.l. ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria. ff.q ſatiſd.cogātur.l.iā dubitari.in fi.ff.de hęre.inſt.l.cōditionibꝰ pupillus.ff. de cōd.& dem.vbi per Soci. col. pe.l.ſi filius qui patri. ff. de vulga.ibi, etenim ius dicētis ꝓpoſitū eſt liberos oneribꝰ hæreditarijs non ſpōte ſuſceptis liberare, nō inuitos ab hęreditate remouere. vbi multa per modernos, & latè Iaſ.in.d.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.

14 Deinde limitātur, vt ꝓcedāt in iudicibus eccleſiaſticis, & regulariter etiā in iudicibus ſecularibus, ſeu ꝓfanis, ſecùs autē eſt in ducibꝰ, Comitibus, & Marchionibus. Iſta eſt cōmunis opi. quā in prin.d.l.nemo pōt.per tex.ibi tenēt Alex.Frā. de Ripa.Ioā. Hānibalis.n.110.poſt Carolum Ruinum, & Crotum in princip.d.legis. vbi ſimiliter Iaſ. in princi.vtriuſq; lecturæ.Romanus cōſ.58. Ad diſcuſsionem.in.5.&.6.dubio.Alexan.conſ.1.lib.5.col.10.Bald.in fi.c. quorum appell.nō recip. qui intelligunt, ꝙ Reges, Comites, Duces, Marchiones, qui pro ſe ſuáque progenie perpetuam habent iuriſdictionem, poſſunt omnibus clauſulis ſuperioribus vti.

*Duces, Comites, & Marchiōes ſuperioribus clauſulis uti poſſunt, cum communi.*



Iaſ.tamē in.d.l.nemo. num.10.2. lect. dubitat de hac limitatione, & Ripa ibi. col. 3. Quam limitationem apertiùs damnant Crotus ibi.nu.5.& Ruinus col.4. & Hannibalis variat, vbi ſuprà. Vnde Ripa diſtinguit inter eos Duces, Comites, Marchiones, qui pro ſe & ſua progenie habent perpetuam iuriſdictionem, vt hi huiuſmodi clauſulis vti poſsint, non ita ſi pro ſe tantùm, non etiam pro ſua progenie habeant perpetuam iuriſdictionē.

Illud ergo à pleriſque omnibus ſuprà relatis cōmuniter receptum eſt, vt ſi pro ſe, & ſua progenie perpetuam iuriſdictionē nulli principi ſuperiori ſubditam nō habeāt, tūc huiuſmodi clauſulis vti non poſsint. Cōſtat enim talibus clauſulis vti non poſſe Præfectum Prætorio. vt in. d.l.formam.C.de officio præ. prætorio. & tamen is æquiparatur regibus. per gl. in l.1.ff.đ officio Præfecti Præto.tradit Crotus in.d.nu.5.ergo Duces, Comites, Marchiones longè minus huiuſmodi clauſu-

15 lis vti poterunt. Neq; ad rem pertinet, ꝙ Duces, Comites, Marchiones, & ſimiles poſſunt condere ſtatuta.vt per Bar.in.l.5.in prin.vbi per moder.ff.de verb.obliga. Iaſ.in.l.non dubium.num.22.C. de legibus. nam id intelligitur in ſtatutis, quæ non aduerſantur legi ſuperioris, ſed ſunt præter legem: nam ſi legi ſuperioris aduerſarētur, tunc ad ſui firmitatem ipſius ſuperioris confirmatione egerent. Et ita etiam ſuſtinentur ſtatuta cuiuſq; populi ſuperiorem recognoſcentis, vt ſi legibus ſuperioris non aduerſentur, tenēat citra ſuperioris confirmationem, ſin autē aduerſentur, tunc non valeant, niſi cōfirmati fuerint per ſuperiorem. vt latè per Bar.& moder.in.d.l.omnes populi.ff. de iuſt.& iur.& in.l.ius ciuile.per tex.ibi eo. tit.Nam & epiſcopus poteſt cōdere ſtatuta ſecūdùm Iaſ.nu.22.in. d. l. non dubiū.& per moder.in.d.l.5.in prin.poſt Barto. ibi.ff.de verb.obliga.& tamē huiuſmodi clauſulis vti nō poteſt, vt nominatim tenent omnes ſuprà citati. facit. l. 1. Tauri ibi, E ſi no fueren contrarias a las dichas leyes y ordenamientos. Vbi huiuſmodi ſtatuta ſuſtinētur, ſi ſint declaratoria, nō ſic quando ſunt correctoria.

*Statuta præter legē populus inferior facere pōt, non cōtra legē, niſi principis permiſſu.*

*L.1. Tauri*

16 Qui autem in terris non habēt pro ſe & ſua progenie perpetuā iuriſdictionē, ſed tantùm temporalem, hoc eſt, pro ſe, non pro ſua progenie, hi nō poſſunt vti huiuſmodi clauſulis, ſecūdū omnes, per fundamēta ſuperiora. Sed ſi pro ſe & ſua progenie perpetuam habeāt iuriſdictionem, tūc ſecūdùm Ripam vbi ſuprà poſſunt huiuſmodi clauſulis vti: quia ipſi in ſua ditione poſſunt leges condere, etiā iuri communi contrarias, vt tenent glo. Bart.& moder.in.l.5.in prin. ff. de verbo. oblig.gl.in.l.neq; pignus.ff. de regu. iur. gl.in.l.1.§.qui magiſtratū.ff. quod quiſq; iuris. Ergo ſimiliter, & faciliùs poterunt in caſibus quibuſdā vti huiuſmodi clauſulis, licèt aduerſentur iuri communi.

*Duces, Comites, & Marchiōes Caſtellæ nequeunt facere ſtatuta contra.l.*

Quod planè procedit in ijs Ducibus, Comitibus, & Marchionibꝰ, & Baronibus, & Regibus, qui ſummā iuriſdictionem habent, & merum imperium in ſuis terris, & regionibus, non ſolùm ſi imperio non ſubſint, ſed etiā ſi imperio ſubſint. Secùs autem eſt in Ducibus, Comitibus, & Marchionibus Hiſpaniæ, qui merum imperium non habent, hi enim ſtatuta iuri communi contraria nequeunt facere, & ſimiliter huiuſmodi clauſulis vti nō poterunt, per quas legi ſuperioris aduerſatur.argumento.d.l.formam.C.de offi. Præfe.Prętorio.&.d.l.1.Tauri.expreſsiùs in.l.5.ti.de las leyes.lib.1.ordi. vbi leges regum Hiſpaniarum ſeruandæ ſunt, etiam in terris Ducum, Comitum, & Marchionum, quaſi illi legum condendarum ius non habeant, ſed vti debeāt legibus conditis à principibus noſtris, ergo ipſis eas violare fas non eſt, non magis, quàm reliquis.

*Declaratio l.5.ti.4. ordi.lib.1. & l.1. Tauri.*

*Declaratio l.7.ti.3.lib. 1.ord.& l. 4.tit.1.lib. 3. ordi.*

Illud aũt quæri poſſet, an huiuſmodi clauſulis eccleſia in laicos iure regio vti poſſet? Mouet quæſtionẽ, ꝙ licèt eccleſiæ ſummum imperium ſit, tamẽ etiam quãdo eccleſia habet iuriſdictionẽ (quod in quibuſd. caſibus accidit) in laicos. vt in.l.7.tit.3.lib.1.ordi. illa iuriſdictio limitata, reſtrictaq; eſt ad ſolam cognitionẽ, non etiam ad executionem, vt ibid. & in l.4.ti.1.lib.3.ordi. Neq; ſat æquum videretur, vt iudex laicus executioni mandaret ſententiam iudicis eccleſiaſtici latam cõtra laicum, omiſſo ordine iudiciario, quale eſſet, cùm eccleſiaſtico iudici eccleſia cauſam, appellatione remota, aut ſimpliciter, & de plano cognoſcendam cõmitteret: præſertim cũ per.d.l.7. ibi, iuſtamẽte les es mandado y ſenteciado. expreſſum ſit, non aliter tales iudicum eccleſiaſticorum ſentẽtias per iudices laicos exequi debere, q̃ ſi tales ſententiæ iuſtæ ſint. Ergo hæc res temperanda ſic eſt, vt ſi iuſta cauſa interfuit procedendi appellatione remota vel ſimpliciter & d̃ plano (propter tenuitatem fortè cauſæ vel iuſtitiæ euidentiam, aut notorietatem) tunc ſententia illa exequatur, & non aliter, vnde poteſtas eccleſiæ non deeſt, ſed de rectitudine agẽdum erit. facit.l.11.ti.1.lib.3.ordi. vbi iuris ordo omiſſus in iudicijs non nocet.

Deniq; per.d.l.4.&.per.d.l.7. ibi, juſtamente les es mandado y ſentẽciado. app. eſt illa cõmunis opi. legiſtarum, quæ habet, ꝙ quando clericus curiæ ſecularis degradatus traditur vltimo ſupplicio afficiendus per iudicem eccleſiaſticum condemnatus, tunc iudex laicus nõ tenetur executionem facere, niſi viſo proceſſu iudicis eccleſiaſtici, eoq; iuſto inuento, vel alio proceſſu denuò facto, quod etiam in terminis iuris communis tenuit Bar. Ange. Fulgo. Paũl. & alij communiter in.l. magiſtratibus.ff. de iuriſd. omnium iud. Bart. in.l. non dubium. & in. l. diuus. ff. de cuſto. reorum. eſt communis opi. legiſtarum ſecundùm Imol.in.c.1. de officio ordi. vbi Alciat. num. 100. cõmunis eſt ſecundùm Felin.in.ca.ad audientiam. de hæreti. per Simancas de inſt. catho. cap. 36.num.3. per Carrerium de hæreti. num. 63. Bernard. Diaz in practica cri. c.141. p tex.in authen. de ſanct. epiſ. §. ſi verò crimẽ. &.c. cùm nõ ab homine. de iudicijs. dum iubet clericũ degradatũ puniri per iudicem ſecularẽ, vel exilio, vel alia legitima pœna, cuius electio cùm per illũ text. detur iudici laico, qui iubetur legitimã pœnam imponere, ipſius laici iudicis erit de iure inſpicere quænã legitima pœna pro criminis immanitate imponenda videatur, vel per inſpectionem proceſſus à iudice eccleſiaſtico facti, vel per alium proceſſum denuò factum. Nam & Alciat. vbi ſuprà firmat vidiſſe ſe ex inſpectione proceſſus ſentẽtiam iudicis eccleſiaſtici iniuſtam fuiſſe deprehẽſam, & ſic per iudicem ſecularem non fuiſſe executioni mãdatam. qua de re per Barb. in.d. c.cùm non ab homine. in ſimili per Couar.lib.2.reſolutio.c.20. num.7.

*Iudex laicus reum ſententia iudicis eccleſiaſtici dãmnatum, ſibiq; ad necem traditũ ult. ſupplicio afficere non debet, niſi cõſtito ſibi de iuſtitia ſentẽtiæ, cum cõmuni legiſtarũ contra cõmunẽ. can. iure regio & cõmuni.*

Contrariam opi. vt proceſſu non viſo, aliòue denuò facto ſecularis iudex clericũ ſibi traditũ teneatur punire per ſolius ſententiæ iudicis eccleſiaſtici inſpectionem, tenẽt Inno. & Abb. in.d.ca.1.n.11. de officio ordi. per tex.in.c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæreti.in.6. cõmunis videtur ex relatione Simanc. vbi ſuprà. per Alciat.in.d.c.1.num.100. per Villam Diego de hæreticis.q.19. col. 2. Igneus in.l.1. §. cùm dominus.num.41.ff. ad Sillani. argum.c. paſtora. §. quia verò. de officio delega. vt declarat Alciat. vbi ſuprà. nu.119. Verùm prior ſententia & iure regio per d.l.7. indubitata eſt, & iure cõmuni longè probabilior: quia par in parem nõ habet imperium.l. ille à quo. §. tempeſtiuũ. vbi per omnes. ff. ad Trebel. Nec dubiũ eſt, quin iudex ſecularis nõ ſubiaceat poteſtati iudicis eccleſiaſtici, non magis, q̃ iudex eccleſiaſticus poteſtati ipſius iudicis



cis laici, vnde neuter eorum alterius mãdata exequi tenetur, niſi quatenus depoſcit ſalus Reipublicæ, incolumitaſq; animarum, ſicq; vterq; alteri opem ferre debet. arg. legis. vt vim. ff. de iuſti. & iur. ibi, cognationẽ quandam conſtito priùs ſibi de iuſtitia opem poſcẽtis. Sic enim in vſu forẽſi ſimiliter quotidie faciunt iudices laici inter ſe, & etiã eccleſiaſtici inter ſe, dum delinquentem alibi agentem petũt per literas requiſitorias ad locum cõmiſſi criminis remitti: id quod iudex requiſitus facere nõ debet, niſi viſo proceſſu de crimine illo facto ab eo iudice, qui reum remitti poſtulat. Qua de re alibi. Sic ergo & in propoſito. &c. Idẽq; intelligo, cùm iudex eccleſiaſticus laicos hæreſis dãnatos tradit iudici laico vlt. ſupplicio afficiendos. Qua etiam de re alibi latiùs. Ad dict.c. paſtoralis. reſp. ꝙ procedit in executore ſubdito iudici eccleſiaſtico, nos loq̃mur in iudice laico, q̃a ſubdit⁹ nõ eſt.

*Regnum nõ debetur primogenito iure diuino cum Ripa contra magis communem.*

17 Infertur viceſimò & principaliter Regem non poſſe filium ſuum priuare regno vi naturalis præeminẽtiæ ſibi quaſi debito, & inſtituere ſecundo genitum: quia primogenitus ſuccedit in regno de iure diuino, canonico, & conſuetudinario ſecundùm Ioan. And. in.cap. licèt. de voto. Felinus in.c. prouidentiam. in prin. col.2. de offi. delega. Martinus Laudenſis in tractatu de principibus. verſic. 22. Abb. conſil.3. Nitar. in.2. parte. Curti. ſenior. conſi.77. Sapienter. col.10. Iaſ. in. d. l. nemo poteſt. ff. de lega.1. in.1. lect. n.3. & in.2. lect. nu. 2. Quam communem ſentẽtiam ſequitur Ripa ibidem num.3. qui negat modum & ſolennem illam obſeruationem à iure diuino effluxiſſe, quinimò à iure cõſuetudinario ſecũdùm eũd. deſcendit. Nam inter ſeptem ſpecies iuris primogenituræ, de quibus per glo. & Archidiaconũ in. c. quàm periculoſum. 7. quæſt. 1. non inuenitur ius ſuccedendi in regno, quod aduerſus reliquos veriſſimum puto: quia conſtat, ꝙ olim nõ ſucceſsione, ſed electiõe regna deferebãtur. argu. tex. in.l.1.ff. de cõſtitu. principium.

*Princeps põt primogenito regnũ auferre, & ſecũdo genito transferre ſi ille ſit dementia uel improbitate inſignis. noua opi.*

18 Limi. hanc concluſionẽ, niſi is primogenitus eſſet mente captus, furioſus, vel ſtultus, vel aliàs inſufficiens ad ſuſcipiendas Reipublicæ habenas: nam hoc caſu pater poteſt relinquere Regnum ſecũdò genito ſecũdùm Felinum & Marti. Laudenſem in locis ſuprà allegatis. Bal. in authẽ. hoc amplius. col.2. C. de fideic. idem Bal. in prooemio decretalium. licèt aliter ſentire videatur in titulo de ſucceſsione feudi. in fi. principij. & eſt communis ſententia, quam ſequuntur Ripa in. d. l. nemo poteſt. nu. 4. vbi Iaſ. nu.4. in. 2. lect. & in lect.1. in prin. Qua ratiõe idem quoq; tẽtari poteſt in primogenito, qui eſſet prodigus, vel malè morigeratus, vt is poſſit per patrem regni ſucceſsione priuari, & ſecundò genito poſſet talis ſucceſsio regni concedi, non ſecus, quàm ſi is primogenitus eſſet mẽte captus: quia furioſus, mente captus, & prodigus ęquiparãtur quo ad adimẽdam eis ſuarum rerum adminiſtrationem, & longè faciliùs quo ad adimendam eis adminiſtrationem rerum alienarum, vel ſtatus Reipublicæ. argum. tex. in.l.1. & ferè per totum. ff. de curatore furioſi. & in.l. & mulieri. eo. tit. & ferè per totum. C. eod. Vnde Claudianus de.4. Honorij conſulatu ſic ait.

*Tunc omnia iura tenebis*
*Cùm poteris rex eſſe tui.*

Et Seneca in Thyeſte.

*Vbi non eſt pudor,*
*Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides*
*Inſtabile regnum eſt.*

Et Horatius. lib.1. epiſt. ad Mecœnatem.

*At pueri ludentes, rex eris aiunt,*
*Si rectè facies: hic murus aheneus eſto.*
*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*
*Roſcia dic ſodes melior lex, an puerorum*
*Nænia? Quæ regnum rectè facientibus offert,*
*Et maribus Curiis, & decantata Camillis.*

Et Auſonius in Monoſyl.

*Qui rectè faciet, non qui dominatur erit rex.*

Horatius Oda.2. lib.2.

Latiùs

*Latiùs regnes auidum domando*
*Spiritum, quàm ſi Libyam remotis*
*Gadibus iungas, & uterq; Pœnus.*

Et Seneca in Thyeſte.

*Regem non faciunt opes,*
*Non ueſtis Tyriæ color,*
*Non frontis nota regiæ,*
*Non auro nitidæ trabes.*
*Rex eſt, qui poſuit metus*
*Et diri mala pectoris,*
*Quem non ambitio impotens,*
*Et nunquam ſtabilis fauor*
*Vulgi præcipitis mouet:*
*Qui tuto poſitus loco*
*Infrà ſe uidet omnia*
*Occurritq; ſuo libens*
*Fato, nec queritur mori*
*Mens regnum bona poßidet.*
*Rex eſt, qui metuit nihil,*
*Hoc regnum quiſq; ſibi dat.*

Et ſimiliter Seneca in Troade:

*Et regis alti ſpiritum dare regi.*

Seneca in Herc. furente.

*Victima haud ulla amplior*
*Poteſt magiſq; opima mactari Ioui,*
*Quàm rex iniquus.*

Cùm ergo is qui ſeipſum regere non poteſt, ſed perditis moribus deditus ſit, principalem, regalemq́ue dignitatem demereatur, reliquum eſt, vt pater, qui filium dementem, vel aliàs inſufficientem poteſt regni ſucceſsione priuare, poſsit ſimiliter regni ſucceſsione eum filiũ priuare, qui perditiſsimorum morum ratione ſit non modò ad regni adminiſtrationem inſufficiens, ſed etiam portentum quoddam videatur.

19 Infertur viceſimoprimò & principaliter, ꝙ cùm teſtaror non poſsit formam legis prætermittere, aut ius publicum lædere, non quoq; poterit efficere, ꝙ ſi centũ mihi legauit, certa ſumma annua ab hærede mihi præſtetur vſurarum nomine, donec illa centum perſoluantur. Iſta eſt communis opinio, quam tenẽt Bart. in. l. 3. §. fi. per text. ibi. ff. de annuis legatis. idẽ Bart. in. l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomine. idem Bar. in. l. Iulianus. §. idẽ Papinianus. ff. de act. empti. Romanus & Alexã. col. pen. in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obli. Crotus in. d. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. col. 1. vbi Ripa. n. 22. Abb. & cõm. doct. in. cap. ſalubriter. de vſuris. Iaſo. in. l. de quibus. ff. de leg. Alexan. conſi. 27. lib. 4. colum. 2.

*Teſtator qui centum mihi legauit, & donec ab hærede non præſtarentur, iußit certã ſummã annuã mihi præſtari, id iubere potuit cum multis cõtra communẽ.*

Cõtrariam tamen partem tenent Bal. in. l. 1. q. 3. C. de his quæ pœnæ nomine. & Paulus in. l. cunctos populos. col. pen. C. de ſumma Trinit. Mouentur per. l. 1. C. de his quę pœnę nomine. vbi teſtator poteſt aliquid præcipere ſub poena, vnde hoc caſu pœnæ loco habenda eſt vſurarum præſtatio, quam teſtator fieri iuſsit, eo caſu, quo hæres eſſet in mora ſoluẽdi illam quantitatem legatam. Neque ad rem pertinet tex. ſingularis in. d. l. 3. §. fin. ff. de annuis legatis. vbi talis vſurarũ præſtatio de iure etiam ciuili non admittebatur vltra legitimum vſurarum modum: vnde de iure canonico, quo iure ex toto ſunt prohibitę vſuræ, videtur, quòd tales vſuræ nullo modo debeantur. vt in. c. qa in omnibus. & per totum titulum de vſuris. Nam reſpondetur longam eſſe differentiam inter prohibitionem vſurarum de iure ciuili, & inter prohibitionem vſurarum de iure canonico. De iure enim ciuili regulariter non prohibentur, ſed permiſſæ ſunt, non ſecus quàm reliquæ omnes præſtationes, vt per totum. C. & ff. de vſuris. & ſi quando prohibẽtur, id eſt propter immenſam, immoderatamq́ue quantitatem vſurarum, quæ legitimum modum excedunt, atq; egrediuntur. vt in. l. eos. in prin. & §. 1. C. de vſuris. ſicq́ue eo caſu non propter peccatum, ſed propter duritiem, auſteritatem, & molem vix tolerabilem damnãtur, vt expreſsim probatur in dict. l. eos. §. 1. in princi. C. de vſuris. vt in ſimili dicimus in pacto legis commiſſoriæ. vt in. l. fin. C. de pactis. pig. Sed de iure canonico principaliter vſuræ prohibentur, propter vitandum peccatum. vt in capit. in ciuitate. & in capit. conſuluit. & ferè per totum de vſuris. vnde



vnde in ſpecie noſtra ratio prohibitionis vtriuſq; iuris ceſſat, & conſequenter vſurarum regularis prohibitio ceſſare intelligitur. Quòd ceſſet ratio vtriuſq; iuris, patet: nam ratio iuris ciuilis ceſſat, quia ponimus vſuras quandiu legati ſolutio differebatur præſtandas non excedere legitimum modum vſurarũ, & cõſequenter de iure ciuili valere, deberiq́; tales vſuras. vt in. l. 3. §. fin. ff. de annuis legatis. Ratio ſimiliter prohibendi, quæ mouit ius canoni. nempè ratio vitandi peccati, vt expreſſum eſt in. d. c. in ciuitate. ſimiliter ceſſat: quia hæc vſurarum præſtatio non deſcendit ex prouiſione, vel iuſsione, cura, opera, diligentia, & ſolicitudine ipſius legatarij vſuras recipientis, ſed ex prouiſione, cura, opera, ſolicitudine ipſius teſtatoris vſuras præſtari iubentis: vnde ex parte legatarij ceſſat peccatum, cuius animus hac in re inquinatus non fuit, vt in d. c. in ciuitate. Ceſſat quoq; peccatũ ex parte teſtatoris vſuras præſtari iubentis: quia ipſum hæredem, ſiue per modũ præſtãdarum vſurarum, ſiue per alium quẽcunque modum poteſt onerare, non ſolùm in rebus ipſius teſtatoris pręſtandis, ſed etiam in rebus ipſius legatarij tradendis, vt eſt tex. in. l. vnum ex familia. §. ſed & ſi rem. ff. de lega. 2. & Inſt. de leg. §. ſi quis rem. dummodo tale onus non excedat vires patrimonij teſtatoris. vt in. l. ſi vniuerſæ. C. de lega. vel nõ excedat dodrantem bonorum teſtantis. vt in. l. 1. in prin. ff. ad leg. falci. & in prin. Inſt. eod. ti. Itaq; cùm neq; ex parte legatarij vllum ſit peccatum, neq; etiam ex parte teſtantis, ceſſat prohibitio iuris canonici, quæ in peccato vitando fundatur: & cùm vſurarum præſtatio legitimum modum nõ execedat, de quo in. d. l. eos. §. 1. C. de vſuris. ceſſat etiam vtriuſq; iuris, vel iuris tantùm ciuilis prohibitio, quæ inde efflux iſſe videtur, vt molem immenſam, intolerabilemq́; vſurarum præſtãdarum vitaret, vt. d. l. eos. §. 1.

Confirmatur: quia licèt regulariter pactum futuræ ſucceſsionis acquirẽdæ vetitum ſit propter improbum & deteſtabile votum captandæ mortis, ſitq́ue tale pactum exoſum, punibile, & contra bo. mo. vt in. l. 1. C. de pact. & in. l. ſtipul. hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & in. l. 2. in fi. ff. de his quibus vt indignis. & in. l. quidam in iure. §. fi. ff. de donatio. & in. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. & in. l. pactum dotali. C. de collat. & licèt improbus eſſe dicatur, qui ſolicitus eſt de hæreditate viuentis. & in. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. tamen illud procedit regulariter, ſed fallit, quãdo ex diſpoſitione alterius quis eſt ſolicitus de bonis viuentis. Hinc eſt, ꝙ vnuſquiſque poteſt eſſe ſolicitus de hæreditate, quæ iuſſu teſtatoris ſibi reſtituenda eſt poſt mortem hæredis, & poteſt petere, vt talis hæres pręſtet ſibi cautionem de hæreditate ſibi reſtituẽda poſt mortẽ ſuam. vt in. l. cùm Archimedoram. C. vt in poſſ. legatorũ. & per totũ C. & ff. vt in poſſeſsionem legatorum. Et licèt qui talem petit cautionem ſolicitus ſit de legato, vel fideicom. ſibi ab hærede præſtando poſt mortem ipſius hæredis, non tamen per hoc improbus eſſe intelligitur: quia hæc petitio habuit originem à prouiſione & præcepto teſtatoris, vt ꝑ hoc ipſe petens nõ videatur mortem hæredis captare, ſed diſpoſitionem teſtatoris exequi curare. Et ideo ſi hæres rogatꝰ ſit poſt mortem ſuam hęreditatem mihi reſtituere, poſſum ab eo viuente petere cautionem de poſt mortem ſuam reſtituenda mihi hæreditate, nec per hoc improbus eſſe videor: quia mea ſolicitudo ex prouiſione, & iuſsione teſtatoris originem traxit, vt dictis iuribus probatur. Et licèt pactum de futura ſucceſsiõe etiam omittenda regulariter non valeat, vt in. d. l. pactum dotali. & in. l. ſi quãdo. §. illud. C. de inoffi. teſta. tamen fallit, quãdo habeo ſpem & ius ad bona viuẽtis ex diſpoſitiõe alterius, putà teſtatoris, nam tunc

tunc valet pactum de illa futura ſucceſſione omittẽda, vt in.l.1.& in.l.cùm proponas. C. de pact.& in.l. de fideico. C.de tranſact.& in.l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de verb.oblig. Sic ergo & in ſpecie noſtra legatarius, qui petit vſuras ineunte mora legati præſtandi, eaſq́; petit ex prouiſione & diſpoſitione teſtatoris, non videtur improbum lucrum captare, cùm ex diſpoſitione alterius, ſcilicet, teſtatoris illud petat.

*Vſura committitur in ſolo contractu mutui cum cõmuni.*

20 Confirmatur: quia vſura, quæ improba ſit, propriè non committitur, niſi dũtaxat in contractu mutui, non autem in reliquis contractibus, & longè minùs in vltimis volũtatibus. Ita tenet nouiſ. noſtræ tempeſtatis theologorum diſertiſsimus frater Dominicus de Soto in tracta. de iuſti.& iur.lib.6.quæſt.1. art.1. & Laurentius de Rodulphis in tract. de vſuris. parte.3.q.1. col. 2. & eſt vera & cõmunis opi. ſecũdùm Hieronymum de Luca. in tractatu de cambijs. q. vlti. nu. 48. idéq́; firmat idem Rodulphus in dict. tract.in prin.num.10.poſt Rofredum. Ioã. And. & Rainerium, quos ipſe allegat. Idem tenet Ambro.de Vigna.in tractatu de vſuris.in prin. poſt Rofredũ, & Rainerium, & ſanctum Thom. quos ipſe allegat. & glo.in.c. conqueſtus. de vſuris. quã ſequitur totus mũdus ſecũdùm Soci. qui eam ſequitur conſi.88.nu.9.lib. 2. & illam gl. omnes ſequuntur ſecundùm Deciũ, qui ſimiliter eam ſequitur, conſi. 119. num.3. Et iſta eſt cõmunis opi. ſecundùm eund. Soci.conſi.176.lib.2.& hanc dicit cõmunem opi.idem Soci.in.d.cõſi.88. num. 6. & iterum ibidem num.16.ſequitur Abb. in rub.de vſuris.& idem Abb. in.c. fi. eo. tit. Quæ communis concluſio planè probatur ex cõmuni vſuræ definitione, quæ ſecundùm Dominicũ de Soto vbi ſuprà poſt alios ibi relatos ita definitur, Vſura eſt vſus pretium mutuatæ rei. Pretiũ autem rei non mutuatę, ſed in aliam, quàm mutui contractus diſpoſitionem deductæ vſura non eſſet ſecundùm hanc definitionem, quæ demonſtrat veram eſſentiam rei qua de agitur. vt in.l.1.§. dolũ. ff. de dolo. Vnde in ſpecie noſtra longè abeſt vſuræ vitium, cùm non loquamur in contractu mutui, nec etiã in reliquis contractibus, ſed in vltimis voluntatibus. Neq; ad rem pertinet, ꝙ quando vnum venit in conſequẽtiam alterius, tunc primo ſublato, cenſeatur & alterum immutatum. vt in.l.alteri.ff. de adimendis legatis.c. à multis.de ætate & qualitate. gl. & ibi Abb. de cõſanguinitate & affinitate. c.miramur.de ſeruis non ordinãdis. glo. in.c. quia intantum.de præbendis. Vnde cùm ex toto per ius canonicum vſurę vetitæ ſint. d. c. quia in omnibus.& cap. in ciuitate. & per totũ de vſuris. videbatur, ꝙ etiam in vltimis vol. vſura vetita eſſet, non ſecus, quàm in contractibus. Sed certè vſura vtroq; iure permiſſa eſt, vbi legitimus vſurarum modus non tranſgreditur, nec vlla eſt peccati ſuſpicio, quale eſt in ſpecie noſtra. Quod etiã in actibus inter viuos admittendũ eſſet, ſi modò fraus nulla argueretur de perſona ad perſonã. Vnde ſi fundũ meũ poſsidebas, fortè cõductiõis cauſa, & Titio, cui illũ fuudum donatum re vera volebã, iuſsi te fundũ illum dare, & quandiu non dares certam ſummam vſurarũ nomine pręſtare, tunc talis vſura permiſſa eſſet vtroq; iure. arg. ſuprà dictorum, ſi legitimũ modum vſurarum non excederet.

Cõfirmatur cõcluſio noſtra in vtroq; caſu, tam in contractu, quàm in vlti. vol. per glo. notabilem in.c.conſuluit.de vſuris. quæ voluit, ꝙ etiam in contractu mutui poſſum citra vſuræ vitium aliquid vltra ſortem recipere, quãdo ab initio gratis mutuaui, & citra vllam ſpem aliquid vltra ſortem accipiendi. Vnde cùm tempore diſpoſitionis is qui vſuram recepit, non habuerit animum aliquid vltra ſortem accipiendi, quinimò neq; ipſi diſpoſitiõi interfuit, eiuſq́; rei, quæ gerebatur, ignarus



ignarus eſſet, ſupereſt, vt vitium vſuræ incidiſſe non videatur.

*Vſurã accipere poteſt, qui mutuat cõpulſus cũ Paul.& aliis.*

21 Præterea facit egregia doctrina Pauli in.l. ſi quis neque cauſam. in fin.principij. ff. ſi certum petat. vbi vult, quòd ſi ciues inuiti cogũtur reipublicæ vel principi mutuare pecunias, poſſunt aliquid vltra ſortem vſurarum nomine recipere, & vſura hoc caſu vtroque iure permiſſa, & inculpata eſt. Idem tenuit Paul. conſi. 19. & Laurẽtius de Rodulphis in dict. c. conſuluit. in. 1. quæſt. tertiæ quæſtionis principalis. ſequitur Crotus in.l. nemo poteſt.ff.de legatis.1.numero.3. Quia qui ad mutuandum non mouetur improba ſpe vſuræ percipiendæ, ſed inuitus, & compulſus mutuat, is vſuram vtroque iure permiſſam, & inculpatam recipere poteſt.

*Vſurã percipere poterunt illi, quibus inuitis iuſſu principum aurũ & argentũ, quod ab Indorum regionibus reportarãt ablatũ fuit.*

22 Vnde ex facto interrogat⁹ olim in mille caſibus idem ipſe reſpondi. Nam cùm magnam vim auri & argenti in feliciſsimam noſtram Hiſpaniam noſtrorum q̃ plures ab Indorum regionibus reportarent, cuius auri & argenti maximam partem ſæpiſsimè auferri iuſsit primùm inuictiſsimus Cæſar atque Imperator Carolus.V. Hiſpaniarum Rex, deinde pijſſimus, atque feliciſsimus Philippus eius filius, Hiſpaniarum & Angliæ Rex, idq́; tam pater quàm filius auferri iuſsiſſent, vt ſaluti publicæ conſulerẽt, ad hoſtium graſſantium impetum ſuſtinendum, & repellendum, tunc vehementer controuerſum fuit, an homines illi, qui compulſi, & inuiti neceſsitate coacta & præciſa pecunias, opes, aurum, argẽtumq́; ſuum concedebant, poſſent aliquid vltra ſortẽ recipere. Et tamen obtentum fuit poſſe: ſicq́ue hominibus, qui erant mercatores, atq; negotiatores duodecim pro centum, ſeu pro quolibet centenario vſurarum nomine præſtabatur, & præſtari iuſſum fuit: reliquis autem hominibus, qui negotiatores non erant, reditus annuus conſignatus fuit ex patrimonio regali: quia in his nõ tam res expedita viſa fuit, vt in reliquis, qui mercatores erant, atq; negotiatores. Nos autem ſemper reſpondimus talem vſuram in hominibus mercatoribus atque negotiatoribus permiſſam vtroque iure, atq; inculpatam eſſe, & ita obtẽtum fuit: in reliquis autem hominibus, qui mercatores & negotiatores nõ eſſent, ſimiliter permiſſam eſſe, atq; inculpatam, cum non vltro, ſed inuiti atq; coacti aurum, argentumq́; ſuum concederent: & quia ibi minimè erat contractus mutui, cùm deficeret conſenſus, & ceſſarent omnia requiſita ad formã mutui contractus neceſſaria. Sed tamen his aliter rem Cæſaris agentibus viſum fuit: quæ autem ratio eos mouerit, incompertum non eſt.

Poſtremò redeundo ad noſtrum principalem articulum in fauorem legatarij, vt donec ſibi legatũ præſtetur poſsit vſuras moderatas percipere ex iuſſu teſtatoris, adducebam doctrinam Barto. & aliorum in.l.in inſulam.§.vſuras.ff.ſolu. matrimonio. dum volunt, quòd ſoluto matrimonio vxor infra annum ab hæredibus mariti vſuras pro dote, quæ reſtitui differtur, licitè percipere poteſt, quia infra annum ab hæredibus inuitis dotem ſuam exigere nõ poteſt, ſed poſt annum tales vſuras capere non poſſet, quia tunc ab ipſis inuitis dotem ſuam recipere poſſet. Sic & in ſpecie noſtra, is legatarius interea dum ſibi legatum non præſtatur, vſuras licitè percipere poteſt: quia in poteſtate ſua non eſt legatum ab inuito hærede extorquere, cùm ex permiſsione teſtatoris hæres donec vſurę præſtarentur, compelli non poſſet præciſè ad legatum præſtandum. Sicq́ue teneo partem affirmatiuam contra magis communem opinionẽ, quam ab ineunte pueritia ſemper defendim⁹, & publicè inter plura q̃.700. paradoxa olim Salmanticæ ſuſtinuimus

24 Ex ſuperioribus infertur deciſio illius quæſtionis, quam Romæ vehementer *Vſura debẽtur legata*

*rio, qui ab inuito hære de ſummã legatam petere nõ poterat, cum Ripa, et alijs contra Crotũ, Iaſ. & alios.*

controuerſam fuiſſe noſtrorum quãplũ res atteſtantur. Quidam enim teſtator Titio mille legauit, & iuſsit, vt per ſpatiũ decẽ annorum ab inuito hærede ea mille extorqueri non poſſent, ſi ipſe ſingulis annis certam ſummam vſurarum nomine legatario præſtaret: deinde hæres illam ſummã vſurarum nomine per decem annos præſtitit: & poſteà cùm legatarius mille ſibi legata peteret, hæres volebat recompenſare quantitatem, quam vſurarum nomine ſibi per decenniũ præſtiterat, vt ea ſumma de ſorte principali deduceretur. Et tandẽ cùm hac in re Areti.cõſil.152. Viſo teſtamento. conſuluerit talem ſummam vſurarum nomine præſtitam ſorti principali detrahendam. quẽ nouiſsimè ſequitur Crotus in.l.nemo poteſt.num.3.ff. de legatis.1.tamen contrarium in curia Romana obtentum & iudicatum fuit, vt talis ſumma vſurarum nomine præſtita, ſorti principali non detrahatur, ſed vltra illas vſuras integra pręterea ſors debeatur. Et ita aiunt cõſuluiſſe Ioannem Bapt.de ſancto Seuerino. ſequitur Soci.in.l.2.ff. de his quæ pœnæ nomine. Mouentur: quia qui à principio gratis pecuniam mutuò dedit, non prohibetur ex poſt facto aliquid vltra ſortem recipere. vt per glo.in.d.ca.conſuluit: deinde quia qui inuitus detinetur ſuum repetere, is licitè aliquid vltra ſortem recipere poteſt. vt per Paul.in.d.l.ſi quis neque cauſam.& per Bar. & alios in.d.l.in inſulam.§.vſuras.ff. ſolut. matrim. & per alia fundamenta ſuperiùs relata. & hanc partem veriſsimam puto. Neq; ad rem pertinet tex.in.l.3.§.fin.ff. de annuis legatis. in quo iacet fundamentum eorum, qui tenent contrariam partem: nam procedit, quando vſura legitimum modum excedebat: ſin autem legitimum modum nõ excedat, tunc ille tex. expreſsim noſtram potiùs, q̃ contrariam ſententiam probat. Quòd & d̃ iure canonico procedit, cùm in tali vſura recipienda nullum ſit animæ vitium ex parte recipientis, vt ex ſuperioribus ſatis docemur. Nec me ſimiliter mouet, quod Ancharanus conſil.92. incipiente, Verba teſtamenti. conſuluerit. quòd ſi teſtator damnat hęredem ad ſoluendum decem vxori ſingulis annis pro vſufructu, ſeu alimẽtis dotis ſuę quãdiu ipſa dotem petere diſtulerit, tũc mulier illa decem petere non poterit. Nam mouetur per text.in dict.l.3.§.fi. qui ſufficienter probat contrarium, quando illa decem non excedebant legitimum vſurarum modum. Et longè minùs oberit quod voluit Ioã. And. in cap.in ciuitate. de vſuris. dicens, quòd ſi emo certum annuum reditum pro pecunia vſque ad certum tempus, puta vſq; ad decem annos, tunc iſte contractus eſt fœneratitius, & conſequenter quantitas illa in ſortẽ principalem imputabitur. Nam ille caſus longè differt à caſu noſtro, cũ ibi diſpoſitio, & cõtractus celebratus fuerit ab eo ipſo, qui vſuras petebat, in caſu verò noſtro ipſe non interfuerit diſpoſitioni, de qua agebatur. Et hanc noſtram ſententiam tenet etiam Ripa in dict.l. nemo poteſt.ff. de legatis.1.numero.23. & Socinus conſi. 41. In præſenti conſultatione. lib. 4. licèt contrarium tenuerit Iaſo.in.l.1.columna 13. C. de ſumma Trinitate. & fide catholica.

25 Infertur ex ſuperioribus veram nõ eſſe opi. Croti, qui in. d.l. nemo poteſt. nu. 4.ff.de lega.1.tenuit, quòd ſi teſtator iuſſit, vt quandiu quantitas legata legatario per hæredem non præſtaretur, tandiu ſingulis annis certa ſumma nomine vſurarum ei præſtaretur, tunc nihil, inquit, valeret tale præceptum, neque vſura deberetur ſecundùm eum, etiam ſi expreſſum eſſet, quòd alimentorum nomine talis ſumma interea præſtaretur, quaſi lex rebus, non verbis ſit imponenda. l. 2. C. commu.de legat. Sed longè & grauiter errat: quia, vt ex ſuperioribus docemur, talis vſura, ſiue alimentorum nomine, ſiue etiam vſurarum nomine petatur, permiſſa, & inculpata eſt vtroque iure, cùm teſtator de rebus hęredis ſui diſponere poſſit, non ſecus, q̃ de ſuis proprijs rebus, & per hoc legatum augeatur, quod indubitãter ſubiacet poteſtati teſtatoris.l.verbis legis.ff. de verb. ſigni.l.1. in prin.ff.ad leg.fal.in prin.Inſt.eod. tit.nec ex parte legatarij ſit vllũ animi vitium, vt ſuprà ſatis docemur. *De ead.re.*

26 *De ead.re.* Subinfero verũ nõ eſſe, quod ipſemet Crotus in.d.l.nemo poteſt.n.4. ait, huic caſui ſimilem eſſe illum caſum, Mutuaui Titio centum hac lege, vt poſt decem annos, vel poſt mortem meam teneretur filio vltra ſortem certum quid reſtituere. tũc enim, inquit, etiam filius petere non poterit, nõ magis, quàm ipſemet, qui mutuauit, quod veriſsimũ eſt. Sed caſui noſtro eſt lõgè abſimile, quia illo caſu vſura eſt culpabilis, & damnata: nam de pecunia accipientis mutuũ vltra ipſam ſortem illa vſura præſtanda erat: ſecùs autem eſt in caſu noſtro, vbi de hæreditate ipſius teſtatoris præſtanda erat vſura, vſq; ad cuius hæreditatis vires teſtator ꝑ quemcunq; modum poteſt hæredẽ onerare, præſertim hodie, quo tempore poteſt etiam falcidiæ detractionem prohibere. authẽtica. ſed cùm teſtator. C. ad legem. falcid.

27 *Forma iudicij poteſt immutari d̃ partium cõſenſu, ita ut ſimpliciter & de plano procedatur, cũ Accurſio contra cõmu.*

Infertur viceſimoſecũdò & principaliter, an partes poſsint conueniri, vt ſimpliciter, & de plano procedatur in cauſa? Qua in re communis opi. eſſe videtur, vt nõ poſsint. Ita tenet Crotus in.d.l.nemo poteſt.n.6.& ibi Hannibal.n.124.ff.de lega.1.ſentit Bar.in authen. offeratur. n. 13. C.de litis cõteſtatione. tãgitur per Alex. n.8.in.d.l.nemo. glo.in clementi.ſæpe.in verbo, neceſſario. de verb. ſigni.& in.c.fi. de ſentẽtia, & re iudicata. lib.6. & in cap. de cauſis. de offi.delega. quas glo. allegat Alexã. vbi ſuprà. Ioan.And. & alij in.c.1. de libelli oblatione. Bar.in.l. ſocietatem. in.§.arbitrorum.ff. pro ſocio, in illa quæſtione; quando eſt data poteſtas procedẽdi. Abb.in.d.c. 1. de libelli oblatione. vbi etiam Antonius per tex.in.l.diem proferri.in.§. ſi quis litigatorũ. ff. de arbitris. & in.l.quoties.de priuilegiis ſcholariũ.libr. 12.in verbo. ſed ſi talis ſit negotij vilitas, vt etiam ſine ſcriptis conſentientibus videlicet partib⁹ ſuper ea poſsit cognoſci, ſpectato ſine ſcriptis habendæ cognitionis euentu. & per authen. niſi breuiores. C.de ſententijs ex breuiculo recitandis. & per.l.nemo poteſt.ff.de lega.1.

Contrariam partẽ, vt de conſenſu partium poſsit procedi ſimpliciter & de plano, tenet glo.fi.in.d.l.quoties. quam opi. veriorem puto per tex.in.§.fi.Inſt.de perpetuis & temporalibus actionibus. vbi ex facto, & cõſenſu partium eſt iuxta eorum arbitrium ſententia ferenda: deinde quia omnis ſolẽnitas iudiciorũ introducta eſt principaliter propter ipſorum litigantiũ vtilitatem, quò magis res, de qua agitur, manifeſtior fiat. vt in.l.properandum.per totã.l. C. de iudicijs. Vnde ſuccedit illa cõmunis opi. quæ habet, ꝙ ſolẽnitas inducta principaliter ob priuatam vtilitatem, de mutuo partium conſenſu poteſt prætermitti. vt in.l. filio præterito. ff.de iniuſt.rupt. tradit Areti.in rub. ff.de libe.& poſt. Decius in.c.2.de teſtib.col.2. & in.l.hac conſultiſ.col.2.C.qui teſtamẽta facere poſſunt. Abb.in.c.fi.§. is autem. in ſecundo notabili. de offi.delegati. Bar. in.l.1.§.ſed ſi filius.ff.de lega. 3. Bene facit tex.in.l.11.ti.1.lib.3.ordina. vbi iure regio ordo iudiciorum nõ eſt neceſſarius, nec vitiat eius omiſsio. *l.11.ti.1.lib. 3.ordi.*

Præterea cùm ſolennitas iudiciorum ſit introducta, quò magis ius partium detegatur, & iuſtitia eis adminiſtretur, ſuccedit illa communis ſentẽtia, quæ habet, quòd ea quæ requirũtur quò magis res, de qua agitur, certior, & euidẽtior ſit, poſſunt ꝑ partes prætermitti. vt nominatim probat tex.in.l.1.ff.de lib. & poſt. & in.l. hæredes palàm.§.ſed ſi notã.ff.de teſta. Si

enim per talẽ ſolẽnitatis omiſsionem res obſcurior fiat, tunc ius nõ deficit, ſed probatio, vt in.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamẽtaria tutela. & priuatus læditur, non ius publicũ: neq; actus redditur nullus, licèt effectu carere poſsit propter defectũ probationis. vt per Bal.Paul.Imol.Alex.Are. Cuma.in.d.l. hac conſultiſ. & in.d.l.1.ff. de libe.& poſt. vbi hanc dicit cõmunem opi.Iaſ.n.11.& Salicetus in.l.fi. C. de ſentẽtijs ex breuiculo. Alciat.in.d.l.1.ff.de lib. & poſt.n.10. vbi ſequitur, & dicit cõmu. opi.Alex.n.8.Decius in.d.l. hac cõſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſ.col.2. Anchar. in regula.Ea quæ fiũt.de regu.iur.in.6.Soci. in.d.l.1.n.9.Dominicus & Imol.in.c.2.de reſcrip.lib.6.

Quartò pro nobis eſt text.per locũ ab ſpeciali, vel à contrario ſenſu.in.l.2. §. ſed quia veremur.C.de iuramento calum.

Quintò licèt partes dubium ſit an poſſint proferre terminum inſtantiæ, tamen nulli dubium eſt, quin illum terminum poſsint breuiorem facere. Etenim vt intereſt reipublicæ, ne lites proferantur, & ferè fiant immortales. vt in.l. properandũ.in prin.C. de iudici. ita quoq; intereſt reipublicę, vt breuiores fiant: & ſic ratio, quæ mouit legem ad ſtatuendum ne lites vltra terminum poſſent proferri, eadem ratio cogit nos fateri, ꝙ de partium conſenſu poterũt breuiores fieri, & coarctari, & conſequẽter poterũt partes conuenire, vt ſimpliciter, & de plano procedatur, per quod ipſi reipublicæ conſultũ videtur, tãtum abeſt, vt ei prȩiudiciũ fiat, aut ius publicum lædi intelligatur.

Sextò induco. d. §. ſed quia veremur. alio modo. Nam iuram.calumniæ ideo conſenſu partium prȩtermitti nõ poteſt, vt ibi, ne lõgior fiat lis, quæ religionis, & diuini numinis timore breuior eſſe ꝑ interuentum iuramẽti de calũnia poſſet, vt in ſimili ait tex.in.l.quæ ſub conditione. in prin.ff.de cond.inſt.

Septimò induco pro nobis text.in.d. authẽ.niſi breuiores.C.de ſent.ex breui. recit. Nam ſi ſimpliciter & de plano poteſt procedi in cauſis tenuioribus, vt ibi, ergo apparet, ꝙ ſolẽnitas iudiciorũ non reipublicæ contẽplatione, aut fauore, ſed magis ipſorum litigãtium cauſa deſideratur regulariter, quò magis eorũ ius patefiat, detegatur, & comprehendatur, quæ ſolẽnis obſeruatio in cauſis tenuioribus negligitur, & paruipẽditur, quaſi id interſit ipſorũ litigatorum, ne plùs expenſarũ nomine abſumatur, q̃ ſit quãtitas, de qua certabatur.

Octauò induco tex.in.d. l. quoties.de priuileg.ſchol.lib.12.ibi, cõſentiẽtibus. vt ibi opportunè aduertit Accurſius. olim quo ad hoc vt ſimpliciter & đ plano procederetur in cauſis, nulla differentia erat inter cauſas tenuiores, vel opimas, nam in vtriſq; regulariter iudices non poterant procedere, niſi ſeruato iudiciorũ ordine. Vnde cùm in.d.l. quoties. dicatur, ꝙ de cõſenſu partium poteſt procedi ſimpliciter & de plano, intelligendum eſt id procedere, & obtinere, non ſolùm in cauſis tenuioribus, ſed etiã in cauſis opimis, & ingentibus. Nec ad rem pertinet, ꝙ ibi loquatur in cauſis leuis paruæq; quantitatis, nam illo tempore citra partium cõſenſum ſimpliciter & đ plano iudex procedere non poterat, de partium verò conſenſu indiſtinctè poterat, vt ibi. Qui text. licet loquatur in cauſis tenuioribus, nõ excludit, quin idem foret per interuentum partium cõſenſus etiam in reliquis cauſis.

Tenendo hanc partẽ, quam ab ineunte pueritia veriorem ſemper exiſtimauimus, quamq; olim inter plura paradoxa publicè defendimus, tunc ad.d. l. nemo poteſt. reſponde nihil obeſſe, cùm procedat in his, quę pro forma ad ſui perfectionem, & conſummationẽ deſiderãtur: ſecùs eſt in ijs, quæ deſiderantur ad priuatam litigantium vtilitatem, quæ de ipſorum volũtate prætermitti poſſunt, vt ex ſuperio-



ribus ſatis docemur. Et ad dict.l. quoties. reſponde, nihil obeſſe, cùm noſtram potiùs, quàm communem ſententiam probet, vt iam induximus. Nam & ſimiliter dict. authen. niſi breuiores. quæ pro communi ſententia allegabatur, noſtram ſententiã probat, & in contrarium eius, quod cõmunis docet, reflectitur. Et hæc pars in vſu forenſi obſeruatur, & ſic eſt iudicãdum & conſulendũ. Et noſtra opi. iure regio intrepidè tenẽda eſt per.l. 5.tit. de los alcaldes.lib.2.ordi.ibi, o a plazer de las partes que lo tomẽ por auenencia para juzgar algun pleyto. Quorũ verborum ſenſus eſt, priuatos poſſe mutuo conſenſu iuriſdictionẽ cõferre in eo, qui nulli præeſt iuriſdictioni. Per quod limitatur.l. priuatorũ.C.de iur.om. Ergo multò faciliùs poterunt quo ad inſtãtiam diſponere & diſpẽſare. Confirmatur per.l. 11.ti.1.lib.3. ordi. vbi nõ vitiatur ꝓceſſus, licèt forma iudicij citra partiũ cõſenſum, iudicis fortè imperitia, vel etiã data opera deſinat obſeruari: ergo longè magis, ſi partiũ cõſenſus acceſſerit & d.l. ſuprà allega. tit. de los alcaldes. nõ firmo ſic ſimpliciter vt iacet intelligendam: nam alibi ex profeſſo attigimus, an ad terminos iuris communis ſit retrahenda, & ſecundùm ius commune interpretanda.

*Declaratio l.5.ti.de los alcal.lib. 2. ordi.*

*l.11.ti.1.lib. 3.ordi.*

28 Hanc concluſionem noſtrã limita, vt nõ procedat in rebus maioratus, vel ſubiectis reſtitutioni, in quibus licèt per ſententiã latam cõtra poſſeſſorẽ fiat præiudicium ſequentibus in gradu, qui poſt eũ fuerãt inuitati: vt in.l.peto.§.prædiũ.ff.de leg. 2. quia ſentẽtia redditur in inuitum. l.inter ſtipulãtem.§.1.ff.de verbo.obli. tamẽ illud procedit in ſententia lata à iudice ordinario, & iuris ordine obſeruato: ſecùs in ſentẽtia lata à iudice compromiſſario, vel etiã ab ordinario, qui ſimpliciter, & de plano, & ſic iuris ordine prȩtermiſſo ſentẽtiam ferret, nam iſtius ſententia licèt noceat ipſi maioratus poſſeſſori, contra quẽ lata eſt, non tamẽ nocebit ſuccedentibus in gradu, qui poſt eum fuerant ad talem maioratum inuitati. Ratio differẽtiæ: quia quando ſentẽtia fertur iuris ordine obſeruato, tũc dicitur reddi in inuitũ, & conſequẽter ipſe poſſeſſor maioratus, qui victus fuit, nõ videtur res illas maioratus, vel reſtitutioni ſubiectas alienaſſe, diſsipaſſe, vel prodegiſſe: cæterùm quãdo lata fuit ſentẽtia iuris ordine prætermiſſo, q̃a ipſe maioratus poſſeſſor conſenſum præbuit, vt iuris ordine prætermiſſo ſimpliciter & de plano res iudicaretur; tunc non tam in inuitum, quàm in volentem iudicium redditum intelligitur: ſicque ipſi damnatus fuerit, ſponte ſua rem maioricatus amiſiſſe & prodegiſſe videtur: ſponte autem ſequentibus in gradu, qui poſt eum inuitati erãt, ipſe nocere non potuit. vt in dict.l. peto. §.fratre. ibi, nec ideo ſequentium cauſa propter priores in poſterum lædi debet. ff.de lega.2.

*Maioratus ſucceſſori nõ nocet ſẽtentia lata contra poſſeſſorem, de cuius cõſenſu proceſſũ fuit ſimpliciter & de plano.*

Cõfirmatur optimo & opportuno ſimili. Nã licèt regulariter liberi ſint parẽtibus in quorũ erãt poteſtate hæredes neceſſarij, vt in.§.1.Inſt. de hære. quali.& in §.ſui.Inſt.de hær.quæ abint.defer.& in.l. Corneli⁹.& in.l.iam dubitari.& in.l.ſuus quoq;.in prin.&.§.1.ff.de hær.inſt.& in.l. verba hęc.& in.l.fi.ff.de condi.inſti.& in l.conditionibus pupillus. ff. de condi. & demõſt. hi tamen beneficio Prætoris poſſunt abſtinere patris hæreditate. vt in. d. §.ſui.Inſt.de hære.quæ abinteſt. deferun. &.§.ſed his permittit Prætor.Inſti.de hæred.quali.& in.d.l.iam dubitari: quo beneficio vtuntur & gaudent quando inuiti hæredes patri exiſtunt, vt dictis iuribus: ſecùs ſi ſponte ſua patri hæredes extiterunt, nam tunc ius, & beneficium abſtinendi non habent, non magis, quàm reliqui hæredes extranei, qui ſi ſemel ſpõte adierint, abſtinere ab hæreditate ſemel ſpõte quæſita, pœnitereq; nõ poſſunt. vt in. l. ſicut maior. C. de repudian. hæred. quia quę ab initio ſunt volũtatis, ex poſt

factoſunt neceſsitatis.vt in.l.ſicut ab ini-
tio.C.de actio.& oblig.Ita in ſpecie pro-
bat tex.in.l.ſi filius qui patri.ff. de vulga.
ibi,etenim ius dicentis propoſitũ eſt libe
ros oneribus hæreditarijs non ſponte ſu
ſceptis liberare, non inuitos ab hæredita-
te remouere. Vbi probatur, ꝙ quando fi-
lius ſemel ſponte hæres extitit, amplius
ius abſtinendi non habebit. Idem expreſ
ſiùs probatur in.d.l.iam dubitari.in fine.
quia neceſsitate coactis ſubuenitur, non
ſponte facientibus.vt dictis iuribus. &.l.
ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda.
cogan.vbi latè Iaſo.& Soci.in.l.conditio
nibus pupillus.col.pe.ſuprà alleg. Sic er-
go & in ꝓpoſito poſſeſſor maioricatus,
qui neceſsitate coacta, & iuris ordine ſer
uato cõdemnatus fuit, nil prodegiſſe vi-
detur:ſecùs autem ſi ſpõte ſua damnatus
fuit. Sponte autem ſua dãnatus intelligi-
tur, quando ex facto voluntario ſuo inci
dit in neceſsitatem, veluti ſi ſponte cõſen
ſit iuris ordinem prætermitti.arg.text.in
d.l.iam dubitari.in fine.

*Arbiter de cõſenſu partium poteſt cognoſcere ſimpliciter, & de plano cum cõmu.*

29 Superiora procedũt in ſententia lata à
iudice ordinario, cæterũ ſi ab arbitro res
iudicata fuerit, tũc expeditior, planiorq́;
res erit: qa ab omnibus receptũ eſt, arbi-
trum ex cõſenſu partiũ electũ, poſſe ſenté
tiã ferre ſimpliciter & de plano, iuriſq́; or
dine neglecto, & prætermiſſo, ſi id par-
tes ꝑmiſerint, & voluerint. Ita tenet Bart.
in auth. offeratur.in fi.C. đ litis cõteſtati.
Ioan.Crot.in. d. l. nemo poteſt.ff.de leg.
1.n.6.vbi idẽ ſequitur Hãnibalis.n.128.et
Abbas. in ca. 1. de libelli oblatione.& eſt
vera & cõmunis op.quæ planè probatur
in.l.diẽ proferri.§.ſi quis litigatores.ff. de
arbitris. vbi planè probatur, arbitratoré
poſſe de volũtate litigantium procedere
ſimpliciter & de plano, iuris ordine præ-
termiſſo.

*De ead. re.*

30 Quod vltimũ limitatur vt procedat,
quando arbiter à partibus ſpõte electus
31 fuit, ſecùs ſi ex forma ſtatuti partes poſ-
ſent cõpelli ad cõpromittendũ, tunc.n.ta
les arbitri, etiã de cõſenſu partiũ, non poſ
ſent ſimpliciter & de plano procedere,
non magis, q̃ iudices ordinarij, ſecũdùm
Ioan.Hanni.in.d.l.nemo poteſt.n.129.&
Ioan.Crot.ibid.n.6.Et ratio eſt:quia licèt
electio arbitrorũ fiat ab ipſis litigatorib⁹,
attamé ab ipſa lege iuriſdictioné habere
intelligũtur, vt in.l.vnũ ex familia.§.ſi de
falcidia.ff.de leg.2.& in.l.vtrũ.§.cùm qui
dam.ff.de reb.dub. Sed horũ op.vera eſſe
nõ poteſt, retẽta noſtra opi. qui tuemur,
ꝙ de cõſenſu partiũ iudex etiam ordina-
rius põt procedere ſimpliciter & de pla-
no, vt multis ſuprà probauimus argumẽ
tis, quæ repetere nõ expedit. Vnde ſubin
fero, ꝙ in quibus caſib⁹ partes de iure cõ-
muni cogũtur cõpromittere, & arbitros
eligere, de quibus in.c.ab arbitris.de offi.
dele ga. lib. 6. & in ca.ſi clericus.11.q.1.&
in caſu, quẽ ponũt Bart.& doct.in.l.fi. C.
de iudicijs. in illis etiã caſib⁹ tales arbitri
poſſunt de cõſenſu partiũ procedere ſim
pliciter & de plano, iuris ordine præter-
miſſo. licèt contrariũ, & malè tenuerint
Crotus & Hannibalis vbi ſuprà.

*Arbiter cõtiã non ſpõte electus poteſt de cõſenſu partium ſimpliciter & de plano procedere cõtra Crotũ & Hanni.*

32 Quæ omnia cõprobantur per receptã
ſententiam exiſtimantium poſſe fieri per
ſtatutũ cõditum etiã à populo, qui reco-
gnoſcit ſuperioré. vt in litibus proceda-
tur ſimpliciter & đ plano, vt tenuit Alex.
in.d.l.nemo poteſt.de lega.1.n.6.Bal.in.l.
fi. C. quorũ appellationes nõ recipiãtur.
idẽ Bal.in.l.prolatã.C.de ſententijs.col.3.
Anchara.in.c.canonũ ſtatuta.de cõſtitu-
tionibus.Bal.in.l.neq; quidquã.§.fi. ff. de
offi.procõſu. quorum ſentẽtia vera eſt &
cõmunis. Qua ratione idem quoq; reci-
piẽdum eſt ex conuentione partiũ in ijs,
quæ priuatã vtilitatem reſpiciunt, quale
eſt in ſpecie noſtra. Id quod iure regio ex
peditius videtur.argu.l.5.tit.15.lib.2.ordi.
per quam cõſenſus partium videtur iuriſ
dictioné conferre etiam in eum, qui nul-
li præeſt iuriſdictioni, licèt inſpecto iure
cõmuni aliter ſit ſancitũ. l. priuatorum.
C.de iuriſdict.om.iudi.

*Statuto etiã ſuperiorem recognoſcẽtis induci poteſt, ut procedatur ſimpliciter & de plano, cum cõmu.*

Infertur



*Pactum ut debitor capiatur propria authoritate creditoris an ualeat, qđ nõ cum cõmuni.*

33 Infertur viceſimotertiò, & principa-
liter, an valeat pactũ, ꝙ debitor poſsit ca
pi propria authoritate. Qua in re cõmu-
nis ſententia eſſe videtur, tale pactum re
gulariter non valere, quia nullus eſt do-
minus mẽbrorum ſuorum. vt in. l. liber
homo. ff. ad legem Aquiliam. Ita tenẽt
in ſpecie Dinus, & Bart. & ibi latè Alex.
in.l.alia.§.eleganter.ff.ſolut.matrimon.
Ange.& Franciſcus de Aretio, & Ioãnes
Crotus.num.8.& Hannibalis.nu.134.in
d.l.nemo poteſt.ff.de lega.1. Licèt cõtra
hanc communem ſententiam inſurgat
Crotus, quia quod poteſt fieri per legé
ſecundùm eum, poteſt fieri per pactum
iuramento firmatum ſecundùm Bar. in
l.fi.in.3.col.C.de pact. ſed per legem fie-
ri poteſt, vt debitor capiatur propria au
thoritate, vt in.l.ait Prætor.§. ſi debitor.
ff.de his quę in fraudem creditorũ.ergo
idem fieri poteſt per pactum, ſi ſit iura-
mento firmatum. Qua in re Crotus vbi
ſuprà relinquit cogitandum, ſed Hanni
balis, vbi ſuprà, negat fieri poſſe per pa
ctũ iuramẽto firmatũ qđ põt fieri per le-
gé: qa multa, inquit, fieri poſſunt ꝑ legé;
quę tamẽ per pactũ iuramento firmatũ
fieri nõ poſſunt. vt notatur in.l.oẽs popu
li.ff.de iuſt.& iu. lex enim poteſt facere,
ꝙ alius pro alio teneatur, etiã eo non cõ
ſentiente, quod minimè fieri poteſt per
pactum.l.fi.C.de prim. lib.11. iũcta.l.pe.
C.ne vxo. pro ma. ibi, eum neq; maritũ
pro vxoris obligatione conueniri poſſe
conſtat, niſi ipſe pro ea ſe obnoxiũ fecit.
Certiſsimum enim eſt ex alterius cõtra
ctu neminem obligari. facit text.in.l.ſa-
tis notum.C.quib.mod.pig.vel hyp.iũ-
cta.l.iure ꝓuiſum.C.đ fabri.lib.11. Quin
imò conſtat, ꝙ lex poteſt transferre do-
minium ipſo iure in aliquem etiã ſi res
ſit alterius. l. bene à Zenone. C. de qua.
pręſcrip.§.fi.Inſt. de vſuca.& tamẽ iſtud
fieri nõ poteſt, etiam per pactum quan
tuncunq; iuratum, cùm ſit contra bon.
mo.cap.non eſt obligatorium.de regu.
iur.in.6. Et ſimiliter cõſtat cõueniri etiã
cũ iuramẽto non poſſe, ꝙ quis ſeipſum
interficiat; & contrarium putare, ſtultũ,
ac ridiculum eſt, cùm ſit contra bo.mo.
& ideo non eſt obligatorium.capit.non
eſt obligatorium.de regu.iur.in.6.& ta-
men lex aliquãdo permittit hominem
interficere.l.furem nocturnũ.ff.de furt.
& etiã ad defenſionem.l. vt vim.ff.de iu
ſti.& iur. cum ibi no.l.ſi is qui cum telo.
C.de ſicari.

Præterea ſi verum eſſet, ꝙ cum iura-
mento fieri poſsit, quòd per legem fit, ſe
queretur etiã, quòd idem foret in termi
nis.d.l.nemo poteſt.ff.de legat.1.quo ad
teſtamenti ſolennitatem. Nam clarum
eſt, ꝙ per ſtatutum, vel per legem fieri
poteſt, ꝙ teſtamentum fieri poſsit corã
duobus teſtibus.l.diuus.§.1.ff.de mili.te
ſta. Item etiã coram nullo teſte, dum ta-
men poſteà probetur per duos teſtes, vt
in caſu.l.milites.C.de teſta. Quod tamẽ
falſum crederem in pacto iurato, cũ per
iuramentum huic formæ renuntiari nõ
poſsit, cùm principaliter ſit inducta ob
fauorem publicum.l.teſtamenti factio.
ff. đ teſta.facit quod habetur ꝑ Bar.in.l.
ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& not.in.c.cũ
contingat. extrà.de iureiurando.

Stat ergo communis ſententia exiſti
mantium per pactum fieri non poſſe, vt
debitor capiatur ꝓpria authoritate, qđ
intelligitur dupliciter. Primũ, ſi pactum
eſſet ſimplex, deinde etiã ſi eſſet iuratũ.
Et hanc opi.ſequitur & dicit communẽ
Areti.in.l.alia.§.eleganter.ff.ſolut.matr.
Eandem ſequitur & dicit cõmunẽ Frã-
ciſcus đ Ripa in.l.obligatione generali.
nu.21.ff.de pignoribus.& Couar.ſequi-
tur & dicit communem libr.2.variarũ
reſolutionum. cap.1. num.7.& in ſimili
per Angel.& Roma. & Alex.in.d.§.ele-
ganter. Felinus in.c.ſi diligenti.de foro
competenti. col.2. Fredericus conſi.60.
Marianus Socin. in tractatu, de citatio-
nibus.art.17.num.18. Carolus Molin.de

 contract.

contract.quæſtione.36. Alex.conſ.37.n. 6.lib.2. facit tex.in.l.2.ff.de libero homine exhibendo.l. Titio centum.§. Titio. vbi per modernos.ff. de cond.& demõſtratio. Cuius rei illa ratio eſt:quia Reipublicæ intereſt etiam principaliter tale pactum non admitti, nã ſi admitteretur,induceret manifeſtam occaſionem frequentiſsimæ rixæ, & diſſenſionis,atque certaminis inter debitorem & creditorem,quæ mala vitari nullus non videt vtinterſit reipublicæ,etiam principaliter. Et hãc etiam partem tenet Ripa num.19.in.d.l.nemo poteſt. ff.de lega.1.

*Pactum ut debitor à iudice capi poſsit omiſſo iuris ordine ualet, contra Alexan. Crotũ & alios.*

34 Illud autem dubium eſt,ſi conuenit inter partes,ꝙ debitor poſsit capi ꝓpria authoritate iudicis abſq; eo,ꝙ præcederent ſolẽnia, quę ad capturã regulariter deſiderantur, an tale pactũ valeat. Qua in re Alex.in.d.§.elegãter. & Crot. in.d. l.nemo põt.n.8.tenẽt tale pactũ nõ valere, qa inquiũt ꝓ forma deſiderari, vt ab executione nõ ſit inchoãdũ, niſi præcedat litis cõteſtatio, & cauſæ cognitio.vt in.l.cõſentaneũ.& ibi Bar. C.quomodo & quãdo iudex.Bar.in.l.cũ ex eo.ff.ad.l. Iuliã peculatus. nã captura eſt remediũ ſecũdũ.gl.quã notabilẽ dicit Cro.vbi ſuprà in.l.3.§.tutores q.ff.de ſuſpectis tutoribus.Bald.in.l.1.in.fi. C. de iuris & facti ignorantia.Cõtra hoc facit,qa põt qs iure regio priuilegijs ſuæ libertatis & nobilitatis renũtiare tacitè,nedũ expreſsim l.4.tit.2.lib.4. ord. ibi , porq̃ en tal caſo el miſmo quebrãta ſu libertad. Ergo qd miremur, ſi hoc caſu poſsit ſimiliter ſuã libertatem aliqua ex parte deprimere?

*l.4. titu.2. lib.4.ordi.*

Facit, quia ſimiliter clerici iure regio ſuæ libertatis & immunitatis fraudatores exiſtunt, cũ miſcent ſe mercimonijs laicorum.l.3. in quaterno Alcau.

*l.3.in quaterno Alc.*

Et nobiſcũ hoc caſu ſentit Aret. in.d. l.nemo poteſt. & Angel. in.l.nemo carcerem.C.de exactoribus tributorũ.libr. 10.Pro quorũ ſententia fortiter facit, qa oẽs cõuentiones cẽſentur permiſſę,quę non reperiuntur expreſsim prohibitæ. vt in.l.nec nõ.in.§.quod eis.ff.ex quibus cauſis maiores. & in.l.cõtractus.ff.de regu.iu.& in.c.contractus.de reg.iu.lib.6. ſed huiuſmodi cõuentio nec reperitur ꝓhibita expreſsim per legẽ,nec etiã virtualiter ex mẽte & ſententia legis vetita vllibi inuenitur. Nã licèt propter vitandas rixas,ſeditiones, & tumultus interſit reipublicæ, etiã principaliter, ne debitor à creditore ꝓpria authoritate capiatur,tamẽ hæc ratio ceſſat, cũ capitur à iudice,vt conſtat:nã debitores ſæpe capiuntur à iudicibus,præcedẽte cauſæ cognitiõe occulta,& ipſis debitorib⁹ ignota,quale eſt,cũ đbitor eſt ſuſpect⁹ đ fuga vt ꝑ Didacũ đ Coua.lib.2.varia.reſ.c.1.Et plures caſus,in qbus quis põt capi ꝓpria authoritate,enumerat Crot⁹. vbi ſuprà.

35 Deniq; in quib⁹ caſibus quis capi poteſt propria authoritate hominis priuati,in illis caſibus vt ille priuatus impunitus eſt,ita quoq; impuniti ſunt oẽs illi,q cõuocati, & coacti fuerũt ad opẽ ſibi ferendam,quo magis ille caperetur.argu. text.in.l.ſi ſtipuler per te non fieri. ff.de verb.oblig.Ita tenet Bald.in cap.fi.de iuramento calum.Paul.in.l.raptores.C.de epiſcopis & clericis. Crotus in dict.l.nemo poteſt.num.8.licèt contrariũ,& malè velit Bald.in.l.vt vim.in.6.quæſtione. ff.de iuſtitia & iure.

*Acceſſoriũ ſeqtur principale.*

36 Deniq; in quibus caſibus debitor capi põt ꝓpria authoritate ex legis diſpoſitione, in eiſdẽ capi poterit etiã ei⁹ hęres, licèt de hęrede in ipſa lege nõ fiat mẽtio. Ita notãter tenet Cro.vbi ſuprà.n.9.poſt Bar.& doct.in.l.poſtulãte.ff.ad Treb.& Abb.in.c.fi. in.1.col.de arbi.quos ipſe allegat.Aliud tamen eſſet ſecundùm eũd. Crot.ſi ex vi pacti debitor capi poſſet ꝓpria authoritate,nam tunc eius hæres ſi pacto comprehenſus non fuit, propria authoritate capi nõ poſſet. ita Bart.in.l. ſed ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſdare cogãtur. Et ita etiam tenet Decius in. l. hæredem num.2.

*Hæres eius qui propria authoritate creditoris capi poterat ex legis diſpoſitione poterit ſimiliter capi propria authoritate cum cõmuni opinione. Idẽ ſi ex conuẽtione partiũ capi poſſet, contra communẽ.*



nu.2.ff. de regu. iur. tenet Iaſ.num.13.in l.ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſdare cogantur. qui refert ita tenuiſſe Bald. & alios in.l.poſtulante.in princ.ff.ad Trebel.& ita videntur tenere expreſsiùs Bar.Imo. Angel.Paul.& Alexan.num.2.in dict.l. poſtulante.idem Alex.conſi.18.attentis narratis.nu.16.lib.5.Bald.in.l. per diuerſas.quęſtione.10.C.mand.Salicetus in.l. fin.§. in computatione. de iure delib. C. Ange.in.l.1. C.qui bo.cedere poſ.Rom. in.l.alia.§.eleganter.ff.ſoluto matrimonio.Paulus & Alex.in dic.l.ſi deceſſerit. ſentiunt Ang.& Imo.in.l.1.ff.de his quę in teſtamento delentur. Stant ergo duæ communes ſententiæ. Prima,ꝙ ſi ſtatuto cauetur, vt debitor poſsit capi ꝓpria authoritate, tunc id ſtatutum comprehendit hæredem debitoris, vt is ſimiliter propria authoritate capi poſsit,nõ ſecus,quàm ipſe đbitor principalis,& primordialis. Altera communis ſententia, ꝙ ſi per pactum conuenitur,vt debitor à creditore capi poſſet propria authoritate,tunc in quibus caſibus tale pactum đ iure communi, vel ſtatutario valeret, adhuc tamen eius hęres propria creditoris authoritate capi, & incarcerari non poſſet,non magis, quàm ſi debitoris hæres nõ foret,licèt debitor principalis capi poſſet.Primam concluſionem veriſsimam puto.Et probatur primùm in. d.l. poſtulãte.vbi hæres à fideicommiſſario compulſus hæreditatem adire, vt poteſt compellere ipſum fideicommiſſarium, qui eum compulit vti ſuſcipiat in ſe hęreditatem.vt in.l.1.in princ.&.§.ſublata &.l.quia poterat.ff. ad Trebel.ita etiam ipſius fideicommiſſarij hæredem compellere poteſt,vt hæreditatem illam ſuſcipiat,quanuis de hærede ſenatuscõſultum Trebellianum mentionem non fecerit.Secundò ꝑ.l.1.in verbo,hæredi ſcripto.C.quorum legatorum. Tertiò per.l. 2.§.ex his.ff.de verbo.obliga.ibi,non.n. ex perſona hæredis qualitas obligationis immutatur.

Poſtremò per regulam generalẽ,quę habet, quòd hæres perſonam defuncti repreſentat in omnibus, & per omnia & cõſequenter eodem iure, quo ille vti debet.vt in.l.1.&.l. pro hæreditarijs.C.đ hær.act.l.1.C.ſi cert. pet.l.1.§.ſi hæres per cepto.ff.ad Treb.l.qui in ius.ff.de regu. iur.expreſsiùs in auth. de iureiu.à mori. præſti.§.1.& imputandum eſt ei,qui voluit hæreditatẽ adire,quiq; per hoc oneribus hęreditarijs vexationibusq; ipſius ſeſe implicuit.l. quia poterat.ff. ad Trebel.vnde pupillus etiam opulentam hæreditatem citra tutoris authoritatem adire nõ poteſt.§.ſed neq;.Inſt. de autho. tutorum.Nec enim ferẽdus eſſet hæres, qui cõmodum hæreditatis vellet, onus autem,& moleſtiã recuſaret. vt in ſimili dicit tex.in.l.vn.§.his ita.C.de cad.tol. In ſumma hoc probat tex.in dict.l. ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſd.cog.vbi qui promiſit aliquẽ certo die iudicio ſiſtere, poſtquàm ille,q ſiſtendus erat, extitit in mora,eius hæres ſiſtendus eſt, non ſecus, q̃ ipſemet principalis.facit.l.vn. C. ex delictis defunctorum.l. cũ à matre.cum ibi notatis.C.de rei vẽdi.Quæ omnia fundamenta directò, & ex integro militant, quãdo ex vi pacti đbitor capi potuit,nõ ſecus,q̃ ſi ex vi ſtatuti capi poſſet, pręſertim cùm conuentio partium,quę à lege improbata non reperitur, vim, & poteſtatem legis habere intelligatur quo ad ſui obſeruationem , & executionem.vt in.l.cõtractus.de reg. iur. ff.&in regula. contractus.de reg.iur. lib.6.Vnde in iudicando & cõſulendo tenerem nullam eſſe differentiam inter debitorem, qui propria authoritate creditoris ex vi pactionis capi potuit,& debitorem,qui capi potuit ex vi ſtatuti,quinimò vtroque caſu ex æquo debitoris hæredem capi, & incarcerari poſſe, non ſecus , q̃ poſſet ipſemet principalis.Et ita ineunte pueritia inter plura quàm. 700. paradoxa,

quæ

quæ publicè defendimus,Salmanticæ ſuſtinuimus.

Neq; ad rem pertinet text. in dict.l. ſi deceſſerit. in primo reſponſo. vbi ſitum eſt fundamentum communis opinionis:nam ille text. procedit in facto, quod cohęret perſonę,& conſequenter eius perſonam egredi non poteſt.Ita in ſpecie declarat Iaſ.ibidem num.12.verſ. quinto modo.poſt Bart.& Ange.& modernos ibi.quos ipſe refert. Simile in.§. ſed cùm factum.Inſt.de ſtipul.ſeruorũ. vbi ſi ſeruus ſtipuletur ſibi ire agere licere,ius eũdi nõ quæritur domino,ſed ſerui perſonę cohæret,licèt regulariter ꝗcquid acquirit ſeruus, acquiratur domino ſuo.l.placet.ff.de acqui.hære.l.acquiritur.ff.de acq.rerũ dominio.§.item vobis.Inſt.per quas perſo.nobis acqui.Itaque quando factum principaliter venit in obligatione,idq́; factum cohæret perſonæ,tunc non egreditur perſonã,adeò vt non tranſeat de ſeruo in dominũ,nec de defuncto in hęredẽ,vt dictis iuribus: ſecùs autem quando de datione principaliter agitur, & in eius defectum ſuccedit factum paſsiuum, cuius paſsionis tã hęres capax eſt,quàm erat defunctus: nam tunc ſi hæres non det, non eſt cur non ſibi imputetur,& cõſequenter perſonalem moleſtiam, & capturam, ſuiq́; apprehenſionem patiatur. ita procedit materia noſtra.

37 Ex ſuperiore tamẽ recepta ſententia iure regio infertur notabilis deciſio illius quæſtionis, quæ ſæpiſsimè in vſu forenſi cõtrouertitur: nã cùm iure noſtro regio qui eſt debitor fiſci ex conductione fortè gabellarum,redituum,vel cenſuum principalium regaliumq́ue quandiu non ſoluit, licèt idoneos dederit fideiuſſores,qui promittant,quòd res,bona,facultateſq́ue ipſius debitoris,in quibus fiebat executio, tanti erunt, quanti erat quantitas,pro qua executio fiebat, adhuc ipſemet debitor ſit in vinculis & carceribus detinendus: tunc eſſe ſolet quęſtio,an ſi tempore,quo executio pro debito fiſcali petebatur, & fiebat,ipſemet debitor principalis iam deceſſerat, eius hæredes,contra quos defuncti nomine fiebat executio, etiam ſi idoneos dederint fideiuſſores,ſint in vinculis detinendi?Et nos ſæpe reſpondimus eſſe in vinculis & carceribus detinẽdos,donec re vera debitum fiſcale exolutũ fuiſſet, non ſecus,quàm detineretur ipſemet debitor principalis, cũ ex legis diſpoſitione, non ex vi pacti duntaxat ea facultas & ius incarcerandi effluxiſſe cõſtet. Q̃d nota, quia noſtrorum nullus vnquam, in cuius ſcripta inciderim, attigit. Et ita not.extenditur.l.8.titu.4. lib.6.ordi. &.l.130.in quaterno Alcau. vbi de ipſomet debitore principali,non etiã de eius hærede in vinculis interea detinẽdo ſancitum fuit. Quod nota, quia hæc res in prætorio noſtro ex facto quotidie controuertitur.

*Hæres debitoris fiſcalis in uinculis eſt detinẽdus, ut d̃tineretur defunctus, licèt fideiuſſores dederit, niſi fecerit inuentarium.*

*Intelle.l.8.tit.4.lib.6.ordi. & l.130. in quaterno Alc.*

38 Illud autem dubium eſt,quid ſi debitori fiſcali mulier non maſculus hæres fuiſſet, an tunc ea mulier ſit in vinculis detinenda non ſecus, quàm vir fiſci debitor detineretur. Mouet quæſtionem, quòd mulieri priuilegij loco datum ſit, ne pro debito, quod ex delicto non deſcendit, poſsit in vinculis detineri.auth. ſed nouo iure. C. d̃ cuſtodia reorum.l.1. & auth.ſeq.C. de offi.diuerſorum iudicum. l.62. Tauri.Rurſus per contrariũ priuilegij loco fiſco datum eſt,vt eius d̃bitores, donec re vera d̃bitũ fiſcale exolutum fuerit, in vinculis detineantur, vt iã admonuimus.Vnde ſiue dicas mulierem in vinculis detinendam propter fiſci priuilegium, donec debitũ perſoluatur,contradicit,& opponitur priuilegium ipſius mulieris,ſiue etiã dicas mulierem propter ſuum priuilegium non poſſe in vinculis detineri,contradicit,& opponitur priuilegium fiſci,cuius debitores ex fiſci priuilegio in vinculis ſunt

detinẽ

*Mulier, quæ fuit hæres fiſci debitoris, an ſit uinculis detinenda.*

*l.62. Tau.*



detinendi donec debitum perſoluatur. Qua in re illa interptetatio videtur ſequẽda, per quam iuri communi magis accedimus,& per quam ad ius commune reducimur. Ius autem commune ita habet, vt ſi debitor poſsideat bona, ex quorum venditione poſsit creditori ſatisfieri, tunc in carcerem non detrudatur.Ita tenet gloſ.notabilis in.l.3.§.tutores.ff.de ſuſpectis tutoribꝰ.in verbo,vinculis. quam ſequitur, & dicit ſingularem Bal.in.l.ſi ſine. ff. de in ius vo.Alex. & Iaſ.in.l.à diuo Pio.§. in venditione.ff. de re iud.per text.ibi.& in cap.peruenit. de fideiu.Barb.in.c.1.col.4.depoſiti.Bal. in.l.1.colum.fi.C. de iuris & facti igno. Paul.in.l.4.§.prætor ait.ff.de re iu.& hãc opin.dicit communem Alex.in dicto.§. in venditione.Iaſ.in princip.Inſt.de act. num.90.Paul.in.l.alia.§.eleganter.ff.ſoluto matrimonio.Abb.in ca.quo ad cõſultationem.col.5.& ibi Felinus.n.10.de re iu. & eſt communis opin. ſecundùm Areti.in.l.maritum.§. eleganter.num.7. ff.ſolut.matrimonio.Ripa in.l. oblig.generali.nu.20. ff. de pignoribus.per text. in dict.§.tutores.Cæterùm ſi debitor bona non habeat, ex quorum venditione creditoribus poſsit ſatisfieri, tũc vinculis contineri poteſt, niſi bonis cedere velit.vt in.l.nemo carcerem.C.de exactoribus tribu.lib.10.Guido deciſione.61.l.1. C.qui bonis cedere poſsint.l.4.tit.15.par tit. 5. Secundùm quæ poſſemus non inelegãter interpretari,vt id priuilegium, ſiue fiſci, ſiue mulieris exuperet, & vincat,atq; pręualeat,ꝙ ſecundùm caſus cõtingentiam habuerit pro ſe ius commune, vt ſi talis mulier ſoluendo non erat, vt ex ſuarum rerum venditione fiſco ſatisfieri non poſsit, tunc in vinculis contineatur,niſi bonis cedere malit: ſin autem ex mulieris bonorum venditione fiſco ſatisfieri poſsit,tunc vinculis detineri nõ poſsit,cùm per hanc interpretationem in vtroque caſu ad ius commune redigamur. Et vt priuilegiatus contra pariter priuilegiatum regulariter nõ gaudet ſuo priuilegio. l. ſed & milites. §.coæqualitas. ff. de excu.tuto.ſicq́; vterq; priuilegiatus iure vtitur communi.vt ff.de excuſati. tutorum.l. ſed & milites. §. coæqualitas. ſic & in ſpecie noſtra in materia debiti negari non poteſt, quin pares exiſtant tam mulier quàm fiſcus: mulier in eo, quòd pro debito paſsiuo capi non poteſt:& fiſcus in eo,quòd pro debito ſuo actiuo d̃bitor ſuus donec ſoluerit vinculis contineri debet:& conſequẽter cùm ſint in pari cauſa priuilegij, in vtroq; ius commune ſeruãdum erit, quaſi neuter contra alterũ gaudeat priuilegio,non magis, quàm ſi re vera neuter eorum in hac materia vllum haberet priuilegium. Hodie tamen contrarium expreſſum eſt, vt mulier etiam pro debito fiſcali vinculis detineri nequeat.d.l. 62. Tauri.l.2.titu.10.lib.5.ordin.l.4.titu. 12.eod.lib. ſecundùm quòd eas leges cõmunis iudiciorum obſeruatio interpretatur.Quod nota ad limitationem.l.130 in quaterno Alca.&.l.8.tit.4.lib.6.ordi.

*l.62.Tauri l.2.titu.10. lib.5. ordi.*

Stat ergo concluſio, ꝙ qualitas obligationis tranſit in ſucceſſores, vel quòd obligatio authoris tranſit in ſucceſſorẽ cum ſuis qualitatibus. Vnde infertur,ꝙ ſi ex legis vel ſtatuti diſpoſitione debitor à creditore capi poterat propria authoritate,ſimiliter hæres debitoris à creditore propria authoritate capi poterit, ſecundùm communem ſententiam ſuprà defenſam. Deinde infertur idem fore,quando debitor ex forma conuentionis à creditore capi poterat propria authoritate ſecũdũ noſtrã ſentẽtiã contra communem, quam ſuprà defendimus.

39 Tertiò infertur, ꝙ ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum habeat executionem paratam, tunc exequi poterit, non ſolùm contra ipſum debitorem principalem, ſed etiam contra eius ſucceſſorem. Iſta eſt vera & communis opin.quam tenet

Alexã.

*Inſtrumentum ut contra debitorem ita cõtra eius hæredem põt exequi cũ communi.*

Alexand.num. 6.in. l. poſtulante. ff. ad Trebellia.& ibi reliqui.Angel.& Imol. in. l. prima.ff. de his quæ in teſtamento delentur.Idem Angel.& Alexan.in.l.in ratione prima.§. ſi filio.per illum text.in verbo,huic conſequens. ff.ad legẽ falci.

*Inſtrumentum ut exequi poteſt in fauorẽ creditoris ita & in fauorem hæredis ipſius cũ cõmuni.*

40 Quartò infertur idem fore etiam ex parte creditoris:vt quemadmodum creditor principalis poſſet petere inſtruméntum exequi ad ſuam vtilitatem: ita quoque eius hæres poteſt petere eãdem executionem.ſecundùm Paul.& Alexand. num.9.in dict.l.poſtulante.Bald.in.l.ab Anaſt.C. mandati.& eſt communis ſententia,quam ſequuntur Butrigarius,Baldus,Salicetus,& Roma.in.l.1. ff. ſi certũ petat.Cinus,& Bart.in.l.ſi ſic. §. fin.ff.de legatis primo.Bald. in quæſtione ſua,incipiente, Statuto cauetur,quòd fœnerator.colum.penultima.Bald.in.l.1.in fin. C.de action. & obligati.Sali.in.l.ſi à creditore.eodem titul.Bald. in.l. per diuerſas.quæſtio.10. C. mandati. Ioan.Andr. in additionibus Specul.in titulo.de ceſſione actionis.ſuper rubric. & eſt communis opin.ſecundùm Alex.vbi ſuprà.

*Idẽ in ſucceſſore ſingulari cum cõmuni.*

41 Quintò infertur idem fore etiam in ſucceſſore ſingulari,nam & ipſe poterit petere tale inſtrumentũ exequi,non ſecus,quàm ipſe creditor principalis. Iſta eſt vera & cõmunis opi. quã tenent oẽs docto.quos modò retulimus,per tex.in d.l.ab Anaſt.facit tex.in.l.2.§.ex his.ff.de verborum obligation.

*Idem ſi ſtatuto diceretur inſtrumentũ habere executio. paratã contra debitorẽ ſcriptũ in ipſo inſtrumento cũ communi.*

42 Sextò infertur idem fore,etiã ſi in tali ſtatuto diceretur,ꝙ inſtrumentum haberet executionẽ paratã contra debitorẽ ſcriptũ in ipſo inſtrumẽto.Nã licèt ex proprietate verborũ hæres debitoris nõ cõprehenderetur, ꝗa talis hæres re vera inſtrumento deſcriptus nõ fuit, tamen ex mẽte & ſentẽtia ſtatuti ipſe hæres cõprehẽderetur:ꝗa cũ perſona hęredis reputetur eadẽ cũ defuncto, vt in authen. de iur.iu.à moriẽte præſtito.§.1. nõ videtur fieri extẽſio,quinimò virtualiter, & mentaliter hęredis quoq; ꝑſona ſtatuto cõprehẽſa intelligitur.arg.l.nõ erit.§.dato.ff.de iu.iu.Iſta eſt vera & cõmunis opin.quã tenent Alex.cõſ.18.Attẽtis narratis.n.16.lib.5.Decius in.l.hęredem.per tex.ibi.ff.de reg.iu.n.4.Bal.in.l.1.C.quorũ legatorũ.per text.ibi in verbo.hæredi ſcripto. iuncta gloſ. in verbo,patre tuo. Ang.& Imol.in.l.1.in prin.ff.de his quę in teſtamẽto delentur.idẽ Alex.poſt Ange.Imo.& Pau.in.l.poſtulãte. ff.ad Tre. vt ſtatim dicam.

*Idem ſi ſtatu. dicit inſtrumẽtum exequi contra promiſſorem contra Alexã. Decium & alios.*

43 Septimò infertur idẽ fore,etiã ſi ſtatutũ diceret, ꝙ promiſſor capi poſſet propria authoritate creditoris,nã hęres promiſſoris capi poſſet,nõ ſecus,ꝗ̃ ipſe promiſſor principalis. Neq; impedimẽto erit, ꝙ ſtatutũ nõ loquatur per verbum, debitor,ſed loquatur per verbũ,promiſſor,nã virtualiter & mẽtaliter etiã hęres ꝓmiſſoris cõprehẽditur. Ita tenẽt Alex. in.d.cõſ.18.n.16.Imo.Ang.& Pau.in.d.l. poſtulante.Licèt in hoc caſu cõtrarium teneat Alex.ſibi cõtrarius in.d.l.poſtulãte.n.7.& Decius in.d.l. hæredẽ.n.2. poſt Soci.quẽ ipſe refert.Sed priorẽ op. veriorẽ puto.arg.tex.in.l. nõ erit.§. dato.ff.de iureiu.& ꝑ fundamẽta ſuperius adducta & arg.gl.in.l.tale pactũ.§.fi.ff.de pact.& glo.in.l.ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit. C.de furt.& gl.in.l.quãuis.C.de fideico. licèt cõtrariũ velit Alex.in.l.1.§.lex falci. ff.ad legem falcid.

*Statutũ, ꝗ frater à fratre ratione debiti non capiatur, non extenditur ad hæredem fratris debitoris contra Alexand.*

44 Octauò infertur,ꝙ ſi ſtatutũ diceret, ꝙ frater non poſſet facere fratrẽ ſuũ capi ratione debiti,ꝙ tũc hæres etiã fratris debitoris capi nõ poſſet ſecũdũ Alex.n.5.in d.l.poſtu.Quod nõ puto verũ:quia quãdo in ſtatuto vnica tãtũ ratio reddi põt, tũc ea ratio ꝓ expreſſa habetur:quando verò ratio expreſſa eſt, tunc fit extenſio ex paritate etiã rõnis. vt per glo. vbi Iaſ. poſt alios in.l.quãuis.C.de fideico.idem Iaſ.n.14.in.l.de ꝗbus.ff. de leg. idẽ Iaſ.in auth.quas actiões.C.de ſacro.eccl.Quæ omnia adſunt in ſpecie noſtra: nã ratio huiuſ-



huiuſmodi ſtatuti nulla alia eſſe poteſt, niſi propter mutuam pietatem & charitatem, quam fratres inter ſe habere debent.Quæ ratio ex toto ceſſat in hærede fratris, erga quem frater non maiorem charitatem habere tenetur, quàm erga quemcunq; extraneum: & conſequenter nõ dubito,quin tale ſtatutum impedimento non ſit, quo minus hæres fratris ad petitionẽ fratris alterius capi poſſit,non ſecus, quàm caperetur in terminis iuris communis.

*Hæres, qui fecit inuentarium, nõ põt pro debito defuncti incarcerari, cum communi.*

45 Hæc omnia limitantur vt non procedant,quando inuentarium hæres conficeret,tunc enim pro debito defuncti,cuius nomine conuenitur,non in ſolidum ſed vſque ad vires tantũ hęreditarias tenebitur.l.fina.C.de iure delib.in princp. & per totã illam legem, vbi per oẽs. Vbi etiã pręſertim in prin.&.§.in cõputatiõe cũ ibi notatis per gl. & doctores expreſſum eſt, talem hęredẽ tutũ eſſe in eo, q̃đ eſt vltra vires hæreditarias, & in omni moleſtia,& vexatione: ergo interea dũ ſoluit vſq; ad vires hęreditarias,nõ đbet vinculis cõtineri, ſi fecit inuẽtariũ: nã ſi vinculis cõtineretur,nõ eſſet immunis à moleſtia & vexatione, ꝗnimò maximã moleſtiã,vexationẽq; pateretur, contra beneficiũ & indulgẽtiã.d.l.fin.C.de iure delib.Ita in ſpecie videtur eſſe cõmunis opi.quã tenẽt in.d.l.poſtulãte Imo. & Alexã.n.7.Bal.in.l.1.C.ꝗ bonis cedere poſſint.verſ. quęro ſi ſtatutũ dicit.Imo.in.l. 3.§.prętor.ff.de dãno infect.tãgit Salice. in.l.fi.§.ſi verò & ipſe.C. de iure deliber. Bald.in dict.l.fi.§.& ſi præfatam.q.3.

*Hæres debitoris fiſcalis ſi inuentarium fecit,nõ poteſt incarcerari cum Bald. & Alexand.*

46 Vnde in vſu forenſi ſæpiſsimè reſpõdere ſolemus,debitores fiſcales,qui pro debito defuncti,cui hęredes extiterunt, à fiſco conueniuntur, ſi quidẽ fecerunt inuentariũ, vinculis cõtinendos nõ eſſe interea dum debitũ perſoluitur, & dũ liquidãtur vires hæreditatis,licèt ſi inuentarium non feciſſent, vinculis contineri interea poſſent, & ita temperari debere fiſci priuilegium,de quo mẽtionem habuimus,ſicq́; limit.d.l.8.tit.4.lib.6.ord. l.130. in quaterno Alcaualar. id quod Bal. in.d.l.1.C. qui bonis cedere poſsint. verſ.quæro ſi ſtatutum dicit.ſatis expreſſim voluit, dum quæſtionem noſtram tangit in ſtatuto, quaſi pręſagiret leges noſtras ferendas eſſe, vel afflatu quodã diuino id vaticinatus fuerit.ſequitur Alexan.num.7.in dict.l.poſtulante.

*Intell.l. 130 in quaterno Alcaualar.l.8. tit. 4.lib. 6.ordina.*

*Maioratus poſſeſſor inuentarium an facere teneatur? Et quid in fructua. & uxore bona mariti ꝓ dotis reſtitutione d' tinente.*

Inuentariũ autẽ vt hæres, de quo mẽtionẽ habuimus ſolet,ita & vſufructuarius debet conficere.ff.vſufru. quemad. caueat. l.1. §. rectè. quod in ſpecie veluti ex communi opinione reſoluunt Ang. in.§.conſtituitur.col.2.Inſtit. de vſufru. Rebuffus de conſt. Gallię.primo tomo. tract.de ſenten.prouiſ.art.3.gloſ.3.num. 8.Alex.conſi.58. num.8.lib.3.Iacobinus in.l.fi.§.1.ad fin.C.de iure delib.Matthæ. Afflict.deciſione.342.Bellon. conſi.54. num.1.Pinellus de bon.mater.l. 1.par. 2. num.22. Idq́; ne fraudandi occaſio detur.argumento.l.in fundo.ff.de rei vendica. facit doctri.Bartol. in.l.2.ff.ſoluto matrimonio. vbi docent illud vulgare, quod tibi non nocet.&c.facit.l.1.ff.ſi ꝗs cauti.ibi,neutri parti onerare &c.vbi in ſimili per Pau.& Iaſo. Nam & generaliter quiſquis ad reſtituendum poſt tempus tenetur, ad inuentarium conficiendum videtur poſſe compelli,ſecundùm Vitalem in tractatu clauſul. pagin. 190. in ſimili per Paul.in.l.cùm tale.§.primò. ff.de condition.& demonſtratio. Alberic.in.l.fina.§. primo. ff. de boni. autho. iudi.poſsid.Guido in tractatu de forma inuenta.& rurſus in conſilio quadrageſimoſecundo. Vnde tentari poteſt,poſſeſſorem maioratus teneri ad inuentarium conficiendum de petitione illius, qui poſt eum ad talem maioratum inuitatus fuerat. Quod tamen non firmo, licèt non iniquum eſſet eo caſu, quo poſſeſſor diſſiparet bona,aliter eñ non poſſet, nõ magis, ꝗ̃ petere vt viuo

poſſeſſore declaretur poſt eius mortem illum maioratum ad iſtum pertinere. quod alibi fieri non poſſe firmamus, traditq; Pinellus de bo. mater. in.l.1.part.3. nu.70.Deniq; vxor, quæ pro dote reſtituenda retinet bona mariti, ſimiliter cõpelli poteſt ad inuentarij cõfectionem. Alberi.in.l.fi.§.1.ff.de bo.auth.iud.poſ.p l.cùm domini.ff.locati.ibi,& ea quæ ibi ſunt deſcribere. Hæc in reliquis vſufructuarijs regulariter procedunt, non ſic in patre, qui habet vſumfructum bonorum filij ſui maternorum, aut aduentitiorum, is enim non poteſt compelli tale conficere inuentarium, nec ſatiſdare de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, neq; ſimilibus oneribus moleſtiã ferre. facit.l.filio.ff.vt legat.no.cau. per Iaſ.in l.nemo poteſt.lect.2.num.68.ff.de lega.1.Tiraquel.plenè in.l.ſi vnquam.de reu.dona.in princip. num.25. Bald.& Corn. in.l.cùm oportet.§.non autem.C.de bo. quæ libe.Cinus in dicta. l.cùm oportet. quęſtione quarta.Albericus in.l.prima. de bonis mater. in princip. Boërius deciſione.61.numero.5.Bald. in.l. orphanotrophos.C.de epiſcop.& cleric.numero 7.Pungit tamen Cumanus conſil.89.numero tertio. per.l.tutor qui repertoriũ. ff.de admi. tutor. Speculator de inſtrument.edit.§.viſo.nume. decimoquarto. & ore libero improbat Pinellus de bonis mater. l. 1. ſecunda part. numero.23. Alexan. conſi.58.libr.3. nu. 8.facit doct. Bart.in.l.1.§.pe.&ibi Alexand.in add.ad ipſum.ff.de ventre in po.mi.Bal.& Curti.numer.16.in.l.vn.C. de prohibit. ſeq: Nam & ſimiliter id patrem feciſſe vltro honeſtius eſſe videtur, nec poteſt filius hoc petens impiè, aut inhoneſtè feciſſe videri, cùm reſtitutio poſt mortẽ patris facienda ſit, quo caſu vix appareret quid nam eſſet reſtituendũ: neq; æquũ eſt, vt filius hac in re notetur: nam obijcienti cur patri improbè diffidere contendis, replicabit ipſe, non diffido patri,

*Inuentariũ an pater facere teneatur, uel accuſatus de crimine?*

ſed de ipſius hęredum probitate, aut frugalitate, ſeu diligentia, non ſatis certus ſum, à quibus mihi, non etiam à patre meo eo tempore iam defuncto reſtitutio facienda eſt.

Confirmantur iſthęc: quia & etiã accuſatus tenetur inuentarium conficere ſecundùm ſcribentiũ pleroſq; hac de re loquentes, vt reſoluũt Platea in.l.defenſionis.C. de iure fiſci. Bart. in.l. mandatis.ff.de req.reis.Boërius deciſione.61.n.21.Guido papa, vbi Ioan.de gradibus in add.deciſione.351.Pinellus vbi ſuprà.Frãciſ.de porce.de inuent. capit.2.num.14. argumento.l.iubemus.§.1.C.ad Trebel. Beltrand. conſil.243. numer.6.libr. primo. Paul. Picus in. l. poſt contractum. num.96.ff. de donatio. faciunt quæ traduntur per Decium conſ.175. num.5.Albericus in.l.iubemus.C. de proba.Alex. conſi.205.libr.6.num.7. Id quod intelligendum ſanè eſt, non ſimul ac accuſatio contra aliquem propoſita eſt, ſed demum, quando de delicto cœpit liquere plenè, vel ſaltem ſimiplenè, qua in re illud genus probationis, quod ſufficit ad capturam, mihi ſat eſſe videretur ad talem deſcriptionem faciendam, non quidem in hoc, vt ad curam accuſati hæc res, aut deſcriptio rerum pertineat, ſed magis vt iudici de illo crimine cognoſcẽti fas ſit talem deſcriptionem facere, bonaque ſub fida, tutáue cuſtodia collocare. Et ita temperari debere, quod traditur per dict.l.defenſionis. ſicque non ſemel, ſed pluries ac pluries cũ eſſemus iudices maleficiorũ obſeruauim[9] Hiſpali.

Licèt autem dixerimus ſuperius (vt illuc reuertamus) per inuentarij confectionem hæredem debitoris fiſcalis vincula euitare, non tamen ita intelligendũ vt per inuentarium deſinat cõfundi pro portione hæreditaria, quod ſibi à defuncto debebatur: cõfunditur enim pro hęreditaria portione non ſecus, quàm ſi inuentarium factum non foret ſecũdùm

*Inuentarij cõfectio nõ impedit actiones pro parte hæreditaria cõfundi.*

receptio



receptiorem ſententiam, quam tenenit generaliter, etiam ſi priuatus ageret contra talem hęredem. Decius & Cagnolus in.l. ex qua perſona.ff.de reg.iur.Aimõ Craue.conſi.225.num.12. Gratus conſi. 9.num.18. libr.primo.Decius in.l.debitori.numer.20.C. de pact. poſt Imolam & alios, quos refert Pinellus de bonis mater.l.1. part. tertia. num.81.Alexand. conſi.30.num.ſeptimo. libr.6.Socin.iunior conſi.208. num. 42.libro ſecundo. Boërius deciſione.23. numero.20.Matthę.Afflі. in libr.3.conſtitutio. rubric.5. num.9.Romanus conſil.18.num.quarto.Fulgo.conſi.ſexageſimoſeptimo.columna ſecunda.

Vnde apparet hæredem licèt inuentarium confecerit, contra factum tamẽ defuncti non admittendum pro portione hæreditaria, in qua illum repreſentat: licèt contrarium tenuerint Ruinus conſil.38.numero decimoquinto.libr.1. Pariſius conſi.100.numero.8. libr. quarto.Ruinus conſi.47. numero.9. libro.1. Iaſo.conſil.56.columna.5.libr.3.Rubeus conſil.84. numero.7.Decius conſil.185. Curtius de feudis.part. quarta. numero 148.Alexan.conſi.32.lib.3.num.quinto. Thomas gramma.deciſione.93.numer. 10.quos refert & improbat Pinellus vbi ſuprà. Stat ergo debitoris fiſcalis hæredẽ cõfecto inuẽtario liberari ab vinculis

47 Quod tamẽ limita vt ꝓcedat, quãdo ex debito, & mora defuncti ipſe hæres conuenitur, ſecus ſi ex debito vel contractu defuncti conueniretur, in quo tamen ipſe defunctus nunquam extitit in mora, ſed ipſe hęres prim[9] in mora fuit: vnde ſi fortè debitum fuit cõditionale, & conditio extitit poſt mortem teſtatoris, quo caſu ipſe defunctus in mora cõſtitiſſe non potuit, hæres ipſe inuentarij beneficio non gauderet. vt ſentit Alexãder.columna fina. in dict. l. poſtulante. poſt Bald. quem allegat in dict.l. fina.§. & ſi præfatam. quæſtion.3. Qua in re incertum eſt mihi, qualem mẽtem habuerit Alexand. Nam ſi ſenſus eius fuit, quem ex verbis ipſius percipio, ſua doctrina vera eſſe non poteſt, & per eam ſuperiorem veram & communem ſententiam, quæ habet, per confectionem inuentarij hæredem tutum, immunemq; eſſe à vexationibus & vinculis, ad nihilum reduci ferè conſtabit, cùm plerunq; eorum debitorum nomine hæredes conueniãtur, ad quæ vel quia dies nõdũ aduentauerat, vel conditio nondum extiterat, vel alia ratione defunctus in mora conſtitutus non fuit, neq; exigi poterat, neq; defunctus potuit moroſus exiſtere. Pręterea antequam debitor conſtituatur in mora, non tenetur ſoluere, & inculpata eſt, & cõſequẽter impunita eſſe debet ſolutionis retardatio, vel (vt rectiùs loquamur) inculpatus eſſe debet nimię & inſolitę feſtinationis defectus: vnde cũ ipſi hæredi nihil ſit qđ imputetur, nõ video cur beneficio inuẽtarij priuandus ſit. Et ita etiã nouiſsimè limito d.l.8.titu.4.lib.6.ordi.d.l.130.in quaterno Alcaua. Limita noſtram cõmunem, niſi ipſe hæres (poſtquam iam liquebat hæreditatem eſſe ſoluendo) in mora fuerit conſtitutus, & præterea litigare maluit, quàm ex fide debitum exoluere, nã tunc à fiſco bene poſſet incarcerari, ſecũdùm opin. Alex. quam hoc caſu veram puto. Facit in ſimili.l.ſi qs in ſuo.in prin. C.de inoffi.teſta. Et ita etiam poteſt ampliari.d.l.8.&.d.l.130.

*Amplia etiam ſi defunctus in mora non fuiſſet contra Alexã.*

*Intellc. l.8. titu.4. lib. 6. ordin.l. 130. in quaterno Alcaual.*

48 Illud autem in vſu forenſi receptũ & vſitatum eſt, ꝙ ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum habeat executionem paratam licèt controuerſum ſit, an ipſemet debitor principalis ſit citandus antequã fiat executio, qđ fieri debere viſũ fuit Alex. n.5.in.d.l.poſtulante.& Bald.in.l.ſi quis curialis. per illum text. C. de epiſcopis & clericis.& Paul.in.d.l.poſtulãte.tamẽ nulli vnq̃ dubiũ fuit, quin abſq; citatione hæredis cõtra hæredẽ đbitoris princi

*Inſtrumentũ exequi non poteſt contra hæredem debitoris, niſi præcedat citatio, cũ communi.*



palis

palis tale inſtrumentũ exequi nequeat. Iſta videtur communis opin. quam tenent Bald. in.l.per diuerſas. C. mandati. quęſtione.1.Paulus, Alexan.& alij in.d. l.poſtulante.Angelus in. l. oratione.§.1. ff.de ferijs.idem Angelus in.l.ex contractu.ff.de re iudi.& in.l.1.§. ſi ex conuentione.eodem titu.idem Ange.in rep.l.1. C.de iudi.& in.l.3.in fin.C.de pignorib. Bald.in.l.tale pactum.§.qui prouocauit. ff.de pactis.quęſtione decima.Imo.in.l. intra.ff.de re iudi. per text. in dict.l.oratione.§.1.& per.§.fina.Inſtit.de pœna temerè litigan.& per notata per Innocentium in cap.quia.v.de iudici.

Vnde cùm noſtro iure Hiſpano inſtrumenta habeant executionem paratam, ita vt opus non ſit citari ipſum principalem debitorem quando cõtra eum petitur executio, ſecundùm quòd vſus forenſis interpretatur, tamen indubitãter contra hæredes principalis debitoris ſi executio petatur fieri, citra ipſorum citationem non poterit. Et ſæpe reſpondimus ita intelligi debere text.in.l.regia 3.4. &. 5. titu. de las excepciones. libri tertij ordina.

*Intell.l. 4. tit. đ las excepciones. lib.3. ordi.*

49 Secundò limita vt hæc nõ procedãt, quando is, contra quem petitur executio, bonis cedere velit: nam tunc ſtante etiã ſtatuto, quòd debitor poſsit in carcerem detrudi, ſi is bonis ceſſerit, à vinculis liberabitur. Ita in ſpecie tenet Bal. in.l.prima.C.qui bon. ced. poſsint. per ea quæ notantur per gloſſ. & alios in.l. fina.§.in computatione.C.de iure delib. Sequitur Alexand.in dict.l. poſtulante. num.ſeptimo.colum.fina. quia, inquit, ſtatutum eſt interpretandum ſecũdùm ius commune, vnde non excludit tale ſtatutum, quin per ceſsionem bonorũ debitor à vinculis liberetur, præſertim cùm talis ceſsio bonorum loco ſolutionis quodammodo habeatur.

*Ceſsio bonorum liberat à uinculis cum communi.*

Vnde cùm per tale ſtatutum is tantũ qui debitor eſt, ſit vinculis cuſtodiendus, non autem is qui virtualiter debitor eſſe deſijt, qualis eſt ille, qui ceſsit bonis, ſupereſt, vt ſimul ac debitor, qui vinculis continebatur, bonis ſuis ceſſerit, liberandus ſit à catena.

Vnde in vſu forenſi ſępiſsimè reſpondimus, quòd debitores fiſcales, qui ex forma legum Hiſpanarum vinculis cõtinendi ſunt donec debitum fiſcale perſoluerint, adeò vt vinculis nõ liberẽtur, etiã ſi idoneos præſtiterint fideiuſſores, tamen ſi bonis ceſſerint, liberabuntur à compedibus, non aliter, atque ſi re vera perſoluerint. & ita intelligi debere leges noſtras regias. l. octauã. titul. quarti. libr. ſexti. ordinament. l. 130. in quaterno Alcaualarum. præſertim, quia lex generaliter loquens, comprehendit perſonas etiã priuilegiatas, qualis eſt fiſcus, cùm circa hanc ceſsionem impediendam nõ reperiatur habere priuilegium ſpeciale, vt diſſerimus in. §. trigeſimoquinto.numer. quinto.argumento.l.in fraudem.§.finali. ff. de milit. teſtamento. vbi oſtendimus hanc communem opinionem.

*Intell.l.8.titu.4.lib.6. ordin.l.130 in quaterno Alcaua.*

50 Fiſcus etenim licèt innumeris gaudeat priuilegijs, tamen in quibus cauſis non reperitur expreſsim & nominatim priuilegiatus, non deſinit vti iure communi, non magis, quàm quilibet priuatus: quia lex generaliter loquens, comprehendit perſonas priuilegiatas, non ſecus, quàm reliquas, niſi in materia illa, qua de agitur, expreſſum, & peculiare reperiantur habere priuilegium. per textũ in.l.in fraudem.§. fin.ibi, quia generalis erat illa determinatio. ff. de milit. teſtamento. per quem textũ iſta eſt communis & vera opin. quam tenent & reſoluunt Decius in. l. ex teſtamento. C. vnde libe. idem Decius conſilio quinto. & latiſsi. per Tiraquel. in tractat.de vtroque retract.in gloſſ.14.numero.91. cum. 17. ſequent. Alciatus libr. quarto paradoxorum.capitul.decimo.

*Amplia ut procedat etiam in fiſci debitore*





51 Quod autẽ diximus ceſsionem bonorum loco ſolutionis haberi, intelligitur quo ad hũc effectũ, vt debitor à vinculis liberetur, nõ autẽ quo ad hoc, vt re vera à debito & obligatione perſonali liberatus intelligatur: quia quod ſemel deberi cœpit, certis tantũ modis deberi deſinit. vt nominatim docemur per text. in.l.obligationum ferè.§. primo.ff.de actio.& obligatio. qui modi enumerantur per totum titulum Inſti. quibus modis tollitur obligati. quibus modis tollendarum obligationum præterea acceſsit modus præſcriptionis, per quam etiam tollitur obligatio, vel ipſo iure, vel ope exceptionis. iuxta latè tradita à noſtris per text.ibi in.l.ſicut. & in.l.oẽs. C.de præſcriptio.trig. vel quadra.anno. Vnde cùm inter reliquos modos tollendarum obligationũ ceſsio bonorũ non reperiatur, reliquum eſt, vt per ceſsionẽ bonorũ obligatio ſublata non videatur, non magis, q̃ ſi talis bonorũ ceſsio facta non eſſet, licèt proſit quo ad debitorem à vinculis liberandum. Vnde ſi is debitor, qui bonis ceſsit, ad pinguiorem fortunam venerit, creditoribus ſatisfacere tenebitur, nõ aliter, atq; ſi re vera bonis non ceſsiſſet. vt in.l.4.ff. de ceſsione bonorum.& in.l.1.tit.15.par.5. Qua de re tenetur pręſtare iuratoriam cautionem tẽpore ceſsionis bonorum: quia in eo ſtatu & ſumma rerum inopia aliam cautionem vix inueniret. Iſta eſt cõmunis opi. quã tenent gl. Hoſtienſis. Henric.col.3. Io.And.& alij in.c.Odoardus.đ ſolutio. Is autẽ qui cedit bonis, omnia bona creditori relinquere debet, quæ tẽpore ceſsionis poſsidebat.gl.in.l. pe.ff.de ceſsione bonorum.Bald.in.l.fi.C.qui bonis cedere poſsint. col.pen.&.d.gl.dicit communiter app.Couar.lib.2. variarũ reſol. cap.1.num.5.eſt tex.in.l.1.titu. 15. part.5. Excipiuntur tamen veſtes, quibus quotidie vtitur, & inſtrumẽta neceſſaria ad artem, qua victum quærit, exercẽdam. Cinus.in .l.1.quæſtion. quarta.C.qui bonis cedere poſsint.Petrus Iacobus in rubri.de ceſsione bonorum. Abb.qui hãc dicit communem in dic. ca. Odoardus. Ioannes Medina de contractibus.q.1.& quæſt. 5.cauſa.3. & ita vſibus forenſibus ſæpiſsimè vſitatum eſt, atq; receptum.

*Cæſsio bonorũ licèt liberet à uinculis, nõ tamen habetur ꝑ ſolutione, cũ communi.*

52 Tertiò limita vt non procedat, quando ſtatutum diceret, quòd ſi contra condemnatum fiat executio, tunc poteſtas habeat decem, ſeu decimam partem valoris, vel quantitatis illius, pro qua fiebat condemnatio: nam hoc caſu ſi executio fiat, & petatur contra hæredem cõdemnati, illam decimam præſtare & ſoluere non tenebitur ſecundùm Bald. in l.1.C. de executione rei iudica. verſicul. pone ſtatutum. quem refert & ſequitur Decius in.l.hæredem.nu.2.ff.de reg.iur. Vnde infertur notabilis declaratio ad leges noſtras regias, ad quarum interpretationem ſuperior doctrina quaſi afflatu quodã numinis facta traditaq; videtur, vt procedant, quando executio peteretur, & fieret contra debitorem principalem, ſecùs autem ſi fieret cõtra eius hæredem. Et ita videtur poſſe intelligi. l.1.2.3.&.4.tit.fin.lib.5.ord.& ibi.l.fin.& l.22.titu.de los Alguaziles.eod.libr.

*Decima debetur executori, etiã ſi cõtra hæredem fiat executio, contra Deciũ & Bal.*

*Intell.l. 22. titul.de los Algua. & l.1.2. & 3. tit.fi.libr.5 ordiñ.*

Sed hæc doctrina nobis ſemper ſuſpecta viſa eſt, etiam ſi hæres inuentarium fecerit: quia negari non poteſt, quin ex perſona ſucceſſorum conditio & qualitas obligationis immutari non poſsit. l.2.§.ex his.ff.de verbor. obligatio.& latè ſuprà probaui.

Vnde in ſpecie noſtra hæc decima, quæ executoribus debetur ab ipſis debitoribus, contra quos executio fiebat, nullibi vnquam probatur, quin ſimiliter ab eorum hæredibus perſoluenda ſit, præſertim cùm per talem decimæ ſolutionem, & præſtationem faciliorem exitum & executionem obligatio ſortiatur, fieretq; iuiuria creditoribꝰ, eorũq; cõditio læderetur, ſi pręmij loco

ob laborem ſuum executoribus nihil aſſignatũ eſſet. Ne ergo ius creditoris deteriꝰ incõmodiusq́; reddatur, ita obſeruandũ eſt, vt eadẽ decima ab hæredibus præſtanda ſit debitorum, non ſecus, quàm ab ipſis debitoribus præſtaretur: maximè cùm hæc decima nulla alia ratione introducta ab ſtatuto intelligi poſsit, quàm quò facilior, breuior, & expeditior eſſet executio. Quæ ratio militat in hærede debitoris exigendo, non ſecus, quàm in ipſo debitore principali: & ſuccedit regula, quę habet, quòd quãdo ratio vnica reddi poteſt, ea habetur pro expreſſa. vt ait glo. notabilis & communiter approbata in. l. quanuis. C. de fideicommiſ. quam plena dote exornat Iaſo. ibidem. idem Iaſo. in authentica. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in. l. de quibus. num. 14. ff. de legibus.

53

*Ratio in lege expreſſa operatur, ut fiat extenſio etiã in correctorijs, cum communi.*

Cæterùm quando ratio in ipſa lege vel expreſſa vel pro expreſſa habetur; tunc extenſio fit ex paritate rationis etiam in correctorijs ſecũdùm veram & communem reſolutionem, de qua per Iaſo. in dictis locis. & gloſſ. in authenti. de hæredibus abinteſtato venientibus. in. §. fina. in verbo, ordine. quam dicit vnicam Bald. in. l. fin. ff. de hæredibus inſtit. & in. l. maximum vitium. C. de lib. præt. Alexan. in. l. cùm mulier. columna quinta. ff. ſolut. matrimonio. melior gl. in clementina. 1. in verbo, eligatur. extrà. de electione. Iaſo. in. l. re coniuncti. num. 181. ff. de legat. 3. idem Iaſo. in dict. authentica. quas actiones. num. 22. per text. in dict. l. fin. ff. de hæredibus inſtit. & per. l. 1. ff. de dam. infecto. & in. l. his ſolis. C. de reuo. donat. in verbo, ſatis tacitè cautum putamus. per Bald. in dicta authentica. quas actiones. columna. 2. Paul. in dict. l. quanuis. Cuma. dict. l. cũ mulier. §. primo. Georgius Natan in capit. quanuis pactum. num. 32. de pact. libr. ſexto. bonus text. in. l. humanitatis. C. de impub. vbi Curtius iunior. num. 15. & Iaſ. n. 6. Alex. n. 5. Corn. n. 15. Purpu. in. l. fi. C. de pac. n. 23. vbi Curt. iunior. numero nono. & Deci. num. decimoquinto. Iaſ. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. columna. 5. in fine. num. 12. ff. de verborum obligat. facit. l. ſi fratres. §. idem Papi. ff. pro ſocio. & l. ſecunda. §. id quoque. &. §. ſi duo. ff. de collatione bonorum. Deci. in authentica. ex teſtamento. column. quarta. C. de collationibus. & l. 7. titul. 32. partit. 3. Romanus in. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio. Id quod euidentiùs vrget in ſpecie noſtra, in qua non eſt neceſſe extenſionem fieri, cùm ex vi comprehenſiua hæres debitoris ex legis interpretatione comprehendatur, quandoquidem ipſius debitoris perſonam repreſentat. authentica de iureiurand. à mo. præſt. §. primo. & eodem iure vtatur. l. hæredem. ff. de regulis iuris. & eius loco ſubrogetur, per quod ius eius ſequitur. vt latè per Iaſ. in rubri. ff. de verbo. obligat.

Illud autem prætermittendum non eſt, inſtrumentum iure regio (vt proximè de eius priuilegio executionem paratam habentis agebamus) ita demum ſecundùm quoſdam habere executionem paratam, ſi modò propria manu ipſius tabellionis conſcriptum fuerit, non ſic ſi manu alterius, quaſi hac in re ipſiusmet induſtria electa videatur. argumento in authenti. de tabellio. §. nos autem. collatio. 4. Ioan. And. in additio. ad Speculat. de inſtrument. editione. §. inſtrumentum. Ancharanus conſ. 242. num. ſecundo. l. 7. & l. 9. titul. decimonono. partit. 3. gloſſ. in authent. de tabellioni. ſuprà allegat. in verbo, documentis. & rurſus in verbo, ipſis per ſe. Pariſius conſi. 28. verſ. Tertiò ceſſat obiectio. numero. 28. Bartol. in. l. diuus. §. item ſenatus. ff. de falſis. n. 3. facit. l. 5. titu. 19. par. 3. Quod limitatur vt non procedat, quando multitudine ſcripturarum conficiendarum, aut cauſarum, vel negotiorum tabel-

*Inſtrumentũ, an propria manu tabellionis oporteat eſſe deſcriptum.*



tabellio eſſet occupatus, tũc enim etiam per alium ſcribere poſſet, dũ modo ipſemet tabellio ad finem ſcripturæ propria manu hæc verba, vel æquipollentia exprimat. Ego talis notarius hanc ſcripturã manu aliena, fideliter tamen, de mandato meo ſcriptã proprio ſignaculo ſignaui. Quæ limitatio nominatim tenetur ꝑ Barto. & Pariſi. vbi ſuprà. & eſt ex mente aliorum, vt ſic exceptio recepta ſit non aliter, atque ipſamet regula ſuperior. quę exceptio probatur in. d. l. 5. tit. 19. partit. 3. ibi. Pero ſi acaeſciere que ſean enfermos, o que ayan otro embargo, o otras prieſſas a tales, porque por ſi no lo puedan cumplir, bien las pueden mandar fazer a otros. Et ita obſeruat conſuetudo, vt ſuperior regula ꝑ feneſtras huius exceptionis euolauerit: nam tabellionũ rari ſunt, qui per ſe ipſos talia inſtrumenta faciant, etiam ſi otio nõ careant: id quod nõ paucis iuris cõmunis regulis accidiſſe vſibus comperimus.

Deniq; is tabellio, ſiue manu propria, ſiue etiam aliena inſtrumentum confecerit, non debet omittere clauſulas conſuetas, tam in teſtamentis, quàm in reliquis diſpoſitionibus agentium: nam ſat eſſe debet eum nominatim fuiſſe rogatũ ad conficiẽdum, ſcribendum ve teſtam. Nec oportet rogari ad ſingulas clauſulas, quæ in talibus diſpoſitionibus inſeri ſolent ex natura rei, vel ex conſuetudine tabellionum, aut regionis, vt ex communi opinione reſoluit Tiraquellus in. l. ſi vnquam. in prin. C. de reuoc. donatio. in prin. num. 169. Decius num. 18. in. l. vt liberis. C. de colla. Couarru. in rubr. de teſtam. par. 2. num. 14. Bald. in. l. 1. col. fi. ff. ſolut. matri. facit. l. fi. C. de fideic. Segura in. l. 3. §. fin. ff. de libe. & poſtum. nu. 31. vbi per additi. Et ita vſibus receptũ eſt, cum non leui reipublicæ (vt nobis videtur) detrimento.

*Tabellio ui detur rogatus de clauſulis cõſuetis.*

Redeundo ad illum articulum, de poteſtate teſtatoris circa legis tranſgreſsionẽ, magis eſſe videtur, ex ſuperioribuſq́; infertur, vt licèt pater, q. habet vſumfructum in filij ſui bonis aduẽtitijs nõ poſsit citra ipſius cõſenſum actiones mouere, vt in. l. fin. §. vbi autem in vnum. C. de bo. quæ lib. ibi, adhibeatur autem etiam filiorum cõſenſus, niſi adhuc in prima ætate ſint conſtituti. tamen ſi teſtator, qui filiofa. aliquid reliquit, expreſsit, vt pater haberet in illis rebus ius agendi & defendendi ſimul cum vſufru. tunc ſolus pater citra filij conſenſum agere & defendere poſſet: quia in his, quæ reſpiciunt tenorem teſtamenti, teſtator poteſt diſpenſare cum forma & legis diſpoſitione, vt ſuprà docuimus: ceſſante verò expreſſa teſtatoris diſpẽſatione, communis opi. eſt, patrem citra filij conſenſum agere non poſſe quo ad proprietatem bonorum aduentitiorum. Ita tenet Inno. in cap. accedens. col. 1. de procu. per. d. §. vbi autẽ. Cinus. Ange. Salice. Corne. & alij in. d. §. vbi autem. Roma. conſi. 241. num. 10. Capella Toloſana in deci. q. 105. Areti. in. l. fi. §. pupillus. ff. de verbo. obli. Paul. in. d. §. vbi autem. num. 3. & Fulgo. num. 4. Albe. in. l. ſi longius. §. ſi filius. nu. 4. ff. de iudicijs. Paul. n. 5. in dict. §. vbi autem. Angel. in. §. actiones autem. n. 4. Inſti. de actio. idem Ange. in. §. pupillus. n. 7. Inſti. de inut. ſtipula. & eſt communis opi. ſecundùm Pinel. de bo. mater. l. 1. 2. par. n. 66.

*Pater in maternis nõ poteſt agere ſine filij conſenſu requiſito ſaltem, non ſic in aduentitiis.*

Contrariam partem, vt citra filij conſenſum pater habeat ius agendi & defendendi, tenet Bar. in. l. 1. col. 1. C. de bo. mater. vbi Bald. num. 8. & ibi Paul. col. 1. firmat hãc partem à doctorum pleriſq; defendi, & eſt communis opi. legſtarum ſecundùm Imol. in. l. fin. §. pupillus. col. 2. ff. de verb. obli. vbi Areti. num. 5. Bart. in. l. fi. §. vbi autem. C. de bo. quæ libe. Sed verior eſt prior ſententia negatiua, per text. in. d. §. vbi autem. qui apertiùs loqui non potuit, niſi afflatu quodam diuino velis, vt Iuſtinianus renaſcatur, illudq́; voce viua teſtetur. Nec me mouet, quòd. l. 1. C. de

de bo.mater.ius agendi & defendēdi cōceſſerit patri in agēdo & defendēdo quo ad bona materna. Nam licèt inter bo.mater.& reliqua bona aduentitia nulla efficax præſtanſq; differentiæ ratio inueniri poſsit, tamen in correctorijs ceſſat extenſio ex paritate rationis. vt plenè reſoluit Iaſ.in authē.quas actiones. C. de de ſacroſan.eccle.Iaſ.in.l. de quibus.n.14.ff.de legib.idem Iaſo.in.l.quanuis.C.de fideicō. Itaq; cùm dict.l.1.loquatur in bo. mater. & dict.§. vbi autem. loquatur in aduentitijs, quis vetat ſingulas leges in ſingulis caſib⁹ ſaluas incolumeſq; ſeruari? præſertim cùm bo. mater. plerunq; fuerint ſub adminiſtratione patris eiuſdemq; mariti viua vxore. vt in.l.in rebus.& per totū titulum. C. de iure doti. l. doce ancillā.C. de rei vendi.qua adminiſtratione per filij ſucceſsionem patrem priuari perquàm indignū eſſet, impium, & inciuile, cùm lōgè grauius ſit quod ſemel poſſedimus, à nobis ſeparari, quàm quod nunquam fuit apud nos. l. vnū ex familia. §. ſi rem. ff.de lega.2.facit lex fin. C.de codicil.l.qa poterat.ff.ad Trebel.elegans text.in.l.qa autē.in princ.& in.§.1.ff.quæ in fraudem creditorū. Quæ ratio ceſſat in bo.aduenti.aliunde q̃ à matre profectis, quæ nunquam extiterunt ſub patris adminiſtratione, in quibus tolerabiliùs eſt patrem non habere tam plenam adminiſtrationem. Deniq;.l.inuidioſa, dura, captioſa, & machinationibus quodammodo plena, non deſinit habere vim legis. vt plenè ſuprà in.§.3.in pri. vnde licèt ea lex ſub dura videretur, tamē per nos exulare cogi nō debet, præſertim hac in re, quæ pauci momenti eſt, cùm etiā in aduētitijs licèt quo ad proprietatem citra filij cōſenſum pater agere nequeat, tamen quo ad vſumfructum non prohibeatur. vt tradūt Imol.in dict.§.pupillus.l.fi.ff. de verbo.obli.num.3.quod & ſentit Angel.ibi. Fulgo.in.l.1.nu.5. & Corne. col.3. de bo. quæ lib. Pinelluſq; vbi ſuprà. Aufre.in additio.capel. dict.q.105. & eſt communis opi. Neque aliter euenit circa proprietatem rerum: nam ſi filius requiſitus conſenſum præbere nolit, tūc pater agere poteſt, non ſecus, quàm ſi ille conſenſiſſet, ſi non ſit iuſta cauſa contradicendi ſecundùm Angel.Paul.& Fulgo.in dict. §. vbi autē.& Pinel.vbi ſuprà.facit.l. ſi cùm dotem.§.eo autem tempore.ff. ſoluto matrimo.& quæ tradit Pala. Rubi.in rubric.§.22.col.2. Vnde cùm ius agendi & defendendi etiam poſt dict.§.vbi autem, ſaluū, integrumq; patri ſeruetur quo ad ſuum vſumfructum, & etiam quo ad proprietatem, niſi quando filius habet iuſtā cauſam contradicēdi, nō video, vt duri quidpiam cōtineat.d.§.vbi autem. Præſertim cùm ipſe pater non prohibeatur, etiam citra conſenſum filij, conſtituere procuratorem, etiam quo ad proprietatem aduētitiorum ante litem conteſtatam. Ita Cinus, Albe.Bar.Bal.Ang.Sali.Fulgo.Paul. Corne.& alij in.l.1.de bo.mater.C.Imol. in cap.accedens.num.5.de procu.Matth. notabili.191.Roma.conſil.241. num. 10. Tiraque.in.l.ſi vnquā. C. de reuo.dona. in princ.num.29.Iaſ.in.l.neq;. C. de procura.num.4.vbi Alexan.num.6.Curtius in.l.præſes.num.4.C.de tranſact. Marcus Mantua.lib.1.locorum. c.18. Angel.in.§. ſi autem. Inſtit.de ſatiſda. eſtq; receptiſſima ſententia, cui non aduerſatur dict.§. vbi autem.nam ibi loquitur quo ad iudicialia, nos autem in conſtitutione procura.quæ extra iudicium fieri poteſt. vt per totum.ff.C.& Inſti.mandati.

*Pater poteſt procuratorē ſine filij conſenſu conſtituere in aduentitiis.*

1 *Teſtator nō poteſt iubere, quòd hæredes ſtent in perpetua cōmunione, cum communi cōtra Alex.*

2 *Pactum de bonis non diuidendis non firmatur iuramento, cum communi contra Iaſ.*

3 *Teſtator poteſt iubere, ut hæredes ad tempus ſint in communione, cum communi.*

4 *Teſtator non poteſt facere, quòd hæredes etiam iurantes, ſint in perpetua cōmunione, cum cōm.*

5 *Teſtator poteſt iubere, ut quiſpiam uideat libros ſuos, & reſtitui faciat, quod reſtitutione dignū inuenerit,*



*inuenerit, contra Ripam & Gemi.*

6 *Teſtator non poteſt actiones facere breuioris aut longioris uitæ ipſo iure, cum communi.*

7 *Teſtator poteſt coarctare tempus datum à lege ad adeundum, cum communi contra Iaſ.*

8 *Teſtator relinquere poteſt certam ſummam pro miſsis celebrandis, nec eſt ſimonia, cum Ripa & aliis, contra Innocentium.*

9 *Teſtator iubere nō poteſt ſepeliri ſe cum gemmis cum communi.*

10 *Teſtator poteſt iubere, ut corpus ſuum ſepulturæ traditum aliò transferatur, cum Areti. & Croto contra Paul. & alios.*

11 *Teſtator poteſt præcipere ut ualeant legata hæreditate non adita, cum cōmuni cōtra plures.*

12 *Teſtamentum ualet, licèt hæres qui uetitus fuit falcidiam detrahere, repudiet hæreditatem, cum communi.*

13 *Teſtator poteſt iubere, ut falcidia deducatur de legatis ad pias cauſas, cum communi.*

14 *Teſtator poteſt prorogare annum datum ad exequendum teſtamentum, cum Ripa contra Bald. & alios.*

*L.8.tit.12.lib.3. ordi.*

15 *Teſtator non poteſt facere, ut inſtitutio præſentati ad capellam, non pertineat ad Epiſcopū, cum communi.*

16 *Teſtator non poteſt auferre regimen ſuæ capellæ Epiſcopo, cum communi.*

17 *Teſtator uetans regimē Epiſcopo in capella ſua, ſi ultra procedit, iubēs, ut ſi id aſſequi nequeat, capella ſit infecta, ualet hæc reuocatio contra communem.*

18 *Forma inducitur per clauſulā anullatiuam, cum communi.*

*Diff. inter legata & hæreditates.*

*Hæreditas differt à legatis uariè.*

19 *Teſtamenti executores poſſunt diē à teſtante aſsignatam præuenire contra communem.*

20 *Eleemoſynā pro captiuorum redēptione à principibus noſtris deſignatam poſſe præueniri.*

21 *Epiſcopus poteſt commutare pia relicta, quæ ut teſtator diſpoſuit, nequeunt impleri, cum communi.*

22 *Teſtator non poteſt remittere cautionem de utēdo & fruendo arbitrio bo.uiri, cum communi. Et communis ratio defenſa contra nouiſsi.*

*Nobilis & mulier pro delicto etiā iure regio uinculis continentur.*

*L.79.Tauri.*

*Declaratio.l.82.Tauri.& l.2.tit.de los adult.lib.8.ordina.cum aliis.*

*Adulteros ut occidere liceat priuatis, noua ratio.*

*Intell. ad pr. cum.§.1.2. 3. & 4. Inſti. de publi. iud.& ff.eod.tit.per totum.*

*L.1.ff.de publi.iud.*

*Iudex, carnifex, & accuſator data paritate terminorum in delictis perſequendis non differunt, noua traditio.*

*Adulterum aut bannitum.l. permittente occidens non peccat in re dubia contra communem.*

*Declaratio.l.80.& 81.& 82.Tauri.l.2.titul. de los adul.lib.8.ordi.*

*Declaratio.l.1.tit.de los adul.6.par.*

*Intell. ad plures leges & titulos.*

*Declaratio ad tit.ff.& C.ad Sillani.*

*Adulterum an hodie pater occidere poſsit.*

*Declaratio.l.14.tit.17.par.7.*

23 *Hæres poteſt remittere cautionem de utendo & fruendo arbitrio bo.uiri, cum communi contra Iaſo.& nouiſsi.*

24 *Teſtator poteſt remittere cautionem de utendo & fruēdo arbitrio bo.uiri in uſufr.improprio, cum Petro contra communem.*

25 *Cautio de tantundem reddendo, nō eſt de ſubſtantia uſusfructus, cōtra communem.*

26 *Dominium uſusfructus earum rerum, quæ uſu conſumuntur, non tranſit ante traditionem, cum communi contra Accurſi.& alios.*

*Vſumfructum habet pater in rebus, quæ uſu conſumuntur, ut tamen finito uſufructu fiat reſtitutio ritè, cum nouiſsi.contra mentem cæterorum.*

*Vſusfructus, quem pater habet in aduentitiis propria authori.poſſ.capere poteſt, cum cōmuni.*

*Vſusfructus regularis dominium tranſit in legatarium à morte teſtantis, cum communi. Aliud in uſufructu irregulari.*

27 *Cautio de utendo ſalua rerum ſubſtantia, non eſt de ſubſtantia uſusfructus, contra communem. Idē in cautione de tantundem reddendo, cōtra communem.*

28 *Forma inducitur per conditionem, cum cōmuni.*

29 *Vſufructu. ei cui omnia bona ſua retento uſufructu donauit, non tenetur cauere, cum communi.*

30 *Teſtator cautionem uſufructuario etiam tacitè remittere non poteſt, contra Iaſo.& Ripā.*

31 *Teſtator non poteſt iubere, ut pauper ſit fideiuſ. fructuarij, cum Hannib. contra Iaſo. Ripā & Ange.*

32 *Vſufructu. ut cauere debeat in rebus mobilibus, uel ſe mouentibus, triplex diſtinctio cum communi.*

33 *Teſtator uſufructuario cautionem remittere non poteſt per modum diſpoſitionis, uel conditionis, uel pœnalitatis, uel translationis, cū communi.*

34 *Vſufructu inter uiuos conſtituto cautio remitti poteſt, cum communi contra nouiſsi.*

*Vſufructuarius ſi nec poſsidet, nec cautionem præſtat, fructus ſuos non facit, cum communi contra nonnullos.*

*Vſu-*

*Vſufructu. qui uitioſè poſſ. arripuit, fructus ſuos non facit, cum communi.*

*Vſufr. etiam irregularis pertinet ad fructuarium ante præſtitam cautionem contra communem.*

*Vſufr. qui mihi omnia bona donauit, an ſatiſdare teneatur.*

35 *Spurius ut inſtitui poßit ſtatuto etiam per modũ pœnæ induci non poteſt, cum communi.*

36 *Statutum ut puniantur qui taliter matrimonium contraherent, non ualet, quando matrimonium impediri non potuit, cum Alexan. & Bar. Bal. & alios.*

37 *Matrimonium filiifa. non poteſt impediri per ſtatu. pœnale, cum communi contra Roma.*

38 *Matrimonium poteſt retardari ſpe lucri, non metu pœnæ.*

*Intell. l. 2. tit. 1. lib. 5. ordi.*

*Intell. l. 4. tit. 1. & l. 1. tit. 6. lib. 5. ordina.*

*L. 49. Tauri.*

39 *Teſtator, uel contrahentes efficere non poſſunt, ut ultra triennium lites proferantur, cum communi.*

40 *Lis ultra triennium proferri non poteſt de conſenſu partium, etiam iurato, cum communi contra nonnullos.*

*Intell. l. 4. tit. 16. lib. 3. ordi.*

*Intell. l. 11. tit. 1. lib. 3. ord.*

*Intell. l. 2. ti. 15. libr. 3. ordi.*

*Intell. l. 1. tit. de las apell. lib. 3. ordi.*

*Intell. l. 2. tit. 16. lib. 3. ordi.*

*Intell. l. 2. tit. de las prueu. lib. 3. ordi.*

*Intell. l. pe. ti. de las prueu. lib. 3. ordi.*

*Intell. l. 1. & 2. ti. de las dil. & l. 1. tit. de las excep. lib. 3. ordi.*

*L. 1. ti. 3. lib. 3. ordi.*

*Intell. §. fi. Inſti. de perpet.*

*Intell. l. 1. ti. 1. lib. 3. ordi.*

*Vſufr. conſenſus non firmat ſeruitutem à proprietario non ritè impoſitam, cum communi contra nouißi.*

*Intell. l. ſed & ſi quid. §. fi. ff. de uſufru.*

*Vſufructuarius alienare non poteſt, cum cõmuni.*

41 *Lis ut ultra triennium prorogetur, ſi per partes conuentum ſit & iuratum, iudex non ligatur, cum communi opinione. Nec etiam ipſæ partes contra Alex. & Imol.*

42 *Infamis ut dignitatem habeat, per ſtatutum pœnale fieri non poteſt. cum communi.*

43 *Arbitrari nõ poteſt ut denuò compromittatur, uel compromiſſum prorogetur per modum diſpoſitionis, uel pœnæ, uel abſolutionis, cum communi.*

1 REDEVNDO ad illũ articulũ de poteſtate teſtatoris, infertur viceſimoquartò principaliter an valeat præceptum teſtatoris iubẽtis hæredes ſtare in perpetua cõmunione? Qua in re cõmunis op. eſſe videtur non valere tale præceptum. Ita tenẽt Ripa nu. 20. in. d. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. vbi Crotus. nu. 55. Alex. cõſ. 110. Circa primum. lib. 3. idẽ Alex. cõſ. 46. lib. 1. col. fi. Paulus & Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. indebiti. per. l. in hoc iudicio. §. ſi cõuenerit. ff. cõmuni. diuid. Felinus in. c. ſi diligẽti. col. 6. de foro compet. & Paulus in. d. §. ſi centum.

*Teſtator non poteſt iubere, q̃ hæredes ſtẽt in ꝑpetua cõmuniõe, cum cõmuni cõtra Alexand.*

Mouentur per textũ in. l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. cõmuni. diuid. vbi ſimile pactum non valeret, ergo ſimiliter non valebit ſimilis prohibitio, ſeu iuſsio teſtantis. Deinde mouentur, quia talis iuſſio, ex qua deſcendit alienationis, ſeu diuiſionis prohibitio, habet vim præcepti de non alienãdo, vt in. l. ſi pupillorum. ff. de rebus eorum. ſed præceptum de non alienando non valeret niſi alterius tertij vtilitatẽ reſpiceret, vt in. l. filiusf. §. diui. cũ ſua materia. ff. de lega. 1. ergo id pręceptũ de permanendo in perpetua communione valere non debet, cùm per illud inducatur præceptum de non alienando, reſpiciens vtilitatem tãtùm prohibitorum. Tertiò mouẽtur, quia communio parit diſcordias. l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. quas euitari & repelli intereſt reipublicæ, etiam principaliter. l. æquiſsimum. in prin. ff. de vſufru. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de captiuis. Cùm ergo teſtator non poſsir facere, quin leges locũ habeant in ſuo teſtamento, nec poſsit formam legis prætermittere, præſertim in his, quæ reipublicæ cõmodum principaliter reſpiciunt, ſupereſt, vt tale præceptum in vltimis volũtatibus factũ non valeat, non magis, quàm valeret inter



ter viuos, cùm de cõtractibus ad vltimas voluntates regulariter bonum ſit argumentum. l. ſi diuortio. ff. de verb. oblig. l. ſeruũ filij. §. eum qui chirographum. ff. de lega. 1. Latè Iaſ. in. l. quæ de legato. ff. de lega. 1. vbi enumerat quamplures differẽtias inter cõtractus & vltimas volũtates.

Iis tamen non obſtantibus, cõtrarium tenet Alex. in. d. l. ſi non ſortẽ. §. ſi cẽtum. num. 5. ff. de cond. indebi. Mouetur, quia præceptum de permanendo in perpetua cõmunione, habet vim præcepti de non alienãdo. d. l. ſi pupillorum. & cõſequenter firmum eſt, non ſecus, quàm firmum foret præceptum de non alienãdo factũ à teſtatore. per. d. §. diui. Sed certè id fundamentũ reflectitur contra ipſum Alex. quia etiam tale præceptum de non alienando non valeret, quando prohibitorũ duntaxat vtilitatẽ reſpiceret: ſed tale præceptum de perſeuerãdo in perpetua communione, ipſorum tantùm ſociorum vtilitatem reſpiceret, vt proximè diximus, & conſequenter non valet, non magis, q̃ ſimile præceptum de non alienando, & ſic hoc caſu verior eſt cõmunis ſentẽtia.

2 Illud aut dubiũ eſt, an ſi interfuit iuramentũ pactioni de bonis non diuidendis, per interuẽtum huiuſmodi iuramenti firmũ reddatur pactũ? Qua in re Crotus in. d. l. nemo poteſt. num. 56. tenet per interuentum etiam iuramenti tale pactũ non firmari, nõ magis, quàm ſi iuramentum nõ interfuiſſet. Mouetur, quia id iuramentum nõ firmat diſpoſitionẽ, quod quidem iuramẽtum lædit ius publicum, vel nocet reipublicæ. c. non eſt obligatoriũ. de regu. iur. lib. 6. expreſsiùs in. c. cùm contingat. de iureiu. & in. c. quanuis. de pact. lib. 6. c. ſi diligenti. de foro compet. vnde cùm tale præceptũ vetitum ſit propterea ꝙ intereſt reipublicę etiam principaliter ob rixas, diſcordias, ſeditiones, tumultusq́; vitandos, vt iam docuimus, ſupereſt, vt per interuentum iuramẽti non firmetur. Tenet etiam Alex. con. 18. Viſis capitulis. lib. 2. per glo. in. c. fi. in verbo, reuocatus. de procura. in. 6. Quæ glo. eſt cõmuniter appro. ſecũdùm Alex. ibid. dum vult, ꝙ ſi iuraui non reuocare procuratorem, nihilominus potero eum reuocare, licèt per hoc ſim periurus.

*Pactum de bonis nõ diuidendis nõ firmatur iuramento cũ cõmuni cõtra Iaſo.*

In contrariam tamen partem inclinat Iaſo. in. d. §. ſi centum. nu. 7. motus, quia omne iuramẽtum, quod citra interitum ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruandum eſt. dict. c. cùm contingat. &. d. ca. quãuis pactum. ſed id iuramẽtum ſeruari poteſt à paciſcentibus ſine interitu ſalutis æternæ, ergo ſeruandum eſt. Sed certè ſi ex tali communione oritur inter ipſos rixa, diſcordia, tumultus, ſeditio, inimicitia, non erit verum tale iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ poſſe ſeruari. Vnde cũ ea quæ prohibẽtur principaliter propter publicam vtilitatem non firmentur iuramento ſecũdùm veram & communem opi. quam tenent Bart. col. 3. & ibi docto. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Alciatus in. ca. cùm contingat. de iureiur. num. 88. vbi Abbas. n. 22. & Imol. num. 35. &. n. 36. tutius eſt tenere tale iuram. non firmare hanc diſpoſitionem. Cogita tamen, quia nihil firmo.

3 Hæc procedunt, quãdo teſtator iuſsit, vt in perpetua communione manerent: nam ad tempus tantùm, nõ perpetuò indubitãter poſſet. Iſta eſt vera & communis opi. quam tenent Alex. in. d. cõſil. 110. lib. 3. num. 10. idem Alex. in. d. §. ſi cẽtum. idem etiam Alex. in dict. conſil. 118. nu. 1. lib. 2. Iaſ. num. 6. & 7. in dict. §. ſi centum. vbi etiam Paulus & Crotus in. d. l. nemo poteſt. n. 55. per tex. in. l. 4. ff. de cond. inſt. vbi hanc etiam partem tenent Bal. & Ange. & Bar. in. l. quintus. in prĩ. ff. de annuis legatis. & ita hæc pars in vſu forenſi receptiſsima eſt.

*Teſtator poteſt iubere ut hæredes ad tempus ſint in cõmunione cũ communi.*

4 Illud autem notandum eſt, ꝙ etiam ſi pater iuſſerit fundũ in perpetua fratrum cõmunione permanere, & præterea fecerit, vt filij id iuraſſent, adhuc tamen non prohi-

*Teſtator non põt facere, q̃ hæredes etiam iurãtes ſint*

*in perpetuã cõmuniõe, cũ cõmuni.*

prohibebitur, quin de ipſorũ mutuo conſenſu diuiſio fieri poſsit. Iſta videtur communis opi. quam tenent Crotus. n. 56. in dict.l.nemo poteſt. Alex.cõſi.29. Perſpectis.n.20.lib.5. Oldra.conſi.242. Factum tale eſt. poſt alios, quos ipſi referunt. quorũ ſententia firmatur per tex.in.l. de fidei commiſſo.C.de trãſact.& in.l.1.C. de pactis.& in.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.obli. vbi fideicõmiſſum reciprocè fratribus iniũctum, ita vt qui eorũ prior decederet, alteri portionẽ ſuam reſtitueret, poteſt de conſenſu ipſorum remitti, quaſi tale reciprocum fideicommiſſum in ipſorummet fideicõmiſſariorum vtilitatem factum intelligatur, & cõſequenter ex eorundẽ voluntate remitti poſsit.

*Teſtator poteſt iubere, ut quiſpiã uideat libros ſuos, & reſtitui faciat quod reſtitutione dignum inuenerit, cõtra Ripã & Gemi.*

5 Viceſimoquintò & principaliter infertur, an teſtator poſsit iubere, vt quiſpiam videat libros ſuos, & ſi quid reſtitutione dignum inuenerit, illud reſtitui faciat? Qua in re Ripa in.d.l. nemo poteſt.ff.de lega.1. n. 21. poſt Geminianum conſi.20.incipiente. Mihi videtur. tenet tale præceptum teſtatoris nõ valere, præſertim ſi iuſſerit, vt quod reſtitutione dignũ inuenerit, illud reſtitui faciat perſonis, & locis, quæ ſibi videbuntur. Mouentur, quia iſtorum cognitio pertinet non ad laicum, ſed ad diœceſanũ, cuius iuri derogare teſtator non poteſt, vt. ca. cùm in diœcẽſi.de vſuris.c. ad noſtrã.de iureiu. Sed hæc ſenenttia nobis ſuſpecta ſemꝑ viſa eſt. In primis enim cõtra doctrinam eſſe videtur, quam tradit Barto. in dict.l. nemo poteſt.in princi. dum ait, ꝙ in his, quæ tenorẽ teſtamenti reſpiciunt, ſeruanda eſt teſtatoris voluntas, licèt per eam à regulis iuris recedatur. Et ita Bar. ibidem ſequuntur Ripa ibi. n.1. & nu.3.cum.20. ſeq. Iaſo.nu.3.cum plu.ſeq.in pri.lectura. num.1.&.2.cum pluribꝰ ſeq. Crotus ibi. in prin.vſq; ad numerum.10. vbi Hannibalis.num.44.cum pluribus ſeq. probatur in authẽ.de nupt.§. diſponat.& ſuprà innumera tradidimus exempla. Neq; ad rem pertinet, quòd iſtorum cognitio pertineat ad diœceſanum: nam & ſimiliter quod à me peti poteſt coram iudice ordinario, poſſum conſentire vt coram arbitro petatur, vt per totum.C.&.ff.de arbitris. Si enim is, cui hanc curam, ac diligentiam cõmiſit & delegauit teſtator, ex parte fortè reſtitui iuſſerit quod ex toto reſtituendum erat, vel alteri reſtitui iuſſerit, q̃ cui reſtitui iure debebat, nõ propterea læditur ius illius, cui reſtitutio faciẽda erat: itaq; is illius conditionem meliorem facere poterit, deteriorem autem eo inuito non poterit, & ita conſulerem & iudicarem. Neq; fortè id negaſsẽt Geminianus & Ripa. Pro nobis facit.l.5.ti.de los alcaldes.lib.2.ordi.

*Teſtator non poteſt actiones facere breuioris aut longioris uitæ ipſo iure cũ cõmuni.*

6 Infertur viceſimoſextò & principaliter, an teſtator iubere poſsit, vt cõtra formam legis obligatio breuiore aut citeriore tempore finiatur, quàm ſit à lege definitum? Qua in re communis opi. eſt, teſtatorem id cauere non poſſe. Ita tenent communiter doct. quales ſunt Ang.in.l. ſi quis ita hæres ſcriptus fuerit. ff. de acq. hęre. Bar.n.17.& num.23.in.d.l.nemo poteſt. vbi Cuma. Areti.& Alexã.col. fin.& Iaſ.nu.10.lectura.1.& num.16. in lectu.2. vbi Franciſ.de Ripa.n.24. Hannib.n.142. & Crotus.n.10. Mouentur per tex.in.d.l. nemo poteſt. dum ait, quia nec tempore, nec loco, nec conditione finiri obligatio hæredis legatorum nomine poteſt. Confirmatur ratione: nã obligatio ſemel nata, & creata, immortalis eſt, nec vllo tempore finitur, reſoluitur, euaneſcit, aut extinguitur, niſi per certos, definitoſq; modos, qui per legem ſunt inuenti, atq; enumerati per totum titulum Inſtit. quibus modis tollitur obligatio. ita vt præter illos modos nullus ſit modus, nulla forma, nullus ordo quo extinguatur, aut reſoluatur obligatio, quinimò ꝑpetua manet, atq; iugis, & immortalis, vt nominatim ait text.in prin.Inſt. de perpet. & tẽp. act. Vnde conſultus in.l. obligationum

ferè.



ferè.§.placet.ff.de act. & oblig. opportunè, ait, quod ſemel deberi cœpit. &c. hoc eſt, obligatio ſemel nata, nõ extinguitur vllo modo, niſi tãtùm per modos, quos lex definiuit ad ſui reſolutionẽ. optimus text.in.§.item per accep. Inſt.quib. mod. toll. obli.

*Teſtator poteſt coarctare tẽpus datum à lege ad adeũdũ, cum cõmuni cõtra Iaſ.*

7 Limita ſecũdùm omnes doct. vbi ſuprà vt procedat in iure quæſito, ſecùs aũt in quærendo, quod coarctari poteſt per teſtatorẽ in tẽpore: vt licèt ius adeũdi regulariter perpetuũ ſit, tamẽ teneatur hæres citeriore, breuioreq; tẽpore adire, aliâs ad adeũdum non admittatur. vt in.d.l.ſi quis ita hæres. Iſta eſt vera & cõmu. opi. quam per illum tex. tenent oẽs doctores, quos proximè retulimus, præter Iaſ. qui ſibi cõtrarius in.d.l.nemo poteſt.lectu.2. nu.16. tenet cõtra cõmunem receptamq; ſentẽtiam, ꝙ etiã ſi agatur de iure quærẽdo, adhuc teſtator formã legis immutare nõ poſsit, nec efficere, vt breuiore, citerioreq; tẽpore actiones, ſeu obligationes finiãtur: nã legatarius, inquit, tẽpore quo teſtamẽtum fit, non habet ius quęſitum, ſed etiã ius quærendum. l. pretia rerum. ff.ad leg.fal.l.q ſuperſtitis.ff.de acq. hær. & tñ etiam eo tẽpore obligatio, quã legatarius cõtra hæredem habiturus ſit, breuiùs, q̃ à iure ſtatutum ſit, finiri non poteſt. Quid dicendum?

Cõſidera multùm intereſſe, vtrũ agatur đ acquiſitiõe inchoãda, & in eſſe producenda, an verò agatur de acquiſitione iam inchoata, & in eſſe producta, reſoluẽda, ſeu extinguẽda. Teſtator.n. primo caſu poterit (ſi voluerit) efficere, vt hæres ad adeũdam hęreditatẽ non admittatur, niſi fortè infra annum à tempore mortis ipſiꝰ, licèt ſi nihil iuſsiſſet, tunc is etiã longè vlteriore tẽpore & perpetuo adire poſſet, nã & id tẽpus ꝑ iudicem põt breuiari. l.quandiu.la vltima.ff.de acqui.hære.l.1. ff.de ſucc.edicto. ita procedit. d.l. ſi quis ita hæres. Secũdo verò caſu, quando per aditionem hæreditatis obligatio nata, & in eſſe producta eſt, vt in.§. hæres quoq;.Inſt.de oblig. ex quaſi contractu. l. ex maleficijs.§.hæres quoq;.ff.de act.& obl. eaq; obligatio, qua hæres legatarijs tenetur, ex legis forma immortalis & ꝑpetua eſt, non poterit ꝑ teſtatorẽ fieri mortalis, ſeu tẽporaria: nã & in poteſtate cuiuſq; eſt liberos non procreare, quos tñ ſemel procreauerit, occidere non poterit: & anteq̃ hæreditas adeatur, nullus rectè dicet obligationem vllam natam fuiſſe.

*Teſtator poteſt relinquere certã ſummam ꝑ miſſis celebrandis, nec eſt ſimonia, cum Ripa. & alijs cõtra Innocẽ.*

8 Infertur viceſimoſeptimò & principaliter, an teſtator poſsit iubere certã ſummam ſacerdotibus pro miſsis celebrãdis ſingulis annis præſtari, quæ res vſitatiſsima eſt, vt vix vllum teſtamẽtum hominis ditioris inuenias, qui ſimile quidpiã non ſtatuat. Et hac in re, ꝙ teſtator non poſsit huiuſmodi relictum facere, tenent in ſpecie Innocentius in cap. 3. ne prælati vices ſuas. Ioann.de Imo.in cap.ſignificatum.de pręben. quia ſacerdotes pro miſſis celebrandis, etiam ab ſponte ſoluentibus, quidquam recipere non poſſunt. vt in cap.eos.& in cap.emendari.1.q.1.& tradit Ripa in tractatu de peſte.in vlt.lib. in 3.remedio.verſi. Tertiò quæro. quia teſtator turpe quid iubere nõ poteſt.l. turpia. ff.de lega.1.

Contrariam partem, imò quòd teſtator poſsit huiuſmodi relictum facere, tenent Cardi.& Panormi.& Ioan. And. in dict. cap. ſignificatum.de præben. Quia ſecundùm eos ita demum contrahitur ſimonia, ſi ex pacto detur pecunia pro miſsis celebrandis, ſecus ſi teſtator abſq; vllo pacto onus adijciat rei ſuæ.ꝑ text. in dict.cap. ſignificatum. quod probat tex. inſignis in cap.fin.de teſtamentis. Quod procedit, dummodò ſacerdotes ad tale onus miſſarum celebrandarum non ſe obligent, nam ceſſante pacto ex parte teſtatoris, non eſt ſimonia: quia nihil dat ſacerdotibus, ſed rem ſuam cum onere transfert in eccleſiam.cap.ex literis.de pignoribus.cap.cùm dilectus. de donatio.

Non etiã eſt ſimonia ex parte ſacerdotũ: quia ſi nolunt celebrare, non tenentur. Si tamen ſacerdotes celebrant ea intẽtione, vt pecuniam recipiant pro miſsis celebrandis, aliâs non celebraturi, tũc videntur ſimoniam incurrere. arg. gl. in. c. vnico. de clericis non reſidẽtibus. lib. 6. Qua de re plenè per Ripã in. d. l. nemo poteſt. in fi. Id quod hodie nunquã non fit, cùm ſacerdotes ſeſe pro miſsis celebrãdis conducũt, aliter minimè celebraturi. Quod not. quia pauperes ſacerdotes quotidie faciunt contrarium, fame vrgente.

9 Quid autẽ ſi teſtator iuſsit ſepeliri ſe, & duci corpus ſuũ ad funus cũ cantibus, & ſonis, vel iuſsit corpus ſuũ indui purpureis veſtibus, & manus ſuas gẽmis ornari, quæ ſecũ ſepeliãtur, an eius voluntati parendum ſit? Et magis eſt vt nõ pareatur ſecũdùm Paul. in. l. non oportet. C. de his quibus vt indignis. Romanus. in. l. 1. in prin. ff. de verb. obli. Alexã. in. l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimonio. Crotus. in. d. l. nemo. n. 58. Ratio, quia talis voluntas inepta eſt, inepta autem voluntas ſeruari nõ debet. l. ſeruo legato. §. fi. ff. de lega. 1. l. quidam in ſuo. ff. de cõd. inſti. l. fi. §. fi. & ibi notat Bar. ff. de auro & argento legato. facit. l. apud Iulianum. §. conſtat. ibi, furioſ. eſt. ff. de lega. 1. Iaſ. in. d. l. apud Iuli. §. conſtat. ff. de lega. 1. n. 6.

*Teſtator iubere nõ poteſt ſepeliri ſe cum gẽmis, cũ cõmuni.*

10 Illud autem dubiũ eſt, ſi teſtator iuſsit hæredibus ſuis, vt poſtq̃ corpus ſuum ſepulturæ traditum eſſet, tunc à tempore illius funeris vſq; ad vnum annũ corpus ſuũ transferrent, & reportarent in patriã ſuã, an eius volũtati parẽdum ſit, aliàs hæredes incurrant pœnã à teſtatore impoſitam? Et Paulus de Caſtro. in. l. 1. C. de religioſis. & in. d. §. conſtat. tenet, ꝙ talis teſtatoris diſpoſitio nõ eſt neceſſe ꝙ obſeruetur: quia cadauer ſemel ſepultum, nõ poteſt aliò tranſferri, niſi de licentia & permiſsione principis: ea autem, quæ pẽdẽt à ſolius principis voluntate, reputantur impoſsibilia, & hæredes non obligãt, vt probat tex. in. d. §. conſtat. & refert Paul. contrarium conſuluiſſe Fulgoſium, cuius conſilio Bononienſium doct. nullus ſe ſubſcripſit.

*Teſtator poteſt iubere, ut corpus ſuũ ſepulturæ traditum, aliò transferatur, cũ Areti. & Croto cõtra Paul. & alios.*

Contrariam partem tenet Areti. in. d. §. conſtat. & Crotus in. d. l. nemo poteſt. col. pe. Quia quę pendẽt à volũtate principis ſi ſolita ſunt concedi, nõ reputãtur impoſsibilia, nec reijciuntur de teſtamento, ſed implẽda ſunt per hæredes. Iſta eſt vera & cõm. op. quã tenet Areti. Cuma. Alex. & Iaſ. n. 13. i. d. §. cõſtat. Paul. Cuma. & Areti. in. l. continuus. §. cùm quis. ff. de verb. obl. Rom. in. l. 2. in prin. col. fi. ff. de verb. obli. per tex. in. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana. & in. l. quidã relegatus. in princ. ff. de reb. dub. Vnde cũ corpus ſemel ſepultum, præſertim cùm cuſtodiæ cauſa humatum ſit, atq; depoſitũ, ſolitus ſit princeps permittere, vt aliò transferatur ſepeliendũ, ſupereſt, vt id & teſtator poſsit ꝑcipere, et hęredes teneãtur parere. Et ita obſeruat conſuetudo.

11 Infertur viceſimooctauò & principaliter, an teſtator poſsit præcipere, vt valeãt legata etiam hæreditate non adita? Qua in re Alex. in. d. l. nemo poteſt. num. 11. & Oldraldus conſi. 108. Titius ad mortem veniens. & Io. An. in addi. Specula. in tit. de inſtrumentorũ editione. §. nunc verò aliqua. col. pe. tenent teſtatorem non poſſe id præcipere. Mouentur, quia ius publicum & formam legis prætermittere, vel lædere non poteſt teſtator, vt in. d. l. nemo poteſt. & quia regulariter teſtamẽtũ nõ valet, niſi hæreditas adita ſit, vt in. l. ſi nemo. ff. de reg. iu. & in. l. ſi nemo. ff. de teſtamen. tut. & in. l. eam quã. C. de fideicõ. nec reperitur expreſſum, quòd teſtator poſsit hoc immutare. Sed hac in re eſt ſecunda opi. exiſtimantium valere huiuſmodi præceptum teſtatoris. Ita tenent Roma. in authent. ſimiliter. C. ad legem falcidiam. in. 20. & 21. ſpeciali enumerato inter ſpecialia piæ cauſæ. & Paulus de Caſtro. conſil. 380. quos refert Alexã. vbi ſuprà.

*Teſtator poteſt præcipere, ut valeant legata hæreditate nõ adita cum cõmuni contra plures.*



ſuprà. Mouentur per tex. in authẽ. de hæredibus & falci. in. §. ſi verò expreſsim. iũcto. §. ſi quis autem non implens. collatione. 1. vbi ſi teſtator prohibuit falcidiam detrahi, & hæres repudiat hæreditatem, tunc ius adeundi defertur primò ſubſtitutis, deinde cohæredibus, tertiò legatarijs, quartò ſeruis libertate donatis. Vnde cùm in terminis illius text. quando per diſpoſitionem teſtatoris falcidia detrahi prohibetur ſi hæreditas repudiatur, diſpenſetur per legem, vt teſtamentum valeat, & confirmetur per aditionem hæreditatis factam à perſonis proximè enumeratis, non ſecus, q̃ valeret, ſi per ipſummet hæredem ſcriptum hæreditas adita eſſet, ſupereſt, vt ſimiliter in ſpecie noſtra teſtamẽtum valeat ex præcepto teſtatoris quo ad legata, & fideic. etiam ſi hæreditas per hæredẽ ſcriptũ non fuerit adita. Sed ab hac opi. recedũt Alex. vbi ſuprà. & Crotus in. d. l. nemo poteſt. col. fi. quia in correctorijs etiam ex maioritate rationis non fit extẽſio legis ſecũdùm cõmunem ſententiam. de qua latè per Iaſ. in authen. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. poſt glo. & doct. ibi. idem Iaſ. in. l. de quibus. n. 14. ff. de legib. & in. l. quanuis. C. de fideico. idem Iaſ. in. l. humanitatis. C. de impub. num. 6. vbi Corne. num. 15. & Alex. nu. 5. & Curtius Iuni. nu. 15. & Purpuratus in. l. fi. C. de pact. num. 23. vbi Curt. Iuni. nu. 9. & Decius nu. 15. & Iaſ. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. n. 12. ff. de verb. obli. Præſertim, quia nõ ſolùm non eſt maior vel par ratio, ſed etiã eſt lõgè minor. Nam in dict. §. ſi verò expreſsim. æquum fuit, vt teſtatori ſubueniretur, qui prohibuit detractionem Falcidiæ, per quã prohitionem hæres impius, & ingratus noluit hæreditatem adire, vt ibi expreſſum eſt. Non ſic in ſpecie noſtra, vbi Falcidia vetita non fuit, ſed hæres ex alijs multis cauſis, quæ eum mouere potuerũt. iuxta. l. quia poterat. ff. ad Trebe. illam hęreditatẽ omiſit. Nam tunc pia illa ratio, propter quam ſubuenitur teſtatori in terminis. d. §. ſi verò expreſsim. non vendicat ſibi locũ, & conſequenter ceſſat illius. §. diſpoſitio, & diſpenſatio.

Vnde eſt tertia opi. exiſtimãtiũ, ꝙ præceptũ teſtatoris iubẽtis, vt hæreditate nõ adita, legata debeãtur ex teſtamẽto, regulariter nõ valeat, ꝙ ſi iuſſerit, vt legata debeãtur ſimpliciter, vel expreſſerit, vt debeãtur ab hæredibus abinteſtato, tũc tale præceptũ valebit. vt in. l. 1. ff. de iure codicillorũ. & in. l. fi. C. eod. Ergo præceptũ teſtatoris iubẽtis vt hæreditate non adita legata debeantur, cũ quæritur an valeat, ſunt tres caſus cõſiderãdi. Nam aut iuſsit expreſsim, ꝙ debeãtur ex teſtamento, & tunc nõ valet. Aut & ſecũdò iuſsit, ꝙ debeãtur abinteſtato, & tũc valet indubitãter. Aut & tertiò ſimpliciter iuſsit, ꝙ hæreditate etiã non adita legata præſtarentur, neq; expreſsit, ꝙ præſtarẽtur ex teſtamẽto, vel abinteſtato, & tũc ſimiliter legata debẽtur, per. d. l. 1. ff. de iure codicil. & per. d. l. fi. C. de codicillis. Quod vltra doct. ſuprà relatos euidẽtiùs probatur in. l. cùm pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. 2. vbi qui iuſsit, vt hæres ſuus iuraret legata ſe præſtaturũ, intellexiſſe videtur, vt legata præſtẽtur nõ ſolùm ex teſtamẽto, ſi hęreditas adita ſit, ſed etiã abinteſtato, ſi ea ſit repudiata. & ita illũ tex. intelligũt Bar. & cõmu. doct. ibi. Bart. & oẽs in. l. ſi quis pro eo. col. pen. ff. de fidei. Ergo ſi tacita volũtas hoc ibi operatur, idẽ faciliùs erit in propoſito, vbi ponim⁹ expreſſam fuiſſe voluntatem teſtantis.

12 Illud autẽ quod proximè diximus incidẽter valere teſtamentũ, in quo hæres ſcriptus repudiauit hæreditatẽ, quia falcidiã detrahere per teſtatorem vetitus fuit, tenet in ſpecie Bar. n. 4. in. d. l. nemo põt. ff. de leg. 1. ſequitur & dicit cõmunẽ opi. Alex. ibi. num. 10. idem Bart. in. l. 1. in princi. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & in repetitione legis. 1. C. de ſacroſ. eccl. verſi. Quartò quæro. idem Bart. in. l. eã quã. C.

*Teſtamẽtũ ualet, licèt hæres, qui uetitus fuit falcidiã detrahere, repudiet hæreditatem cum communi.*

de fideicom.& in auth. ſed cùm teſtator. C.ad legem fal.Bald.in. l.filium quẽ.col. 16.C.fami.her. & Hannibalis in dict.l.nemo. num. 288. & eſt vera & receptiſsima ſententia.

*Teſtator poteſt iubere,ut falcidia deducatur de legatis ad pias cauſas,cum communi.*

13 Infertur viceſimononò,ꝙ licèt regulariter falcidia nõ detrahatur de legatis ad pias cauſas,vt in auth.ſimiliter.C.ad legẽ fal.tamẽ teſtator poteſt diſponere,vt falcidia etiam de legatis pijs deducatur. Ita tenent Franciſcus de Ripa in.l. nemo poteſt.col.fi.ff.de lega.1.Socinus conſil. 48. lib.2.col.2.Cuius rei illa ratio eſt: quia in ijs,quæ reſpiciũt tenorem contentorum in teſtamento,teſtator poteſt ad libitum diſponere. vt in.§.diſponat.in authen. de nupti. & docemur ex dictis per Barto.in dict.l.nemo poteſt.in prin. vbi per Iaſ. in vtraq; lectu.Ripam,Crotum,& alios, & eſt communis opi.

*Teſtator poteſt progare annũ datũ ad exequendũ teſtam.cũ Ripa contra Bal.& alios.*

14 Infertur trigeſimò & principaliter, an teſtator poſsit progare terminũ anni datum executoribus ad exequendum legatum, fideicom.& reliquas pias diſpoſitiones,vt ſic anno elapſo, epiſcopus ſe intromittere non poſsit, donec prætereat, & percurrat dilatio à teſtatore conceſſa? Qua in re ſunt qui putẽt teſtatorem non poſſe talem dilationem concedere. Ita tenet Bald. in authen. licèt. C. de epiſcop. & cleri. idem tenet Alexan. ibi in apoſtilis ad Bal. ſentit etiam Salicetus ibi,dicẽs, quòd Epiſcopus poteſt ſe intromittere in huiuſmodi executionibus inuito teſtatore.facit tex.in cap.requiſiſti.de teſtam. & in.l.nulli.C.de epiſcopis & cleri. & in ca. nos quidem.& in cap.ſi hæredes.de teſtamen. & cap. cùm dilectus. de conſuetudine.

Contrariam partem,vt teſtator poſsit huiuſmodi dilationem concedere, tenẽt Ripa in dict. l. nemo poteſt.ff.de legat.1. col.fin.& Bal.conſi.301.Conſtitutio parrochialis.lib.2. Quorum opinionem auſim veriſsimam,atque indubitatam dicere.Primò,quia in ijs, quæ reſpiciunt tenorem eorum,quæ in teſtamento continentur, volũtas teſtatoris pro lege habetur. authen. de nupti. §. diſponat. & tradunt Barto.in dict.l. nemo.in prin. vbi Iaſo. in vtraq; lectura.& Ripa,& Crotus,& Hannibalis, & innumeris ſuprà abundè docuimus exemplis. Deinde,quia cuius eſt concedere,eius longè facilius eſt modificare.vt per totum.C. de donati.quæ ſub modo.&.l.fin.C.de lega.Tertiò,quia qui poteſt officiũ dare,poteſt illud ampliare, & prorogare.l. vel in perpetuum. ff. de procu. Quartò,quia teſtator poteſt in locum alterius negligentis executoris alterum ſubſtituere,& per hũc modum Epiſcopum excludere. Paul. in dict. l. nulli. Bald.in.l.vn.in prin.per text.ibi.C.de cadu.tollen. Denique in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata. C. mand. & longè magis in vltimis voluntatibus.l.1.C. de ſacroſanct. eccleſ. Vnde hac de re diſputare & contendere otioſum mihi ſemper viſum fuit.Et hanc materiam latiùs repetemus infrà num.44. Et iure regio expreſsiùs nobis videtur argum.l.8.tit.12.lib.3.ordi.

*l.8.ti.12. libr.3.ordi.*

*Teſtator nõ poteſt facere,ut inſtitutio præſẽtati ad capellam non ptineat ad Epiſcopum cum cõmuni.*

15 Infertur trigeſimoprimò & principaliter,an teſtator poſsit præcipere,vt inſtitutio præſentati pertineat non ad Epiſcopum,ſed ad alium inferiorem in præiudicium Epiſcopi? Qua in re communis opi. eſſe videtur vt non poſsit.vt reſoluũt Panormitanus & alij in.c. nobis.de iure patro.Quod procedit,etiã ſi teſtator diſponeret,ꝙ eo caſu,quo Epiſcopus ſeſe intromittere vellet, capella haberetur pro nõ inſtituta,neque creata, fundata,vel dotata:nam adhuc teſtatoris pręceptum non valeret,nec faceret præiudiciũ Epiſcopo, aut ius publicum, eiuſq; formã læderet. Ita tenent Domini de Rota deciſione. 868.aliàs eſt.568. Factum tale eſt. in antiquis.Bart.in.l.quoties.§.fi. ff. de adminiſtu.Felinus in ca. quoniã venerabilis.col. 11.de excepti.Rochus de Curte.in tracta. de iure patro.q.12.verſic.abſq; diœceſani conſenſu.



conſenſu. Ripa in.d.l.nemo poteſt. ff. de lega.1.n.127.Couarru.in.c.tua.in fi.de teſtam.& in lib.4.decret.par.2.c.3.§.1.n. 20. Qua in re aduertẽdum eſt,quòd regulariter in eccleſia, aut capella authoritate pręſulis conſtructa,& deinde dotata,Epiſcopus habet inſtitutionẽ miniſtrorũ,curam,& omnem adminiſtrationem. text. in.c.1.16.q.5.qui tex.eſt ſingu. ſecundùm Feli.in.c.cùm venerabilis.de exceptionibus.nu.32.text.in.c.vno.de iure patronatus.lib.6.& in.c.nullus.16.quæſt.7.c. præterea. & in. c. relatũ. de iure patronatus. Abb.in cap.cùm eccleſia Vulterana.col. 3.de electione.Abb.in cap.cùm ex iniuncto.de hæreticis.

*Teſtator non poteſt auferre regimen ſuæ capellæ epiſcopo cum cõmuni.*

16 Deinde notandum eſt id procedere, etiam ſi teſtator, ſeu fundator expreſsim prohibeat talem epiſcopi curam,regimẽ, & adminiſtrationem. vt eſt communis opi.quam tenent Abb. in cap. requiſiſti. col.pen. de teſtamẽtis. idem Abb.in.c.nobis.de iure patro.Bart.& Iacobus de Are. in.l.quoties.§.fi.per tex.ibi.ff. de adminiſtratione tutorum.Feli. in cap. cùm venerabilis.num.33.de except. Couar. in cap. tua. de teſtamentis.num.8. Ripa in.l. nemo poteſt.ff.de lega.1.col. fi. per text.ibi. & in.d.cap.tua.

*Teſtator uetans regimen epiſcopo in capella ſua, ſi ultrà pcedit iubens,ut ſi id aſſequi nequeat, capella ſit infecta, ualet hæc reuocatio contra cõmunem.*

17 Illud autem dubium eſt,quid ſi teſtator, ſeu fundator non ſolùm prohibeat curam epiſcopi, ſed vltrà procedat adijciendo pœnam priuationis & nullitatis illius diſpoſitionis, de qua agitur, an nihilominus poſthabita tali prohibitione, atque priuatione, valeat ipſa eccleſiæ,aut capellæ,ſeu oratorij conſtitutio? Qua in re communis opi. eſſe videtur, vt valeat eccleſiæ, ſeu capellæ conſtitutio, & pœna priuationis, ſeu nullitatis à teſtatore appoſita reijciatur, & nõ noceat non magis,quàm ſi re vera appoſita non eſſet,& nihilominus talis eccleſia,ſeu capella per epiſcopum gubernetur, & adminiſtretur.Ita tenẽt Ripa.in dict.l. nemo poteſt. col.fi.Felinus in dict. c. cùm venerabilis. num.33.Couar.in dict.cap.tua. colum.fi. idem in lib.4.decretalium.part.2.cap.3.§. 1. num. 20. Rota in antiquis, deciſione 868.Rochus de Curte.in tractatu de iure patrona.quæſt.12.Quod intelligitur dupliciter. Primò in pœna priuatiõis & nullitatis,quale eſt, cùm teſtator poſtquam prohibuit eccleſiam, ſeu capellã per epiſcopum regi,adiecit, vt ſi epiſcopus ſe intromitteret,aut neceſſe eſſet ſe intromittere,tunc ea capella infecta eſſet. Secũdò intelligitur,quando pœna erat priuationis,ſeu adẽptionis, & præterea etiam trãſlationis:quale eſt, cùm teſtator,ſeu fundator poſtq̃ regimen epiſcopi prohibuit, adiecit,vt ſi aduerſus ea factum,vel attentatum eſſet,tunc capella infecta,& indotata intelligeretur, & bona illi deputata in alium vſum cõuerterentur.& ita communiter intelligunt pleriq; eorum,quos modò retulimus.

Sed licèt nõ inueniam cõtradicẽtem, contrariã ſententiam auſim veriſsimam dicere,quam olim ineunte pueritia inter plura,q̃.700.paradoxa Salmãticæ publicè ſuſtinuimꝰ.Quod in primis probatur: quia nullus vnq̃ ſanus negabit,quin noſtra ſentẽtia ſit teſtatoris voluntati longè proximior,q̃ ſententia cõmunis,quæ nõ dubiè teſtatoris volũtati pugnans, aduerſa,inimica, & cõtraria eſt,& conſequẽter reijciẽda.vt in auth.de nuptijs.in.§. diſponat.& in.l.in conditionibus primũ locũ. ff.de cond.& demonſt. Deinde per text. expreſſum in.l.vxorẽ.§.hæres. ff. de lega. 3.vbi hæres ſcriptus fuit iuſſus, & oneratus, vt aliquẽ adoptaret, quod grauamẽ adoptandi nullius momẽti eſt, & nõ valet,quia contra bonos mores eſſe reputatur.vt docẽt gl.Bar.& doct.per tex.ibi.& tamẽ innuit text.quòd pœna appoſita in defectum illius oneris iniũcti ſubeunda ſit, etiam ſi præceptum teſtatoris eſſet à lege improbatum. Sic ergo & in ſpecie noſtra licèt præceptum teſtatoris, qui iuſsit capellam per Epiſcopum non regi,

ſit à lege improbatum, adhuc tamen pœ
na priuationis, & anullationis in defe-
ctum illius pręcepti appoſita, efficax eſſe
debet, etenim hac in re plures ſunt gra-
dus voluntatis teſtatoris. Primus, vt ca-
pellæ conſtructio firma ſit, ſub hac con-
ditione, ſi epiſcopus eius regimen non at
tigerit. Secũdus gradus, vt mallet capellã
infectam, indotatãq; eſſe, q̃ quòd eius re-
gimen Epiſcopus attingat. vt in ſimili ait
tex. in prin. Inſt. de donat.

Tertiò per text. in. l. paterfamilias te-
ſtam. ff. de hæredibus inſtituẽ. vbi hæres
ſcriptus, & iuſſus aliquid facere, licèt re-
gulariter per defectum modi non indu-
catur priuatio, vel anullatio relicti, vt in
l. quibus diebus. §. Termilius. cum ibi no
tatis per Barto. & alios. ff. de condi. & de-
monſt. tamen ſi teſtator adiecit pœnam
priuationis, ſeu anullationis, tunc per de
fectum modi inducitur ademptio, priua
tio, & anullatio diſpoſitionis, vt ſic cùm
teſtator aliquid fieri præcepit, neque vl-
trà proceſsit, prætermiſsio illius præcepti
non tantum noceat, quantum noceret, ſi
teſtator vltrà procederet anullando. Sic
& in ſpecie noſtra quando teſtator nõ ſo
lùm prohibuit regimen Epiſcopi, ſed etiã
vltrà proceſsit anullando, ſeu transferen
do ſuam cõceſsionem, tunc defectus, ſeu
prætermiſsio ſui præcepti vitiat ipſo iure
diſpoſitionem.

Quartò ferè in terminis probatur per
doctri. Bald. in. l. 1. col. pen. C. de iure fiſci.
lib. 10. Rodericus Xuarez in. l. quoniam
in prioribus. C. de inoffi. teſta. limitatio
ne. 9. fol. 54. vbi licèt omnis cõditio reij-
ciatur de legitima liberorũ. vt in dict. l.
quoniam. & in. l. ſcimus. §. cùm autem. C.
de inoffi. teſtam. fallit tamen, quando te-
ſtator in defectum cõditionis adiecit pri-
uationem, ſeu anullationem inſtitutio-
nis filij, tunc enim ſatiùs eſt, & eligibiliùs
conditionem non reijci, quàm priuatio-
nem, ſeu anullationem admittere. Sic er-
go & in propoſito ſi præceptum teſtan-
tis de regimine capellæ per Epiſcopum
nõ faciendo prætermittas, neceſſariò ſeq
tur, & ſuccedit præceptũ alternatiuũ ad
emptionis, priuationis, ſeu anullationis.

Quintò facit doctrina Bar. in. l. nemo
poteſt. ff. de lega. 1. in prin. vbi Iaſ. col. 1. le
ctura. 2. & iterũ in. 1. lectu. in prin. & Ioã.
Crotus, & Ripa, & omnes, qui nomina-
tim volunt omnimodò ſeruandam eſſe
teſtatoris diſpoſitionem circa tenorem
eorum, quæ continentur in teſtamento:
quale eſt in ſpecie noſtra, in qua agitur d̃
tenore contentorũ in teſtamento, vt vel
valeant ſecũdùm præceptum teſtatoris,
vel ex toto infirmetur. Neq; ad rem per-
tinet, q̃ conditiones impoſsibiles, vel tur
pes reijciantur de teſtamento: nam illud
procedit regulariter, quando ex toto cer
tum, fixum, atq; indubitatum nõ eſt, an
teſtator in defectum conditionis volue-
rit diſpoſitionem infirmam eſſe, nullam,
& infectam. Secùs autem eſt in ſpecie no
ſtra, in qua certum eſt eum maluiſſe di-
ſpoſitionem eſſe nullam, atq; infectam,
quàm eius præceptũ negligi, prętermitti,
aut tranſgredi,

18 Deniq; vbicũq; eſt clauſula anullati- *Forma inducitur per clauſulã anullatiuam cum cõmuni.*
ua, id de forma eſſe intelligitur, quæ nul-
lã admittit interpretationẽ, aut diſpenſa-
tionẽ. Iſta eſt vera & cõmu. opi. quã tenẽt
Bal. & omnes in. l. 1. ff. de lib. & poſt. reſol
uit Decius cõſil. 466. n. 3. dixi ſuprà. §. 4. in
prin. Et quãdo teſtator cõditionẽ impro-
batã à iure poſuit, tunc præſumitur tur-
batus mortis cogitatione, ideoq; reijci-
tur cõditio, vt ſuſtineatur eius diſpoſitio,
quaſi teſtator maluerit diſpoſitionem
ſuam, reiecta, neglectaq; etiã conditione
ſeruari, q̃ diſpoſitionem ſimul cum ipſa
cõditione perire. Ita procedit. l. 3. ff. de cõ-
di. & demõſt. & l. 1. ff. de cõd. inſt. l. ſi im-
poſsibilis. ff. de hære. inſt. §. ſi impoſsibilis.
Inſti. eod. iuncta. l. hac conſultiſsima. §. at
cùm humana. C. qui teſtam. facere poſ. §.
illud. in auth. de triente & ſemi. Cęterùm
hæc interpretatio in ſpecie noſtra admit
ti



ti nõ poteſt, cùm in certis non ſit locus
coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de
verb. hîc autem expreſsim ponimus a-
nullatam diſpoſitionem in defectũ con
ditionis. ergo &c. Ad. l. Seius & Auge-
rius. ff. ad leg. falci. reſp. q̃ procedit, quã-
do teſtator voluit inſtitutionẽ infirma-
ri, ſi vol. ſua non impleretur, ſecùs ſi re-
licta ſingularia vellet infirmari, quæ
longè facilius infirmantur, quàm hære-
dis inſtitutio. vt in. l. ſi iure. ff. de legat.
3. & C. de neceſ. hær. inſtit. l. pen. in prin-
cip. iunct. §. illo. Sunt enim aliæ nõ igno
biles differentiæ inter inſtitutiones, &
legata, vel reliqua relicta ſingularia, quę
hãc noſtram opinio. mirè tutiorem red
dunt, firmioremq;.

*Diff. inter legata, & hæreditates*

Prima differentia eſt: quia hæreditas
non adita, non tranſmittitur. l. 1. §. in no-
uiſsimo. C. de cad. tollend. ſecus in lega
to. §. 1. eadem. l. Ratio eſt, & eſt ſecunda

*Hæreditas differt à legatis uariè.*

differentia: quia antequam hæreditas
non adeatur, non eſt in bonis inſtituti.
l. pretia rerum. vbi text. ſingularis. ff. ad
l. falcid. ergo non poteſt tranſmitti. vt in
l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. legatũ
autem ſtatim acquiritur, antequam ac-
ceptetur. l. à Titio. ff. de furt. l. cũ pater.
§. ſurdo. ff. de legat. 2. Quæ autem ſit ra-
tio, quòd legatum ſtatim acquiritur, ſe-
cùs in hæreditate & fideicommiſſo v-
niuerſali, ponit nouiſsimè Iaſ. in. l. fin. §.

*3. Differẽ.*

notabili. de ſacroſan. eccleſ. Tertia diffe
rentia eſt: quia à delegatis detrahitur fal
cidia. vt. C. & ff. ad. l. falcid. idem de inſti
tutiõe in re certa. l. quoties. C. famil. her.
ſecus de inſtitutione vniuerſali, vt patet.

*4. Differ.*

Quarta: quia pro inſtitutione compe
tit remediũ. l. fi. C. de edicto diui Adria.
toll. ſecùs p̃ legato. vt ibi notatur in gl.
in verbo, ex parte.

*5. Differẽ.*

Quinta: quia aditione hæredis vni-
uerſalis confirmatur teſtamentum, non
autem aditione legatarij, vel hæredis in
ſtituti in re certa. l. teſtamẽto manumiſ-
ſus. cum ſimilibus. ff. de man. miſsis te-
ſtamento. l. ſi nemo. de teſtamentaria tu
te. l. ſi nemo. de regul. iur. l. eam quã. C.
de fideicommiſsis.

*6. Differẽ.*

Sexta: quia hæres poteſt apprehende
re hæreditatẽ, in qua eſt inſtitutus, pro-
pria authoritate: ſecùs in legatario, qui
ſi occupat propria authoritate, incidit
in edictũ. quorũ legatorũ. vt. C. & ff. quo
rum legatorũ. & l. non dubiũ. C. de leg.

*7. Differẽ.*

Septima: quia ex cauſa præteritionis
rumpitur teſtamentum quantum ad in
ſtitutionem, non autem quantum ad le
gata: vt in authent. ex cauſa. C. de liber.
præteritis.

*8. Differẽ.*

Octaua: quia teſtator inſtituendo ſer
uum proprium, videtur ei relinquere li-
bertatem: ſecùs autem, quãdo legatum
particulare ſibi relinquit. l. pen. in prin.
iunct. §. illo. C. de neceſſa. ſeruis hær. inſt.

*9. Differẽ.*

Nona: quia conditio appoſita in le-
gato debet impleri quamprimùm. l. hęc
conditio. ff. de conditio. & demonſtrat.
ſecùs in ea, quæ eſt appoſita in inſtitutio
ne. gloſſ. notab. & ſingularis in. l. ſi quis
inſtituatur hæres. ff. de hære. inſti. in. §. 1.
Bart. in dict. l. hæc conditio. Ratio: quia
in hæreditate vertitur maius periculum
quàm in legato, vt ibi per eum. & vi. gl.
in. l. ſi plures. glo. fi. ff. de condi. inſti.

*10. Differ.*

Decima: quia ſi quis inſtituatur purè,
deinde ſub conditione, valet prima inſti
tutio, non autem ſecunda. l. ſi te ſolum.
§. 1. ff. de hæred. inſti. quia prima eſt ple-
nior ſecunda. Secùs in legatis: nam valet
ſecundum conditionale, nõ primum. l.
non ad ea. ff. de condi. & demonſtratio.
& ita tenet glo. notabilis in dict. l. ſi te ſo
lum. §. 1. & ibi Bart.

*11. Differẽ.*

Vndecima: quia inſtitutiones ſunt fa
uorabiliores, quàm legata. gloſ. in. l. ſub
conditione. ff. de hære. inſti. probatur in
l. pen. §. 1. C. de neceſſarijs ſeruis hære. in-
ſti. iuncto. §. illo. eadem. l. idem in. l. filiũ.
§. ſed cùm portio. ff. de legat. pręſt.

*12. Differ.*

Duodecima: quia hæres tenetur ad
onera etiam ſupra vires hæreditarias, ni-
R 4 ſi ſa-

ſi facit inuentarium.l.fi.§.1.& per tot.C.
de iure deliberan. ſecùs in legatarijs. l.1.
C.ſi cert.peta.l.ſi hęreditatem.cũ ſimili-
bus.ff.manda. melior text. in.l. fideicó-
miſſum.ff. de legat.1.& in.§.1. Inſtitu.de
ſingulis rebus per fidei commiſſ. relict.
l.ſi vniuerſæ.C.de legat.

13. *Differ.* Decimatertia differentia eſt, quæ col
ligitur per glo. in.l. extraneum.cum ibi
notatis.C.de hære.inſti.ſcilicet ꝙ inſtitu
tio facta de aliquo cùm ipſe hęres morie
tur, valet,& reijcitur tẽpus, & inſtitutio
remanet pura.l.hęreditas ex die.ff.de hę
re.inſtit. ſed quando alicui eſt legatum,
cùm ipſe legatarius morietur,non reijci
tur tempus, imò ſuſpẽdit legatum, & fa
cit quòd interim non debeatur. l. hæres
meus.in princ.ff. de conditio.& demon
ſtratio.Ratio differentię eſt:quia ſi in in
ſtitutione non reijceretur tempus,dece
deret teſtator pro parte temporis teſta-
tus , & pro parte inteſtatus,quod ius nõ
permittit, quæ ratio ceſſat in legatis . Et
hanc rationem ponit Iaſ. in dict.l. extra-
neum.1.colum.poſt medium.

14. *Differ.* Decimaquarta differẽtia eſt:quia cõ-
ditio appoſita in legato,quandocunque
eueniat, non trahitur retro. l.1.§.ſerui.ff.
ad Sillan.Secùs in inſtitutione conditio
nali.l.hæres quandoq;.ff.de acqui.hære.
Ratio differentiæ eſt: quia in inſtitutio-
nibus niſi conditio traheretur retro, te-
ſtator reperiretur pro parte temporis te
ſtatus,& ꝑ parte inteſtatus, ideo ne hoc
abſurdum reſultet , trahitur retro, quæ
ratio ceſſat in legatis ,& fideicommiſsis
particularibus.Ita declarat Bart.in.l.ſi is
qui pro emp.5.quęſt.principali.ff.de vſu
capi.Iaſ.in.l.ſi pater.C.de inſti. & ſubſti.
ſub condi.fact.2.col.circa princ.

15. *Differẽ.* Decimaquinta differentia:quia licèt
regula ſit , quòd liberi poſiti in condi-
tione non videãtur tacitè ſubſtituti. iux
ta glo. ſingularem in.l. Lucius.ff.de hæ-
red.inſti. & ibi allegaui ſimiles. illud eſt
verũ in inſtitutione,ſecùs in legatis: vn-
de ſi teſtator legaret fundum Titio, & ſi
decederet ſine liberis grauaret reſtitue-
re eccleſiæ,iſto caſu in tali legato filij po
ſiti in conditione intelligerentur tacitè
ſubſtituti.Ratio diuerſitatis eſt:quia le-
gata poſſunt relinqui nutu. l. nutu. ff.
de legat. 3. Secus in inſtitutione. l. iube-
mus.C.de teſtamen.Ita ſingulariter limi
tat Angelus in.l. in legatis.C. de legatis.
per gloſ. quam ad hoc dicit ſingularem
in.l.filiusfamilias.§. cùm quis.ff.de lega.
1.qđ perpetuò nota. refert Iaſ.in. l.1.C.đ
pact.1.charta in fine.

Decimaſexta differentia eſt : quia in- *16. Differ.*
ſtitutus in multis rebus, vel diuerſis,nõ
poteſt quaſdam admittere , & quaſdam
repudiare . l. quidam elogio. cum ſi-
milibus.C. de iure deliber. ſecus in lega-
tis: quia poteſt vnũ admittere , aliud re-
pudiare.l.2.3.4. ff. de legat.2. vbi videas.
& vi.glo. in dict.l.quidam elogio.gloſſ.
magna in medio.& vi.tex. & gl.in.l.1.&
2.ff. de acquiren.hæreditate.

Decimaſeptima differentia eſt : quia 17. *Differ.*
licèt valeat legatum rei alienæ ſcienter
factum. l. cùm alienam. cum ſimilibus.
C.de legatis.ſecus tamẽ eſt in inſtitutio-
ne facta de re alienan. licèt fiat ſcienter
ſecundùm Bald.in.l.fi. per illum text.C.
de hær.inſt.18.oppoſitiõe.refert & ſequi
tur Iaſ. in dict.l. cùm alienam. 1. colum.
poſt medium.

Decimaoctaua differentia eſt:quia le 18. *Differ.*
gata reuocantur tacitè propter inimici-
tias ſuperuenientes.l.3.§.fi.ff.de adimen.
lega.ſecus in inſtitutione.l. ex parte. eo.
titu.Rationem diuerſitatis ponit ibi gl.
& in.§.ex eo.Inſt.quibus modis teſtamẽ
ta infir.l. ſancimus.C.de teſtamentis.

Decimanona:quia licèt ſubſtituto im 19. *Differ.*
puberis exhæredati non poſsit legatum
relinqui.l.cùm quidam.C. de lega. illud
eſt verum, quando filio pater legaſſet ti
tul.legati,&ſic ſingulari,ſecùs ſi titu.hę
reditario.Nam ſi pater filium impuberẽ
exhęredauerit,&extraneũ inſtituit,dein
de



de filio ſubſtituit pupillariter, iſto caſu
poteſt legari non ſolùm à filio,ſed etiam
ab eius ſubſtituto.tex.eſt ſingularis in.l.
qui fundum.§.qui filios.ff. ad.l.falcid.&
ibi Paul.de Caſtr.& per Angel.in dict.l.
cùm quidam.& ibi Iaſ.vltima colum.in
medio.

20. *Differ.* Viceſima differẽtia eſt:quia licèt ſub
ſtitutio vulgaris facta in vnum caſum
comprehendat alios. l. cùm proponas.
cum ibi notatis. C. de hæredibus inſtit.
illud eſt verum in ſubſtitutione facta in
hæreditate , ſecùs in ſubſtitutione facta
in legatis, nam tunc non habet niſi vnã
expoſitionem factam vel expreſſam à te
ſtatore.caſus eſt ſingularis in.l.pater Se-
uerinam.in princip.ff.de conditio.& de
monſtr.& ibi Paul.de Caſtr.de cuius ve
ritate per Iaſ. in dict.l. cùm proponas.3.
colum.in medio.

21. *Differ.* Viceſimaprima differẽtia colligitur
ex tex.in.l.2.C. de neceſ.ſeruis hęre.inſt.

22. *Differ.* Viceſimaſecunda differentia eſt : ſcis
quòd quãdo hęres inſtitutus diſponit đ
hæreditate ſibi relicta, eo ipſo videtur
adire.l.ſi auia.C. de iure delibe. illud ta-
men eſt verum,quãdo ſcit ſe inſtitutum
vt ibi in glo. ſed in legato eo ipſo ꝙ de il
lo diſponit,videtur adire,& tranſmittit,
etiam ſi ignoret ſibi relictum.l.ſeruum
filij.§.ſi quis rem.ff. de legat.1.&.l.ſi fun
dum ſub conditione.§.ſi Titius.eod.tit.

23. *Differ.* Viceſimatertia differẽtia eſt:qa inſti-
tutus omnino incapax &grauatus reſti
tuere,non cogitur adire vt alij reſtituat,
vt plenè per glo. in. l.eam quam.vltima
gloſ.C.de fideicommiſsis.Secùs in lega-
to relicto omnino incapaci,nã ille inca-
pax cogitur accipere, vt alij reſtituat. ff.
đ excu.tu.l.legatarius.ff.de leg.2.l.cũ ei.
Rationẽ differẽtiæ collige ex glo.in dic.
l.eam quã.gl.vltima in verbo, item nec
quod de legatis ſingularibus dixi.&c.

24. *Differ.* Viceſimaquarta differentia eſt : quia
hæreditas pro nõ ſcripta accreſcit cum
onere.C.de cadu. tollend.§.ijs ita. Secus
in legato pro non ſcripto.§.in primo.ea-
dem.l. Ratio diuerſitatis eſt : quia onus
iniunctum hęredi, videtur potiùs iniun
ctum hæreditati quàm perſonæ, ſed hæ
reditas extat , licèt perſona non extet.
ergo . &c. Sed onus iniunctum legata-
rio cenſetur potiùs iniunctum perſonę,
quàm ipſi legato,vel rei legatę. ita dicit
Pau.ĩ.d.§.in primo.circa finẽ.vbi videas.

Stat ergo ex ſuperioribus poſſe teſta-
torem vetare per modum reſolutionis,
ne habeat regimen capellæ ſuæ Epiſco-
pus,licèt per hoc hæc diſpoſitio particu
laris periclitetur,licèt non ſic in hęredis
inſtitutione.argu.d.l.Seius & Auger.ff.
ad legem falcid.cùm ſint tot differentię
inter legata & hæreditates.

19 Illud aũt dubium eſt, an executores *Teſtamenti executores poſſunt diem à teſtante aſſignatã præuenire contra communem.*
poſsint diem à teſtatore deſignatum ad
ſuę volũtatis executionem alterare , ſeu
commutare? Qua in re communis opi.
eſt non poſſe.per text.in dict.cap.tua.de
teſtamen.adeò, vt non ſolùm nequeant
prorogare,ſed etiam præuenire non poſ
ſint , vnde poſt annum à morte teſtato-
ris ſi centum pauperibus diſtribuenda
ſunt , ea centum ante illum anni finem
diſtribui non poterunt. Iſta eſt commu
nis opin.quam tenent Angel. & Alexã.
in.l. ſtipulatio iſta.§. ſi quis dolum.ff.de
verbor.obligatio.Bart.in.l.cùm pater.§.
à filia.ff.de legat.2.& eſt communis opi.
ſcđm Decium in. l. cùm tẽpus.ff.de reg.
iur.& ſecundùm Iaſo.in.l.poſt mortem.
C.de fideicommiſ.& ſecundùm Couar-
ru.in cap.tua.num.5. de teſtamen.

Contrariam tamẽ ſententiam, vt hoc
caſu ea pecunia pauperibus ante finem
illius anni diſtribui poſsit, tenent Abb.
conſi.11. libr.2. Ancharanus conſil.202.
Decius in dict.l. cùm tempus. Couarru.
vbi ſuprà. Quorum opin. contra magis
cõmunem veriorem puto , quam ab in-
eunte pueritia inter plura quàm.700.pa
radoxa olim publicè defenſa Salmanti-
cæ ſuſtinebamus. Mouemur primò per
l.ſtipu-

l.ſtipulatio iſta.§.inter certam.ff. de verbor.obligati. vbi qui poſt diem certum dare tenetur,is illum diem præuenire,& maturiùs præſtare nõ prohibetur.Deinde per.l.poſt mortem.C.de fideicom.vbi etiã is qui poſt mortẽ ſuam,& ſic poſt diem incertum dare tenetur,non prohibetur viuus lõgè ante mortẽ reſtituere. Tertiò per regulam generalem, quæ habet liberũ eſſe cuiq; fauori ſuo renuntiare.l.pen.C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſcop.& cleri. Cùm ergo dilationi fauore ſuo adiectæ poſsit quiſque renuntiare,ſiue illa certa ſit,ſiue incerta,ſimiliter & in ſpecie noſtra huic dilationi hæres renuntiare poterit,quãdoquidem negari non poteſt, quin ipſius tantùm hæredis onerati fauore appoſita ſit,quò magis & faciliùs poſsit voluntatem teſtantis explere. Quartò facit ferè in terminis.l.vxorem.§.Scęuola.ff.de lega.3.Quintò facit: nam licèt mandatũ ſit in ſpecifica forma implendum,nec liceat mandatario illius fines prætermittere,aut egredi.l. diligenter.ff.mandati. §.is qui exequitur.Inſti. eod.titu. tamen non propterea abnegatur mandatario poteſtas egrediendi mandatum,dũmodo pleniùs,& vtiliùs voluntas mandãtis obſeruetur.vt.d.§. is q. exequitur.Sic ergo & in ſpecie noſtra cũ negari non poſſit, quin pleniùs voluntas teſtãtis obſeruetur, quò maturiùs ea pecuniæ diſtributio inter pauperes fiat, tenendum eſt fieri poſſe ante tempus à teſtatore deſignatũ: præſertim cùm ob animæ ſuæ ſalutem id diſpoſuerit teſtator, quę tanto pleniore beneficio afficietur, quanto maturiꝰ ea diſtributio inter pauperes facta fuerit. Poſtremò quando in aliqua diſpoſitione vnica ratio reddi poteſt, ea habetur pro expreſſa.gloſ.communiter appr.vt per Iaſ.ibi poſt alios in.l.quãuis. C.de fideicom.Iaſ.nu.14.in.l.de quibus. ff.de legibus.idem Iaſo in authen. quas actiones.C.de ſacroſ. eccleſ. ſed quando in aliqua diſpoſitione,vel lege ratio expreſſa eſt, tunc etiam in correctorijs, & odioſis fieret extenſio ad caſum, vbi eſſet par,vel maior ratio,vt eſt communis opi.ſecundũ.Iaſ.in dictis locis.idem Iaſo.nume.12. in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligatio.per Corneum.Iaſ.Decium, Curti.iuniorem & alios in.l. humanitatis.per text.ibi.C. de impuberum.Decius.nu.15.& ibi Purpuratus in.l.fi.per tex.ibi.C.de pact.Sed in ſpecie noſtra negari non poteſt,quin ſit longè maior ratio,vt voluntas teſtantis pleniùs videatur obſeruata:quandoquidem ad hãc vnicam rationem,& ob hunc vnicum finem ea pecunia diſtribui iuſſa ſit,vt piè agatur, & lõgè benigniùs ſit factum,quò maturiùs factũ fuerit, ergo. &c. Et ita eſt conſulendum & iudicandum. Neq; ad rem pertinet tex. in.l.cùm pater.§.à filia.ff. de legat.2. vbi repoſitum eſt vnicum fundamen.eorũ, qui contrarium tenent: nam procedit, quando electio, & diſtributio facienda erat inter incertos de certis. nos autem loquimur quando faciẽda erat inter omnino incertos,etiam de incertis.

Limita noſtram ſententiam vt procedat de voluntate hæredis,à quo pecunia miniſtranda eſt, & in cuius fauorem ea dilatio conceſſa videtur:nam cõtra eius voluntatem id fieri indubitãter nõ poſſet, ne pauperibus fieret beneficium cũ præiudicio hæredis cõtra.l. nec auus.C. de emancip. lib. l.ex facto.in princi. vbi per nouiſsimos.ff.de vulga.

20 Hinc in quæſtione de facto ſæpe contingẽte ſolitus ſum reſpõdere: nam cùm Reges noſtri pijſsimi certum pondus ſerici ſingulis annis deputarent ad redemptionem captiuorum,& dubitaretur,an in redemptionem captiuorum hoc anno poſſent expendi tam pondera huius anni,quàm anni etiam ſequentis,videbatur nõ poſſe cumulari huiuſmodi eleemoſynas,ne dum beneficio afficere

*Eleemoſynã pro captiuorum redemptione à principibus noſtris deſignatam poſſe præueniri.*



ficere volumus captiuos præſentes,iniuria fiat captiuis futuris: idq; ita videbatur,argumẽto illius cõmunis op.pximè relatę.Sed tamẽ contrarium obtinuit,& vſitatũ fuit, & ſæpiſsimè reſpondimus per ſuperiora arg.& authoritates, vt talis eleemoſyna poſſet præueniri.

21 Illud autem certum eſt, quoties pia voluntas teſtatoris ad effectum perduci non poteſt, tunc per epiſcopum poſſe commutari in aliam piam voluntatem. vt in.l.penul.ff.de operibus publicis.Bertachinus in tractatu de epiſcopis.part.4 lib.4.n.52.Imo.in.l.1.col.3.ff.de cõditio. inſti.Hippolytus ſingulari.194. Felinus in cap.ſuper his.colum.2.de accuſationibus.Ioannes Lupi. in repetitione rubricæ.de donatio.§.47.colũ.4. Regulariter autem non liceret voluntatem teſtatoris commutare, quando ipſa poteſt exequi citra impedimentum iuris,aut naturæ,vt in clemen.quia contingit.de religioſis domibus.l. legatã.de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinẽtium. Felinus nu.17.in capit.cùm acceſsiſſent. extrà. de conſtitutionibus. Rochus de Curte. in tracta. de iure patro. in verbo, conſtruxit.num.11.Decius in dict.capit. cùm acceſsiſſent.num.11.Card.quæſtio. 5.in dict.clemen.quia contingit.vbi etiã Imol. col.4.text.in capit. tua.de teſtam. vbi latè per nouiſsimos.

*Epiſcopus põt cõmutare pia relictaquæ ut teſtator diſpoſuit nequeunt impleri cum communi.*

*Vſufruct. inter viuos cõſtituto, cautio remitti põt cũ communi cõtra nouiſſi.*

34 Deniq; ſi cautio de vtendo & fruẽdo arbitrio boni viri vſufructuario remittatur in vſufructu inter viuos conſtituto, cõtrouerſum eſt, an talis remiſsio valeat. Qua in re Guiliel.Bal.Sali.& Bart. nu. 13. & communiter doct.in.l.1. C.de vſufructu.tenent talem cautionem poſſe remitti.argu.tex.in.l.pen.C. de pact. l. ſtipulatio iſta.§.inter certam.ff.de verborũ obli. l.poſt mortem.C. de fideicom. l. quoties ab omnibus.eod.titu.l. Titio centum.in prin.ff.de cond.& demonſt.l. filio præterito.ff.de iniuſt.rupt.& per alia fundamẽta, quæ ſuprà adduximus.

Contrarium tamen nouiſſ. tenet Ioã. Hannib.in dict.l.nemo poteſt.ff.de lega. 1.num.269.dicẽs ſe ita obtinuiſſe in.q. de facto.per tex.in. l. vſufructu conſtituto. C.de vſufructu. vbi cõſtituto vſufructu, inquit tex.conſequens eſt cautionẽ præſtari de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, ſiue vſusfructus ex contractu deſcẽdat, ſiue ex teſtamento: vnde ſi talis cautio eſt, conſequens neceſſarium ad vſum fructũ videtur non poſſe remitti. Quod parum me mouet, & ſic cõmunem opi. veriorem puto. Nam ſi talis cautio conſequitur poſt vſumfructum conſtitutum, vt inquit ille tex.ergo habet vim, vel ſaltem ſimilitudinem modi, & non conditionis, & conſequenter nõ eſt de ſubſtantia, vel forma, quæ ad illius diſpoſitionis, qua de agitur, perfectionem, & conſummationem deſideratur in ſui creatione, & productione, & conſequenter non ſolùm remitti poteſt, ſed etiam præſtari nõ eſt neceſſe, niſi petatur, vt ſic non vltro hæc cautio ſit præſtanda, ſed demum ad petitionem partis, vt diximus ſuprà.

*Vſufructuarius ſi nec poßidet nec cautionem præſtat fructus ſuos nõ facit cũ cõmuni cõtra nõnullos.*

Stat ergo teſtatorem non poſſe remittere cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri: verùm ſi cautio ex facto à teſtatore fuerit remiſſa, & cùm ab hærede peteretur, eam fructuarius præſtare nolit, pœna eſt, vt fructus ſuos non faciat.vt tenet glo.in.l.ſi cuius.ff.de vſufructu.Bart.in.l.vxori.ff. de vſufructu legatò.licèt contrarium teneat glo.poſt Azonem in.d.l. vxori.cuius opi.receptior eſt, vt per hoc fructuarius, ſi modò rem poſſideat, per defectum huius ſatiſdationis fructus ſuos facere non deſinat. Ita Pinellus vbi ſuprà nu.77. Caſſanæus in cõſuetu.Burgun.rubr.4.§.6.col.1. Bar.& Fulg. in.d.l.ſi cuius.idẽ Bart. Albe. Paul. & alij in.l.4.C.de vſufructu.Bal.in.l. 1. num.15. vbi Sali. num. 6.eod.tit. Imol.in.c.fi.nu. 19.de pignoribus.Bar.in.l.ſi homo. nu.3. ff.de vſucap.Areti.in prin.n.4. Inſt.de vſufruct.Abb.in dict.c.fi.col.fi. Soci. conſil. 131.lib.1.col.fi.Bertrandus conſil.40. n.6. lib.2.Corne.cõſi.173.lib.3.num.8. Soci.iuni.conſil.72.nu.8.lib.2.Angel.de teſtam. glo.93.num. 2. & eſt communis ſentẽtia ſecundùm Alex.conſil.120.lib.6.nu.5. licèt contrariũ teneat Felinus in cap. ſi autem.num.5. de reſcrip. Fulg.cõſi.92. in fi. Corne.conſi.9.n.14.

Non ſic ſi fructuarius non poſsideat, nec velit cautionem præſtare, tunc enim procedit opi.contraria, vt interea ad eũ fructus



fructus non pertineant ſecundùm pleroſq; eorum, quos ſuprà retulimus, vt in l.ſi vſusfructus.ff.de vſufructu.d. l. vxori.per rationem.l.Iulianus.in.§. offerri. ff. de actio.empti.& venditi. Quod procedit, niſi retardetur ipſe fructuarius per inopiam, tunc enim ei ſubueniẽdum eſſet. argum. eorum, quæ tradit Iaſ. poſt alios in.l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff.qui ſatiſda.cogan.per tex.ibi.argu.l.1.ff. ex quibus cau.maiores.

*Vſufru. qui uitioſè poſ= arripuit fructus ſuos nõ facit cũ communi.*

Verùm ſi fructuarius vi, aut clam, vel aliter, cum vitio tamen poſſeſsionem arripuiſſet, fructus ſuos non faceret. vt ex communi op.reſoluũt Corne.Soci.iuni. & Bart.Soci.in locis ſuprà citatis.Imol.in dict. cap. fin. de pigno. Cinus, Baldus & Angelus vbi ſuprà. Caſſanæus & alij ſuprà relati.

*Vſusfr. etiã irregularis pertinet ad fructuariũ ante præſtitam cautionem cõtra cõmunem.*

Cæterùm in vſufructu earum rerum, quæ vſu cõſumuntur, diuerſum eſt: nam ſecundùm cõmunem ſententiã ante præſtitam cautionem fructus non pertinent ad fructuarium, ſiue poſsideat, ſiue non, quaſi ipſa forma vſusfructus irregularis in ipſamet cautione conſiſtat. ita tenent gl.& Paul.in.l.1.C.de vſufructu.Butriga. & Bar.& ibi Alex.in addi.in.d.l.1.vbi Bal. num.10.& Sali.col.1.& Fulg. Alcia.lib.7. parergõ.c.2.Iaſ.in.l.1.n.125.ff.de leg.1. vbi Alciat.num. 32. Pinellus. vbi ſuprà. Soci. iuni. conſi.72.num.3.lib.2.Corne.conſil. 79. lib. 2. num. 7. cuius contrarium nos defendimus ſuprà num. 25. vbi docuim[9] hanc cautionem non eſſe de ſubſtantia huius vſusfructus, non magis, quàm in vſufructu regulari. Vnde probè infertur in hoc vſufructu idẽ eſſe quo ad fructus, quod eſt in vſufructu regulari.

*Vſufr. quia mihi omnia bona donauit an ſatiſdare teneatur?*

Superiora limitantur, vt nõ procedãt, vt ſuprà incidenter attigimus, in eo, qui omnia bona ſua retento vſufructu donauit. Quod non tam iure, quàm æquitate defendi poteſt. vt per Soci.in.l.omnes. ff. de except.Corne.conſi.267.lib.4.Decius in.l.Diuus.n.2.ff.de reg. iur. Pinellus vbi ſuprà.Soci.in. l. 1. num. 16.ff. qui ſatiſda. cogan.Decius conſi.265.num.5.poſt Plateam in.§. pręterea.inſti.de actio. Rubeus conſi.54.nu.7.Cagnolus in dict.l. diuus. Gozan.con.91.n.5.

*Spurius ut inſtitui poſſit ſtatuto, etiam per modũ pœnæ, induci non poteſt cum communi.*

35 Infertur trigeſimoquartò & principaliter, retenta opi. exiſtimantium ſtatuto induci non poſſe, vt ſpurius inſtituatur, an ſaltem per modum pœnæ tale ſtatutum firmum ſit: quale eſt, cùm cauetur, vt quicunq; opponeret aliquem eſſe ſpurium, tali pœna puniretur. Qua in re Barto.in.l.Seius & Augerius. tenet tale ſtatutum non valere: quia per modum pœnæ induci non poteſt, quod per modum diſpoſitionis vetitum eſt. Quam Bart.opi. ſequi videntur ibi Imol.Paul.& alij communiter.vbi Alexan.num.2.Bald.in.l. omnes populi. col. 8. ff. de iuſtitia & iure. idem Bal.in.l.vnica.in.4.oppoſitione. C. de his quæ pœnæ nomine.Bald.in.l. 1. in fi.C. de indicta viduitate.Bar.in extrauaganti.qui ſint rebelles.in verbo, mille librarum. Ancharanus in cap. canonum ſtatuta.de conſtitutionibus.in verbo, ſed hîc quæro in caſibus.Iaſ.conſi. 40. Redẽptoris noſtri.col.fi.lib.1.per tex.qui bene probat in dict.l. Seius & Augerius. & in l. quæ ſub conditione. ff. de conditionibus inſtitu.

*Statutũ ut puniantur qui taliter matrimonium cõtraherent, non ualet, quando matrimoniũ impediri non potuit cum Alex. contra Barto. Bald. et alios.*

36 Vnde infertur ſecundùm Alexan.vbi ſuprà perperam erraſſe Barto.in.l. adijcimus.C.de murile.lib.11.dum ait, quòd ſi ſtatuto cauetur, vt inter homines diuerſarum ſectarum, ſeu religionum nõ contrahatur matrimonium, quãuis non valeat ſtatutum quo ad hoc, vt matrimonium fiat irritum ſi contrahatur, quia matrimonium eſt res ſpiritualis, de qua laici non poſſunt ſtatuere, cùm non ſit de iuriſdictione ſua ſed eccleſiæ, tñ valebit quo ad hoc, vt cõtra facientes puniantur, ſi poterãt honeſtè nubere ſeruata diſpoſitiõe ſtatuti: quale eſt, cũ in qualibet ſectarũ ſunt tot homines, vt matrimoniũ commodè contrahi poſſet, vt habetur

T in.l.

in.l.cùm ita legatum. & in.l. hoc modo. ff.de condi.& demonſt. Et cum Barto.ſecundùm Alex.vbi ſuprà videntur tenere Bald.in.l.omnẽ.C.ad Trebe. idẽ Bal. in.l. 1.§.ius naturale.ff.de iuſtitia & iu.Bald.in. rubri.de conſtitu.col.penul.idem Bal.in. cap.clerici. de iudicijs. Quorum opi. improbat Alexã.quia vt lex ciuilis per modum diſpoſitionis prohibitiuæ non poſſet impedire ſubſtantiam ipſius matrimonij, ita quoq; per modum pœnæ impedimento eſſe non poteſt matrimonio.vt in dict.l. Seius & Augerius.& in. d.l. ſi quis ſub conditione.& in.l.vnica.in finẽ.C.de his quę pœnę nomine.& in.§.fi.in fi.Inſt. de leg. iunctis his quæ habentur in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitutionibus. vbi matrimonium res ſpiritualis eſſe dicitur, exempta à iuriſdictione laicorum. facit text. in cap. gemma.de ſponſalibus. & in.l.Titia.in prin.ff.de verbo.obli. iuncta.l.cùm tale.§.reſcriptum.ff.de cond.et demõſt.ibi, ne quod omnino nuptijs impedimentum inferatur.

*Matrimonium filiæfa.non põt impediri p ſtatu. pœnale cũ cõmuni contra Roma.*

37 Subinfertur, an vera ſit op. Ludouic. Rom.qui in.l.1.ff.ſolut. matrimonio. tenuit valere ſtatutum, quod imponit pœnam filiæfa.nubenti ſine conſenſu patris: quia, inquit, matrimonium contrahere citra patris cõſenſum, eſt contra bo. mo. maximè prudentium, & inducit odium, & inimicitias capitales.vt in.l.3.§.ſi emancipatus.ff.de bo.poſſ.contra tabu.Sed verior eſt ſententia exiſtimantium, tale ſtatutum nõ valere, non ſolùm quo ad ſubſtantiam matrimonij impediendã, quod omnes admittunt, ſed neq; etiam quo ad ipſam pœnam. Iſta eſt vera & communis opi.quam tenent Ioã.An.in.c.ſtatutũ 1.de hæreticis.in.6.in nouellis.& ibi Dominicus. Fredericus de Senis conſi.275. Caſus talis eſt. Anchar. in cap. canonum ſtatuta.de conſti.col.26.in verſi.ex prædictis patet qualiter ſe habeãt leges. Cardi. in cap. gemma. de ſponſalibus. Butrigarius in.l.1.ff.de cõſtitu.princi. Antonius, & Abb.in.c.1.de ſponſa.Ang.in.l. hac cõſultiſs.C.de teſtamen.Antonius Francus in apoſtillis ad Alexan. in dict.l. Seius & Augerius. in verbo, non valeat. Et hæc communis opi. probatur in dict.l. Seius & Augerius. & in dict.l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine.& in.d.§.fi.in fi. Inſt. de leg.& in dict.l.cùm tale.§. reſcriptũ.ff. de condi.& demonſt.

*Matrimonium põt retardari ſpe lucri, non metu pœnæ.*

38 Cæterùm ſi lex ciuilis filiæ contrahenti matrimonium ſine conſenſu patris imponat pœnam priuationis lucri quod eidem mulieri ab eadem lege ciuili delatum eſſet, tunc ea lex valeret, & eſſet ſeruãda in terris Imperatori ſubiectis.glo.in cap.cùm ſecũdùm.in verbo, certoq; caſu. de hereticis in.6.Antoni.in.c.1.de ſponſalibus. quia caſtitas puellarũ ſummo honore proſequenda eſt, vt impudicitia deteſtanda.

Vnde Horatius Oda.24.lib.3.

*Dos magna parentum,*
*Virtus, & metuens alterius uiri*
*Certo fœdere caſtitas.*

Ouid.lib.1.Metamor.

*Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes,*
*Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.*
*Illa uelut crimen tedas exoſa iugales,*
*Pulchra uerecundo ſuffundens ora rubore,*
*Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis,*
*Da mihi perpetua genitor chariſsime dixit*
*Virginitate frui. dedit hoc pater ante Dianæ.*

Ibidem lib. 3. Metamor.

*Ante ait moriar, quàm ſit tibi copia noſtri.*

Idem epiſtola.8.Heroid.

*Pro ſomno lachrymis oculi funduntur obortis*
*Quaq; licet fugio ſicut ab hoſte uiro.*

Tibullus lib.2.Eleg.

*Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris*
*Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.*
*Caſta placent ſuperis.*

Præterea hoc etiã caſu vrget rõ illa tractã à.d.lege.3.§.ſi emancipatus. ff. de bo. poſſ.cõtra tabu.vbi fit iniuria patri, cũ filiusf. filiaue nubit citra ipſius cõſenſum. Facit



Facit pro nobis tex.in.l.1.cum ibi notatis per glo. & doct.C.de inſt.& ſubſt. vbi licèt formidine pœnę non debeat quiſquã remoueri & impediri à nuptijs cõtrahendis, vt ibi, & in.l.cùm tale.§. reſcriptũ. ff. de cond.& demonſt.tamẽ formidine lucri non percipiendi bene poteſt remoueri: veluti ſi legatum cuiquam reliqui ſub conditione hac, ſi non nupſerit tali viro, vel in tali oppido. vt in.l. cùm ita legatũ. & in.l.hoc modo.C.de cond. & demõſt. & in.d.l.1.ff.de inſti.& ſubſtit. Cùm ergo ſucceſsiones ex diſpenſatione & gratia legis ciuilis deſcendant, vt ſuprà. §. 1. plenè diſſeruimus, reliquum eſt per ipſam.l. ciuilem etiam nulla ex cauſa tolli poſſe, tãtum abeſt, vt ex iſta tam iuſta cauſa dubitari oporteat. Hinc infertur verus intell. ad.l.2.tit. de los matrimonios. ibi. Y ella ſea deſheredada.lib.5.ordina. vbi exhæredatur filiafa.quæ famulo patris ſui inſcio eo nupſit.Quæ lex in matrimonio, quod res ſpiritualis eſt, ideò valuit, quòd iuſta ex cauſa lex ciuilis ſuum beneficium tali filiæ abſtulit, quod etiam nulla ex cauſa ferè auferre poſſet.

*Intell. l. 2. tit.1.libr.5. ordi.*

Inde etiam infertur verus intellectus ad.l.4.eod.tit.& l.1.tit.6.lib.5.ordi.vbi ſoror, quæ erat vtroq; orba parente, cohabitabatq; cum fratribus ſuis, & nupſit non ſolùm indigno (qualis videtur famulus, vt in ſuperiore exemplo) ſed etiam ſi honeſto nupſiſſet, priuatur ſucceſsione parentum. Nam verba legis ita habent, Si ella caſare ſin voluntad y plazer de los hermanos, que pierda la herencia que le podia perteneſcer por fin de los dichos ſu padre y madre. Quorum verborum ſenſus eſt, vt eam filiam, quæ citra cõſenſum fratrum, ſub quorum cuſtodia erat, & ad quorum curam pertinebat eam collocare, priuatam parentum hæreditate intelligamus, eo ꝙ fratribus inſcijs nupſit, etiã honeſto viro. Quam legẽ vim legis ideo habere exiſtimamus, quia ſucceſsiones, vt diſſeruimus in.d.§.1.in prin.ſunt veluti ex gratia & diſpenſatione conceſſæ à lege ciuili, quam diſpenſationem ipſa lex ciuilis auferre ferè nulla ex cauſa potuit, tantum abeſt, vt id nõ poſsit ex iſta iuſtiſſima cauſa, quæ ſolet diſcordias, odiaq; perennia, inimicitiaſq;, rixas, ſeditiones, tumultus, impetus, factioneſq; in republica ex more hominum comparare, vniuerſarumq; ferè gentium, quæ legibus & moribus reguntur.vt teſtatur dict. l.3. §.ſi emancipatus. ff. de contra tabul. bo. poſſ.vt per hoc hæc cauſa priuandæ ſucceſsionis quaſi iure gentium approbata intelligi non iniuria poſſet, præſertim cũ reipublicæ tranquillitas nõ leui ex parte hac in re ſita ſit.argum.dict.§. ſi emancipatus.iuncta lege. ſi quis ingenuam.§. in ciuilibus.ff.de capti.

*Intell.l. 4. tit.1.et.l. 1. ti.6.libr.5. ordi.*

Difficilius autem ſuſtinebitur dict.l. 2.dum acerrimè animaduertit in virum, qui talem puellam inſcio patre duxit. & l. 49. Tauri. quæ acerrimè perſequitur nuptias clandeſtinas contrahentes, nempè vt vniuerſis facultatibus, opibuſque exuti, exulare cogantur, aut deportentur, teſtibus etiam iiſdem pœnis ſubijciendis. Verùm adhuc & illam legem valere non abnegabo propter reipublicæ trãquillitatem, quam hac in re ſitam eſſe admonuimus. Qua in re præter reliquos attingit aliquid Emanuel de Acoſta in.l.gallus. §. & quid ſi tantum. parte 3. numero. 200.ff. de liberis & poſthumis.

*L.49. Tauri.*

39 Infertur trigeſimoquintò & principaliter, an teſtator poſsit præcipere, vel contrahentes paciſci, vt inſtantia litis prorogetur vltra triennium? Et Barto.in.dict.l. Seius & Augerius. reliquit cogitandum, vt conſideremus, an propter publicã vtilitatem principaliter inductum ſit ne vltra triennium lites proferantur, an verò principaliter priuatæ vtilitatis cauſa. Et cũ huic termino partes ſimpliciter renuntiare non poſſe videantur, vt in.l. properandum. in fine princi. C. de iudici.

*Teſtator uel contrahentes efficere nõ poſſunt, ut ultra triennium lites proferantur cum cõmuni.*

ci.magis eſt vt principaliter propter bonum publicum meta litium coanguſtata & conſtricta ſit: & quemadmodum directò & expreſsim conſenſu partium inſtantia litis prorogari non poteſt, ita etiam nec per indirectum per pœnæ impoſitionem. vt tenent Barto. & Alexan. nu.5.vbi communiter alij in dict. l. Seius & Augerius.ff.ad legem falci. Antonius in cap.fi.ad fi.de iudi.idem Bart. in dict.l. properandum.in prin.facit.l.2.§.ſed quia veremur.C.de iurei. propter calumniam dando. vbi ſimiliter iuramentum calumniæ, quod ad compeſcendam litigantium temeritatem inuentum eſt, vt per totum Inſt. de pœna temerè litigãtium. non poteſt per partes remitti expreſsim ſecundùm omnes, nec etiam tacitè ſecundùm nos: quia licèt tacita partium remiſſio allegaretur, et probaretur, adhuc ipſórum litigantium quilibet, ſpreta cõuentione tacita vel expreſſa, poſſet illud iuramen. exigere, & iudex ex officio ſuo poſſet idem efficere. argu.l. qui ſuperſtitis.ff. de acqui.hære.&. l. ſi quando.§. illud. C. de ir offi. teſta. Facit. l. ſi quis ingenuã.§. in ciuilibus.ff.de captiuis.& tex.in proœmio.C.tam in principio quàm in.§. fi. facit tex.in cap.finem litibus.de dolo & cõtuma. & in cap.iurgantium. de re iudi. in quibus iuribus apparet reipublicæ etiam principaliter intereſſe lites & iurgia minui, & ſedari.

*Lis ultra triennium ꝓferri non poteſt q̃ cõſenſu partium, etiam iurato, cũ cõmuni cõtra nonnullos.*

40 Illud autem dubium eſt, an per interuentum iuramenti firmetur conuentio partium, vt inſtantia litis poſsit prorogari? Qua in re Bart.in dict.l.Seius & Augerius.reliquit cogitandum, dicens quòd prorogari non poterit, ſiquidem reipublicę cauſa principaliter meta litium coanguſtata intelligatur: quòd ſi non principaliter, ſed ſecundariò, tunc ſecùs. Deniq; communis opi.eſſe videtur, quòd ſit principaliter coanguſtata reipublicæ vtilitatis cauſa, & conſequenter quòd non poſsit per interuentum iuramenti renuntiari, non magis, quàm per ſimplicẽ conuentionem. Ita tenẽt Antonius col.4. & Bal.col.7.in.c. cùm contingat. de iureiu. Antonius & Abbas in cap.pe.de iudi.Cumanus & Paulus in.l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſoribus.Alex.in dict.l.Seius & Augerius.col.2.n.8. Nam iurgãtium temeritatem cõpeſci, intereſt principaliter reipublicæ, non ſecus, quàm delinquentium, cùm per calumniatores, & litium inuentores quies ciuium remoueatur, ſeditiones, iurgia, tumultus reipublicæ inferantur, non ſecus, quàm per homines facinoroſos, vt per hoc lites repelli non ſecus q̃ facinora reipublicæ interſit etiam principaliter. arg.l.ſi quis ingenuam. ſuprà all. & dict.proœmio.C.in prin.&.§.fi.l. congruit.ff.de offi.præſidis.

Illud autem dubium eſt, an de iure canonico idẽ ſit? Quod Alex.negat in. d.l. Seius & Augerius.& Imo.in.d.c. cùm cõtingat.in.2.mẽbro.argu.in.c.pen.de iudi. cum ibi notatis. Cuius cõtrarium firmat Anto.Franc.in.d.l.Seius.in add.ad Alex. in verb.de iure canonico.arg.in.c. finem litibus.de dolo & contuma.&. c. iurgantium.de re iudicata.quibus iuribus patet lites coërceri ſtudio, curæ, & voto eſſe iuri canonico, non ſecus, q̃ iuri ciuili. Et hãc partem veriorẽ puto: præſertim cùm ius canonicum & ciuile vnũ & idem ius intelligatur, quaſi in vnam conſonantiam iuerint, & veluti omniũ bonorũ ſocietatem coiſſe videantur, præterq̃ in caſibus nominatim exceptis, vt in.c.1.de ope.no. nunti.vt alibi diſſeruimus.

Stat ergo litem nec ex cõſenſu partiũ iurato poſſe ꝓferri. Vnde opportunè in quæſtione ex facto cõſultus reſpõdi, non poſſe partium conſenſu prorogari annũ, qui lege regia.4.titu. 16.lib.3. ordi. ad inſtantiam appellationis finiẽdam præſtitus eſt, neq; etiam id licere per interuentum iuramẽti ex mente & ſentẽtia eorũ, qui ſuperiorem cõmunem ſententiã tuẽtur, quaſi hac in re principaliter etiã agatur

*Intell.l. 4. tit.16.lib.3. ordi.*



tur de fauore publico, per quod.d.l.4. ſignanter ampliatur: licèt vix audeã id in vſib⁹ forẽſibus receptũ dicere. Quinimò etiam putamus in poteſtate iudicis non eſſe acquieſcere partibus hac de re cõſentientibus, cùm ipſe iudex contrarium curare debeat, adeò, vt ex ſola negligentia, licèt dolus abſuerit, puniatur. vt dict.l.4. Neque ad rem pertinuit.l.11. titul.1.lib.3. ordi.nam illa quò citiùs lites finiantur, facta fuit, vnde ea licentia in litium progreſſum, & ſic in contrarium verti non debet.argum.l.legata inutiliter. ff. de legat.1. l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis.

*Intel.l.11. titu.1.libr.3. ordi.*

Vnde ſimiliter magis eſt vt etiam in terminis.l.2.tit.15.lib.3.ordina.vbi infrà. 60. tantùm dies iure regio liberum eſt contra ſentẽtiam exceptionem nullitatis opponere, nõ ſit fas illo termino finito etiã ex expreſſo partium conſenſu ante ſententiam præſtito nullitatem opponere. Quinimò neque id liceret etiam per interuentum iuramenti partium, neq; per ipſius iudicis aſſenſum, vt ex ſuperioribus apparet. Quo fit, vt ſi ineunte prima inſtantia inter nos per interuentum iuramenti (iudice etiam conſentiente) conuenit, vt ſi quæ nullitas poſt ſententiam diffinitiuam in actis reperta eſſet, ea poſſet opponi etiam poſt terminum ab ea lege definitum, ea conuentio, & iuram. & iudicis conſenſus nullius momenti foret: vnde ſi mihi poſtea de nullitate ſententiæ poſt terminum lege definitum excipienti acquieſcere nolles, liberum tibi eſſet, nõ ſecus, quàm ſi iſtorum nulla interfuiſſent. arg.l.q ſuperſtitis.ff.de acqui. hære.l.ſi quando.§.fi.C.de inof.teſta.l. fi. C.de pact.l.pactum dotali.C.de colla.

*Intell. l. 2. tit.15.lib.3. ordi.*

Vnde in terminis.l.1.tit.delas apellaciones.lib.3.ordi.vbi infra dies tantùm quinq; appellare à ſententia datum eſt, dicebam prorogari id nõ poſſe, etiam de partium conſenſu, licèt & iuram.ſimiliter & iudicis aſſenſus adfuiſſet, & poſtea pœnitere partium cuiq; liberum eſſe.

*Intel.l.1.ti. delas appellaciões.lib. 3.ordi.*

Idemq; fore aiebam, quando infra terminum per.l.2.ti.16.lib.3.ordi.pars appellans copiam ſui non feciſſet coram iudice ad quem: nam licèt prius quàm ſententia ferretur inter partes cũ iuramẽto conueniſſet, vt id ſegniùs, largiuſq; quàm lex iuberet fieret, id nil eſſet, neq; impediret, quin partiũ cuiq; pœnitere liceret, quod & iudex facere ex officio deberet.

*Intel.l.2. titu.16.lib.3. ordi.*

Vnde non inelegãter dicebã, vt ſi terminus, qui ad probandum definitus eſt per.l.2.tit.de las prueuas.lib.3. ordi. conueniſſet, interpoſito etiam iuramẽto per partes, deq; iudicis etiam aſſenſu vt prorogaretur, nihilominus termino finito à lege ſtatuto cuiq; partium liceret prioris conuentionis iuratæ pœnitere, non ſecusq; lis ſtatim terminanda eſſet, q̃ ſi horum nihil interfuiſſet, dum modo tamẽ ex tali conuentione læſio conſiderabilis re, aut conſilio nulla accidiſſet. Quod & in reliquis ſpeciebus ſuprà memoratis repetitum intelligas.

*Intel.l.2.ti. delas prueuas.libr.3. ordi.*

Qua ratione & illud tenendum eſt, vt ſi cõuenerit inter partes, vt poſt teſtium publicationem, id eſt, poſtquàm teſtium depoſitiones partes didicerunt, adhuc tamen poſsint plures teſtes recipi, ea conuentio nullius momenti erit, nec amplius teſtes recipientur, licèt conuentio illa iurata eſſet, per rationes ſuperiores. Qua in re & illud præterea iuuat, quòd id ob vitandam delinquendi teſtiſq; corrumpendi occaſionem ſancitũ eſt. quod in.l. penul. titu. de las prueuas.lib. 3. ordinamenti.expreſſum eſt. & in. l. fin. eodem titulo.

*Intel. l. pe. titu. de las prueuas. libri.3. ordi.*

Idemque ſimiliter dicebam in ea dilatione, quę reis à lege datur ad patronum cauſæ inueniendum, accerſendũq;. vt in l.1.tit.de las dila.lib.3.ordi.Et etiã in ea dilatione, quæ p.l.2.eod.ti.datur ad probãdũ reo, qui à prætoris iuriſdictione declinat.Et in ea dilatione.20.dierũ, quę datur reo ad opponẽdas exceptiões.vt in.l.1.tit. delas

*Intell. l. 1. & 2.tit.de las dila. & l.1.tit.delas excep.libr. 3.ordi.*

de las excepciones.libri. 3. ordinamenti. Nã in omnibus his ſpecieb⁹,& ſimilibus, quale eſt etiã in termino,qui ad cõteſtandum datur per.l.1.tit.3.lib.3.ordi.ex conſenſu partium etiam iurato, licèt & iudicis aſſenſus adfuerit, nõ receditur à legis diſpoſitione. Primùm, quia forma legis in iudicialibus data, ex cõſenſu & diſpenſatione partium etiam iurato,non poteſt prætermitti, vt diſſeruimus ſuprà.§. 2. & 3.Deinde quia in hoc vertitur fauor publicus,etiã principaliter, vt ſuprà admonuimus.Quæ nota, quia vſu forẽſi nihil vnquàm frequentius.

*L.1. titu.3. lib.3. ordi.*

Per contrarium tamẽ in omnibus his caſibus & ſimilibus non dubiũ eſt, quin omnes dilationes legales poſsint ex partiũ conſenſu breuiari.argu.in.§.fi.Inſt. de perpet.& tẽp.act.l.pen.C.de pact.cũ vulgatis.l.poſtq̃ liti.eod.tit. quia per hoc cõſulitur quieti & trãquillitati reipublicæ, tantùm abeſt vt aduerſetur, id quod accidit,quando conuenit de dilationibus legalibus differendis.

*Intell.§. fi. inſt.de per pet.*

Neq; ad rem pertinet, ꝙ per.d.§.fi. iudex acquieſcere debeat partium voluntati,nam illud procedit in deciſione ipſius cauſæ,nõ ſic in dilatione litis. Nam ſi cõuenerit, vt licèt ſi fundũ integrum à me petebas,vel fortè centum, & iuſtitiam re vera fouebas, tamẽ iudex in dimidia fundi parte,vel in.50.tantum cõdenaret me, ita iudicare debet iudex, exprimens ſe id ex mutuo partium conſenſu feciſſe, non ſic ſi cõuenerit,vt lis vltra terminum, dilationeſq́; legales differatur. Ratio differẽtiæ, quia reipublicæ nihil intereſt, vtrũ quod meum eſt,tuum ex toto vel ex parte fiat,accedente conſenſu meo.

Hinc non ſolùm permiſſæ, ſed etiam laudatæ donationes. vt per totum. ff. C. & Inſt.de donati.elegãs tex.in.l. ſi pignore.in princi.ff.de furtis.& in.l.ſi ſeruus ea lege.ff. ſi ſeru⁹ expor. veneat. At intereſt reipublicæ, ne etiam ex mutuo partium conſenſu lites differantur, quæ impedimento ſunt, quo minùs magiſtratus rebus publicis conſulendis vacent,ſtudeãtq́ue, reſpublicaq́ue ſua quiete, ſuaq́ue tranquillitate deſtituitur. vt ſuprà docebamur.pro nobis pulcher text. in cap. tuis.de teſtib.vt dicemus infrà.§.9.numero.1. &.2.

Neq; ſimiliter ad rem pertinuit, ꝙ licèt partium conſenſus hac in re etiam iuratus pro diſpenſatione non ſit,tamen ſecus eſt in conſenſu & diſpẽſatione ipſius iudicis iure regio.arg.l.11.tit.1.lib. 3. ordi. Nam reſpondetur illud procedere in pertinentibus ad lites breuiandas, quo caſu & conſenſus partium prodeſſet: non ſic in pertinentibus ad eas differendas, quo caſu,neq; iudicum,neq; partium conſenſus quicquam prodeſt.

*Intel.l.11.titu.1.libr.3. ordi.*

Neq; ſimiliter mouet me, quòd ſi partes iurauerint,ſecundùm noſtram interpretationem cogentur à iudice peierare. Nam reſpon.quòd iur. intelligitur excepta authoritate ſuperioris.l.fi.ff.qui ſatiſda. cogan.& præterea ipſi videntur iuraſſe quid impoſsibile,& à lege vetitum. argu.l. nepos Proculo. ff. de verborum ſigni.l.conditiones.l.filius.ff. de condi.inſti.& conſequenter ab ipſo initio peieraſſe videntur:& cùm iam diu ab initio conuẽtionis iuratæ in periurium ceciderint, non eſt cur amplius in periurium recidiſſe videantur. c. non eſt obligatorium. c. in malis promiſsis.de regu. iur.in.6.Quæ omnia nota, quia in praxi nihil vſpiam vſitatius.

Redeundo ad illum articulum de poteſtate teſtatoris circa legis tranſgreſsionem,illud ſimiliter fas eſſe videtur, vt licèt fructuarius nõ poſsit ſeruitutem fundo acquirere regulariter nõ magis quàm ſi illa in re vſumfructũ non haberet,vt in l.ſed & ſi quid.§.fi.ff.de vſufr.tamẽ ex diſpoſitione teſtatoris fortè aliud erit, poteritq́ue cum illius legis rigore diſpenſare, ſi ponas mihi legaſſe fundũ hac lege, vt patiar ſuper hoc fundo alteri fundo ſeruitutem





uitutem acquiri, non ſolùm per dominum illius, ſed etiam per alium quẽlibet. argumento eorum quæ diſſeruimus ſuprà.§.6.in princ. Illud autem dubium eſt, an ceſſante teſtatoris diſpoſitione, regulariter poſsit proprietarius ſeruitutẽ fundo ſuo, in quo ego habeo vſumfructum imponere? Et quidẽ poteſt,dum mea conditio deterior per hoc non fiat.vt in dict.l.ſed & ſi quid.§.fin.in fin. ibi, per quam deterior fructuarij cõditio non fiat. Quod ſi mea conditio deterior fiat,tunc indubitanter citra meũ conſenſum non poſſet, vt ibid. Sed & (quod plus eſt)etiam me conſentiente non poſſet ſecundùm cõmunem receptam q́; ſententiam,quam tenuerũt ibi per illum tex.gl.Fulg.& alij.& gl.Salicetus & Paul.in.fin.§.filius autẽ.C. de bo. quæ lib.Alciatus.n.53.in.l.pe.C.de pact. vbi Curtius iunior.n.37. licèt agnoſcat huius rei ſe nullam videre rationẽ. Mouẽtur ꝑ tex.in d.l.ſed & ſi quid.in fi. ibi, ꝓprietatis dominus ne quidẽ conſentiẽte fructuario ſeruitutẽ imponere poteſt.

*Vſufru. cõſenſus non firmat ſeruitutem à proprietario non ritè impoſitam cũ cõmuni contra nouiſsi.*

*Intel. l. ſed & ſi quid. §.fi.ff. de uſufruct.*

Contrariam partem tenet nouiſsimè ſtrenu⁹ Pinellus de bonis mater. l.1. par. 2.n.74.poſt Conanum,quem refert lib. 4.c.3.qui ad.d.l.ſed & ſi quid.§. fi. quam omni confutatione maiorem agnoſcit, conatur variis modis literam modò ſupplere,modò detrahere,modò inuertere. Nam licèt ipſe id alijs in legibus nefas eſſe non abnegaret, tamen ibi fas ſibi videtur,ne deciſio illa ab omni ratione(vt ſibi videtur) aliena ſtare patiatur,turpiterq́; ius noſtrum fœdare.

Sed quam ipſi & reliqui non viderũt, nobis non antris abdita nimis, obſcurá ue ratio videtur.Conſtat enim fructuarium ius vſusfructus vlla ex parte non poſſe alienare, ita vt ius tranſuolet in accipientem.tex.apertus in.§. finitur.Inſt. de vſufruct.vbi ita tenent gloſ. & plerique noſtrorum.Azo in ſumma.C.de vſufru.num.20.glo.in.l.ſi vſusfructus.ff. de iure doti.Alber.in.l.venditione.ff.de bon.auth.iu.poſ.Paulus in.l.qui Romę. §.duo fratres.ff. de verbor.obliga.num. 4.vbi Alex. colum.pe.& Iaſ.num.80.& Ripa num.88.Paulus in.l.4.ff.de nouatio.colum. fin. Socin.conſ.10.libr.1.nu. 13.Corneus conſi.218.libr.3. col.fin.Fernand. de Loazes in. l. filiusfa.§. diui.nu. 17.ff. de legat.1.Anton.Gomez.de contract.cap.15.num.15.Faber & alij in dict. §.finitur.idem Anton.Gomez.in.l.Tauri.70.num.33. Pariſius conſi.71.nu.3.lib. 2.Couarru.libr.1.reſol.cap.8. num.7.

*Vſufructus alienari nõ poteſt cum communi.*

Cùm ergo ex regula iuris,Qui non poteſt alienare,non quoq; poſsit alienanti conſentire.iſq́; fructuarius nequeat alienare ex toto,aut ex vlla parte,non quoque poterit domino ſeruitutem imponenti cõſentire,quãdo per talẽ ſeruitutẽ inducitur alienatio, aut læſio, ſeu deterioratio vſusfructus vlla in parte,& cõſenſus fructuarij hac in re in nihilo prodeſt, nõ magis,q̃ ſi ab omnino extraneo adhibit⁹ otioſè fruſtraq́; eſſet,iſq́; eſt verus ſenſus dict.l. ſed & ſi quid.§. fin.Neque ad rem pertinet, quòd vnus ex dominis prædij communis ſeruitutem imponere licèt non poſsit, tamen accedente poſtea conſenſu alterius domini iuſtificatur, firmaturq́; ſeruitus illa.l.per fundum.ff.de ſeruit. ruſt.præd.l.fin.ff.com. præd. Alex. & Iaſ.vbi Paul. num.6.in.l. ſtipulationes non diuiduntur.ff. de verbor.oblig. Id enim longè diuerſum eſt, cùm ibi dominorum quiſq; habeat ius alienandi partem ſuam: non ſic in fructuario, de quo loquimur, qui ius alienandi non habet. vt in dict.§.finitur.

41 Illud autem per omnes receptiſsimũ eſt,quòd licèt partes cum iuramento inſtantiæ & metæ litis renũtient,non prohibetur iudex litem intra triẽnium terminare,quinimò ad id tenetur ſecundũ Bart. Alexan. Paul. & communiter docto. vbi ſuprà. Quod eorum pleriq; veluti indubitatum ſequuntur, quos iam retuli-

*Lis ut ultra triẽniũ progetur, ſi per partes conuentum ſit, & iuratum,iudex non ligatur cum*

*cum commune opinione, nec etiam ipſæ partes, contra Alex. & Imol.*

retulimus. An autem ipſi litigantes qui iurauerunt, id poſsint, magis incertum eſt. Quia ſunt qui putent non poſſe, quaſi tale iuramentum poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ergo ſeruandum eſt. vt capit. cùm contingat. de iureiurand. & de pactis. libr. ſexto. capitul. quanuis pactum. & ita tenet Alexand. colum. 3. in dict. l. Seius. & Imola in dict. capit. cùm contingat. in ſecundo membro. Quorum argumentum parum me mouet: quia licèt ipſæ partes tale iuramentum ſeruare poſsint ſine interitu ſalutis æternæ & detrimento animarum ſuarum, tamen illud iurament. ſeruare non poſſunt ſine detrimento reipublicæ, cuius principaliter intereſt lites finiri, & conquieſcere tumultus, & ſeditiones ſedari, honeſtiſque exercitijs homines, non litibus occupari, neq; ipſi poſſunt aut debent prætextu iuramenti ſeruandi ius publicum lædere. Præterea ab ipſo initio non eſt obligatorium tale iuramētū, cùm ſeruari ſine alterius vel rei publicæ detrimento nequeat. vt in cap. licèt mulieres. de iureiurand. libr. ſexto. capit. quanuis. de pactis. eodem libr. capit. cùm contingat. de iureiurand. capit. non eſt obligatorium. de regul. iur. Ergo ſi in ſui primordio non tenuit, nec fuit obligatorium, eius tranſgreſsio impunita eſt, & omni ex parte libera. Vnde partium cuilibet poſtea pœnitēti nō poteſt iudex non acquieſcere, nec remorari debet ob periurium partis pœnitentis, cùm iam priùs periur9 extitiſſet, nec modò in nouum recidat periurium, vt proximè dicebamus.

42 Infertur trigeſimoſextò & principaliter per ſtatutū, vel per teſtatorē, vel partiū conuētionē fieri nō poſſe, vt infamib9 portę pateāt dignitatū: q̃a nemo pōt facere, quin leges locum habeant. vt in dicta. l. nemo poteſt. cum mille ſimilibus ſuprà allegatis. ff. de legatis primo. & vt per modum diſpoſitionis fieri non poſſet, ita quoque per modum pœnæ ſeu pœnalitatis fieri non poterit. vt in dict. l. Seius & Augerius. ff. ad legem falcidiam. Vnde inferunt Angel. ibi. & Alexan. num. ſexto. non valere diſpoſitionem teſtatoris, vel partium conuentionem, vel formam ſtatuti diſponentis per modum pœnalitatis contrarium, veluti vt qui infamiam alteri ad impediendam dignitatem obijceret, talem pœnam ſubiret. ſequitur Iaſo. in conſil. 40. Redemptoris noſtri. libro primo. Quorum opinionem veriſsimam puto per text. in dicta. l. Seius & Augerius. & in dicta. l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſtit. & in. l. cùm tale. §. reſcriptū. ff. de conditio. & demonſtratio.

*Infamis ut dignitatem habeat, per ſtatutū pœnale fieri non poteſt, cum communi.*

43 Qua ratione quemadmodū arbiter non poteſt iubere & arbitrari, vt denuò in ſe compromittatur finito termino primi compromiſsi, nec etiam vt infra terminum compromiſsi is terminus à partibus prorogetur. vt in. l. non diſtinguemus. §. quæſitum. & §. fin. ff. de arbitris. ita quoque efficere & arbitrari non poterit, vt illa partium, quę noluerit vel terminū prorogare, vel denuò compromittere, talem pœnam patiatur: quia quod per modum diſpoſitionis fieri non poteſt, nō quoque fieri poterit per modum pœnalitatis, vel per pœnæ impoſitionem, ſecundùm Angel. & Alex. num. ſexto. in dict. l. Seius & Augerius. & ſecundùm Iaſo. colum. final. in dicto conſil. 40. Redemptoris. libr. primo. & eſt communis opi. quam etiam tenent Paulus in dict. l. Seius. Cumanus & Paulus. in dicta. l. ſi quis ſub conditione. Qui omnes cōmuniter etiam ampliant vt procedat, etiā ſi per modū cōditionis id ab arbitro iuſsū fuiſſet, puta, Cōdēno te in cētū ſi nō prorogaueris, vel d̃nuò nō compromiſeris. nā & tunc eſſet idem. vt in. d. l. ſi quis ſub cōditione. & d. l. Seius. Quinimò Paulus & Alex. col. 2. in prin. ibid. aiunt idem fore, etiam ſi arbiter ita dixerit, Talem partium cōdemno in cētum, à qua pœna liberetur, ſi compromiſſum prorogauerit, vel denuò cōpromiſerit. nā & tunc perinde eſſet, ac ſi diceret, Iubeo te cōpromiſſum prorogare vel denuò compromittere: quod ſi non feceris, condemno te in centum: vt ſic id quod vetitum eſt, fieri nullo modo, nullóque ordine, aut circuitu poſsit, & ſic nec per modum diſpoſitionis, nec per modum pœnalitatis, nec per modū conditionis, nec per modum etiam abſolutionis pollicitę à pœna impoſita, vt fuit in hoc vltimo caſu. Et cùm iudicia contractibus aſsimilentur. vt in. l. 3. §. idē ſcribit. ff. de peculio. ſupereſt, vt per adiectionem conditionis, vel modi, vel alterius rei à iure improbatæ, ipſe actus vitietur, infirmetur, & euaneſcat. vt in. l. non ſolùm. ff. de actio. & obligatio. non autem illa improba adiectio reijciatur, vt fit in vltimis volūtatibus, per. l. 1. & l. conditiones. & l. filius. ff. de cond. inſt. l. obtinuit. ff. de condit. & demonſtratio. Ita tenet Alexā. in ſpecie in dict. l. Seius colum. ſecunda. in princip.

*Arbitrari non poteſt, ut d̃nuò cōpromittatur uel cōpromiſſum prorogetur per modum diſpoſitionis, uel pœnæ, uel abſolutionis, cum communi.*



1 *Falcidia hodie pōt prohiberi, cum cōmuni.*
2 *Falcidia uetita ſi hæres repudiet, teſtamentū ſuſtinetur, cum communi contra Bald. & alios.*
3 *Falcidia quare ceſſabat in teſtamento militis, noua ratio.*
4 *Lex generalis comprehendit perſonas etiam priuilegiatas cum communi.*
5 *Trebellianica poteſt per teſtato. uetari, cum communi contra quamplures.*
6 *Lex noua loquens in uno caſu ex æquiparatis extenditur ad alterum, cum communi.*
7 *Falci. & Treb. olim æquiparabatur, etiam ſi ſpōte adiretur hæreditas, contra Ripam.*
8 *L. correctoria extenditur ex paritate rationis in in ea lege expreſſæ, cum communi.*
9 *Lex correctoria, quæ reducit nos ad ius antiquū extenditur, cum communi.*
10 *Falcidia etiam codicillis poteſt uetari contra Alciatum & alios.*
11 *Trebellianica uetita fidei. uni. non poteſt hæredit. adire, cum communi.*
12 *Trebellianica poteſt prohiberi etiam liberis primi gradus cum communi contra alteram communem.*
13 *Inuentarium ſi filius non facit, amittit Trebellianicam cum cōmuni contra alteram communē.*
14 *Inuentario non facto, perditur Trebel. cum communi contra alteram communem.*
15 *Inuentario non facto, filius nō perdit legitimam contra plures cum magis communi opinione.*
16 *Inuentario non facto, filius licèt deducat legitimam, tamen etiam ultra uires tenetur, cum cōmuni.*
17 *Ligitima non priuatur filius, qui infra annum defuncti uol. non implet, cum communi.*
18 *Falcidiam etiam hodie præſumi detrahi contra uol. teſtantis cum communi contra nouiſsi.*
*Vendens rem communem, totam uēdidiſſe uidetur, contra Albe. & nouiſsi.*

1 REDEVNDO ad illum articulum de poteſtate teſtantis circa formæ tranſgreſsionē, infertur trigeſimoſeptimò & principaliter, an teſtator poſsit prohibere detractionem falcidiæ? Quod olim indubitanter non poterant. vt in. l. quòd de bonis. §. fratre. ff. ad leg. falcid. Hodie autem falcidiam indubitanter detrahi prohibere poteſt, ſecūdùm veram & communem opin. per text. in auth. ſed cùm teſtator. C. ad leg. falcid. vbi traditur per omnes. & per Bart. in. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. colum. 1. vbi latiſsi. per Ioan. Hannib. num. 288. Alex. num. 10. Ripa. num. 42. Iaſ. num. 23. in. 1. lectu. & num. 34. in lect. 2. idem Bar. in. l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & in dict. authent. ſed cùm teſtator. Crotus in dicta. l. nemo. num. 16.

*Falcidia hodie pōt prohiberi, cū cōmuni*

2 Cuius rei ratio illa eſt, quòd teſtamenta conſeruari, intereſt reipublicæ. l. vel negare. ff. quemad. teſtament. aperiantur. Vnde olim repudiante hærede, teſtamētum infirmabatur. l. ſi nemo. ff. de regu. iuris. l. ſi nemo. ff. de teſtamentaria tute. Hodie autem ſi hæres repudiat propter prohibitionem falcidię factam à teſtatore, teſtamentum non vitiatur, quinimò hæreditas defertur perſonis enumeratis in authentico. de hæredibus & falcidia.

*Falcidia uetita ſi hæres repudiet teſtamentum ſuſtinetur cū cōmuni cōtra Bald. & alios.*

cidia.in.§. ſi verò expreſsim. iuncto.§.ſi quis autem non implens.vt illorum aditione teſtamentum confirmetur, nō ſecus, quàm cōfirmaretur per aditionem hæreditatis factam ab ipſomet hærede ſcripto. Iſta eſt vera & communis ratio & ſententia, quam tenent Bar.& docto. vbi ſuprà.latè per Corn. poſt alios in dicta authen.ſed cùm teſtator.Iacobus de Bella.in authentico.de hęredibus & Falcid.in.§. ſi verò expreſsim. oppoſitione. 21.Bar.in.l.1.in princip.ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.idem Bart.in repetitione.l.1.C.de ſacr.eccle.verſ.Quartò quæro. Bart. in.l.eam quam.C. de fideico.& in dict.auth.ſed cùm teſtator.& in.l.pactum inter hæredem.ff. de pact.Bald.in l.filium quem.col.16.C.familiæ herc.& in.l.1.colum.pe.ff.ſi quis om.cauſa teſtamen.Ange. in dict.l. eam quam.Bart.& Imol.in.l.qui filio.§.1.ff. de hęredibus inſti.Paul.& Fulg.in dict.l.eam quam.Roman. in authen.ſimiliter.C.ad leg.falci. in ſpeciali.20.&.21.enumerato inter ſpecialia piæ cauſæ.& Roma.cōſi.71.& Crotus nu. 16.in dict.l.nemo poteſt.vbi Ripa. num.42.

Contrariam partem tenent Bal.in.l.1. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.Bal.& Ang. in.l. eam quam.C.de fideico.Mouentur,quia ſecundùm eos non probatur ſatis efficaciter in dicto.§.ſi verò expreſsim quòd repudiata hæreditate eo caſu, quo ꝓhibita eſt falcidia,hæreditas adiri poſſet per reliquos in eodem teſtamento honoratos.Sed errant:nam in dict.§.ſi verò expreſsim.ſatis id expreſſum eſt.& etiam probatur in dict.authen.de hęredibus & falci.in.§.ſi quis autem nō implens.ad quem ſe refert dict.§.ſi verò

*Falcidia quare ceſſabat in teſtamento militis noua ratio.*

3 expreſsim. Illud autē dubium eſt,cū in teſtamento militis fauore ipſorum militum inductum eſſe videatur vt ceſſet falcidia.l.in teſtamento. C.ad legem falcid.&.l.in teſtamento.C.de teſtamento mili.vt id poſsit procedere: quia in contrarium fortiter facit text. in princip.Inſti.eod.titu.vbi vſus.l.falcidiæ receptus eſt teſtatoris fauore.Dic ſecundùm Portium ibid.quem ſequitur Iaſ. in.§. denique.in.l.1.ff.ad Treb.argumento.l. quidam conſulebant. ff.de re iudi.& argumento. l.miles ita.§.ſi militis.de teſtam. mili.ff.quòd vel hæres etiam ad petitio. legatariorum compellitur adire,vel militis voluntas confirmatur ſine aditione.Nec obſ.l. cùm filiusfa.de milit.teſtamento.ff.vbi militi in præiudicium alterius non datur priuilegium: nam hæres per compulſionem non pręiudicaretur, cùm vltra vires non teneretur . vt. C.de teſtam.mil.l.in teſtamento.2.&.l.1.§.denique.ff. ad Trebel. vbi nec hæres tenetur vltra vires, nec deducit falcid.Vnde Iaſ. in additione ad Chriſtophorum in princip.Inſtit.de leg.falcid.& in.l. in teſtamento.2.C.de teſtamen. mil.& in alle.§.deniq;.ait,quòd quia hæres in teſtament.mil. non tenetur vltra vires, & ſic non poteſt periculū incurrere,ideo non deducit quartam, & ſic non gaudet cōmodo.Sed hæc non eſt bona ratio:nam in princi.Inſti. de leg.fal.ideo inducitur falcidia, ne non adeatur hæreditas deficiente emolumento, ſed hîc deficeret emolumentum,ergo.&c.Tene ergo primam ratio. quam ſequitur Claudi.in.l. nemo poteſt.de legat.1.colum.1.& deducitur ex mēte Bar.ibid.& Ripa in allega. §.deniq;.num.2.Eadem ratione in terminis.C.ad leg.falci.authen.ſed cùm teſtator. valet prohibitio de detrahenda fal. quia ſi hac ratione teſtamē. deſtituatur, debentur relicta à venientibus abinteſt. vt in authen. de hær. & falci.§.ſi verò expreſsim. Sed oppo. videtur adhuc per gloſ. in.l. qui filio.§.ſeruus.ff.de hær.inſtit. ſecundùm Iaſ.in authent. ex cauſa. colum.fin.in fin. de lib.præt.C.& in all. l.nemo poteſt.colum.5.& in.l.3.de lega. 1.vbi deſtituto teſtament. non aliter relicta poſſunt confirmari, quàm ſi hære-



ditas ſaltem abint.adeatur. ita etiam Iaſ. in.l.eam quam.num.18.C. de fideicommiſsis. ſed deficiente emolumento, etiā abinteſtato venientibus deſtituetur ſucceſsio.vt in princip.Inſtit.de leg.fal.Dic credēdum eſſe ratione ſanguinis legitimos adituros, ne iniuria afficiatur defunctus.vt in.§.neceſſarius. Inſti.de hære.qu.&dif.& in.§.1.ex quibus ca.mā.nō licet.Vnde meliùs cùm inſtitutorum vnus tantùm gradus ſit, legitimorum autem plures,eueniet faciliùs,vt hi adeant quàm illi. Et licèt per has duas rationes videatur reſponderi,tamen reſp.non eſt concludens, vnde poteſt teneri opi.Iaſ. ſuprà relata.Et vltra fundamenta per eū adducta eſt optimus tex.in.l.nam quòd §.non omnis. ff. ad Trebel. qui text.ait, quòd hęres ſcriptus in teſtamento pagani,nō poteſt compelli adire à legatarijs, ne ſcilicèt legatarij totius hæreditatis emolumentum ferant, ipſe autem oneribꝰ hæredi.obſtringatur: vnde ſentit tex. quòd ſi non obſtringeretur oneribus, poſſet vel à legatarijs compelli. ſed qui adit hæreditatem militis non ſubiacet oneribus.prout probat Iaſ.in alle.§.denique. ergo poteſt compelli etiam à legatarijs,& ſic pleniùs proſpicitur voluntati militis, quàm ſecundùm opin. Ripæ ſuprà relatam.

*Lex generalis cōprehēdit ꝑſonas etiam priuilegiatas cū communi.*

4 Sed hæc opin. Iaſo. non eſt tuta:quia ſecundùm veram & communem ſententiam lex generaliter loquens habet locum in teſtamento mil. non aliter atq; in reliquorum teſtamen.niſi miles in re illa, qua de agebatur, peculiare priuilegium reperiatur habere.vt eſt vera & cōmunis ſententia.vt reſoluunt Decius in l.ex teſtamento.C. vnde libe.Alciat.lib. 4.paradoxorum.cap.10. Decius conſi.5. Fuſiùs per Tiraque. de vtroq; retractu. in glo.14. num.91.cum.17.ſequen.per.l. in fraudem.§.fi.ff. de mili.teſtamēto.Vnde cùm non reperiatur expreſsim cautū vt teſtamentum militis valeat repudiata hæreditate, neque reperiatur expreſſim cautum,vt hæres in teſtamento militis poſsit compelli adire ad petitionē legatariorum, ſupereſt, vt relinquatur in diſpoſitione iuris cōmunis. Quidam vt hanc difficultatem effugiāt, tentant firmare, vt ſi hæres in teſtamento militis repudiet hæreditatem, ea hæreditas deferatur ſubſtitutis,vel cohæredibus,vel legatarijs,vel fideicommiſſarijs ſecundùm formam text.in.§.ſi verò expreſsim.iuncto.§.ſi quis autem non implens.in authentico.de hæredibus & falcidia.quaſi ille text.loquens in pagano, ex maioritate rationis ſit trahēdus ad militē: ſed cū ex maioritate rōnis nō fiat exteſio in correctorijs ſecundùm cōmunē opin.de qua per Iaſ.in authē.quas actiones.C. de ſacro.eccleſ. & in.l.de quibus. nu.14.ff. de legibus. ſupereſt, vt horum opi.ſuſpecta ſit. Vnde miles, qui in vno & in multis melioris, & liberioris conditionis eſt, quàm paganus. vt patet per totum.C. ff. & Inſtit. de teſtamento militis.mirum non eſt, ſi hac in re videatur eſſe deterioris conditionis,& carere conſulta legis prouiſione.argumento.l. eum qui.ff. de iureiur.Nam negari non poteſt, quin libertas teſtandi aliqua ex parte obſtringeretur per falcidiæ inductionem.vt in.l.1.in princip.ff.ad legem falcid. licèt illa teſtandi & legandi reſtrictio & limitatio aliquando conuerteretur in vtilitatem ipſorum teſtatorum.vt in princip. Inſtit. de leg.falci. ſed ſi inter ſe cōferantur vtilitas illa,& vtilitas,quæ deſcendit ex liberrima & legibus ſoluta teſtandi facultate, longè vtilior eſſe intelligitur omnimoda libertas, qua in teſtando gaudent milites, quàm ſalubris & conſulta prouiſio, qua gaudent pagani.Nam & ſimiliter numerus ſeptem teſtium,qui in teſtamentis paganorum deſideratur,ipſorum paganorum vtilitatē reſpicit propter vitandas falſitates.vt in l.iubemus. C. de teſtamen. & in.l.fin.C. de fidei-

de fideicommiſsis. & in. §. fin. Inſti. de fi-
deicommiſſarijs hæreditatibus. & tamē
lōgè fauorabilior intelligitur omnimo-
da, & effræna libertas, atque ſoluta, qua
gaudent milites, quorū teſtamentis duo
teſtes ſufficiunt. l. diuus. ff. de militari te-
ſtamento. §. plenè. Inſtit. eod. titul. quan-
uis hæc libertas in ipſorum militum de-
trimentum conuerti poſsit. ſi fortè in eo
rum teſtamentis hac ratione falſitas cō-
mitteretur. argumento tex. in dicta. l. di-
uus. & in. d. §. planè. & hæc eſt lōgè verior
rō, & ex certiore mente & ſentētia iuris.

5 Illud autem dubiū eſt, an hodie quar
ta Trebellianica deducatur cōtra volun
tatē teſtatoris, ita vt ipſemet teſtator, qui
falcidiā ꝓhibere pōt, tamē trebellianicā
prohibere nō poſſet? Et ꝙ trebellianicam
prohibere nō poſsit, tenet gl. 2. in fi. in au
thē. ſed cū teſtator. & gl. in. l. ſi vt allegas.
C. ad leg. fal. Iacob. d Bello. in authētico.
de hæredib⁹ & fal. §. ſi verò expreſsim. Et
hāc partē ſequitur in pūcto iuris Corne.
in. d. auth. ſed cū teſtator. n. 6. licèt fatea-
tur cōtrariā eſſe cōmunē ſentētiā. Idē te-
nēt Bar. in. d. l. nemo pōt. n. 7. Alexā. in. l.
Marcellus. in prin. in. 3. q. ff. ad Treb. ſen
tit Imo. in. d. l. Marcel. §. ꝙ autē. Alcia. lib.
5. parado. c. 19. Crot. ī. d. l. nemo pōt. n. 17.

*Trebellianica poteſt per teſtatorem uetari cum cōmuni cōtra quamplures.*

Contrariā ſententiā, & ſic affirmati-
uā, vt teſtator trebellianicā ꝓhibere poſ
ſit, nō ſecus, q̃ falcidiā, tenet glo. in. §. ſed
qa. Inſt. de fideicō. hęreditatibus. & gl. in
corpore vnde ſumitur. d. auth. ſed cū te-
ſtator. & Bart. Bal. Sali. & Fulgo. in. d. au-
then. ſed cū teſtator. Quā ſentētiā cōmu
nē eſſe, & in vſu forēſi recipiēdā conſulit
Corn. in. d. auth. col. pe. tenet Bar. ſibi cō
trarius in. d. l. Marcellus. & eſt cōis ſentē
tia ſecūdū Crot. & Alci. vbi ſuprà. ſequi-
tur & dicit comunē Couar. in. c. Rainal.
§. 3. n. 6. de teſtam. Iaſ. in. d. l. Marcellus. n.
45. gl. in. d. l. Marcel. Alex. cōſ. 67. Cōſide
ratis. lib. 1. Bal. cōſ. 94. Punctus qōnis. lib.
2. & cōſ. 170. Quidā Nicola. lib. 5. Cuma.
cōſ. 25. Areti. cōſ. 27. Sequēdo ordinē. in. 5.
dubio. Rom. cōſ. 239. In re hac. Barb. cōſ.
2. col. 8. lib. 1. Soci. cōſ. 14. col. fi. Rip. in. d.
l. nemo pōt. n. 47. vbi hāc dicit cōmunē
ſententiā Iaſ. in. d. l. nemo. n. 40. in. 2. lect.
Hānib. in. d. l. nemo pōt. n. 349. poſt plu-
res alios per eū relatos. Alex. cōſ. 67. lib. 1.
Soci. iunior cōſ. 137. n. 6. lib. 1. Iaſ. conſ. 84.
num. 9. lib. 1. & idē Iaſ. cōſ. 89. col. 3. libr. 1.

6 Pro hac cōi ſententia ī primis facit tex.
in. l. Marce. in pr. iūc. §. ꝙ autē. ff. ad Treb.
vbi falcidia, & trebellianica æquiparan
tur, vt in quibus caſibus ceſſat falcidia,
in ijſdē caſib⁹ ceſſaret etiā trebellianica.
ergo. d. auth. ſed cū teſtator. loquēs in fal
cidia excludēda, habebit etiā locū in tre
bellianica excludēda. Quia quādo duo
caſus æquiparātur per legē antiquā, lex
noua loquēs in vno caſu, extēditur ad al
terū, etiā ſi ſit correctoria. Ita tenet gl. cō
mu. app. in. l. ſi qs ſeruo alieno. in vltima
gl. C. de fur. quā ſequūtur Ripa & Hāni-
ba. & Crot. vbi ſuprà. Iaſ. n. 38. in auth. no
uiſ. C. de inof. teſta. Crot. n. 53. in. l. Gallus
§. & qd ſi tm̄. ff. de lib. & poſt. Iaſ. in auth.
quas actiōes. n. 19. C. de ſacro. eccle. & eſt
cōis op. ī. l. 2. ff. d leg. 1. vbi Rip. n. 21. poſt
Bar. Are. & moder. ibi. Rom. cōſ. 32. Viſa
municipali. l. ſiqs in graui. §. ad cauſam.
iūct. §. codicillos. ff. ad Sillan. Neq; ad rē

*Lex noua loquens in uno caſu ex æquiparatis extenditur ad alterum cum communi.*

7 ptinet qd Ripa in. d. l. nemo. n. 48. reſpō
det extēſionē ab æquiparatis ſolū ꝓce-
dere, in qbus caſib⁹ fit æquiparatio, non
in reliqs. vt eſt gl. com. app. in. l. oēs dies.
C. d ferijs. & in. c. poſtq̄. §. fi. vbi Geminia
nus de electione lib. 6. æquiparatio autē,
de qua in. d. l. Marcellus. ſolū fit, quando
hæres adiuit cōpulſus, nō quādo ſpōte,
nā verius certè eſt falcidiā & trebelliani
cā æquiparari, etiā ſi ſpōte fiat aditio, nā
& tūc deducitur. 4. trebellianica nō ſec⁹
quàm falcidia ab ſpōte adeūte. vt in. l. qa
poterat. ff. ad Treb. vbi per oēs. & in pri.
Inſti. de leg. fal. Tenendū eſt ergo contra
Ripam, falcidiā, & trebellianicam iure
digeſtorum fuiſſe æquiparatas, non ſo-
lùm ſi per compulſionem hæreditas adi

*Falcid. & Treb. olim æquiparabatur etiā ſi ſponte adiretur hæreditas cōtra Ripam.*





ta fuiſſet, ſed etiam ſi ſponte.

8 Deinde facit, quia ratio expreſſa in le
ge noua facit, vt ea lex extendatur qua-
tenus ſe extendit ratio, etiam in correcto
rijs. Iſta eſt vera & cōmunis opin. quam
tenent Iaſ. poſt alios. in dict. l. Marcellus
Ripa. numer. 50. in dict. l. nemo poteſt. &
Hannibalis vbi ſuprà. Bald. in authenti.
quas actiones. vbi latè per Iaſo. gloſſa in
clementina prima. in verbo, eligatur. de
electione. gloſ. in authent. de hæredibus
abinteſtato venientibus. §. fina. in verbo
ordine. Bald. in. l. fina. ff. de hæred. inſtit.
& in. l. maximum vitium. C. de liber. prę
te. Alexand. in. l. cùm mulier. columna
quinta. ff. ſoluto matrimonio. text. in di-
cta. l. final. & in. l. his ſolis. in verbo, ſatis
tacitè cautum putamus. C. de reuocan
dis donat. Paul. in. l. quanuis. C. de fidei-
commiſ. Cuma. in dict. l. cùm mulier. §. 1.
per text. ibi. Georgius Natan in. c. quan
uis. num. 32. de pactis. in. 6. tex. in. l. huma
nitatis. C. de impub. vbi Iaſo. nume. ſex-
to. Alexand. num. 5. Corne. num. 15. Cur-
tius iunior. numer. 15. Purpuratus in. l. fi-
na. C. de pact. nu. 23. vbi Curtius iunior.
num. 9. & Decius. num. 15. & Iaſo. in. l. ſti
pulatio hoc modo concepta. ff. de verbo
rum obligat. num. 12. Sed in. §. ſi verò ex-
preſsim. in auth. de hæredibus & falci. v-
bi denuò inductum eſt falci. per teſtato-
rem poſſe prohiberi, expreſſa eſt illa ra-
tio, ꝙ lex credidit hæredem aditurū hæ-
reditatem intuitu pietatis, quæ ratio mi-
litat in trebellianica, non ſecus, q̃ in falci
dia: ergo vtrobiq;, vel in vtraq; idē iuris
erit. Præterea in. d. §. ſi verò expſsim. etiā
illa ratio expreſſa eſt, nō videri ſine lucro
quācunq; hæreditatē etiam ſi quarta nō
detrahatur ab hęrede ſcripto. Et id poſſu
mus intelligere propter honorem ipſius
hęredis ſcripti, cui honorificū, decorum,
pulchrū, & honeſtiſsimum eſt hæredem
fuiſſe inſtitutum, qui honor omni lucro
præferendus eſt, ſi per eum adita ſit hære
ditas. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa te

*l. correctoria extenditur ex paritate rationis in ea lege expreſſæ cum cōmuni.*

ſtamē. quæ ratio militat in trebellianica
non ſecus, quàm in falcidia. Præterea eſt
etiam tertia ratio expreſſa in dicta. auth.
de hæredibus & falci. §. hinc nobis. ibi,
hîc enim repugnare quidem videntur
voluntati deficienti, & incumbere legi
talia permittenti. quę ratio militat in tre
bellianica, nō ſecus, quàm in falcidia, &
conſequenter comprehendit vtramq;.
Deniq; eſt quarta ratio expreſſa in dict.
§. hinc nobis. ibi, quoniam tuenda à no-
bis vbique eſt deficientium voluntas.
quæ ratio ſimiliter militat in trebelliani
ca, non aliter, atque in falcidia. In ſum-
ma eſt & quinta ratio expreſſa in dicto
§. hinc nobis. ibi, & non per ea quæ fortè
ſurripiunt, aut malignantur. quæ ratio
militat in trebellianica, non ſecus, quàm
in falcidia. Nam ſenſus illorum verbo-
rum eſt, quòd hæres, qui non fecit inuen
tarium, non gaudebit beneficio legis
quo ad conceſsionem trebellianicæ, vel
falcidiæ, quia fortè ſubtraxit bona hære
ditaria, cum quibus contentus eſſe de-
bet. Neque prętерea debet petere, aut im
plorare beneficium legis falcidiam vel
trebellianicam concedentis, quaſi impu
tetur ſibi, quòd inuentarium non fecit,
& propterea puniatur in amittenda fal-
cidia, vel trebellianica. Simile in. l. ſi ſer-
uum. §. prætor ait. ff. de acquirenda hære
ditate. vbi filius, qui ſurripuit, vel ſubtra
xit bona hæreditaria, perdit beneficium
abſtinendi. Enimuero hæc pars ſuade-
tur ſexta ratione expreſſa in dicto. §. ſi
verò expreſsim. & in. §. ſi quis autem nō
implens. in authentic. de hæredibus &
falcid. vbi hac ratione denuò inductum
eſt, teſtatorem poſſe falcidiam prohi-
bere: quia ſi huiuſmodi prohibitionis ra
tione hæres ſcriptus repudiet hæredi-
tatem, tunc ea hæreditas defertur le-
gatarijs, & reliquis. Quæ ratio non ſo-
lùm militat, ſed etiam multò magis ha-
bet locum in fideicommiſſ. vniuerſali.
Nam ſi hæres per teſtatorem vetitus ſit

trebellianicam deducere,&propter hoc nolit, & recuſet, abnegetque adire hæreditatem, tunc nil pericli eſt, cùm ea hæreditas deferatur fideicom.vniuerſali,qui longè proximiùs accedit ad naturam hæredis ſcripti, quàm legatarij,vel fideicommiſſarij ſingularis.vt in.l.ſecũda.ff. ad Trebellia. Poſtremò eſt vltima ratio expreſſa in.§. his igitur.in authent. de hęredibus & falcidia. in verbo,fideicommiſ. per vniuerſitatem. vbi ſignificatur in fideicommiſ. vniuerſalibus illam conſtitutionem locum habere,non ſecus, quàm in fideicommiſſ. ſingularibus, vel in legatis, & conſequenter locum habere in trebellianica, non ſecus, quàm in falcidia. Et hoc argumentũ, quod præter omnes locupletauimus, eſt reale, & vrgens ſecundùm Ripam in dicta. l. nemo poteſt. num.50. & ſecundùm Iaſ.in dict.l.Marcellus.

9 *Lex correctoria quæ reducit nos ad ius antiquum extẽditur, cum communi.*

Tertiò principaliter facit: quia vbi reducimur ad ius antiquum, etiam in correctorijs extenſio licita eſt.gloſ. in capit. ſtatutum.in verbo,numerãdum. de præbendis.in.6.quam communiter doctor. ſequuntur. vt per Ripam in dict.l.nemo poteſt. num.51.vbi Iaſ.num.40.in ſecunda lectu.& in dicta.l.Marcellus.in princ. facit gloſ.in princ. C. de caducis tollendis. quæ ait, antiquum ergo bonum. Et Lucanus lib.8.bellorum ciuilium ſic ait,

*Ardua quippe fides maturos exigit annos.*

Et Seneca in Octa.

*Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides.*

Quartò facit, quia virtus legatorum attributa eſt fideicom.& contra.lex.1.ff.de legat.1.l.1.&.2. C. communia de lega.§. ſed olim.cum ſequen.Inſti.de leg.Vnde lex noua,quę vetat legata minui contra voluntatem teſtatoris, etiam in fideicõmiſ. locum vendicauit.Cùm ergo tot rationes expreſſæ in eadem lege noua,quę loquitur de falcidia per teſtatorem prohibenda,militent etiam in trebellianica, reliquum eſt, vt ipſam trebellianicam comprehendant. Nam quando vna ratio plures caſus comprehendit, tunc omnes caſus comprehenſi intelliguntur, non per modum extenſionis, ſed ex vi comprehenſiua:vt quemadmodum genus comprehendit ſub ſe plures ſpecies, ita quoque generalis ratio.latè per Tiraquel. in.l. ſi vnquam. in verbo,libertis. num.37.C. de reuocandis donat.vbi latè diſſerit, quòd generalis ratio comprehẽdit ſub ſe diuerſas ſpecies caſuum emergentium. Petrus, & Cinus in.l.iura non in ſingulas. ff.de legib.Bald.in authent. poſt fratres.2.C.de legit.hæredibus.& in cap. quia.v.circa finem.de iudicijs.& eſt cõmunis opin. vt patet ex relatione Tiraquel. de vtroq; retractu.§. 20. nu.1.Sic ergo &in ſpecie noſtra,cùm tot rationes ſint expreſſæ in lege noua,& ſint generales, commodæ, & aptę tam ad trebellianicam, quàm ad falcidiam, ſupereſt, vt vtranque comprehendant, licèt in altera tantùm loquantur, non ſecus, quàm genus cõprehendit ſub ſe plures ſpecies.

10 Illud autem dubium eſt,an huiuſmodi prohibitio per teſtatorem fieri poſsit in codicillis? Qua in re Bald.conſi.474. libr.2.conſuluit fieri non poſſe.Idem gl. in.l.2. in verbo,falſo.C.de codicillis.Alciatus in.l. licet.C.de pact.

*Falcidia etiam codicillis pōt uetari contra Alciatum, & alios.*

Contrariam ſententiam probant Aretin.conſi. 12. colum.fina. Gualdenſis de arte teſtandi. titul.de muta.teſta.capitu. octauo.Didacus de Couarru. in capitul. Rainaldus. de teſtament.§.tertio.nume. ſexto. Quorum opinio.veriorem puto per text.in.§. penult. Inſtit.de codicillis. & in.l.Scęuola. ff. ad Trebellian.in quibus iuribus habetur hæreditatem codicillis dari, & adimi poſſe per fideicommiſ. vt codicillis nulla alia diſpoſitio abnegata, vetita, &interdicta videatur, p̄ter exhæredationem, & hæredis inſtitutionem. Sed qui hæredem ſcriptum vetat trebellianicam, vel falcidiam deducere, is hæreditatem neque videtur dediſſe,



diſſe,neque ademiſſe.vt in.l.qui hæredi. §.cùm hæreditas.vbi per omnes.ff.de cõditio.& demon. per Carolum Ruinũ in l. Gallus.§. & quid ſi tantùm.col.9.ff.de liber.& poſthu. Ergo dicendum eſt huiuſmodi prohibitionem codicillis fieri poſſe, cùm ius hæredis directum remaneat penes hæredem.vt in dict.§.cùm hęreditas.tradunt latè Bart.&nouiſ.in.l.cũ filio.ff.de legat.1.

11 *Trebellianica uetita fidei. non poteſt hæred. adire, cum communi.*

Enimuerò controuerſum vehementer eſt, an hæreditate non adita per hæredem, qui trebellianicam deducere vetitus fuit, fideicommiſ. vniuerſale euaneſcat? Mouet quæſtionem, quòd licèt olim indubitanter tale fideicommiſ.euaneſceret.vt in.l.illę à quo.§.ſi de teſtamẽto.ff. ad Trebellian. & in.l.non iuſtam. C. eodem titul. tamen hodie ſecundùm receptam ſententiam quemadmodum cùm hæres vetitus falcidiam deducere ſi repudiat hæreditatem, legata,& fideicõmiſ. ſingularia non euaneſcũt, vt ſuprà admonuimus:ita quoque videbatur fideicommiſſ. non euaneſcere, ſed quòd hæreditas ab hærede repudiata fideicõmiſ. vniuerſali deferretur, vt is iure ſuo adire poſſet. Sed tandem in contrarium eſt communis opin. vt talis fideicommiſ.etiam hodie hæreditatem ab hærede ſcripto repudiatam iure ſuo adire nõ poſsit, neque vllum habeat remedium ad eam conſequendam, niſi compellat hæredem adire. Iſta eſt vera & communis opin. ſecundùm Ripam. numero.51. in dict.l.nemo poteſt. vbi. Alexã.num. 10. Iacobus de Bellouiſu in.§. ſi verò expreſsim.in authent.de hæredibus & falcid. Bald. in.l.filium quem.colum.12.C. familiæ herciſ.Roman.in authent.ſimiliter.in.3. charta.C.ad legem falcid.quia imputandum eſt fideicommiſſ. qui potuit hæredem cõpellere adire, & id omiſit.l.ſi quis omiſſa.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtament.

12 Illud autem dubium eſt,retenta communi ſententia, quæ habet, teſtatorem trebellianicam poſſe prohibere, an procedat etiam in filijs primi gradus? Qua in re communis opin.eſt negatiua, vt ſi filius à patre ſit inſtitutus, & iuſſus vniuerſam hæreditatem reſtituere, non poſſit pater filio interdicere trebellianicę deductionem. Ita tenent Bald.Paul.& Salicetus in dicta authent.ſed cùm teſtator. Roman.& Iaſo.in.l.Marcellus.ff.ad Trebellianum. Alexand. conſi.quinto.Circa primum. libr. tertio. Roman. conſil. 206.Licèt ex communi. Cumanus conſil. 35. & eſt communis opin. ſecundùm Decium.conſi.81.colum.ſecunda.& cõſil.218. colum. prima. Corneus in dict.l. iubemus. Crotus in dict.l. nemo poteſt. num.18.& Ripa. num.52.ibidem.Couarru.de teſtament.cap.Rainutius.§. vndecimo.num.7.Iaſo. conſi.99.libr.quarto. Socin.iunio.conſ.131. num.58.libr.1.Ruinus conſil.21. num.8. libr.3.Picus in.l.in quartam.colum.111. ad leg.falcid.

*Trebellianica poteſt prohiberi etiam liberis primi gradus, cũ cõmuni cõtra alterã communẽ.*

Contrariã ſententiã, vt etiã hoc caſu trebellianica poſsit per teſtatorẽ prohiberi, tenuit Cin.in.d.l.iubemꝰ.Cuma.in, l.cohæredi.§. cũ filię.ff.de vulgari.Alex. & Soci.in. d.l.Marcellus.Bal.cõſ.340.Super eo quod quæritur.lib.3.Alex.cõſ.67. Cõſideratis. col.2. lib.1. idẽ Alex.cõſ.29. Perſpectis.lib.8.Ange.cõſ.125.Hoc eſt teſtam. Hannib. in.d.l.nemo põt.n.369.& eſt hæc cõis opi.ſcd̃m Pariſiũ cõſ.1. n.83. lib.3.& ſcd̃m Picũ vbi ſuprà.Corſe.in tracta. ď excellẽtia regis.q.73.col.4.Corne. conſ.22.lib.2.col.9.Rom. ſing.192.

Quid dicẽdũ? Teneo hanc poſteriorẽ partẽ,vt teſtator poſsit etiam filiis primi gradꝰ inſtitutis vetare trebellianicę ďtractionẽ.ꝑ tex.in.d.auth.ſed cũ teſtator.C. ad leg.fal.& auth.ď hęr.&fal.§.ſi verò expreſſim.iuncta vera & cõi ſententia quã ſuprà retulimus.Moueor, nam ſi verum eſt regulariter poſſe teſtatorẽ trebellianicã ꝓhibere nõ ſecus q̃ falcidiã, eã vetare poterit liberis primi gradꝰ nõ ſecus q̃ reli

quis etiam extraneis hæredibus inſtitutis reſtituere iuſsis: quia liberi primi gradus ante nouiſsimum ius authenticorũ nullum habebãt peculiare priuilegium circa quartam trebellianicam prohibendam, quaſi teſtator trebellianicam illis ſolis reſtituere rogatis auferre non poſſet, reliquis autem hæredibus reſtituere rogatis auferre poſſet: quinimò hac in re omnibus ex ęquo idẽ ius erat, vt teſtator hæredibus ſuis reſtituere rogatis trebellianicam deducere non poſſet prohibere, ſiue illi hæredes extranei eſſent, ſiue de liberis teſtatoris. vt in.l. Titia. & in.l. quod de bonis.§. fratre.&.§.final.ff.ad legem falcidiam. Neque ad rẽ pertinere debuit, quòd cùm in omnibus hæredibus par idemq́ue ius eſſet, tamen priuilegij loco datum eſſet liberis primi gradus, vt in trebellianicã ipſorum fructus percepti ante reſtitutionem non computarentur, nam illud inde effluxit quia de iure ciuili trebellianica, quam liberi primi gradus reſtituere rogati deducebant, ſubrogabatur loco legitimæ, quæ eis in bonis patris debita erat: legitima autem eis debebatur integra ſtatim poſt mortem parentũ, nullo onere, nulla conditione aut dilatione diminuta, vt ſic teſtator qui falcidiã, vel trebellianicam in vſufructu tantùm, vel etiam in proprietate tantùm relinquere poterat hæredibus extraneis. vt in.l. vxori. ff.de vſufru. lega.gl.communiter app.in auth.nouiſſima.in glo.fina.C.de inoffi.teſtamento. & ſimiliter eandem trebellianicam in vſufructu tantùm relinquere poterat. vt ibi. Et eſt communis & vera opin. vt diſſeruimus infrà. §. 20. in interpretatione dicti authenti.

Tamen is teſtator liberis hæredibus inſtitutis, & reſtituere rogatis non poterat iubere, vt trebellianicã in vſufructu tantùm, vel in proprietate tantùm deducerent: quinimò tam in vſufructu quàm in ꝓprietate deducere eam debebãt, etiã inuito teſtatore. dict. l. iubemus. in prin. C. ad Treb. Quia cùm hæc trebellianica loco legitimę ſubrogaretur, vt ipſa legitima in proprietate tãtũ, vel in vſufructu tantùm relinqui nõ poterat, ſed in vtroque. vt in authẽ. de triente & ſemiſſe.§.1.&.§.prohibemus.collatione.3.& eſt vera & communis ſententia vt diſſerimus in materia.l.qm̃ in prio.C.đ inof. teſt.§.10. ſupereſt, vt talis trebellianica locꝰ legitimæ ſubrogatæ ſequeretur naturã ipſius legitimæ. vt latiſsimè docet ex cõmuni reſolutione Iaſ.in rubr.ff.de verb.oblig. & conſequẽter in vſufructu tm̃ deduci nõ poſſet. vt in.d.auth.de triẽte & ſemi.§.1.&.§.ꝓhibemꝰ.& in.l.qm̃ in prioribꝰ.C. de inof.teſta. expreſsiùs in.l.ſcimus.§.cũ autẽ.&.§.repletionẽ. eo.tit. Hodie aũt cũ teſtator trebellianicam liberè excludere poſsit, legitimã aũt liberorũ nulla ex parte minuere poſsit, vt ſuprà diſſeruimꝰ.& in.d.l.quoniã.& in.d.§.cũ autem.&.§.repletionem. ſi liberi ſint reſtituere rogati, & trebellianicam deducere vetiti, habebunt integram legitimã, tam in proprietate, quàm in vſufructu, trebellianicam verò minimè: quia eam excludere tam liberũ fuit teſtatori liberos hæredes inſtituenti, quàm ſi extraneos ſcriberet hæredes. nam correcta & infecta radice, omnia ex illa radice germinata pereunt.l.2. C.de indict.viduit.tollend. Vnde cùm radix, & fundamentum illius priuilegij liberis conceſsi, vt in eorum trebellianicam fructus non imputarentur, qui in extraneorum trebellianicis imputabantur. vt in.l. Papinianus. §. vnde ſi quis.ff. de inof. teſtamento. fuerit, ꝙ olim teſtator vt legitimam excludere nõ poterat. vt in.l.cùm quæritur.& in.l.parentibus. C.de inoffi.teſtamento.& in.§.fin.Inſtit. eo.&.l.Papinianus.§.quarta.&.§.quoniã autem quarta. ff. eod. titul. ita quoque trebellianicam excludere non poterat. dicta. l. Titia. dicta. l. quod de bonis. §. fratre. & per hoc talis Trebellianica





loco legitimæ ſemper imputabatur illis perſonis, quibus legitima debebatur. Quæ quidẽ radix & fundamentũ hodie ceſſat, quia hodie teſtatori liberum eſt vetare trebellianicam, ſupereſt, vt ſi ea vetita non fuerit, tunc gaudeat priuilegio ſuo, de quo in dicta.l.iubemus. quia ſobrogatur loco legitimæ. Sin autem vetita fuerit, tunc nullo gaudeat priuilegio, cùm ex nihilo nihil ſuperſit.l.ſed & ſi manente. ff. de precario. ſed is filius in reſtitutione hæreditatis deducat ſuam legitimam integram, intactam, illibatam, tam in vſufructu, quàm in proprietate. dicta.l.quoniam in prioribus. dicta. l.ſcimus.§.cùm autem &.§.repletionem. dicta authentic. detriente & ſemi.§.1.& §.prohibemus.

Neque ad rem pertinuit, quòd lex generaliter loquens, non comprehendat illas perſonas, quę non ſolùm priuilegiatæ ſunt, ſed etiam in illa materia, qua de agitur, peculiare priuilegium reperiuntur habere. vt tenuit gloſ.in.l.hac conſultiſsima. C. qui teſtament. facere poſ. vbi Paul. & Fulg. & Ripa in dicta.l.nemo poteſt.num.52.ff.de legat.1. Nam præter ea quòd illud non ſatis tutum eſt, poſſet procedere regulariter, aliud tamen, quãdo ea diſpoſitio non tam iure ſuo id priuilegium habebat, quàm ratiõe alterius diſpoſitionis, in cuius locum ſubrogabatur, vel cui accedebat. Vnde ſi priuilegiũ ſcholaribus, & eius ſocijs, vel famulis fuerit conceſſum, ſi poſtea ſcholaribus adimatur, ſocijs, vel famulis ademptum videtur. vt per Hannibalem in.l. nemo poteſt.ff. de legat.primo.

Vel ſecundò & notabilius lex generaliter loquens, non comprehendit perſonas, quæ in illa materia, qua de agitur, reperiuntur habere peculiare priuilegium. Id tamen procedit & intelligitur, quando talis lex eſſet diſpoſitiua, ſecus autem ſi eſſet correctoria ex toto, vt in ſpecie noſtra. Vnde ſi lex diceret, Hæres reſtituere rogatus Trebellianicam non poſsit deducere niſi in bonis mobilibus. puto quòd non comprehenderet filios, licèt & id ſatis controuerti poſsit. Vel dixit, Si non fecerit inuentarium non deducat Trebellianicam. puto quòd non comprehendat liberos. vt latè per Corneum in dicta authentica. ſed cùm teſtator. colũ. fin. licèt & id apud me ſuſpectũ ſit, qui hoc caſu putarem filios etiam cõprehendi, quia circa confectionem inuentarij non reperiuntur habere peculiare priuilegium, ergo comprehenduntur. argumento.l. in fraudem.§. final.ff. de milit. teſtamento. & generaliter in ſimilibus caſibus hæc videtur communis opin. vt per Decium in.l.ex teſtamento. C. vnde liberi. & in conſi.5. Alciatus lib. 4. paradoxo. capitul. 10. Tiraquellus de vtroque retractu. gloſ. 14. num. 91. cum plu. ſequen. Cæterùm ſi lex correctoria eſſet loquens generaliter, non dubitarim, quin comprehendat etiam eas perſonas, quæ in illa materia erant priuilegiatæ: quia licèt in quibuſdam ad eam materiam ſpectantibus ſpeciale priuilegium reperirentur habere, & eſſent potioris conditionis, quàm reliqui, tamen ſi ea materia perit, & exulat, vt ipſi poterunt ea exulante vti, certè non video, vel (quod tutius & apertius eſt in ſpecie noſtra) verum non eſt, quòd liberi primi gradus reperiantur habere ſpeciale, & peculiare priuilegium. Nam licèt tales liberi habeant priuilegiũ quo ad effectum, mẽſuram, & magnitudinem Trebellianicæ, quia extraneis reſtringitur Trebellianica, & minuitur per fructuũ perceptionem. vt in.l.Papinian.in.§.vnde ſi quis.ff.de inoffi.teſtamento. tamen liberis primi gradus non minuitur Trebellianica per fructuũ perceptionẽ, nec tales fructus in eorum Trebellianicam imputantur, neque eam diminuunt. vt in.l. iubemus. in princip. iuncto.§.final.C.ad Trebellia. tamen hoc pe-

culiare priuilegium datum liberis primi gradus quo ad effectum ſpecialiter Trebellianicæ, non debet extendi ad creationem, neque ad reſolutionem ipſius Trebellianicæ, neque ad conceſsionem, vel denegationem ipſius. Nam vt aliud eſt hominem naſci, aliud autem eſt hominem natum varia opera efficere, variaſque actiones exercere, aliudque ſimiliter eſt poſtquàm natus eſt, & varia opera confecit, mori, & finiri: ita quoque aliud eſt liberis primi gradus Trebellianicam concedi, aliud verò poſtquàm eis Trebellianica conceſſa eſt, eam Trebellianicam quo ad ſui effectum eſſe maiorem, pleniorem, capaciorem, quàm ſit Trebellianica, quæ conceditur extraneis. Nam & ſimiliter longa eſt differentia quo ad ſui effectum, plenitudinem, & capacitatem inter legitimam, quæ debetur liberis, & legitimam, quę debetur parentibus, vel fratribus, vel patronis: quia legitima liberorum amplior, & plenior eſt, quàm legitima reliquorum. vt in authent. nouiſsi. cum ibi plenè notatis per gloſ. & docto. C. de inoffi. teſtamento. & latè diximus infrà. §. 20. & tamen propterea nullus vnquam dixerit, quòd priuilegium datum liberis quo ad effectum & plenitudinem legitimæ extendatur quo ad priuationem, vel denegationem, vel reſolutionem ipſius. Quia lex noua, quæ legitimis ſuis priuari omnes ingratos iuberet, nullus vnquam abnegauit, quin comprehenderet liberos, licèt ſint priuilegiati in legitimę plenitudine, & effectu, non ſecus, quàm reliquos, qui tale priuilegium non habent. quod nominatim probat tex. in. l. ſi quādo. §. fi. in fin. ibi. quæ omnis ſanctio. & in l. quoniam in prioribus. & in. l. omnimodò. C. de inoffi. teſtamento. vbi leges illæ licèt liberis obeſſe videantur, quatenus eis adimunt facultatem reſcindendi teſtamē. parentum, quibus reſciſis, vniuerſam conſequerētur hæreditatem. vt in. l. Titia. & in. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inofficio. taſtamento. & non legitimam tantùm, tamen ex quo leges illę generaliter loquuntur, comprehendunt filios, non ſecus quàm reliquos, licèt in materia legitimæ reperiantur habere peculiare priuilegium: quia illud priuilegium eſt circa aliud, hoc eſt, circa effectum, vel plenitudinem legitimæ, non autem in indiuiduo circa illam rem, de qua agitur. Quod etiam probat dicta. l. in fraudem. §. fi. ff. de milita. teſtamē. vbi licèt miles quamplura habeat priuilegia circa creationem teſtamentorum. vt per totum. ff. C. & inſtit. de teſtamento militis. tamen eius hæreditas adiri nō poteſt, niſi intra tempora paganorum teſtamentis conceſſa: quia priuilegia militibus data in creatione teſtamētorum non extendūtur ad hunc caſum, vbi agitur de effectu, & non de acquiſitione. Sic ergo & in ſpecie noſtra priuilegium liberis primi gradus conceſſum quo ad plenitudinem & effectum Trebellianicę non extenditur ad creationem, ſeu cōceſsionem ipſius Trebellianicæ, quinimò ex permiſsione. l. generali. de qua in authenti. de hæredibus & falci. in. §. ſi verò expreſsim. & in dicta authent. ſed cùm teſtator. poteſt teſtator liberis Trebellianicam denegare, non aliter atque extraneis, cùm ſola legitima, non etiam Trebellianica liberis ex neceſsitate debeatur. vt in authenti. de hæredibus & falci. §. primū itaque. & in dicta. l. quoniam in prioribus. & in dicta authentic. nouiſsi. & in. l. ſcimus. §. cùm autem. C. de inofficioſ. teſtamento. Et hāc opinionem ſolitus ſum tenere in iudicando, & conſulendo, & inter plura quàm. 700 paradoxa Salmanticæ publicè tuebamur.

13 Ex ſuperioribus infertur, an filius, qui non fecit inuentarium, amittat Trebellianicam? Qua in re ſunt qui putent Trebellianicam amitti. Ita tenent Cinus Bald.

*Inuentariū ſi filius non facit, amittit trebelli.*



*cum cōmuni cōtra alteram communem.*

Bald. & Sali. in dict. authē. ſed cùm teſtator. & Iacobus de Are. & Petrus de Bellaperti. & Fulgo. qui ait ſe ita cōſuluiſſe in magna. q. & Soci. in. l. Marcellus. §. quod autem. ff. de condi. & demonſt. ſequitur & dicit communem opi. Decius conſil. 480. In caſu quæ contingit. num. 16. Bal. in. l. cùm tale. §. 1. ff. de cond. & demonſt. Bart. conſi. 227. Lena Matareli: Oldral. cōſil. 133. Satis credo. in prin. cum conſi. 141. Viſis. col. 1. Fulg. conſi. 41. Caſus talis. col. fi. idem Fulgo. conſil. 87. Proponitur ꝙ honorabilis. col. pen. & conſi. 96. Pro deciſione. col. 1. Paul. conſi. 36. Super primo dubio. lib. 2. Andrea. Sicu. conſi. 46. Difficile eſt. col. pen. Matheſelanus notabili. 158. Nota ꝙ hæres. Ange. §. in extraneis. de hær. qua. col. fi. idē Deci. cōſ. 236. Non parua difficultas. n. 5. Pariſius conſi. 1. nu. 88. libr. 3. quos omnes ferè refert Decius. vbi ſuprà. præter Pariſiū ſequitur nouiſs. Couarru. in cap. Rainuti. de teſtamen. §. 11. num. 10.

Contrariam ſententiam, vt filius non conficiens inuētarium non amittat Trebellianicam, tenet, & dicit communem Aimon Sabilli cōſi. 17. Corne. conſil. 180. lib. 4. col. 7. Antonius Rubeus conſil. 43. num. 9. qui hanc dicit cōmunem. Et hāc ſequi videtur idem Corne. in dict. authē. ſed cùm teſtat. col. fi. Guido papæ. q. 53. Iacobus de Bello. in authē. de hæredibus & falcidia. §. hinc nobis. q. 13. Oldral. in. l. fi. C. de iure delibe. Ioan. And. in additionibus Speculatoris. in titu. de inſtrumentorum editione. §. dicto v. erſic. de Trebellianica. Oldral. conſi. 130. Bal. in. l. filium quem. C. familiæ herciſcūdæ. Ange. in authen. de hæredibus & fal. §. ſi verò expreſſim. Ange. in dict. authen. ſed cùm teſtator. & ibi Bart. prout eorum pleroſq; refert Corne. in dict. conſi. 180. n. 11. lib. 4.

Sed priorem ſentētiam affirmatiuam longè veriorem puto, per omnia fundamēta, quæ ſuprà adduximus in illa quæſtione, An teſtator poſſet prohibere Trebellianicam. Nam in authen. de hæredibus & falci. in. §. ſi quis autē non implēs. cum ſequen. & in. §. hinc nobis. cùm ſeq. & in. §. ſi verò expreſsim. non ſolùm vnica, ſed etiā plures rationes expreſſæ ſunt, quæ militant in Trebellianica, nō ſecus, quàm in falcidia, & in filio nō ſecus q̄ in extraneo hærede inſtituto: & conſequenter vt ſi filius non conficeret inuētarium, falcidiam ſecūdùm omnes amitteret, ita quoq; amittet. Trebellianicam: quia de falcidia ad Trebellianicam indubitāter fit extenſio, vbi nō ſolùm militat eadem ratio, ſed præterea ea ratio in lege expreſſa eſt. Et ſic inter plura quàm. 700. paradoxa Salmanticæ olim publicè tuebamur, & ita conſulerem & iudicarem. Vnde teneo, quòd paterfa. liberis primi gradus poſsit Trebellianicæ deductionem prohibere, & eo non prohibente, talem Trebellianicam amittat filius qui non fecit inuentarium.

14 Infertur longè facilius Trebellianicā perdere hæredem extraneum, qui inuentarium non fecerit. Quæ res vehementer controuerſa eſt: quia hanc noſtram ſententiā tenēt Cinus in auth. ſed cùm teſtator. in. 8. q. C. ad. leg. falci. & ibi Bal. idem Bal. in. l. cùm tale. §. 1. ff. de cōd. & demōſt. & Petrus de Bellapert. & Fulg. in dict. authen. ſed cùm teſtat. & ibi Sali. in fi. Bart. con. 227. Lena Matareli. Corne. cōſi. 303. Plura quæſita. lib. 1. idem Corne. conſil. 22. In hac conſultatione. col. pen. lib. 2. & conſil. 168. In hac conſultatione. in. 3. dubio. col. 4. lib. 3. Et hāc opi. dicit communem Fulg. in. d. authen. ſed cùm teſtator. Rom. in authen. ſimiliter. Soci. in dict. l. Marcel. ff. ad Treb. Cuma. cōſi. 141. Viſis. Fulg. cōſi. 41. Caſus talis proponitur. col. fi. vbi firmat ſe ita ſæpe conſuluiſſe cum clariſsimis docto. idem Fulg. cōſi. 87. Proponitur. col. 2. & conſi. 96. Pro deciſione. col. 1. quorum pleroſq; refert Decius cōſil. 236. Non parua difficultas. n. 5. Et hæc opi. eſt communis ſecundùm Soci. iunio

*Inuentario non facto, pditur Trebel. cum cōmuni cōtra alteram cōmunem.*

rem.conſi.132.volumine.1.nu.3. Pariſius
conſi.1.n.88.lib.3.Decius cōſil.480.n.17.

Contrariam ſententiam, vt Trebellia
nicam nō perdat hæres non cōficiens in-
uentarium, tenent Bart.& Corne. col. fi.
in dict.authen.ſed cùm teſtator. Iacobus
de Bello.in dict. §.ſi verò expreſsim.Bart.
in.l.Marcellus. col.fi. ff. ad Trebel.Ioan.
And.in additionibus Speculatoris in tit.
de inſtrumentorum editione.§.dicto ver
ſic.ſed de Trebellianica dubitatur.Alex.
qui plures refert in.d.l. Marcellus. Idem
Alex.conſi.21.Perſpectis.col.2. lib. 5. qui
hanc opi.dicit veriorem & magis cōmu
nem.idem Alex.conſi.67.Viſis.col.8.lib.
4.Bal.cōnſi.229.in.1.arti.lib.3.Bal. conſi.
354.Ad euidentiam.lib. 5. Corne. conſil.
180.Multitudo quæſitorum.nu.11.lib. 4.
qui hanc dicit communem, & vſu forēſi
receptam ſententiam.Iaſ. Ange. & Paul.
in dict.l.Marcellus.vbi Claudius hāc di-
cit communem.Soci. iuni.conſi.137.n.9.

Sed certè prior ſententia longè verior
eſt:quia in dict. §. ſi quis autem non im-
plens.& in.d.§.hinc nobis.& in.d.§.ſi ve-
rò expreſsim.non vnica tantùm, ſed plu
res rationes expreſſæ ſunt, quæ militant
in Trebellianica nō ſecus, quàm in Falci-
dia, & conſequenter hæres extraneus nō
conficiens inuentarium, non poteſt de-
ducere Trebellianicam nō magis, quàm
Falcidiam:quia de Falci.ad Trebelliani-
cam fit extenſio, etiam in correctorijs,
quādo eſt eadem ratio, & præterea ratio
illa in lege expreſſa eſt, vt pluries admo-
nuimus.Præterea non ſolùm ex vi exten
ſiua, ſed etiā ex vi cōprehēſiua poſſemus
firmare comprehenſum fuiſſe in Trebel
lianica, nō ſecus, quàm in Falcidia.vt pa-
tet in authen.de hæredibus & Falci.in.§.
hinc nobis.verſic.ſancimus.in verbo, fi-
deicom.ſæpe repetitū, vbi hæres ad confi
ciendum inuētarium iubetur fideicom.
non ſecus quàm legatarios citare. ad idē
text.in.§.ſi verò non fecerit.ibi, ſed cōple
uit legatarios. & fideicō. Quæ iura mirè
commendat Couar. in dict. c. Rainuti.
§.11.num. 10. & Roma.in authen. ſimili-
ter.fol.pe.& Deci.conſi. 236. num. 5. Sed
certè illa iura contrariam ſententiam po
tiùs probare videntur, vt opportunè, &
ſubtiliter aduertit Corneus in.d.authen.
ſed cùm teſtator.col.3.4. &. 5. Nam cùm
illa iura dicant, ꝙ qui inuentarium nō fe-
cerit, compleuit legatarios & fideicōmiſ-
ſarios citra falcidiæ detractionem, neceſ-
ſariò intelligenda ſunt de legatis & fidei-
cōmiſsis ſingularibus, quorū relicta per
falcidiam minuuntur, nō de fideicōmiſ-
ſo vniuerſali, quod compleri impoſsibile
eſt, ſi quid ſurripuit hæres, qui inuenta-
rium non fecit: quia ſiue re vera aliquid,
vel multa ſurripuerit, quantū id ſit, incer
tum, & occultum eſt, & conſequēter im
poſsibile eſt impleri, vel ſuppleri ꝑ ipſum
hæredem ſurripientem:ſiue nihil re vera
ſurripuerit, tamē punitur propter inuen-
tarij defectum in eo, ꝙ relicta ſingularia
implere debet per denegationē falcidiæ,
ſicq́; re vera illa iura in relictis tātùm ſin-
gularibus, non etiam in vniuerſalibus lo
quuntur: quod etiam ſi agnoſceremus,
tamen adhuc noſtra ſententia defenden
da eſt, non ex vi comprehēſiua illorum
iurium (vt qui noſtram ſententiam tuen
tur falſò opinantur) ſed magis ex vi extē-
ſiua, vt noſtra fundamenta ſuadent. Po-
ſtremò pro nobis induci belliſsimè pōt
dict.authē.de hære.& fal.§. ſi quis autem
non implens.&.§. inordinatum.vbi quā
do hæres punitur propter ſuam negligē-
tiam cōmiſſam in non implendis & per-
ſoluendis à teſtatore relictis, tunc is pri-
uatur hæreditate in fauorem fideicōmiſ-
ſarij vniuerſalis non ſecus, quàm in fauo
rem legatariorum, quinimò principali-
ter in fauorem fideicō. vniuerſ. & ſic per
prius ea hæreditas hæredi adempta, defer
tur fideicommiſſario vniuerſali, deinde
legatarijs.Sic ergo in.§. hinc nobis. ꝗ ſta-
tim ſequitur, quando hæres punitur pro
pter ſuā negligentiam cōmiſſam in non
faciendo



faciendo inuentario, conſequenter intel
ligendum eſt puniri ad commodum fi-
deicommiſſarij vniuerſalis, non ſecus, q̃
ad cōmodum legatariorum, cùm illius
interſit non ſecus quàm legatariorum in
uentarium fieri, & res hæreditarias ſibi re
ſtituendas non occultari. Et certè dimi-
nutus fuiſſet Iuſtinianus, ſi is caſus tam
neceſſarius nō eſſet ab eo prouiſus, vnde
ex mente & ſententia ipſius comprehen
ſus ſanè fuit. Suadetur ex. §. primū itaq;.
in dict.auth.cum.§.ſequenti. vbi in legiti
ma, quæ iure quaſi naturæ quibuſdam
debetur, nihil attigit Iuſtinianus, vt ſicut
in reliquis omnibus hæredibus omni le-
gali cōmodo eos priuaret, ſi vel volunta-
tem defuncti infrà annū non implerent,
vel inuentarium facere prætermiſerint,
vel teſtator expreſsim id iuberet, itaq; in
omnibus his trib⁹ caſibus mens Iuſtinia-
ni fuit, vt hæredes omni commodo me-
rè legali (quale eſt commodum Falcidię,
vel Trebellianicę) priuarentur, licèt non
priuarentur commodo, quod non vide-
tur merè legale, quale eſt commodum le
gitimæ, quod quibuſdam perſonis quaſi
lege naturæ deberi ipſe Iuſtinianus præ-
dixerat in dict.§.primum itaq;. Vnde in-
fertur legitimam per non confectionem
inuentarij non amitti ſecūdùm quoſdā.
ergo.

15 Filius non conficiens inuentariū, quæ
ritur, an amittat quartam iure naturę de-
bitam? Et communis opi. eſt quòd non
ſecundùm Xuarez in.l.quoniam in prio
ribus.fol.21.col.1.cum pluri.ſeq.& Deciū
in conſi.480. num.17. &. 18. Eandem di-
cunt communem opi.Alexā.& Iaſo.in.l.
fi.§.ſin autem hoc.C. de iure delibe.

*Inuentario nō facto filius nō perdit legitimam cōtra plures cum magis communi opinione.*

Sed contra communē opi. per tria fund.
tenet Salicetus in.l.fin.§.ſi quis autem te-
merariò.C.de iure delib. quorum vnum
valde ſtringit, nec recipit bonum reſp.ſe-
cundùm Iaſ.vbi ſuprà.Sed certè magis vi
detur reſpōſo carere illud fund. quod ad
ducit Sali.ſcilicet, quòd qui inuentarium
nō facit, præſumitur res hæreditarias ſur-
ripuiſſe, taliter, ꝙ eis non ſubtractis, hæ-
reditas ſufficeret ad integram præſtatio-
nem tam ęris alieni, quàm legatorum. vt
§.hinc nobis.&.§. ſi verò non fuerit. in au
then. de hæredibus & Falci. Stante ergo
hac præſumptione (licèt in veritate aliter
res ſe habeat) ſupereſt, quòd vt ſicut inte-
gra legata præſtarentur ſi verè ſufficeret
hæreditas ad integram præſtationē tam
legatorum quàm æris alieni, ita etiam in
tegra legata præſtari debeant, cùm inuē-
tarium confectum non eſt, cùm licèt hæ
reditas verè ſoluendo non eſſet, ſoluēdo
tamen eſſe pręſumatur. Si ergo legata in-
tegra debentur, ergo minui non debent
prætextu quartæ iure naturæ debitæ, nā
ſi minuerentur, integra non præſtaren-
tur. Itaq; ſi in hæreditate erant ducenta,
& legata ſunt trecēta, filiusq́; immiſcuit,
tunc trecenta legatorum nomine dabit:
nam præſumo, ꝙ in tali hæreditate fue-
runt non ſolùm illa trecenta, quæ legata
ſunt, ſed quòd etiā vltra illa trecenta erāt
alia centum, quæ iure naturæ debitam le
gitimam implerent. Sed etiam aliam pœ
nam patietur, vt de proprio à burſa cen-
tum præſtet. Confirmatur.nam & aliàs
qui non facit inuētarium, falcidiam per-
dit, & patitur aliam pœnam, vt vltra vi-
res etiam legatarijs teneatur. vt dict. §. ſi
verò non fecerit.& dict.§.hinc nobis.idq́;
receptum eſt propter doli ſuſpicionem,
vt patet vtrobiq;.Et tenendo hanc partē,
non obſt.authē.hoc amplius. C.de fidei-
com. Nam in quæſtione noſtra quando
filius inuētarium non fecit ideo effectua
liter quarta iure naturæ debita priuatur,
quia licèt eam verè nō habeat, tamē eam
habere præſumitur per modum ſubtra-
ctionis:at in dict. authē. hoc amplius. fi-
lius inuentarium fecerat, ſicq́; quartam
iure naturæ debitā nec verè habebat, nec
præſumptiuè, ideo eam ſibi conſeruat.
Non quoq; obſt.ꝙ legitima ſit æs alienū,
æs autem alienum ipſo iure minuat lega
ta

ta ſecundùm glo.fal.in.§.& ſi præfatam. in.l.fi.C.de iure delib.Nam in primis nego,quòd legitima ſit alienum æs.Idq; patet:tum, quia per æs alienũ omnino ceſſat.vt.l.Papi.§.4.ff.de inoffi.teſt.tum etiã, quòd nõ debita, ſed quaſi debita dicitur legitima.vt not.in.l.3.C.de iuris & fact. igno.Sed & ſi fateremur, quòd legitima verè deberetur, adhuc non obeſt. Nam æs alienum,quod ipſi hęredi debetur,nõ minuit legata, quando non fit inuentarium.vt probãt Sali.& Iaſo. vbi ſuprà.ſed loquimur in legitima ipſi filio hęredi debita,ergo.&c.Præterea etiam æs alienum alteri quàm ipſi hæredi debitum non minuit legata, quando non fit inuẽtarium. Patet. Nam ſi trecẽta habebam in bonis trecentaq; legaui cùm deberem cẽtum, tunc inuentario non facto hæres integra trecẽta præſtabit: nec verum æs alienum poterit diminuere legata, eo quòd plus in hæreditate fuiſſe præſumitur. vt dict. §.ſi verò non fecerit.& dict.§. hinc nobis. tam in deciſione,quàm in ratione decidẽdi. Vnde cùm verum æs alienum legata minuere nequeat, multò minus fictũ æs alienũ ea diminuere poterit. Non quoq; obſt. quòd patronus non priuatur legitima propter non confectum inuẽtarium. vt in authen.de hære.& falci.§.pen. nam nõ ſequitur illud in patrono, ergo idem in filio.Patet. Nam ad tollendam conſequentiam,ſufficit dari inſtantiam.glo.in cap.ſicut vrgeri.1.q.1.& in.l.creditori.vbi Iaſ.de noui oper.nuntiat.ff. ſed quemad. eſt differentia inter legitimam patroni, quæ per libertos minui non poteſt,& legitimã filij, quæ minui poteſt per patrẽ. vt probat gl.app.in.l. cùm à matre. C. de rei vẽd.ita etiam debet eſſe diff. in quæſt. noſtra inter legitimam filiorũ, & patronorũ: vt ſicut illo caſu faciliùs extinguitur vel minuitur liberorum legitima per alienationem patris, quàm patronorum per alienationem liberti,ita & in quęſtione noſtra per non confectionem inuentarij faciliùs extinguatur liberorũ, quàm patronorum legitima.Pręterea patronis debetur legitima ex legis diſpoſitione,& præterea libertus ad eam relinquendam tenetur per obligationem ab antidora, cùm præmium libertatis immẽſum à patrono acceperit: at pater non eſt obligatus ab antidora,nec alio iure ad legitimã filio relinquendam, licèt naturali inſtinctu ad filium alendum ducatur,& ad relinquendam ſibi legitimam: vnde cùm ſit diuerſa ratio inter legitimam filiorũ, & legitimam patronorum, nimirum, ſi ab vna ad alteram argui non poſsit. Vel melius dic,quòd dict.§.fi. verſi. non autẽ excipimus.in dict.authen.de hære.& fal. conc.cum dict. authen. hoc amplius. & cum dict.§.his igitur.& dict.§. ſi quis autem non implens.in dict.auth.de hæredibus & fal.quæ iura non loquuntur,quãdo filius, vel patronus deſijt inuẽtarium conficere, ſed quando iuſſum teſtatoris, legis, & iudicis implere noluit, quo caſu punitur,vt lucrum amittat,id eſt, omne quod ſibi vltra debitum bonorum ſubſidium relictũ fuit:at nos loquimur,quando inuentarium non confecit.Ratio differentiæ: quia illo caſu cõſtat eum nil habere præter debitum bonorum ſubſid. quo lex eum priuare nõ vult: at iſto ſecũdo caſu præſumit lex eũ ſubtraxiſſe tot res hæreditarias,quot ſufficiunt,vel tranſcendunt ſummam legitimæ, & per hoc vult eum integra legata perſoluere, licèt re vera aliter ſe rem habere poſſe lex non ignoret. Et dicta præſumptio generalis habet etiam locũ in filijs, & patronis inſtitutis, & etiam in alijs priuilegiatis. argumento eorum quæ habentur in.l.1.ff. ſolut.matrimonio. Vltimò hæc pars cõprobatur contra cõmunem ratione. Nã quando duo caſus ſunt æquiparati à lege antiqua, tũc lex noua loquens in vno caſu,extenditur ad alterũ.ita eſt glo.app. in. l. ſi quis ſeruo alieno.C. de furtis.& diximus ſuprà.ſed filius inſtitutus nõ conficiens



ficiens inuẽtarium, per legem antiquam æquiparabatur extraneo inuẽtarium nõ conficiẽti. vt in.l.fi.§. ſin verò poſtquàm. in verbo,vel immiſcuerint.C. de iure delibe.ergo lex noua (ſcilicet,auth.de hær. & falci.§. ſi verò non fecerit.) loquens in extraneo, habebit etiam locum in filio. Stringo:nam ſi iſtud procederet(vt dixi) etiam eo caſu,quo dict.§.ſi verò non fecerit. loqueretur ſpecificè in extraneo hęrede, quãto magis id verũ erit, cùm dict. §. ſimpliciter loquatur& generaliter, vt ſic non minus filium hæredem,quàm extraneum comprehendat.Vltimò in dict.§.ſi verò nõ fecerit.datur regula generalis,& exceptio non eſt bene probata,ergo.&c. Deniq; ſequenda eſt communis ſentẽtia, quæ longè verior eſt:quia lex non præſumit eum qui inuentariũ non fecit, aliquid ſurripuiſſe. patet in dict.authen. de hær.& fal.§.hinc nobis.ibi,fortè ſurripuerint.& iterũ ibi. ſi nihil malignati eſſent, non fortè cõpeteret. Si ergo lex nõ præſumit hæredem,qui inuentarium non fecit, aliquid ſurripuiſſe, vel malignatum fuiſſe, ſed duntaxat conſiderat poſsibile eſſe eum aliquid ſubtrahere,ſupereſt, filium inuentarium non conficiẽtem poſſe legitimam conſequi,non aliter, atq; ſi inuentarium feciſſet. Præſertim cùm, vt ſuprà admonuimus,& opportunè notat Decius conſi. 480. num. 17. iura noua ea duntaxat commoda, quæ à mera legis ciuilis conceſsione deſcendunt, ademerit hæredibus inuentarium non faciẽtibus, non autem ea commoda,quæ lege quodammodo naturæ eis deferuntur, & ſic non legitimam iure naturę quaſi debitã, ſed falcidiam tantũ, vel Trebellianicam ex mera legis ciuilis diſpoſitione emanãtem eis ademerit. vt euidenter probatur in authẽ.de hær.& falci.§.primum itaq;. iuncto.§.hinc nobis.cum ſeq.Et ſic ſequẽda eſt communis opi.quam vltra Alexã. Iaſ.Decium, & Rodericum Xuarez, & alios ſuprà allegatos tenent.glo.in auth. hoc amplius.C.de fideico.quam ſequuntur ibi docto. communiter. & gl.in dict. authen.ſed cùm teſtator. vbi omnes. eſt communis opi.ſecundùm Alex.in.l. ſcimus.§.pen.C.de iure delibe. glo. in auth. de hæredibus & falci. §. ſi verò non fecerit.Corne.conſ.180.col.1.lib.4. Iaſ.in.d.l. ſcimus.in prin.l.7.tit.11.part.6.

16 Intellige tamen filium liberari ab illa pœna amiſsionis legitimæ,non tamen liberatur ab altera pœna, vt teneatur vltra vires hæreditarias,etiã legatarijs.Ita Bart. & Paul.in.d.auth.ſed cùm teſtator.idem Paul.in dict.l.ſcimus.§.pen. Didacus de Couar.in cap.ſi hæredes.n.9. de teſtamẽ. per generalitatem tex.in authen.de hæredibus.& falci.in.§.hinc nobis.& in.§. fiat igitur.& in.§.ſi verò non fecerit.quæ iura cùm generaliter loquantur, comprehendunt liberos, nõ aliter atq; extraneos hæredes,cùm non reperiantur habere peculiare priuilegium in hac materia. vt in.l. in fraudem.§.fi.ff.de milit.teſtam.Decius in.l.ex teſtamento. C. vnde lib.idem Decius conſi.5. Alciatus.lib.4.paradoxorũ. capit.10. Tiraquel. de vtroq; retractu.in glo.14.num.91.

*Inuentario nõ facto filius licèt deducat legitimam,tamen etiam ultra uires tenetur cũ communi.*

17 Illud autem dubium eſt,an filius, qui voluntatem defuncti nõ impleuit infra annum,priuetur legitima? Qua in re cõmunis opi.eſſe videtur,eum legitima nõ priuari. vt per Cardinalem, Abb. Imol. Barb.& Didacum de Couar.n. 9. in cap. ſi hæredes.de teſtam.Segura.in.l. 3.§. fin. fol.7.col.1.de lib.& poſthu.ff.Bernardus in dict.ca.ſi hæredes.in fi. & eſt cõmunis opi.ſecundùm Ioan. Cirier. de primogenitura.lib.3.quæſt. 6. Quorum opi. vera eſt,& probatur per text.in authen.de hæredibus & falci.in.§.1.itaq;.iũcto.§. ſi quis autem non implens.vbi Iuſtinianus profeſſus eſt ſe nullam pœnã amiſsionis imponere illius quartæ,quæ iure quaſi naturæ debetur, ſed quartæ tantùm falcidiæ, vel Trebellianicæ,quæ mero legis ciuilis beneficio debetur. Qua de re per Archidiaconũ,

*Legitima non priuatur filius, qui infra annum defuncti uol. non implet, cũ communi.*

diaconũ,&Dominicũ in. c. Sylueſter.11.
quæſt.1.Ioã.And.Anto.Ancha. & Imol.
in dict.c.ſi hęredes.

Stat ergo ex ſuperioribus primùm,te-
ſtatorem poſſe Trebellianicam prohibe
re, non aliter,atq; falcidiã. Deinde hære-
dem,qui infra annum non implet volun
taté defuncti,Trebellianica priuari, non
ſecus,quàm falcidia. Tertiò, teſtatorem
poſſe liberis primi grad⁹ interdicere Tre
bellianicæ non minus, quàm falcidiæ de
ductioné. Quartò,liberos primi gradus,
qui non fecerint inuentariũ, priuari Tre
bellianica nõ ſecus,quàm falcidia. Quin
tò,filium qui non fecerit inuentarium le
gitimam portionem nõ amittere. Poſtre
mò, filium qui infra annum non imple-
uerit voluntatem defuncti, non amitte-
re legitimam.

*Falcidiam etiã hodie præſumi detrahi cõtra uolũ. teſtãtis cum cõmuni cõtra nouiſſi.*

18 Deniq; eleganter quæri poteſt,an ho-
die cùm teſtator poſsit prohibere falci-
diam, ea falcidia detrahi videatur contra
voluntatem teſtatoris,an verò de volun-
tate ipſius? Mouet quæſtionem, ꝙ olim
in re dubia contra voluntatem teſtatoris
detrahi videbatur.vt in.l.Titia.ff.ad leg.
Falci. quia teſtator etiam ſi vellet eã pro-
hibere, non poterat.vt in. l. quòd bonis.
§.fratre.&.§.fi.eod.titu.ſed cùm hodie te-
ſtator poſsit eam prohibere. vt in authé.
ſed cùm teſtator.C.ad leg.Fal.& in auth.
de hęredibus & falci.§.ſi verò expreſsim.
ſupereſt,vt eam teſtator ſponte cõcedere
videatur: quia qui poteſt prohibere, vel
adimere,& non prohibet neq; adimit, cõ
ceſsiſſe videtur.vt in.l.nec nõ.§. quod eis.
ff.ex quibus cauſis maior.& in.l.1.§. pen.
ff.de leg.3. Per quam rationem hanc opi.
tenent contra communem Ripa.in.l.1.§.
in filij.n.7.ff.ad Trebe.& in.d.l.1.in prin.
eod.tit.num.15. vbi ſubdit, ſe nunquam
communem ſententiam veram putaſſe.
Idem tenent Picus in. l. in quartam. col.
28.ff.ad leg.Falci.& Decius cõſi.257. col.
fi.incipi. Quæritur an legitimatus.

Sed in contrarium ſe habet vera & cõ-
munis ſententia,vt per Vincentium in.l.
Titia.col.2.ff.ad leg. fal. Ripa in.l.ĩ quar-
tam.ff.ad leg. fal.num.47.qui hanc dicit
communem ſententiam.Anchara.cõſil.
51.Plura ſunt.Bertrandus conſi.153.Circa
proceſsũ.in.8.dubio.lib.2.Imol. & Alex.
in.d.l.in quartã.Couar. in. c. Rainaldus.
§.3.num.6.de teſtam.ſentit Bart. in dict.l.
nemo poteſt.num. 7.Pro hac communi
& vera ſententia eſt tex. apertus in dict.
cap. Rainaldus.in fi. Neq; ad ré pertinet,
ꝙ permiſiſſe videatur qui nõ prohibuit:
nam illud verum eſt, ſi liberè prohibere
potuit, ſecus autem ſi non omnino li-
berè,quale eſt in ſpecie noſtra, vbi teſta-
tor creditur falcidiam ideo expreſsè non
prohibuiſſe,ne hęres ſcriptus repudiaret
non conceſſurus hæredi falcidiã, ſi certò
ſciret eum aditurum hæreditatem: mal-
let enim teſtator integra legata præſtari,
quàm Falcidiam deduci: ſed mauult Fal
cidiam deduci,quàm hæreditatem ab hę
rede ſcripto repudiari.Simile in prin. In-
ſtit.de donati.Neq; ad rem pertinet, ꝙ re
pudiata hæreditate per hæredem ſcriptũ,
qui falcidiam detrahere vetitus fuit, tũc
hæreditas deferatur reliquis in eo teſta-
mento ſcriptis,ſiue illi legatarij ſint, ſiue
fideicom.vt tenent Bart.& communiter
doct.in dict.l.nemo poteſt.col.1. per tex.
de hære.& falci.§.ſi verò expreſsim.iũcto
§.ſi quis autem non implens. Nam illud
non ſufficit teſtatori, cuius magnoperè
intereſt ipſummet hæredem ſcriptũ po-
tiùs quàm reliquos in eodem teſtamen-
to honoratos hęreditatem adire:vt ſi for
tè hæres ſcriptus vir erat probatiſsimæ,
inculpatæ, & innocentiſsimæ vitæ: nam
& hęres fiduciarius ſępe ſcribitur.vt in.l.
Seius Saturnin⁹.ff.ad Trebe.Ergo ſuper-
eſt, vt falcidiam hodie etiam conceſſam
à teſtatore iudicemus ex neceſsitate qui-
dem non præciſa.vt dict. authé. ſed cùm
teſtator. ſed tantùm cauſatiua, vt noſtra
ſuadent fundamenta, & rationes, vt ſic
componantur opinionum varietates.

Redeundo



Redeundo ad poteſtaté teſtatoris cir-
ca legis tranſgreſsionem,infertur, ꝙ licèt
teſtator in dubio nõ videatur legare plus
iuris q̃ habeat in re legata. l. vxor patrui.
C.de lega.l.quod in rerum.§.1. &.l. ſi do-
mus.in prin.ff.de lega.1.tamen contrariũ
diſponere poteſt ex regula quam tradi-
dimus ſuprà.§.6.in prin.quia iſthæc reſpi
ciunt tenorem teſtamenti & voluntatis.

*Vendẽs rẽ cõmunem, totam uendidiſſe uidetur contra Alberi. & nouiſſi.*

Contrahens auté,etiam in re dubia, plus
iuris quàm habeat in re videtur alienare,
quia appellatione rei ſimpliciter prolatæ
intelligitur de tota re. l. ſi quis cùm totũ.
ff.de except. rei iudi. Vnde ſi quis fundũ
mihi vendit, qui ex parte tãtùm ad eum
pertinebat, totum mihi vendidiſſe vide-
tur.argum.dict.l.ſi quis cùm totum.præ
ſertim cũ ex parte mea præſumitur igno
rantia.l.verius.ff.de probati.Vnde appa-
ret perperam erraſſe Alberi. in.l. 1. C. de
bo.mater.Couar.lib.1.reſol.c.8. n. 7.poſt
plures, quos ipſe refert, dum putat patré
rem ſimpliciter, in qua vſumfructũ tan-
tùm habebat,filius auté proprietaté, alie
nantem, de euictione non teneri, quaſi
vſumfructum tantùm,quem in re illa ha
bebat,non etiam proprietatem alienaſſe
videretur,quo pernicioſius,dicit,nil poſ-
ſet, nihilq́; quod magis occaſionem frau
dandi & decipiendi daret atq; delinquen
di.Et contrariam ſentétiam, vt totum vi-
deatur alienaſſe, probat expreſsim text.
in. l. in venditione. ff. de act. empt. glo.
in.l.ex his prædijs.C. de euict. Secũdò eſt
tex.in dict.l.ſi quis cùm totum. dum ap-
pellatione rei ſimpliciter prolatæ, ait to-
tam rem cõtineri cum omnibus ſuis par-
tibus tam integralibus, quàm quotitati-
uis. Tertiò.l. cũ quæſtio.C.de lega.Quar
tò.l.Męuio.in prin.verb.totus.ff.de lega.
2.Quintò.l.vn.§.vbi autem. C. de caduc.
tollen. Sextò.l. coniunctim. ff. de lega.3.
ibi,ſolidam rem.Septimò.l.ſi pluribus.ff.
de lega.1. Octauò.§. ſi eadem res. Inſt. de
lega.Nonò.l.ſi ſeparatim. ff. de condi. &
demonſt.Decimò.l.1.§.fi. verb. totius. ff.
de vſufruct.accreſ.Vndecimò.l. inde Ne
ratius.verb. in ſolidum. eodem tit. Duo-
decimò.l.illud.ff.de ritu nupti.in quibus
omnibus probatur appellatiõe rei ſimpli
citer prolatæ,totam,integramq́; rem cõ-
tineri.Idem & decimotertiò probatur in
l.qui vſumfructum.ff.de verb.oblig.ibi,
ſimilis eſt ei qui totum ſtipulatus.&c.
Plura per Bar.Alex.& Iaſo.ibi.& per Bar.
Areti.Alex.Iaſo. & nouiſſ.in.l.5.§. pen.&
§.fi.ff.de leg.1.Decimoquartò, quia igno
rantia ex parte emptoris regulariter præ-
ſumitur.d.l.verius.ff.de probati.Decimo
quintò & fortiùs,quia etiam ſi ipſe vendi
tor ignarus eſſet, bonaq́; fide rem ex toto
ad ſe pertinere putaret,adhuc tamen bo-
na fides ei nõ prodeſſet:quia cùm ex par-
te mea agatur de damno vitando, bona
fides illius mihi excidio eſſe non debet.
vt eſt text. egregius in. l. 1. §. cauſa. ff. de
ædi.edict.Decimoſextò per.l.ſi fundum.
C.de euict. vbi tunc tantùm véditor ex-
cuſatur, cùm conſtat emptorem rei alie-
næ ignarum non fuiſſe. Decimoſeptimò
per totum.C.&.ff.de euict. Nam qua ra-
tione emptor tenetur venditori, cùm ex
toto res aliena erat, eadem quoq; ratiõe
cùm ex parte aliena eſt. per argu.de toto
ad partem.l.quæ de tota.ff.de reivendi.l.
an pars.ff.pro dereli. l. hæredes mei. §. cũ
ita.ff. ad Trebel. Poſtremò delinquendi
occaſio vitanda eſt.l.ſcire.cum gl.ſua ibi
& vbiq; appro. vt ſæpe diximus. C. vt in
poſſe.lega.Nec dubium eſt, quin ſæpiſsi-
mè venditores emptorem deciperét,rem
ex parte alienam vendentes, idq́ue non
declarantes, niſi de euictione hoc caſu te
nerentur quo ad illam partem, non ſecus
quàm de euictione tenétur quo ad totũ,
cùm ex toto res aliena erat. Nam & ex fa
cto hodie lis pendet ſuper area illa, vbi
hodie Pincię illud hoſpitale collocatum
eſt,quod Hiſpanè appellatur, el hoſpital
de los viejos,quam aream ſimpliciter do
minus védidit priùs monachis Carmeli-
tanis,cùm ad vendentem ex parte tãtùm

pertineret, q̄ ſe eo colore, eáue (vt rectiùs loquamur) machinatione quòd ius tantùm, ſuum non etiam partē alienam alienaſſe videretur: quod licèt in donãte ſiue inter viuos ſiue in vltimis voluntatibus admittendum eſſet, tamen in vendente, vel in alio contractu oneroſo id admitti neſcio vtrũ pernicioſum tantùm & inciuile appellari deberet, an etiam riſu, & ludibrio condignum: licèt ita etiam reſpõſuros Albericũ & Couar. poſt alios vbi ſuprà credibile ſit. Tenẽdum eſt ergo, q̄ rem ex parte tantũ ſuam, ex parteq́; alienam vendens, rem totam vendere videtur, ſicq́ue de euictione tenebitur. Quod intellige primùm, quãdo pars aliena erat integralis, contra Alberi. Couar. & alios. Deinde etiam ſi pars aliena erat quotitatiua, contra ſentẽtiam, mentemq́; eorundem.

Tenendo hanc partem, ad. l. qui tabernas. ff. de cõtrahen. emp. reſpõde, q̄ procedit in eo, qui tabernas loco publico ſitas vendidit, quarũ proprietas ratione loci ad rem publicam notorium erat q̄ pertinebat, & vſusfructus tantùm ad venditorem, nõ ſic quãdo ea notorietas ceſſat. Et in caſu regulari ita intelligũt Areti. Paul. & nouiores in. l. ſerui electione. §. fi. ff. de lega. 1. Iaſ. nu. 86. in. l. fi. C. de iure emphy. Gozandi. conſil. 24. num. 7.

1 *Teſtator diſpenſare non poteſt cum ſolennitate inſinuationis, quæ deſideratur ex forma ſtatuti, cum communi.*

2 *Iuram. calum. etiam tacitè remitti non poſſe, contra communem.*

*Intell. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordi.*

3 *Forma etiam reſpiciens priuatum cõmodum omitti non poteſt, cum cõmuni cõtra alteram cõmu.*

4 *Intell. c. tuis. de teſtibus.*

5 *Iuram. non eſt de forma depoſitionis, cum Croto & aliis contra communem.*

6 *Iudex tenetur ſequi fidem teſtium, qui uoluntate partium iurare deſinunt, aliàs tenetur in ſyndicatu, noua opi.*

7 *Statuto ut ſine licentia patris filius non cõtrahat, filius renuntiare non poteſt, contra nouiſſi.*

*Declaratio. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori. & l. 50. Tauri.*

8 *Teſtator poteſt facere, ne bona ſua ſint pro legatis obligata, cum cõmuni cõtra Petrum & Cinum.*

*Vſufructu legato cum onere ſeruitutem imponendi, uidetur legata proprietas, cum communi.*

*Vſufructu legato cum onere ne res alienetur, uidetur legata proprietas, cum communi.*

*Exceptio auget aliquando.*

9 *Solennitas leuis omiſſa, non nocet, cum communi contra quamplures.*

*Declaratio. l. 48. del quaderno del encabe. ut ibi exceptio augeat regulam.*

*Intell. l. 1. §. fi. ff. de uentre inſpi.*

10 *Solennitas leuis quæ dicatur, ex communi.*

11 *Formæ nihil addi, aut detrahi poteſt, cum communi. Et differunt forma & ſolennitas.*

12 *Inuentarium omiſſo ſigno crucis, uitiatur, cum multis contra communem.*

*Inſtrumentum an requirat diuini nominis inuocationem?*

*Intell. §. ante hæredis. Inſti. de leg.*

13 *Teſtam. cæci hodie non uitiatur, licèt nõ incipiat ab hæredis inſtitutiõe cõtra cõmunẽ cũ Emanu.*

14 *Formæ omiſſio, etiam in minima parte, uitiat.*

*L. 14. tit. 1. part. 6.*

15 *Teſtam. olìm non uitiabatur ex toto, licèt nõ inciperet ab hæredis inſtitutione, ſed tantùm quo ad eam teſtamenti partem, quæ hæredis inſtitutionem præcedebat, cum Emanu. contra cõmu.*

*Ratio elegans.*

*L. 11. tit. 1. lib. 3. ordi.*

16 *Legatarius poteſt de uoluntate teſtantis capere poſſ. legati ſua authoritate, cum communi.*

17 *Simulationis exceptio renũtiari non poteſt, cum communi.*

18 *Simulatio etiam cum iuramento renuntiari non poteſt, cum communi.*

19 *Excep. non nu. pe. datur contra ſchedulam, in qua continetur receptam fuiſſe pecuniam, idq́; iuratam. eſt cum quamplurimis cõtra communem.*

20 *Iuram. non impedit reſtitutionem prætextu læſionis ultra dimidiam, cum communi opinione.*

21 *Except. non nu. pe. non habet qui iurat ſe non oppoſiturum eam excep. cum communi.*

*Except. non nume. pecu. poſt biennium poſſe opponi, cum communi. contra alteram communem.*

22 *Excep. non nu. pe. an poſſit renuntiari, quòd ſic, cum communi contra alteram communem.*

*Except. omnis perpetua eſt.*

23 *Excep. non nu. pe. poſt biennium non ceſſat, quaſi fingatur ſolutum, ſed tantùm quaſi præſumatur, contra Are. & Caſtr.*

24 *Except. nõ nu. pe. datur poſt biennium, licèt non per confeſſionem creditoris, ſed aliter defectus ſolutionis probetur, contra nouiſſi.*

25 *Except. non nu. pe. poſt biennium etiam iure regio poſſe opponi, ſi reus probet defectum numerationis.*

*Intell. l. 9. tit. 1. part. 5.*

*Intell. d. l. 9. tit. 1. part. 5.*

26 *Excep. non nu. pe. fauorabilis eſt cum communi.*

27 *Except. nõ nu. pe. datur in ſolo contractu mutui, cum communi contra nouiſſi.*

28 *Except. non nu. pecu. datur etiam confitenti in ueritate ſe recepiſſe, contra Bal. Deci. & alios.*

29 *Teſtator poteſt uetare hæredes excipere de non nu. pe. cum communi.*

30 *Teſtator, qui fatetur ſe mutuum accepiſſe, nec accepit, uidetur donare, cum communi.*

31 *Simulationis excep. excluditur per iuramentum in quibus caſibus excluderetur per renuntiationem factam ex interuallo, contra communem.*

32 *Simulationis excep. non excluditur per ſtatu. cauens, ne contra inſtrumentum ulla exceptio poni poſſet, cum communi.*

*Intell. l. 4. & 5. tit. 7. lib. 3. ordi.*

33 *Excep. non nu. pe. excluditur per ſpõtaneam partis ſoluti. contra cõmunem, cum quamplurimis.*



1 *Teſtator diſpẽſare nõ poteſt cum ſolennitate inſinuationis quæ deſideratur ex forma ſtatuti cum communi.*

REDEVNDO ad illum articulũ de poteſtate teſtantis circa formæ tranſgreſſionem, infertur trigeſimooctauò & pricipliter an teſtator poſſit renũtiare ſolẽnitati inſinuationis, quæ in teſtamẽtis ex forma ſtatuti deſideraretur, & vetare, ne ſuũ teſtamentũ inſinuetur? Qua in re cõis opi. eſt non poſſe. Ita tenet Bar. in. d. l. nemo põt. ff. de leg. 1. n. 8. & eſt cõis opin. vt patet ex relatione Iaſ. ibid. n. 27. in. 1. lectu. & in. 2. lectu. nu. 41. vbi Ripa. n. 56. & Crotus. n. 21. & Ioannes Hannibal. nu. 415. qui omnes ſequũtur Bar. & etiam Alex. ibid. n. 12. qui cum Bart. firmat eſſe cõmunem opi. Idem tenet Bar. in. l. Modeſtinus. ff. de donati. idẽ Bart. in. l. Sancimus. §. fi. C. de donati. Ioã. An. in titu. de inſtru. editione. §. porrò. circa finem. Bal. in. l. illud. ad finem. C. de ſacroſ. eccle. idem Bal. in. l. 2. C. vt in poſſeſ. legatorũ. Bal. in. l. data. C. de donati. Imo. in. dict. l. Aquilius. Imola, & alij communiter. in. c. cùm cõtingat. in decimo membro. de iureiu. Ange. conſi. 18. Pater. idem Angelus conſi. 181. In Dei nomine. Salicetus. in. l. penul. C. de donati. prout eorum pleroſq; refert Alex. vbi ſuprà

Mouentur tenentes hãc communem ſentẽtiam: quia teſtator nõ poteſt immutare ea quæ inducũtur pro ſolẽnitate teſtamẽtorum. vt in. d. l. nemo põt. ff. de lega. 1. cum mille ſimilibus ſuprà cõgeſtis. Deinde, quia tales ſolẽnitates ſunt inuentæ propter euitãdas falſitates. vt in. l. fi. C. de fideicom. & in. §. fi. Inſt. de fideico. hæredi. & in. l. iubemus. C. de teſtamentis. Viliſſimum autẽ falſitatis delictum euitari, intereſt reipublicæ, non aliter, atque reliqua delicta. vt in. l. cõgruit. ff. de officio præſidis. & in. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de captiuis. & in. l. 1. ff. de iuſtitia & iu. id autem, quod principaliter reſpicit vtilitatem reipublicæ, prætermitti non poteſt per teſtatorem. l. ius publicũ. ff. de pact. l. priuatorum. C. de iur. omni. iudi. l. fi. ff. de ſuis & legiti. hęr. In ſumma, quia inſinuationis omiſſio arguit ſimulationem. l. data. C. de donati. Vnde non ſolùm poteſtas teſtatoris hac in re deficere videtur, ſed etiam voluntas, quam præſumptio ſimulationis inducit. facit. l. cõparationes. C. de fide inſtru.

Sed contra iſtam communem ſententiam fortiter facit text. in cap. tuis. de teſtibus. vbi iuramentum teſtis, quod de ſubſtantia, forma, & ſolennitate depoſitionis eſſe videtur. vt. C. de teſtibus. l. iuriſiurandi religione. poteſt tamẽ per partes remitti, licèt ad mendacium vitãdum teſtium depoſitio deſideretur, quò magis veritas cuiuſque rei elucescat. cap. 2. de teſtibus. cap. hortamur. 3. q. 9.

Ad hanc difficultatem reſpondẽt Iaſo. & reliqui vbi ſuprà in dict. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. & glo. in dict. l. iuriſiurãdi. vbi per docto. communiter. glo. in. l. 1. §. 1. & glo. in. l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iuram. calum. & glo. in dict. cap. tuis. id inde euenire, quia iuramentũ teſtis reſpicit merã vtilitatẽ partiũ, & conſequenter per eaſdẽ partes poteſt remitti. arg. l. ſi qs

in conſcribẽdo.C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſcopis & cleri. Et hæc eſt communis reſponſio, communis ſenſus & ſententia.

*Iuram.cal. etiã tacitè remitti nõ poſſe contra cõmu.*

2 Neq; ad rem pertinet ſecũdùm eos, ꝙ iuram.calumniæ, quod exigi videtur ob meram partium vtilitatem, remitti per partes expreſsim non poſsit.Nam poteſt remitti ſaltẽ tacitè.vt in.l.2.§. ſed quia veremur. de iuram. cal. C. iuncto.c.1.§.1.de iuram.calum.lib. 6.&ſic ꝙ iuram.calumnię tacitè poſsit remitti,licèt expreſsim remitti nequeat,tenẽt glo. mag. & ibi cõmu.doct.in.c. tuis. de teſtibus ſuprà allegato.glo.&cõmu.docto.in.d. §. ſed quia veremur.glo.in.c.1.§.1.de iuram.calũnię. lib.6.tenent Iaſo,Crotus, &Hannibalis vbi ſuprà. Qua in re vix homini ſano animus vnquam cõquieſcere poteſt, cùm licèt regulariter taciti & expreſsi par potẽtia ſit.l.cùm quid.ff.ſi cert.peta.l. de quibus.ff.de legibus.tamen ſæpe expreſſum facit ceſſare tacitum.l.cùm ex filio.§.1. ff. de vulgari. & certitudo excludit cõiecturas.l.cõtinuus.§.cùm ita.ff. de verborum oblig. Vnde à mente iuris lõgè alienum eſſe videtur,vt quod expreſsim & nominatim fieri non põt, id tacitè fieri poſsit. facit.l.nominatim.ff.de lib.& poſt.&.§.1. Inſt.de exhær.liberorũ. Vnde nobis hæc cõmunis reſolutio nunq̃ placuit, qui ab ineũte pueritia inter plura q̃.700.paradoxa olim Salmãticæ tuebamur, data paritate terminorũ,iuramẽtum calũniæ tacitè remitti non poſſe,non magis, q̃ expreſſim:quinimò ab ipſis litigatoribus tacitè remitti non magis poſſe,q̃ expreſsim, & ſic nec tacitè,nec expreſsè. Nã vt expreſſa litigatorũ conuentio non eſſet impedimento iudici id iuramentum à litigatoribus etiam inuitis exigere volenti. vt. d.§. ſed quia veremur. ita quoq; ſi probata eſſet tacita partium remiſsio,poſſet ipſe iudex id iuram. ab inuitis litigatoribus extorquere, ſpreta eorum tacita remiſsiõe. vt.d.§.ſed quia veremur.cũ ijs quæ adduximus.Nec oberit text. in.c.1.§.1. de iura. calu. lib. 6. quia procedit in tacita remiſſione non ſolùm partium,ſed etiam iudicis de cauſa cognoſcentis. Ergo ſit veriſsima ſententia,firma,& indubitata, renuntiationem partium tacitam nullius momẽti eſſe, nõ aliter atq; expreſſam quo ad alligandas (vt aiunt) manus iudicis. Sed an tacita vel expreſſa ipſorum litigantiũ renuntiatio in hoc ſaltẽ vtilis ſit,vt poſtquàm ipſi renuntiarunt, ampliùs iam alter ab altero nequeat tale iuramen.exigere? Et puto neque in hoc prodeſſe, quia adhuc alter ab altero id iuram. ſemel remiſſum exigere poterit,non ſecus, quàm ſi remiſſum non fuiſſet. argumẽto. l. qui ſuperſtitis.ff.de acquirenda hæreditate.l. ſi quando.§.illud.C.de inoffi.teſtamen.l. pactum dotali.C.de collati.l.fi. ff. de ſuis & legiti.niſi interfuiſſet iuram. c. quãuis. de pactis.in.6. cap.cùm contingat. de iureiur. Quinimò etiam conſenſus iudicis cum expreſſa partium renuntiatione non ſufficeret, neq; impediret, quin partium quælibet re integra poſſet pœnitere, vt dictis iuribus. Rem autem integrã accipere debemus antequam ſententia lata ſit,& cauſa finita, nã poſtea ſera pœnitentia eſſet. Ita nominatim probatur in dict.cap.1.§.1.ibi,in tota cauſa. Ergo vt iuram.calũniæ vtiliter remitti poſsit, debent multa concurrere.Primùm voluntas omnium litigantium.Deinde voluntas iudicis. Tertiò,eorum omnium perſeueratio vſq; ad definitiuam ſentẽtiam. & in ſimili ſuprà probaui.§.7.n. 40.Præterea id iuram.videtur eſſe quaſi de iure gentium,hodie iure regio.vt in.l.1. tit. 4. lib.3.ordi.ibi,las quales poſiciões recibio y hallo en los pleytos el vſo y luẽga y general coſtũbre de todo el mundo. Vnde iure regio quia id iuramẽtum de iure gẽtiũ eſſe intelligatur, non ſubiacet pactionibꝰ.vt in.§.ſed naturalia.Inſt. ď iure nat. ſicq́; noſtra opi.cõtra cõmunem iure regio certior,& in vſu forenſi ſeruanda eſt.

*Intelle. l.1. tit.4. lib.3. ordi.*



*Forma etiam reſpiciens priuatam cõmodum omitti non põt cum cõmuni cõtra alteram communem.*

3 Redeundo ergo ad tex.in.d.ca.tuis.ad quem cõmunis intellectus eſt tam gloſſatorum,quàm doctorũ quos ſuprà enumerauimus, quòd ſolennitas iuramẽti quæ in teſte deſideratur, quia reſpicit priuatam, merãq́; vtilitatem partium, ideo per ipſas partes poteſt remitti, vt ſic ea quæ deſiderantur pro forma alicuius diſpoſitionis, ſi ea forma reſpiciat priuatã vtilitatem, per ipſas partes poſsit remitti. Quam concluſionem in ſpecie vltra

*Intell. cap. tuis.de teſtibus.*

4 docto.ſuprà allegatos tanquàm communem ſequitur Decius in.c.2.de teſtib.col. 2.idem Decius in.l.hac conſultiſſ. C. qui teſtamenta facere poſſunt.col.2.Bar.in.l. 1.§.ſed ſi filius.ff.de lega. 3. Areti. in rubr. ff.de libe.& poſthu.Abb.in.c.fi.§. his autẽ.de officio delegati. Mouentur omnes. argum. text. in.l. filio præterito.ff.de iniuſto rupt.

Contrariam ſententiam, vt ſolennitas cuiuſq; diſpoſitionis à lege requiſita licèt reſpiciat priuatã vtilitatem non poſſit per partes remitti, tenet glo. in cap. diſpendia.in verbo, proceſſus.de reſcriptis.libro.6.quam ſequitur & dicit communiter app. Crotus in. l. nemo poteſt. ff.de lega.1.n.23. Et hanc partẽ veriorem eſſe oſtendimus ſuprà.§.4.n.29.

Vnde ad dict.c.tuis. poſſemus reſpondere, multùm referre, vtrũ lex procedat per modum prohibitionis, an verò procedat per modũ diſpoſitionis. Nam primo caſu actus cõtra factus non valet. Secundo autem caſu non deſinit valere & admitti diſpoſitio ex partium volũtate. Iſta eſt communis opi. quam tenent Iaſ. in.l.1.ff.de libe.& poſthu.col.2.in fi.Bart. in.l.non dubium.nu.3.C.de legib. Alex. conſi.24.col.1.lib.4. incipi. Inſpecto.Salicetus in.l.fi.C.de ſententijs ex breuiculo recitandis. Decius in.l.hac conſultiſſ. col.2. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Iaſo.in.d.l. non dubium.nu.17. vbi Bart. num.20.& Fulgo.in.4.not.& Bald.in.4. not. poſt alios quos enumerauimus ſuprà. Vnde licèt in depoſitione teſtis iuramentũ deſideretur, tamen lex non prohibuit teſtem non iuratum recipi,ſed præcepit, vt teſtis receptus iuraret,& per hoc non excludit, quin partes poſſent remittere iuramentum teſtis. Sed hanc cõmunem differẽtiam, vtrùm lex procedat per modum præcepti,an per modum prohibitionis, veram non eſſe oſtendimus ſuprà.§.4.n.17.

Et conſequenter excluſo hoc ſecũdo intellectu, Ioan Crot.in dict.l. nemo poteſt.num.24.tenet,quòd iuramentum teſtis non ſit de forma depoſitionis, qui tamen illud non probat. Tu ergo nouiſsimè dic, ꝙ in dict. c. tuis.lex vltrà proceſſit, declarãdo præceptum legis poſſe per partes remitti. Ratio autem illius declarationis eſt: quia tale iuramentum reſpicit meram priuatorum vtilitatem, vnde cõſequens fuit, vt de eorum voluntate poſſet remitti ſecundùm communem ſententiam ſuprà relatam, quæ quia tuta nõ eſt, adde, quòd iuramentum nõ præſtari, vt per hoc occaſio deierãdi ceſſet, intereſt reipublicæ. vt in.l.2. C. de indicta viduitate tollenda. Vnde his duobus concurrentibus, quòd ſolẽnitas reſpiciat priuatam vtilitatem,& præterea illius ſolennitatis remiſsio animarũ ſaluti accomoda & apta ſit, poteſt talis ſolẽnitas remitti per partes, quæ quidem ſolennitas aliter remitti non poſſet, niſi in quibus caſibus lex vltrà procederet diſpenſando, vt fecit in ſpecie noſtra. Et quia extẽſio magiſtralis fieri poteſt per nos ad tranſgreſſionem formæ legalis, in quibus caſibus eſſet eadem parq́; ratio, ſicut erat in dict. capit.tuis.argumento. l. non poſſunt. & l.neque leges.ff.de legibus.ideo generaliter dicerem, quòd vbicunque ſolennitas à lege requiſita reſpiceret priuatam vtilitatem, tunc his duobus concurrentibus, quòd & partes talem ſolennitatem remiſerint, & per talem remiſsionem minuatur occaſio deierandi, vel alterius

delicti, vel perfidiæ, tunc etiam ſi lex vltrà non procedat, ea remiſsio admittetur ad trãſgreſsionem formę legalis, licèt lex vltrà non procedat diſpenſando non ſecus, quàm ſi lex vltrà procederet, & diſpenſaret, vt fecit in dict.cap.tuis. vbi tria concurrebãt. Primum, quòd.l. vltrà proceſsit diſpenſando. Secundũ, quòd per talem remiſsioné remouetur occaſio peierandi. Tertium, ꝙ ea ſolennitas reſpiciebat meram priuati vtilitatem. Quartum, quòd per hoc lis nõ differtur, nec vlla ex parte reſpub.læditur. vt in ſimili ſuprà. §. 7.num.40.

*Iuram. non eſt de forma depoſitionis cum Croto, & aliis contra communẽ.*

5 Illud auté controuerſum eſt, an iuramentũ in teſte ſit de forma depoſitionis? Et illi qui cõmuné ſentétiam tuentur, de quibus ſuprà mẽtioné habuimus, tenent ꝙ ſit de forma depoſitionis. Contrarium in ſpecie per.d.c.tuis.tenẽt Crot.in.d.l.nemo poteſt.n.24.& Bar.in.l.ſi legatũ.ff.de falſis.Ioãn.And.in.c.nõ eſt ſine culpa.de reg.iur.col.3.Hãnibalis in.d.l. nemo.nu. 435.cõtra Ruinũ & alios ſuprà citatos. in d.l.nemo.& contra Abb.& alios in.d.ca. tuis. Et hanc opi.negatiuã, vt nõ ſit de forma, auſim veriſsimã dicere: quia forma eſt quæ dat eſſe rei. vt in.l.Iulianus.§.ſi qs rem.ff.ad exhibendũ. & qui vult actum facere omiſſa forma, ſimilis eſt ei, ꝗ vult illam diſpoſitionem formari & non formari, & ſic ſibi ipſi eſt aduerſus pugnas cõtrarius, vt ait Bart.in.d.l. nemo poteſt. col.1.vbi Ripa in prin.& Iaſ.n.3.lectura.1. &.n.1.lect.2. & Crot. num.10. & Hannibalis.num.44. Vnde etiam per interuentum iuramenti, & conſenſum partium à forma legali recedi non poteſt, ita vt ſalua ſit in ſui forma diſpoſitio. Iſta eſt vera & communis ſentétia, quam tenent Bar. & communiter doct. in. l. ſi quis pro eo. col.pen.ff.de fideiuſſ. Bart. num.9. & ibi omnes in.l.1.§.ſi quis ita.ff.de verborum oblig. vt fuſiùs diſſeruimus ſæpe in ſuperioribus. Vnde voluntas partium hoc caſu non in hoc vtilis eſt, vt ea diſpoſitio valeat in vim illius diſpoſitionis, cuius forma prætermiſſa eſt, ſed vt transformetur in aliam diſpoſitionem, & valeat in vim alterius diſpoſitionis, vt in.d. locis probatur. Vnde cùm in dict.cap.tuis. depoſitio valeat in vim veræ depoſitionis nõ ſecus quàm ſi iuramẽtum interpoſitum eſſet, upereſt tale iuramẽtum de forma depoſitionis non eſſe.

*Iudex tenetur ſequi ſidem teſtiũ qui uolũtate partium iurare deſinũt aliàs tenetur in ſyndicatu noua opi.*

6 Vnde eleganter infertur, vt ſi duobus teſtibus iuramentum à parte remiſſum eſt, tunc iudex fidem illorum teſtium ſequi teneretur, non aliter, atq; ſi illi adiuraſſent, aliàs enim in ſyndicatu teneretur: quia illorum teſtium etiam non iuratorum depoſitio non fuit transformata in aliam diſpoſitionem per remiſsionem iuramenti, & conſequenter iudex eos accipere debuit, non tãquàm conſultores, ſed tãquàm veros & idoneos teſtes. Quæ omnia vtiliſſ.ſunt, & ab alijs, in quorum ſcripta inciderim, non ſic præuiſa.

*Statuto, ut ſine licẽtia patris filius non cõtrahat filius renũtiare nõ poteſt contra nouiſſi.*

7 Illud autem, quod Ioan. Hanniba. in dict.l.nemo.num.442.poſt Fredericum de Senis, quem ipſe allegat conſil.272. In nomine dñi. dicit, nullo colore defendi poteſt: aiunt enim per interuentum iuramenti filium fa. obligari citra conſenſum patris, etiam ſtante ſtatuto, vt filius ſine patris conſenſu obligari non poſſet. Mouentur, quia tale ſtatutum propter hanc vnicam rationem factum intelligatur, vt filio conſuleretur, & conſequẽter is filius vtilitati ſuæ per interuentum iuramenti poſſet renuntiare. Sed errant: nã magis eſt vt tale ſtatutum reſpiciat vtilitatem & authoritatem patris, & ipſam patriam poteſtatem, vt per hoc augeſcat obediẽtia & ſubiectio filij erga patrem, & conſequenter renuntiatio filij etiam iurata nihil profuit, non magis, quàm ſi eſſet nuda & ſimplex: quia in præiudiciũ alterius iuramentum nihil iuuat. vt in.c. quanuis pactum.de pactis.in.6.in.c.cùm contingat.de iureiur. & in cap. licèt mulieres.eodem titu.lib.6.

Vnde



*Declaratio l. 1. titul. 2. libr. 3. fori & l. 50. Tauri.*

Vnde infertur declaratio.l.1.tit.2.lib. 3.fori.&.l.50.Tauri. dum aiũt arrarũ nomine vltra decimam parté bonorũ virũ vxori dare non poſſe, vt aduerſus ea, etiã per interuentũ iuramẽti, fieri non poſſe, quaſi ea prohibitio reipublicæ vtilitaté principaliter reſpiciat. Quod patet: quia per dict.l.50.renuntiatio mariti non admittitur, ergo talis prohibitio non tam eius fauore quàm reipublicæ facta fuit, aliâs enim renuntiatio admitteretur. Quod obtinuit de iure ciuili, de iure autem canonico nõ tam expeditum, vt iuribus ſuprà allegatis.

*Teſtator põt facere ne bona ſua ſint pro legatis obligata cũ cõmuni contra Petrũ & Cinum.*

8 Infertur trigeſimononò & principaliter, an teſtator poſsit efficere, ne bona ſua ſint pro legatis tacitè obligata? Qua in re vera & cõmunis op.eſt, vt poſsit. Ita Bar. in dict.l.nemo poteſt.num.9.& glo.in.l. 2.C.vt in poſſ.legatorum. quam ſimpliciter ſequuntur docto. ibi. vbi Bald. eam reputat ſingularem. & eſt communis opin. ſecundùm Alexan. num.3.in dict.l. nemo. vbi Iaſ.num.32. lectu.1.& nu.44. lectu.2.Ripa.num.55.& Crot.num.25.& Hannibalis. num.503. & Bald.in.l.1.col. 8.C.de his quæ pœnæ nomine. Soci.cõſ. 75.lib.4. Confirmatur ſecundùm Iaſ. Ripam, Crot.& Hannibalem: quia teſtator poteſt diſponere, quòd dominium rei legatæ non tranſeat ipſo iure in legatariũ. contra.l.à Titio. ff. de furt. Et latè per Alexan.in.l.1.ff.de legat.1. & poteſt efficere, vt legata conditionalia tranſmittantur. Et deniq; poteſt diſpenſare in ijs omnibus, quæ tenorem teſtamenti reſpiciunt, vt oſtendimus ſuprà. licèt contrarium & malè voluerint Petrus & Cinus in dict.l.2.C.vt in poſſeſ. legatorum.

*Vſufructu legato cum onere ſeruitutem imponendi uidetur legata ꝓprietas cũ communi.*

Infertur ſimiliter ex ſuperioribus, ꝙ licèt regulariter appellatione vſusfructus, non contineatur proprietas.l. qui vſumfructum. ff. de verb.obligatio.l.4. ff.de vſufructu. tamen teſtator non ſolũ expreſsim, ſed etiam tacitè facere poteſt, vt appellatione vſusfructus, cõtineatur proprietas.tex.memorab.in.l.Proculus. ff.de vſufructu. Quod variè intelligitur. Primùm, quando teſtator domus vſumfructum legauit cum onere altiùs non tollendi, vel cum onere, vt legatarius ſeruituté in re legata conſtituat, tunc enim etiam proprietas legata videtur: quia altiùs tollere, aut ſeruitutem conſtituere non poteſt fructuarius, ſed tantùm proprietarius: vnde qui vult conſequens, vt fructuarius ſeruitutem imponat, quæ niſi à proprietario imponi non poteſt, videtur velle antecedens neceſſarium ad illud, nempe vt is fructuarius etiam proprietatem habeat. argum.l.illud.ff.de acquirend.hæred.l.2.ff.de iuriſd.omni.iudi. ita probat dict. l. Proculus. vbi ita tenent Albe.Bart.Bald.Ange.& Fulgo.ibi Cuma.in.l.donationes.§.ſpecies. vbi etiã Roma.ff. de dona.Bart.in.l. ex hac.eod. titu.Alexan.in.l.ſi conſtante.in principff.de ſolut. matrimonio.Iaſo.in.l.ſi mihi & tibi.§. in legatis.lect.1.num.10.ff.de legat.1. Claudi.Marme. in. l.naturaliter.§. nihil commune.num. 48.ff.de acquiré. poſſeſ.Alciat.in.l.rectè dicimus.ff.de verbor.ſigni.Galiaul.in.l. Centurio.n.465. ff.de vulga. poſt gloſ.in dict.§.ſpecies.& in dict.l.Proculus.iunct.l. intereſt. C.de vſufructu.l. vſufructuarius.1.&.l.niſi.& l.vſufructuarius.2.ff.de vſufructu.

*Vſufructu legato cum onere ne res alienetur uidetur legata proprietas cũ communi.*

Secundò intelligitur vt procedat, quando teſtator legauit vſumfructum, & vetuit legatario alienationem rei, nam tũc etiam proprietatem legaſſe videtur, ne otioſa, & inanis illa prohibitio videatur, cùm fructuarius proprietatem alienari non poſsit, quinimò neque etiam vſumfructum. vt in.§. conſtituitur. Inſtitu.de vſufructu. iunctis dict. legibus. & ita vt per talem prohibitionem proprietas etiã legata videatur ex communi opinio. reſoluunt Pariſi. conſi. 71. libr.2. Corneus conſi.64.colum.1. libr.4.Deci.conſi.41. colum.1. Ruin. conſi.39. colum.1.libr.2. Roma.conſi.206.num.4.Curti.Iuni.cõſil.14.

ſil.14.colum.1.Bellon.conſ.6.nu.8.Gra-
tus conſi.29.num.13. libr.2.Ange.& Ful
go.poſt Bald.in dict.l.Proculus.Alexan.
in.l. ſi conſtante. in princip.ff.ſolut.ma-
trimonio.Iaſo.in dicta.l.ſi mihi & tibi.§.
fin.lect.2.Claudi. Marme.vbi ſuprà.Cu-
ma.in dict.§.ſpecies. Albertus de augmé
to & diminutione. 6. colum.Cuman.&
Fulg. quos refert Pariſi.vbi ſuprà.Babe-
ri.in.l.cùm filio.num.48.ff.de legat.1.Ri
minal.iuni.in princip.Inſtit.de donatio.
num.357. Caſtellus in.l.10.Tauri. ad fin.
Crem.not.27. Hippoly.ſingu.561.Fernã
dus de Loazes in. l.filiusfa.§.diui. nu. 15.
ff.de legat.1. Socin.conſi.131.num.15.lib.
1.Curti.ſenior.conſi.51.nu.23. Barba.cõ-
ſi.64.lib.2.colum.fin.Vnde optimum ſi
mile.Nam mandatum generale non cõ
prehendit caſus, quos deſiderat ſpeciale
mandatum. capi.qui ad agédum.de pro
curat.libr.6.& tamen ſi tibi dedi manda
tum generale,& adieci, niſi quòd nõ poſ
ſis debita exigere, vel tranſactionem li-
tium mearum facere, quibus caſibus,
mandatum ſpeciale deſideratur, tũc per
iſtam exceptionem augetur ipſum man
datum, vt comprehendat omnes etiam
caſus mandatum ſpeciale deſiderantes,
præter illos, qui ſpecialiter excepti fue-
runt, quanuis exceptione illa non facta
ex vi mandati generalis procurator ille
nõ poſſet facere aliquem actum, qui mã
datum ſpeciale deſideraret. vt dict. cap.
qui ad agendum.Ita tenet Deci.in.l.1.nu
mer.31.ff. de regul. iur.Domi. poſt Lapũ
in dict.cap. qui ad agendum. de procur.
lib. 6.Alexan.in.l.fin.ff. quod quiſq; iu-
ris.Deci.in cap. conſultationibus.in fin.
per illum text.de officio delegat.Alexã.
conſi.36. Viſo themate. colum.4.verſic.
ſed tamé his non obſtat. Deci.in capi.cũ
dilecta. 5. not.de confirma. vti vel inuti.
Tiraquel.de vtroq; retract.pagina.784.
num.95.Et pro hac opin. nouiſsimorum
vt illa exceptio, quæ prima facie videba-
tur adiecta ad reſtrictionem mandati, in

*Exceptio auget aliquando.*

ducat ipſius mandati ampliationem, eſt
text. quem ipſi non allegant in dicta.l.
Proculus.cum gloſ.

Deniq; dum modò diximus, quòd ex
ceptio auget regulam aliquãdo, inde in
fertur neceſſaria & noua declaratio ad le
gem. 48. en el quaderno de la proroga-
cion del encabeçamiento general. Nam
poſtquam ibi ſancitum fuit, vt gabella
(quam alcauala appellamus) procedens
ex véditione rerum, quæ ad victum per
tinent, quæ quidem venditio facta eſſet
in aliquo vico, qui ſubeſſet iuriſdictioni
alicuius ciuitatis, pertineret ad ipſum vi
cum, non autem ad ipſam ciuitatem, du
bitabatur, quid ſi venditio non eſſet ea-
rum rerum, quæ ad victum propriè per-
tinerent, ſed quadrupedis fortè, vel alte-
rius ſimilis rei, an gabella inde procedés
ad ipſum vicum pertineret, an verò ad
ipſam ciuitatem? Et cùm hac de re ingés
lis eſſet inter ciuitatem Abulenſem, & vi
cos eius iuriſdictioni ſuppoſitos, reſpon
di talem gabellam ad vicos, non ad ciui-
tatem pertinere, propter illa verba, quæ
in dicta. l. ſubduntur, in hunc modum
(Pero que lo contenido en eſta condiciõ
no ſe entiéda ni eſtienda a las rétas de las
heredades.) Hęc ergo verba cũ excipiãt
immobilia tãtùm, manifeſtè probant, ꝙ
victus appellatione in illa lege compre-
henduntur omnia mobilia, & ſe mouen
tia: tum, quia caſus exceptiuus firmat re
gulam in contrarium.l.nam quod liqui
dè.§.fin.ff.de pen u.lega.tum, quia excep
tio aliquando auget regulam, quale eſt
in ſpecie propoſita & in ſuperiore exem
plo de mandato generali, quòd licèt re-
gulariter non comprehendat ea quæ re
quirunt ſpeciale mandatum (qualis eſt
facultas trãſigendi iurandi ſolutionis re
cipiendæ) tamen ſi tibi dedi generale mã
datum, ita tamen, vt non poſsis tranſige
re, tunc hæc exceptio auget regulam, id-
eſt præcedens mandatum, ſicq; poteris
iurare, ſolutionemq; recipere, & reliqua
facere,

*Declaratio l.48. del quaderno del encabeçamiento. ut ibi exceptio augeat regulam.*



facere, quæ ſpeciale mandatũ deſiderãt.
9 Illud autem dubium eſt, an licèt teſta
tor non poſsit formam legis prætermit-
tere quin diſpoſitio vitietur, an in leui-
bus ſaltem omiſsio ſolennitatis deſinat
vitiare diſpoſitionem? Nec loquimur
de forma, ſed tantùm de ſolénitate, quæ
leuiter, vel in leuib9 prætermiſſa ſit. Qua
in re communis opin.eſt negatiua, vt o-
miſsio leuis ſolennitatis nõ vitiet diſpo-
ſitionem. Ita tenét Bart.& communiter
docto.poſt glo.ibi.ff.de ventre inſpicien
do.in.l.1.§. fin.ſequitur & dicit commu-
nem opin.Alexand.in.l.2.§.ſi prius.ff.de
vulgari.poſt Bart.Bald.Imol.& alios ibi.
idem Alexand. in rubr. num.8.& nu.12.
ff.de noui operis nuntia.idem Alexan.ſe
quitur & dicit communem ſententiam
in.l.fin. in prin.C. de iure delib.num.10.
per Iaſo.in.l.ſi vnus.C.de teſtament.De-
cius in.l.hac conſultiſ.C.qui teſtamenta
facere poſ.colum.1.& ibi Iaſo.col.2.egre
gius Emanuel de Acoſta in.l.Gallus.§.&
quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.in.3.
parte. num.86. Bart.Bald.Ange.Paul.&
alij in dict.l. fin.in princip.C.de iure de-
lib.& Bald. in prooem.C.in princip.Bar.
in.l.cũ hi.§. ſi prætor. ff. de tranſactioni-
bus.& in.l.1. §.ſi plures.ff.de exercitoria.
Felinus in cap.cùm dilecta.de reſcriptis.
Abb.in cap.1.de fide inſtru.Bal.in.l.iuris
gentiũ.§.quod ferè.ff.de pact.& ibi Pau.
& Bart.in.l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi ini-
tium.ff.de edendo. in repetitione. Alex.
in dicta.l.hac conſultiſsima. Hannibalis
in.l.nemo poteſt.ff.de legat.1.num.490.
latè Alexan. in dict.l. hac conſultiſsima.

*Solennitas leuis omiſſa nõ nocet cum cõmuni contra quamplures.*

Contrariam ſententiam, vt omiſsio
leuis ſolennitatis vitiet diſpoſitionem,
tenet Rainerius in.l. fina. in princi.C.de
iure delibe.Salice. ibidem. & etiam Ful-
go. & Angel.in.l.1.§.hæc ſtipulatio.ff. vt
legatorũ nomine caueatur. & ibi Imol.
poſt Franciſcum de Raponis. & Imol.in
dict.§.ſi prius.idem ſentit & Ioan.Andr.
in additione Speculatoris in titul.de te-
ſte.§. fin. in additione incipiente. Quod
quidam.

Pro hac poſteriore opin.contra com-
munem in primis adducitur tex. in.l.ad
teſtium.ff. de teſtamentis.in.§.ſi quis ex
teſtibus.vbi ſi quis ex teſtibus ſubſcrip-
ſerit teſtamento ſeſe, non tamen ſigna-
uit teſtamentum, non valet, & perinde
habetur, atq; ſi ille teſtis adhibitus non
eſſet, & tamen hęc ſolennitas ſigni, ſeu ſi
gnaculi leuis eſt, & poteſt alterari. Nam
teſtes poſſunt ſignare teſtamétum cum
ſingulis ſignaculis ſuis; quæ ſignacula
habeant varias formas, vel imagines, &
poſſunt etiam omnes teſtes vno eodem
que ſignaculo teſtamentum ſignare, ſi-
ue illud ſignaculum proprium ſit ſignã
tis, ſiue etiam ſit alienũ. vt in.l.ad teſtiũ.
in.§.ſignum.ff.de teſtament.& in.§.poſ-
ſunt.Inſti.eod.& in.l.1.titu.1.part.6.ergo
cùm hæc forma ſit alterabilis, & variè cõ
fici poſſet, videtur eſſe leuis, & nihilomi
nus eius omiſsio vitiat teſtamentum.

Deinde pro hac parte contra commu
nem facit text. in.l.1.§. fina.in verbo, per
ruſticitatem à contrario ſenſu.ff. de ven
tre inſpiciendo. vbi omiſsio leuis ſolen-
nitatis tunc demum diſpoſitionem vitia
re deſinit, ſi per ruſticitatem prætermiſ-
ſa ſit, ergo in alijs quàm in ruſticis ſem-
per vitiaret. Tertiò facit tex.in.l.cùm hi.
§.ſi prętor.ff.de tranſactionibus. Quartò
facit text. in prooemio digeſtorũ.in prin
cip. vbi dicitur, In iure noſtro nihil ſu-
perfluum eſt. quod tamen verum non
eſſet, ſi ex his, quæ à lege obſeruari præci
piuntur, aliqua ſuperfluerint, quorum
omiſsio non noceret. Quintò facit text.
in.l. hæredes palàm. §. in teſtamentis.ff.
de teſtamentis. vbi fit differentia, vtrùm
teſtis, qui in teſtamento rogatus eſſe de-
bet, rogetur ad teſtamétum faciendum,
an verò ad aliam rem, vt ſi ad teſtamen-
tum faciendum rogetur, valeat teſtamé
tum, ſin auté ad aliam rem rogatus fue-
rit, non valeat, licèt teſtamento interfue
rit: &

rit: & tamen nullus eſt qui non videat,
quàm parum interfuerit, vtrùm ad teſta
menti factionem, an verò ad aliam rem
rogaretur, cùm interfuiſſet teſtamento.
Sextò facit text.in dict.l.hæredes palàm.
§.fin.ff. de teſtamen. & in.l.furioſum.C.
qui teſtamenta facere poſſunt.vbi actus
extraneus,& impertinens vitiat teſtamẽ
tum: ergo ſi omiſsio leuis non vitiaret,
talis actus impertinens vitiare non poſ-
ſet.Septimò facit.l. ſi vnus.C.de teſtamẽ
tis.vbi licèt teſtamento interfuerint ſex
teſtes, per defectum vnius tantùm teſtis
teſtamentum valere deſinit,& tamen id
leue videtur,cùm ſatis ſuperque ſint reli
qui teſtes. Octauò facit.l.1.§.ſi quis in ap
pellatione. ff. de appellationibus. & ibi
gloſ.in verbo, ei nocebit.vbi ſi quis erro
re alium iudicem pro alio appellauerit,
refert vtrùm maiorem, vel parem appel
laſſet, vt tunc nõ vitietur appellatio, ſin
autem minorem, tunc vitietur,& tamẽ
quàm parum inter iſthęc interſit,nullus
ignorat, præſertim cùm errantib⁹ ſoleat
ſubueniri.vt in dict. glo.Nonò facit tex.
in.§. gallinarum. cum ibi notatis per gl.
& doct. vbi de minimis etiam curatur.
Decimò facit.l.Seio.à contrario ſenſu.&
l. diuus. ff. de in integrum reſtitutione.
vbi ex ſolennibus nihil facilè mutandũ
eſt.Vndecimò facit text.in.l.2.§.prius.ff.
de vulg. & in.§.ante hæredis.Inſtit.de le
gatis.& in.l.1.ff.de hæredibus inſtit.& in
l. hac conſultiſ. C. qui teſtament.facere
poſſunt.Duodecimò facit text.in authẽ.
vt præponatur nomẽ Imperatoris in pr.

*Intel.l. 1.§. fin.ff.de uẽtre inſpici.*

Quid dicendum? Et ſanè punctus hu-
ius quęſtionis pendere videtur à vero in
tellectu text.in.l.1.§.fina.ff.de ventre in-
ſpiciẽdo.quem à contrario ſenſu Fulgo-
ſius & reliqui partem affirmatiuam cõ-
muni ſententiæ contrariã tuentes pro ſe
adducũt:ſed re vera, ſi penitiſsimè inſpi-
ciatur, communem ſententiam probat.
Nam in dict.l. 1. §. fi.de vẽtre inſpiciẽdo.
prætor edixit, ordinauitq; plura ad par-
tus inſpectionem, & cuſtodiam,quæ ne
ceſſaria ſibi, vel ſaltem accommoda, &
vtilia viſa fuerunt. Deinde cùm nõ igno
raret iureconſultus tot ambages & re-
quiſita non ſemper adhiberi poſſe, vel
non facilè à quibuslibet percipi & com
prehendi poſſe, & propterea non facilè
ab omnibus illa vniuerſa obſeruari poſ-
ſe vel curari,adiecit, vt ſi quid per ruſtici
tatem fortè,vel etiam incuriam (ſic enĩ il
lum text.accipio) obſeruari deſijſſet,tũc
illud, ſi ex leuioribus ſolennibus eſſet,
non obeſſet. Sic ergo quod text. ait, per
ruſticitatem ſi quid omiſſum fuerit id
non obeſſe, nõ quidem illum habet ſen-
ſum, vt ſolis ruſticis ignoſcatur,& cum
cis diſpẽſetur circa omiſsionem leuis ſo-
lennitatis,ſed illum habet ſenſum,vt ru-
ſticum appellet eum,qui per ignorantiã
vel incuriam prætoris ſolennitatem ad
vnguem non obſeruauerit. Quòd ſi ve-
lis text.illum intelligere vt de ſolis ruſti
cis loquatur in ſui deciſione,& cum illis
tantùm diſpenſare voluerit, tunc adhuc
ille text. communem probat ſentẽtiam
in ſequenti reſponſo, vbi affert hanc ra-
tionem decidẽdi. quale, inquit,eſt enim
ſi quid ex his quæ leuiter obſeruari præ-
tor edixit, omiſſum ſit, partui actiones
denegari. vt ſit ſenſus, generaliter, & in
quibuſuis perſonis abſurdum videri par
tui denegari actiones propter omiſsio-
nem illius ſolennitatis,quæ leuiſsima fo
ret.Et cùm lex ſpecialiter loquens exten
datur per rationẽ generalem in ipſamet
lege expreſſa.vt latè per Tiraquellum in
tracta.de vtroq; retract.§.20.num.1.cum
pl.ſeq. pagina.566.per eundem in.l.ſi vn
quam.C. de reuocandis donati.in glo.li
bertis.in nu.37.per tex.in.l.fin.ff.de hær.
inſti.in.l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de le
gat.2.in.l. illud. ff. ad legem Aquili.in.l.
his ſolis. C. de reuocandis donatio. latè
per Corneum, Decium, Alexan.& Iaſo.
in.l.humanitatis.C. de impuber.p text.
ibi.ſupereſt, vt licèt de omiſsione leuis ſo
lenni



ſolennitatis per ruſticitatem facta lex lo
quatur, tamen generaliter intelligenda
ſit,vt procedat, etiam ſi à non ruſtico ea
ſolennitas leuis omiſſa fuerit per incuriã
fortè,vel negligentiam: quia ratio illius
legis generalis eſt,& eo potiſsimùm niti
tur,quòd abſurdum, & iuriſconſultorũ
ſynceritate indignum atq; alienum eſſe
videatur de leuibus multùm curare.ar-
gum.l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verbo.
obligation. Vel poſſemus intelligere, vt
Alexan.in locis ſuprà citatis ſæpe intelle
xit, ſenſum illius text. fuiſſe,quòd ſi per
ruſticitatem aliquid ex ſolennibus omiſ
ſum fuerit,generaliter ignoſcatur,etiam
ſi id, quod omiſſum fuit, ex leuioribus
non eſſet: cæterùm ſi ex leuioribus eſſet,
tunc generaliter omnibus ignoſceretur,
vt in ruſticis propter ſuam ruſticitatem
& imperitiã ſit regulare,& id in reliquis
hominibus admittatur, ſi ex leuioribus
quid omiſerint. Nam quando ratio ge-
neralis eſt,& dictum legis ſpeciale & ſtri
ctum, tunc dictum illud ſtrictum non
tam deciſionis, quàm exempli gratia vi-
detur expreſſum fuiſſe,& per hoc non re
ſtringit ipſam rationem generalem, ſed
lex generaliter procedit quatenus ratio
ſeſe extendit, non quidem per modum
extenſionis,ſed magis ex vi conprehen-
ſiua.vt docent Bal.in.l.de quibus.col.11.
verſ.Item nota quòd non dicitur.ff.de le
gibus.Ioannes Andr.in capit.ſi poſtquã.
de electione.lib.6.latè per Tiraquellum
in locis ſuprà citatis. Ergo cùm ibi ratio
ſit generalis,tex.generaliter procedit,vt
ſi quid ex leuioribus omiſſum ſit, id nõ
noceat.Sunt tamen nonnulli, qui illum
text. intelligunt in prætoris diſpoſitio-
ne,qui cùm procedat æquitate inſpecta.
l.quòd ſi Epheſi.ff. de eo quod certo lo-
co.de minimis non curat,vt p hoc aliud
eſſe velint in diſpoſitionib⁹ iuris ciuilis,
quod verum non eſt, nam ibi iurecon-
ſultus loquitur & interpretatur ipſum
prætoris edictum, ſed ex omnibus illius
textus intellectibus colligitur, quòd o-
miſsio leuis ſolennitatis non vitiat in di
ſpoſitionibus prętorijs.hoc primò.Dein
de non vitiat,quando per ruſticos ex le-
uioribus quid omiſſum fuit.hoc ſecun-
dò.Tertiò non vitiat,quando ex conſue
tudine omiſſum fuit.vt declarat tex.ibi,
& omnes admittunt. & hæc procedunt
ſecundùm omnes vtriuſq; partis fauto-
res.Quartò generaliter non vitiat prę ter
miſsio leuioris ſolennitatis ſecundùm
magis communem ſententiam.

*Solennitas leuis quæ dicatur ex cõmuni.*

10 Leuis autem ſolennitas ſecundùm ve
riorem & receptiorem ſentẽtiam ea eſt,
quando id quod prætermiſſum eſt, vel
nullius, vel modici momenti eſt,ſecun-
dùm Iaſo. poſt alios in.l.hac conſultiſsi-
ma.colum.1.C. qui teſtamen.facere poſ-
ſunt.Alexand.in rubr.ff. de operis noui
nuntia. num.12. & per Hannibalem vbi
ſuprà.Bart.& Angel.in.l. fina.§. ſin verò
poſtquam.C.de iure delib.Bart.in.l.1.§.ſi
plures.in.4.q.ff. de exercitoria.Bart.in.l.
cũ hi.§. ſi prætor.ff. de tranſact.Bal.in.d.
l.hac conſultiſsima. Vel dicitur ea leuis
ſolennitas, quæ facti ſubſtantiam non
immutat ſecundùm eoſdem.

*Formæ nihil addi aut detrahi poteſt cum cõmuni, et differunt forma & ſolẽnitas.*

11 Tenendo communen ſentẽtiam tũc
ad omnia iura, quæ primo loco contra
communem adduximus, reſpondetur
procedere in ijs,quæ ſunt de forma,non
autem in ijs,quæ ſunt de ſolennitate, vel
ordine.Sed tunc ſubeſt quęſtio,quando
aliquid videatur eſſe de forma, an verò
de ſolennitate? Qua in re quo ad noſtrũ
attinet propoſitum in hac ſumus ſenten
tia, vt quæ deſiderantur ad conſumma-
tionem,ſeu perfectionem alicuius diſpo
ſitionis, ea intelligantur eſſe de forma
ipſius,cui neq; etiam ex minimis, vel le-
uioribus aliquid poſsit adimi, ſalua illa,
qua de agitur, diſpoſitione: nam formæ
nihil addi vel detrahi poteſt ſecundùm
communem ſententiam.vt reſoluũt Pa-
riſius conſi.19.libr.2.num.188.Bald.in.l.
fin.col.2. C. de ſuis & legiti. Iaſ.in.l. hæc
verba.

verba.col.5.ff. de legat.1. idem Iaſ.nu.25.
in.l.1. ff.de lib. & poſth.Bal.in.l.quoties.
C. de ſuis & legiti.Iaſ. in.l.nemo poteſt.
ff.de legat.1. num.15. in ſecunda lectu.&
ibi Hannibal. nume.13. Decius in. l. hac
conſultiſsi. C. qui teſtamenta facere poſ
ſunt.num.12.Bald.in cap.cùm adeò.col.
2.de reſcript.Roman. conſi.402.In pro-
poſita conſultatione:quia in ijs,quæ ali-
cuius certæ formę eſſe debent, nihil a-
ctum eſſe intelligimus, cùm aliquid ſu-
pereſt agendum. vt in.l.pen. in fin.C.de
his quibus vt indignis. & qui actũ, eius
forma neglecta, facere vult, ſimilis eſt
ei,qui actũ facere vult,ita vt ſit ea diſpo-
ſitio de qua agitur, & non ſit, & ſic ſibi
ipſi contrarius eſt, & pugnans. Nam
cùm mellemulſum fiat ex vino & mel-
le. vt in. §. cùm ex aliena. Inſtitut. de re-
rum diuiſ. certè ſi quis vellet mellemul
ſum facere ſine vino aut melle,id nõ poſ
ſet: & cùm ars imitetur naturam. vt in.§.
minorem.Inſt.de adoptionibus. forma,
quæ ab arte, vel à lege in aliqua diſpoſi-
tione ad ſui perfectionem & conſumma
tionem deſideratur, nulla ex parte im-
mutari poteſt, ſalua ea diſpoſitione, non
magis, quàm ſi ab ipſa natura ad formã
& diſpoſitionem alicuius rei aliqua deſi
derarentur, & omiſſa eſſent.Et in his ter
minis loquuntur iura, quæ contra com
munem adduximus, quæ loquuntur in
teſtamento formando.Cæterùm in par-
tu cuſtodiendo licèt certus ordo datus
ſit,is tamen non pertinet ad aliquã rem,
ſeu diſpoſitionem formandam, vt de ſe
patet, & diximus plenè in ſimili in.§. 12.
circa finem.

*Inuentariũ omiſſo ſigno crucis uitiatur cũ multis contra communem.*

12 Hinc & ex ſuperioribus intelligitur,
an ſi in confectione inuentarij in capite
ipſius hęres ſignum crucis propria ma-
nu non adſcripſerit, inuentarium vitie-
tur? Qua in re communis opin.eſt inuen
tarium non vitiari, quaſi leuiſ.ſolennita
tis ea omiſsio ſit. vt latè reſoluunt Alex.
in.l.fin.in princip. num.10.C.de iure de-
libe.poſt Bar.Bal.Ange.Paul.& alios ibi.
idem Alexand. poſt Bartol. & alios ibi
in.l.2.§.ſi priùs.ff.de vulga.&idem Alex.
in rubri.nu.8.ff.de operis noui nuntiati.
Iaſ.colum.2. & Decius colum.1. in.l.hac
cõſultiſ.C. qui teſtaméta facere poſſunt.

Contrariam ſententiam tenent Fulg.
in dict.l. fina.in princip.C. de iure delib.
Angel. & Imol.in.l.1.§.hæc ſtipulatio.ff.
vt legatorum nomine caueatur.Imol.in
l.2.§.ſi priùs. ff. de vulga. poſt alios,quos
refert Alexan. in dict.l.fin. Pro quorum
opin.contra magis communem fortiter
facit text. in dict.l. fin.in princip. vbi in-
ter cætera, quæ ad formam & perfectio-
nem inuẽtarij deſiderantur, illud ſignũ
crucis ab hærede adſcribẽdum compre-
henſum fuit: nec video vt magis diſpen
ſari poſſet cum hærede aliquid etiam le-
uiſsimum ex forma inuentarij omitten-
te, quàm diſpenſetur cum teſtatore ali-
quid leuiſsimum ex forma teſtamenti
omittente, cum quo conſtat non diſpẽ-
ſari. vt in dict.l.ad teſtiũ.§.ſi quis ex teſti-
bus.ff. de teſtamen. quem text.ſuprà in-
duximus cũ multis ſimilibus: quinimò
cum ipſo teſtatore,qui mortis cogitatio
ne turbatus præſumitur, longè faciliùs
diſpenſandum eſſet,quàm cum hærede,
qui mortis cogitatione turbatus nõ eſt.
argumento tex.in.l.hac conſultiſ.§.at cũ
humana.ſuprà alle.& in authen.de trien
te & ſemiſſe.§. illud.Hinc eſt, quòd con-
ditio impoſsibilis, vel turpis licèt vitiet
contractũ.vt in.l.non ſolùm.ff.de actio.
& obligatio.non tamen vitiat vltimam
volũtatem. vt in.l.1.& in. l. conditiones.
& in.l.filius.ff. de conditionibus inſti.&
in.l.3.ff. de conditio. & demonſtra.& in
§.impoſsibilis.Inſtit. de hære.inſtit. quia
cum teſtatore,qui turbatus præſumitur
mortis cogitatione longè faciliùs diſpen
ſatur,quàm cum hęrede,qui non eſt cur
turbatus intelligatur.Præterea fauorabi
liores ſunt vltimæ voluntates, quàm a-
ctus inter viuos.l. in teſtament.ff. de re-
gul.



gul.iur.gloſſ.& omnes in.l.fina.ff.de cõ-
ſtitu.princip. vnde non video cur omiſ-
ſio formæ, etiam ex leuioribus,non de-
beat vitiare inuentarium, non aliter at-
que vitiat teſtamentum,cùm teſtamen-
tum ſit inuentario fauorabilius.vt in di-
cta. l. in teſtament. & argumento .l.ſi
pars.ff. de inofficio.teſtamento.& perſo
na teſtatoris quauis diſpenſatione & fa-
uore dignior ſit,quàm perſona hæredis.
Et hanc partem contra magis commu-
nem ſolitus ſum inter paradoxa & in le-
gendo tueri, intelligendo, quòd inſtru-
mentum teſtamenti, & inſtrumentum
inuentarij habent certam formam ad
ſui perfectionem à lege deſignatam. Ve
rùm in conſulendo, & iudicando non
recedas à cõmuni. Quia cùm dicta. l.ad
teſtium.§.final. aduerſetur deciſioni di-
ctę.l.primę.§. fina.ff.de ventre inſpicien.
harum legum quælibet in ſuo caſu ſer-
uanda eſt, verùm in reliquis caſibus po-
tiùs ſequemur exemplum dict.l.primæ,
quàm exemplum dictæ. l. ad teſtium.
quia illud mitius eſt. ergo &c. vt in.l.
quoties in ſtipulationibus.ff.de verbor.
obligatio.l.ſi pars.ff.de teſtament.

*Inſtrumentum an requirat diuini nominis inuocationem?*

Hinc deducitur, an inuocatio diuini
nominis ſit de ſubſtantia inſtrumenti,
ita vt eius omiſsio vitiet inſtrumẽtum?
De quo per Alexand. in rubric. ff. de o-
peris noui nuntiatio.num.ſeptimo.poſt
Bartol.Imo.& alios ibi.Et obtinuit com
munis ſententia exiſtimantium quòd
non vitiaret:quia omnia cenſentur per-
miſſa, quæ non reperiuntur expreſsim
prohibita.l.necnon.§.quòd eis.ff.ex qui
bus cau.maioris.neque vllibi expreſsim
vetitum reperitur inſtrumentum fieri
citra diuini nominis inuocationẽ, licèt
de cõſuetudine Tabellionũ fieri ſoleat.

*Intell.§. ante hæredis. Inſti.de legat.*

Hinc etiam deducitur ratio, quæ mo
uit Iuſtinianum in.§.ante hæredis.Inſti-
tut.de legatis.& in.l.ambiguitates. & in
l. præpoſteri. C. de teſtament.vt licèt o-
lim vitiarentur legata, fideicommiſ. li-
bertates, & reliqua, quæ in teſtamentis
ante hæredis inſtitutionẽ ſcribebantur,
hodie tamen nihil referat, vtrùm teſta-
mentum incipiat ab hæredis inſtitutio
ne,an verò incipiat à legatis, & fideicom
miſsis, quaſi leuis ſolennitas ſit illa, quæ
in ordine verſatur.

*Teſtamentum cæci hodiè non uitiatur, licèt nõ incipiat ab hæredis inſtitutione contra cõmunẽ cum Emanuele.*

13 Sed licèt hodie teſtamẽtũ regulariter
non ſit neceſſe quòd incipiat ab hæredis
inſtitutione, tamen teſtamentum cæci
etiam hodie neceſſe eſt quòd incipiat ab
hæredis inſtitutione, vt ſi aliter fiat, ipſo
iure non valeat. Iſta eſt communis opi-
nio.quam tenẽt Cinus, Bartolus, & Ful-
goſi. in. l. hac conſultiſsim. C. qui teſta-
menta facere poſſunt. & ibi Decius. nu-
mero ſeptimo. & eſt communis opinio.
ſecundùm Emanuelem de Acoſta in.l.
Gallus.§. & quid ſi tantùm.ff.de liber.&
poſthum.in tertia parte.numero.86.pa-
gina.106.& Baldus in.§.ante hæredis.In-
ſtitut.de legat. Angelus in.§.cæcus.Inſti
tut.quibus non eſt permiſſum facere te-
ſtamentum. Bart. verò cautela. 90. Pe-
trus, Cinus, Butrigarius, Ricardus à Ma-
lumbre, & Alber.in dict.l.hac conſultiſ.

Sed contrariam partem, vt teſta-
mentum cæci hodie non vitietur, li-
cèt aliũde, quàm ad hæredis inſtitutio-
ne inciperet, tenent Bald.Paulus, Roma.
& Alexand.colum.final. & Iaſo. num.1.
in dicta.l.hac conſultiſ.vbi dicit ſe ita cõ
ſuluiſſe apud Cremonam.& Speculator
in titulo.de inſtrumentorum editione.
§.vt autem. verſ.illud quoque non igno
randum. Mouentur hanc partem tenen
tes:quia ſecundùm eos omiſsio leuis ſo-
lennitatis non vitiat.vt in.l.1.§.fi.ff.de vẽ
tre inſpi. & conſequẽter cùm ſolennitas,
quæ in ordine literæ conſiſtit, nõ ſolùm
leuis, ſed etiam leuiſsima ſit, teſtamentũ
cæci non vitiet, non magis, quàm aliorũ

*Formæ omiſsio, etiã in minima parte uitiat.*

14 teſtament. Ex quorum ratione infertur,
quòd formæ omiſsio, quæ in ordine lite
rę conſiſtit, leuiſsima eſt, & quantum-
cunque leuiſsima eſſet, olim vitiabat, &

erat in conſideratione. vt eſt indubitatum per dictũ. §. ante hæredis. & hodie etiam ſimiliter vitiaret, & eſſet in conſideratione, niſi expreſsim ius antiquum hac in parte correctum eſſet per dictũ. §. ante hæredis. & per dictã. l. ambiguitates. & per dictã. l. præpoſteri. Vnde ſubinfertur indubitanter falſum eſſe quod ipſi ponunt pro conſtanti, nempe, quòd omiſsio formæ leuioris regulariter tam iure veteri. vt in. l. prima. §. final. ff. de ventre inſpiciendo. quàm etiam iure nouo nõ vitiet, quod omnino falſum eſt, cùm & talis omiſsio & olim vitiaret. vt in dicto. §. ante hæredis. in. l. ſecũda. §. ſi priùs. ff. de vulga. & ſimiliter hodie vitiaret, niſi ea iura expreſsim correcta eſſent. Neque ad rem pertinet, quòd omiſsio leuiorum neque olim vitiaret, nec etiam hodie ſecũdùm communes ſententias. Nam illud procedit in ordine & ſolennitate, non autem in forma, quæ ad alicuius rei perfectionem & conſummationem deſideratur, & ſine qua ea res, de qua agitur, eſſe non poteſt, neque conſiſtere, vt iam ex ſuperioribus plenè docemur. Sed ratio & fundamentum iſtorum licèt verum non ſit, tamen eorum principalé opinio. noua ratione auſim veriſsimam dicere, quam & ſequitur egregius Emanuel de Acoſta in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liberis & poſthum. pagina. 106. Nam iure veteri ante Iuſtinianum, qui fuit vltimus Legiſlatorum, teſtamentum debebat incipere ab hæredis inſtitutione. vt in dicto. §. ante hęredis. & in dicto. §. priùs. & dict. l. ambiguitates. & dicta. l. præpoſteri. quod regulare & generale erat in omniũ teſtamentis, & conſequenter in teſtamento cæci, non ſecus, quàm in cæterorum teſtamentis: & ſic cùm dicta. l. hac conſultiſsima. facta fuerit à Iuſtino, qui imperauit ante Iuſtinianum, qui quidem Iuſtinianus ius antiquum correxit, ſupereſt, vt in dicta. l. hac conſultiſſima. quatenus dicitur teſtamentum debere incipere ab hæredis inſtitutione, non ponatur ius ſpeciale non magis quàm in eo quod dicitur ibidem ſeptem teſtes adeſſe oportere, eoſdemq́ue rogatos, & reliqua ſolennia: vnde cùm poſtea iure nouiſsimo generaliter inductum ſit teſtamentum poſſe incipere aliunde q̃ ab hæredis inſtitutione, cõpreheñſum fuit hac in parte teſtamentum cæci, non ſecus, quàm cæterorum teſtamenta, cùm hac in parte nihil ſpecialitatis eſſet in teſtamento cæci, non magis, quàm in reliquorum teſtamentis. ergo &c. vt in. l. in fraudem. in. §. fina. ff. de milit. teſtamento. & quæ latè tradunt Deci. in. l. ex teſtamento. C. vnde lib. idẽ Decius conſi. quinto. Alciat. libr. quarto paradoxorum. capitu. decimo. Itaque iura noua, vetera iura, quæ in omnium teſtamentis hæredis inſtitutionem præcedere præcipiebant, correxerunt in teſtamento tam cæci, quàm reliquorum, & ſic hodie non eſt neceſſe teſtament. cæci incipere ab hæredis inſtitutione, non magis, quàm reliquorum teſtamenta. Et ita olim inter plura quàm. 700. paradoxa publicè defendimus. Et hæc opin. in vſu forenſi intrepidè obſeruanda eſt, præſertim hodie poſt. l. decimã-quartã. titu. primi. part. ſextæ. quæ quòd teſtamentum cæci incipiat ab hæredis inſtitutione, non præcepit. Neque ad rem pertinet textus in. §. cæcus. Inſtitut. quibus non eſt per. facere teſtamentum. dum ait cæcum non poſſe facere teſtament. niſi per obſeruationem, quam edixit Iuſtinus Imperator in dicta. l. hac conſultiſsima. Nam ille textus intelligitur eas ſolennitates approbare, præterquàm illas, quæ ſpecialiter tam in teſtamento cæci quàm aliorum fuerunt per eundem Iuſtinianum abrogatæ in dicta. l. ambiguitates. & in dicta. l. præpoſteri. & expreſsiùs in dicto. §. ante hæredis.

*l. 14. titu. 1. part. 6.*





*Teſtamen. olim nõ uitiabatur ex toto licèt nõ inciperet ab hæredis inſtitutione ſed tantùm quo ad eã teſtamenti partẽ, quæ hæredis inſtitutionem præcedebat cum Emanu. contra communẽ.*

15 Illud autem ab vtriuſquẽ partis fautoribus veluti certum, fixum, indubitatum, atque catholicum ſatis incautè receptum eſt, vt iure vetere putaſſent teſtamentum, quod non ab hæredis inſtitutione, ſed aliunde inciperet, ex toto euaneſcere, quod verum non eſt, quinimò teſtamentum valebat: eæ autem diſpoſitiones, quæ ante hæredis inſtitutionem fiebant, non etiam reliqua in teſtamento contenta valere deſinebant, & idem in eis diſpoſitionibus, quæ inter medias hæredum diſpoſitiones fiebant, quæ ſimiliter nullius momenti erant. vt probat dictũ. §. ante hæredis. in princip. & in fine. ibi, inter medias. expreſsiùs in. l. ſecũda. §. ſi priùs. ff. de vulgari. Nam cùm patris & filij vnum ſit teſtament. vt ſubſtitutio pupillaris diſpoſitio quædam in teſtamento patruo contenta intelligatur. vt in. l. patris & filij. ff. de vulga. & in. §. igitur. Inſtitut. de pupill. ſiquidem ſubſtitutio pupillaris præcederet hæredis inſtitutionem, & ſic non ab hæredis inſtitutione, ſed à pupilli ſubſtitutione teſtamẽtum patris inciperet, tunc non dubitatur, an vitiaretur teſtament. patris, quaſi indubitanter valeret, ſed id tantùm dubitatur, an pupillaris ipſa ſubſtitutio vitiaretur, quemadmodum legata, & fideicommiſſa, & etiam libertates, quæ hæredis inſtitutionem præcedebant, vitiabantur. Et ibi reſpondetur vitiari. Et hæc eſt veritas, quam præſenſit egregius Emanuel de Acoſta vbi ſuprà. qui ſimiliter nõ inelegãter aduertit erraſſe Accurſium, quem reliqui ibi ſimpliciter ſequunturi, & doctor. communiter in. l. tertia. §. filius. verſicul. ante hæredis. & in. l. ſecunda. §. ſi priùs. ff. de vulg. dum intelligebant iure vetere teſtamentum ab exhæredatione non poſſe incipere, non magis, quàm ab legatis, fideicommiſsis, libertatibus, & reliquis ſingularibus diſpoſitionibus. Sed longè falluntur: quia licèt olim legata, & reliquæ ſimiles diſpoſitiones in principio teſtamenti facta inutilia forent. vt in dicto. §. ante hæredis. in princip. tamen exhæredatio etiam in principio teſtamenti facta vtilis erat. l. prima. in principio. ff. de hæredib. inſtitu. Et licèt olim legata inter medias hæredum inſtitutiones facta inutilia forent. dicto. §. ante hæredis. in verbo, inter medias. à contrario ſenſu. tamen exhæredatio inter medias hæredum inſtitutiones facta inutilis non erat. l. tertia. §. filius inter medias. &. §. ante hæredis. ff. de liber. & poſthum. Cuius rei illa ratio eſſe potuit, quòd acceſſorium & conſequens (qualia ſunt legata reſpectu inſtitutionum. vt in. l. prima. §. final. ff. de vulga.) non debebant ſuum principale ſuumq́ue antecedens præcedere: quæ ratio ceſſare videbatur in exhæredatione, quæ principalior diſpoſitio quàm legata videbatur. Patet: quia teſtamẽ. ſine vllis legatis valere põt. vt patet, & docet Iaſo. poſt alios in rubric. ff. de legatis primo. in illa quęſtione, an legata ſint pars teſtamenti. ſed teſtament. citra exhæredationem filij, qui inſtitutus non eſſet, valere non potuit. l. inter cætera. ff. de liber. & poſthum. l. penulti. eodem titulo. l. prima. ff. de iniuſto rupto. in principio. Inſtitut. de exhæredane liberorũ. id quod latè iam propè diſſeremus.

*Ratio elegans.*

Et conſidera, quòd in his ſpeciebus & ſimilibus ius vetus ad vnguem ſequebatur imitationem naturæ, quæ vt induxit varias animantium ſpecies, nec permiſit, vt vna in alteram conuerteretur: ita & ius ciuile ſuis diſpoſitionibus formam dedit, à quibus recedere nulla ex parte licuit, ne vlla ex parte diſsimilis eſſet imitatio: ſed iura noua ab hac rigurosa, anxiaq́ue imitatione declinare cœperunt, quò magis diſpoſitiones hominum ſuſtinerentur. vt in ſimili plenè in §. vndecimo ad principi. pulcher textus in. l. 11. titul. primo. libr. 3. ordin.

*l. 11. titu. 1. lib. 3. ordi.*

Quadrageſimò & principaliter infer-
16 tur,an teſtator poſsit facere,quòd legatarius poſsit impunè apprehendere poſſeſſionem rei legatæ propria authoritate? Et communis & vera ſententia eſt poſſe. Ita tenent gloſ. & communiter doctor. in.l. Titia cùm teſtamento.§. Lucius. ff. de legat.2.Bar.num.10.in.l.nemo poteſt ff.de legatis primo. num.32. in prima lectur.& in ſecunda.nume.44.& ibi Ripa num. 59.& num.61.& Crot.nume.26.& Hannibalis num.54.& Alexand.nu.14. idem Bar.in.l.creditores.in.2.quęſtione. C.de pignoribus.& Bal.in.l.1.col.4.C.cómunia de lega.Rom.in auth.ſimiliter.in 20.ſpeciali.C. ad leg.fal.Iacobus de Are. in.l. permiſceri.§.ſpecies.ff.de acquirenda poſſeſsio.Ange.in.l.hoc ſi res.ff.de rei vendicat.& ſic poterit teſtator diſpenſare contra prohibitionem legis. non dubium. C. de legat. & contra totum titulum. ff. vt in poſſeſsionem legatorũ. & eſt communis opin. ſecundùm Ripam vbi ſuprà.

*Legatarius poteſt đ uoluntate teſtãtis capere poſ.legati ſua auth. cum cõmuni.*

17 Infertur quadrageſimoprimò & prĩcipaliter,an teſtator, vel cõtrahẽtes poſſẽt renũtiare exceptioni ſimulationis? Qua in re communis opi. eſt non poſſe.Ita tenet Bart.in. l. nemo poteſt. ff. de legatis 1.num. 11. ſequitur & dicit communem opin.Ripa. ibi nu.6.&.4. & Iaſ.num.41. in.1.lectu. & num. 56.in lectu.2. Crotus. nu.27. & Hannibalis.num.546.& Alex. nu.16. Antonius in.c.cùm cõtingat.col. 8.de iureiu. vbi Imo. in.7.membro.Anchara.Cardinalis,& Imol.in capit.ad noſtram.de emptione & venditione.Rom. in.l.ſi quis cùm aliter.ff.de verbor.obligat. Quod procedit, niſi tale pactũ, vel renuntiatio fieret ex interuallo.argumẽto.l.2. C. quod metus cauſa. vbi ſpontanea ſolutio tollit metum adhibitum in promiſsione, & ſic ſpontanea renuntiatio ſimulationis facta ex interuallo,non videtur ſimulata,licèt ſi in cõtinenti fieret,ſimulata videretur,non ſecus, quàm ipſe contractus principalis, ſecũdùm cõmunem ſententiam doct.ſuprà relatam. Quòd autẽ talis ſimulationis renũtiatio non valeat ideo eſt, quia cõtractus ſimulatus non eſt cõtractus, licèt imaginem habeat & ſpeciẽ quandam. Et vt verum corpus atq; animatũ differt ab eo corpore quod pictum eſſet tabellis , vtq; verũ corpus atq; animatũ ab vmbra differt, vel etiam corpus animatũ à cadauere:ita quoq; differt verus contractus à contractu ſimulato,ꝗ re vera nihil eſt,licèt imaginem contractus,ſpeciẽq; quandã mentitam gerat, ſecundùm Iaſ.& Fran.de Ripa vbi ſuprà. Bald. in. l. ab Anaſtaſio. C. mand.Bal.in.l.1.C.plus valere quod agitur. Vnde ꝗ ſimulatã fortè donationẽ fecerunt,&in eodẽ cõtractu atq; inſtrumẽto renuntiarũt exceptioni ſimulationis, nihil egiſſe videntur, non magis quàm ſi illa renuntiatio interpoſita non eſſet: nam ſimiles eſſe videntur illis, qui vellent eandemmet conuentionem donationem eſſe & donationem non eſſe, vt ſic ſibi ipſi aduerſarentur, atque repugnarent,& per hoc nihil agerent.

*Simulationis exceptio renunciari nõ poteſt cũ cõmuni.*

18 Quod adeò verum eſt, vt talis contractus ſimulatus nullus ſit,& nihil valeat, etiam ſi interfuerit iuramentũ.Ita tenẽt gloſſ.Bald. & communiter doctores ibi in.l.tertia.C. plus valere quod agitur.ſequuntur & dicunt communem Alexã. in dict.l. nemo poteſt.ff.de legat.1.num. 16.cum ſequent. vbi Iaſo.lectura prima. num.41.& iterum lectur.ſecunda.num. 56.&ibi Crotus num.27.cum ſequen.Ripa.num.64.cum pl.ſequen.Hannib.nu. 548. cum ſequen. Paulus in. l. contra legem.ff.de legat.Antoni.in capit.cùm cõtingat.in octauo caſu.& ibi Imo.in ſeptimo mẽbro: idem Imo.in capi.ad noſtrã. de iureiu.Bal.in.l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.Bal. Sali.& omnes in.l. fi.C.de non nu.pecu. Quod verum , niſi cõtrahentes iurarent omnia,&ſingula in inſtrumẽto,& cõtractu,vel cõuentione eſſe vera,ꝗa tunc nõ poſſent

*Simulatio etiam cum iuramento renuntiari non poteſt, cum cõmuni.*



poſſent contrahentes conuenire ſecundùm omnes ſuprà relatos.

19 Simile in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ etiam per interuentum iuramenti regulariter non excluditur.l.fi. C.de non numera.pecunia. Tamen qui iurauit mutuam illam pecuniã, de qua agebatur,ſe recepiſſe,exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non poteſt. vt tenent communiter doctores in dict.l.fina.C.de non numerata pecunia. Refert ergo,verùm quis ſimpliciter confeſſus fuerit mutuam pecuniam ſe recepiſſe , & iurauerit illam ſe redditurũ , an verò iurauerit mutuam illam pecuniam recepiſſe ſe, iurauerit que ſe illam redditurum : nam primo caſu poterit ſecundùm communem ſententiam opponere exceptionem non numera. pecun. vt tenent Bald. Paul.& Salicet.in.l.final.C. de non numerat. pecun. Alexand. in.l. Seius & Augerius. colum.fina.ff.ad leg. falcidiam. Bald. conſi.447. Contrahentes. numer. 2.libr.1. Iacobinus de ſancto Georgio. in.l.2.§.appellata.finalibus verbis.ff.ſi certum petat.Socin.conſi.82.numer.2. libr.3.Bald.nouellus in.l.1.nume. 142. ff. ſolut. matrimonio. Decius in. l. qui pecun.num.4.ff.ſi certum petat.Rodericus Xuarez in.l.poſt rem iudicatam ff.de re iudi. fol.143.Marcus Anto.in tractatu de virtute iuramenti.num.46.verſicul.31. prout refert Emanuel de Acoſta in.l. ſi ex cautione. C. de non numerata pecun. qui hanc ſententiam ſequitur & dicit communem in.1.limitatione.& iterum in limitatione.9.traditur per Alcia. & alios in cap. cùm contingat.de iureiu. vt diximus ſuprà . Secundo verò caſu, quando iurauit mutuã pec. recepiſſe ſe, ſecundùm eandem receptam ſentẽtiam non poteſt opponere exceptionem non nu. pecu. quia tunc directò contradiceret iuramento,ſuumq; periurium,& turpitudinẽ detegeret, & conſequenter nõ eſſet audiendus.vt per totum.C.&.ff.de condictione ob turpem cauſam.

*Exceptio non nu.pe. datur contra ſchedulam,in qua continetur receptam fuiſſe pecuniam idque iuratũ. Eſt cum quam plurimiscõtra communem.*

Contrariam ſentẽtiam,vt etiam ſi iuraſſet ſe pecuniam recepiſſe, poſsit exceptionẽ non nu.pe.opponere, tenent Fel. in.c.ſi cautio. de fide inſtr.n.46.&.47.& Iaſ.in.l.qui pecu.n.3.ff.ſi cert. peta.latiùs ibi.n.7.Alcia.in.d.c. cũ contingat.n.176. Carolus Ruinus conſ.132.Viſa confeſsione.n.15.lib.4.Fulg.in.d.l.fi.C.de non nu. pecun.Ludoui.Rom. conſi.44.Ex ſuprà narrato themate. Tu pleniùs dic , ꝙ exceptio non nu. pecu.competit,ſiue debitor dixerit ſe recepiſſe , nec vltrà proceſſerit.l. in contractibus.in princ. de non nume.pecu.l. generaliter.eod.tit.ſiue dixerit ſe recepiſſe & debere,vel ſe tantùm debere,vt verſ.planè.Inſti.eo.tit.l.aſſeueratio.eo. tit. ſiue etiã dixerit ſe ſoluturũ. arg.l. ſi tranſactiones. C. de nõ nu.pecu. l.cũ vltra.eo.tit.l.ſi quaſi.eo.tit.l.fruſtra. eo.tit.Et tu aduerte,ꝙ in ꝗbus caſibꝰ docto.abnegant poſſe excipi,eſt ꝓpterea,ꝙ turpiter feciſſe videtur reus, qui primæ confeſsioni iuratę directò nũc contrariatur,allegando ſe nõ recepiſſe : quæ ratio eò pertinet, vt nunq̃ procedat excep.nõ nu.pe. cũ ſimiliter turpiter feciſſe videatur regulariter,ꝗ primę cõfeſsioni etiam non iuratæ poſteà directò contrariatur, ideoq; ſolet reijci regulariter à limine iudicij.l.1.C.de furt. Et vulgò dicitur,ꝙ inter iuramentũ,& ſimplicẽ loquelã,Deus non facit differentiã:& ſimplex mendacium ſatis punibile delictum eſt.in prin. &.§.1.Inſti.de pœna tem.litig.Et adultus qui iurauit ſe reſtitutionẽ non petiturũ prætextu alicuius læſionis,poteſt ſaltem prætextu læſionis vltra dimidiam reſtitutionem ( ſecũdùm communẽ)petere.

20 Et filia , quæ dote contenta iurauit ſe reſtitutionem ſupplementi legitimæ nõ petituram, põt tamen prætextu læſionis enormis petere ſupplementũ ſcd̃m Are. & communem. in. l. qui ſuperſtitis . ff. de acq.hære.& eſt com.op.ſecũdũ Deciũ cõſi.181.Satis nota. idẽ Decius conſi.180.

*Iuram.non impedit reſtitutionem prætextu læſionis ultra dimidiã cum cõmuni opin.*

Viſa renuntiatione.num.3.Ripa.in.l.fin. C. de reuocandis donatio. quæſtio.24. num.90. idem Decius conſil.349. num. ſeptimo. Ripa libr.3.reſponſorum.capit. 15. Quæ omnia fiunt eo prætextu, quaſi non videatur conſenſiſſe, nec cogitaſſe de tam magna læſione. Quid ergo impedit, quin poſsimus ſimiliter interpretari, quòd qui iurauit ſe recepiſſe, cogitauerit creditorem numeraturum, ſicque non aliter ſe iuramento obligatum voluiſſe, quàm ſi re vera ille ex parte ſua impleſſet? maximè cũ text. ſic interpretantem habeamus in.l.fin.de non numerat. pecun.C. ſi non deſtruatur. Quòd ſi dixeris, refert iurem me ſupplementum legitimæ non petiturum, vel me non petiturum reſtitutionem, vt tunc ſi poſtea petam, poſsis allegare, quòd futurũ ſperaui non fore tantam lęſionem: an iurem me recepiſſe, vel debere, quod iam tempore iuramenti falſum erat. Sed reſpon. quòd vt directò contrariatur iuramento ſuo, qui cùm re vera nil excepiſſet, ſed tantùm recepturum ſe ſperaſſet iurauit recepiſſe ſe, ita directò contrariatur iuramento, qui poſtquam iurauit ſe non petiturum ſupplemẽtum legitimæ, vel reſtitutionem, poſtea petit. arg.ff.de libe.cauſ.l.fin.ff.de conditio.inſtituend. l. quæ ſub conditione. Et in eo ſolo manet differentia, quòd ille ab ipſo primordio præſtiti iura. inſpectis verbis periurus fuiſſe videtur, iſte autem poſteà peierare viſus eſt, ſed re vera neuter inſpecta mente (quæ præualet) peierauit, cùm ille ſenſerit ſtatim recepturum ſe, iſte autem putauerit læſionem non ita magnam futuram: & lõgè iuſtior cauſa eſt excipientis prætextu non ſequutæ numerationis, quàm excipientis prætextu magnæ læſionis. cùm ille de toto, iſte de parte tm̃ contendat, & illo caſu vertatur iuſtum odium contra creditores atque conſuetum, iſto autem caſu nõ ita. Nec eſt nouum, vt quod quis in continenti futurum ſperat, iam factum dicat & iuret.l.lecta.verſicu.dicebam.vbi Paulus.ff.ſi certum petat. Ad hæc non dubito, quin vt ſenſus confeſſantis in ſchedula recepiſſe ſe & debere ac ſe ſoluturum cùm nil receperit, ſed recepturum ſe ſtatim ſperaret, fuit non mendacium facere, nec intelligere de tempore præſenti, cùm ſchedula ſcribebatur, ſed conferre eã confeſsionẽ in tempus, quo poſt numerationem à creditore conueniretur: ita & qui recepiſſe ſe iurauit, non voce, ſed in ſchedula, non tam iam tunc iuraſſe, quàm iuramentum in id tempus, quo à creditore ſe conuentum poſt factam numerationem ſperabat. Et is eſt veriſsi. ſenſus dict.l. fin. quæ non dicit iuratum re vera fuiſſe, ſed iuramenti in ſcedula mẽtionem factam, vt intellexerit, quòd vt numeratio re vera (inſpecta legis cenſura) non interfuit, ita nec iuramentum, licèt vtrunque interfuiſſe literis teſtatũ fuerit. Et cùm mos omnium mercatorum & fœneratorum ſit vſitatiſsimus, & inuiolabiliter obſeruatus, vt cùm mutuam pecuniam fœnori dant, non antea eam numerent, quàm ſchedulam acceptæ pecuniæ recipiant, non dubitarim, quin ſi tales cautiſsimi fœneratores tales ſchedulas iuratas depoſcant, tunc qui pecunias recepturi erant, ſchedulas iuratas tam facilè emittãt, quàm ſimplices emitterent, nec per hoc erunt periuri: quia qui in ſchedula ſpe futuræ numerati. iurauit ſe recepiſſe quod nõdum receperat, in tempus pecuniæ recipiendæ iuramenti vim videtur contuliſſe, vt per hoc dict.l. fina. C.de non numera. pecu. generaliter procedat, prout ipſa loquitur, nec miſerè dilaceretur? Et ita inter paradoxa ſolitus ſum defendere: & ita iudicarem, & conſulerem.

Redeundo ergo illuc vnde abierã, videndum eſt, an ea diſtinctio, quæ in exceptione non numeratæ pecuniæ ſecundũ communes traditiones fiebat, vt per interuentũ



teruentum iuramenti non ceſſaret, quando iuraui me ſoluturum quod ſimpliciter faſſus ſum me recepiſſe, ſin autem iuraui me recepiſſe illam pecuniam, tunc excipere nequeam, ne directò iuramẽto meo aduerſari videar. Eadem quoq; vel ſimilis diſtinctio an fieri debeat, qñ fit renuntiatio exceptionis ſimulationis iurata: vt ſi iuraui vera eſſe quæ in contractu narrantur, tunc non poſsim contrauenire, ſin autem iuraui me non oppoſiturum, vel allegaturum contractus ſimulationem, tunc eam nihilominus allegare poſsim? Et quidem ſi de periurio euitãdo agatur, vtrobiq; eadem parq; ratio eſt. Nam vt is qui iurauit vera eſſe, quæ in cõtractu, & inſtrumẽto narrantur, ſi poſteà ſimulata eſſe dicat, periurus fit, ſibiq; ipſe pugnat & aduerſatur directò: ita quoq; qui iurauit ſe nõ allegaturum ſimulationem contractus, negari non poteſt, quin periurus fiat, ſimul ac allegat contractus ſimulationem, vt re vera inter hos caſus nulla ſana differentia fieri poſsit.

21 *Excep. nõ nu. pec. nõ habet qui iurat ſe nõ oppoſiturũ eam excep. cum communi.*

Quinimò etiã in ipſa exceptione non numeratæ pecuniæ nulla differentia eſt, vtrùm quis iuraſſet ſe pecuniã mutuam recepiſſe, an verò iuraſſet exceptionem non numeratæ pecuniæ ſe non oppoſiturum. Nam vt illo caſu ſecũdùm communem ſententiam ſuprà relatam excipere non poſſet, ita etiam iſto caſu non poſſet excipere ex vi ipſius renuntiationis iuratæ. Iſta eſt communis opi. quam tenent Salicetus in.l.3.C. de non nume. pecu. n. 25. Bar.in.l.fi.eod.tit.Felinus in cap.ſi cautio.num.50.de fide inſtru.Decius in.l.qui pecuniã.in fi.ff.ſi cert.pet.egregius Emanuel de Acoſta.in.l.ſi ex cautione.in prima limitatione.C.de non nu.pecunia. & idem tenet Corneus.q.15.in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vẽdi.poſt Imolam in dict.cap.cùm cõtingat.prout eos refert Alciatus ibidem.n.175. Agnoſco tamen, ꝗ Alciatus ibidem nouiſsimè tenet cõtra communem opi. poſt Angelum in.§.idem iuris.num.37.Inſt.de excepti.motus, quia nullam ſatis ſanam rationem differentiæ videt inter eum qui iurat ſe ſoluturum, & eum qui iurat ſe non poſiturum, vel allegaturũ exceptionem non nu.pecunię. Sed certè harum rerum eſt non obſcura differentia. Nam qui iurat ſe non allegaturum pecuniam numeratam non fuiſſe, ſeq; exceptionem non nume.pecuniæ non obiecturum, is eum caſum cogitauit, quo pecunia nõ numeraretur, & ſic exceptio competeret, quo etiam caſu priuauit à ſe, ſeq; abdicauit à poteſtate excipiendi, vt iurans hunc ſenſum habuiſſe intelligatur, quòd non excipiet, etiam eo caſu, quo per ius commune excipere liceret, non autẽ iurauit ſe nõ obiecturum exceptionem eo caſu, quo etiam ſi iuratum non eſſet, excipi non poterat, tunc enim iuram. nihil operaretur. contra.l.ſi quãdo.in prin. cum glo. C.de inoffi.teſtam.l.ſi quando.in prin.ff. de lega.1.præſertim cùm iuram.interpoſitum cum magna deliberatione, & magna ex cauſa intelligatur, & debeat.argu.l. cùm pater.§.filius matrem. ff. de lega.2.l. 2. C. de indict.vid.l.quæ ſub cõditione. in prĩ. ff.de cond.& demonſt. Ergo qui iurauit ſe non obiecturum exceptionem nõ nu. pecuniæ, indubitanter intellexit ſe eam exceptionem non obiecturum etiam eo caſu, quo reuera cõpeteret: quia eo tantũ caſu, quo non competeret talis exceptio, non intelligitur iuratum, quia ſic nihil operaretur: vel ſi eo caſu intelligatur, nõ tamen iuram. generaliter præſtitum ad eum caſum inutilem reſtringendum eſt, ſed generaliter accipiendum: & ſic cùm tale iuram. poſsit ſeruari ſine interitu animæ iurantis, ſeruandum eſt, licèt per hoc bona eius poſsint periclitari. vt in. c.cùm contingat de iurei. & cap. licèt mulieres. eod. tit.lib.6.cap.quanuis. de pactis.eod. lib. In quibus iuribus cùm ſit expreſſa ratio generalis, eorum deciſio, etiam ſi eſſet correctoria, ad omnes caſus extendenda

eſt,in quibus militat eadem ratio.glo.cõ
muniter appro.in clemen.1.in verb.eliga
tur.de elect.latè Iaſ.in authen.quas actio
nes.nu.22. C. de ſacroſanct.eccle. & in.l.
quanuis.C.de fideicom.idem Iaſ.n.14. in
l.de quibus.ff.de legibus.text.in.l. his ſo-
lis.C. de reuoc. donat. dixi latè ſuo loco.
Cæterùm qui iurauit ſe ſoluturum, intel
lexit ſe per prius pecuniam pactam rece-
pturum, vt ſic ſi eam poſtea non recepit,
euidenter ceſſet cauſa finalis iuramẽti, &
conſequẽter ceſſet virtus ipſius iuramen
ti.cap. ad noſtrã. & cap. quẽadmodum.
de iureiu. Qui autem iurauit ſe non obie
cturum exceptionem, tantum abeſt vt
per prius pecuniã pactam ſe recepturum
intellexerit, quòd potiùs cogitauerit ſe
non recepturum, & eo caſu voluerit ſeſe
abdicare à poteſtate excipiendi.

*Excep.non nu.pec. an poßit renũtiari? quòd ſic cum cõmuni contra alterã communẽ.*

22 Per ſimplicem autem renũtiationem
expeditum eſt ſecundùm cõmunem ſen
tentiam ceſſare exceptionem non num.
pecuniæ.Ita tenent Iacobus Rau. Petrus
de Bella.Bart. Cinus, Bald. Ange. Salice.
Paul.& alij in.l.3.C. de non nu. pecu. Se-
quitur & dicit communem ſententiam
Emanuel de Acoſta ibid.in glo.compel-
litur.Alex.conſil. 35. Viſa ſcriptura.lib.1.
Corneus conſil.293. In hac conſultatio-
ne.lib. 4. Decius in dict.l.qui pecuniam.
num.4.Felinus in dict.c.ſi cautio.nu.48.
Curtiꝰ iunior in.l.2.§.fi.col.1.ff. ſi cert.pe.
Alciat.in.l.pacta quæ contra. C. de pact.
prout eos refert Emanuel vbi ſuprà. Et
hæc opinio hodie iure regio cõprobata
eſt.vt in.l.9.tit.1.part.5.

Contrariam ſententiam,vt hæc exce-
ptio renuntiari non poſſet, tenet Alber.
in dict.l.3.C. de non num.pec. qui à toto
mundo firmat hanc partem obſeruari.
& idẽ tenent ibidem Balduinus,& Odo-
fredus,& Accurſius,& Azo.& ſentit Ful
go.Bald.in.l.illicitas.ff.de offi.præſi.Iaco
bus Butrigarius in tractatu de renuntia-
tione.fol.16.Cardi.in cap.fi.nu.9. de ſolu
tionibus.Faber in prin.Inſt. de literarum
obligationibus.n.14.Bal.in.l.pecuniȩ.C.
de ſolutionibus.idẽ Bal.conſil.197.Quæ-
dam mulier.lib.3.Paul.conſil.64. Quæri
tur vtrùm.col.fi.lib.1.Cuma.conſi.24.Et
hanc opi.æquam appellat Imol.poſt Ni-
colaum de Matarelis, quem ipſe refert in
cap.ſi cautio. de fide inſtru. nu.25. & ibi.
nu.6.firmat hãc opi.ita practicari. ſequi-
tur practi.Papi. in forma ſententiæ diffi-
nitiuæ.in verbo, viſaq; litis cõteſtatione.
& in forma libelli actionis.Hippo. in ver
bo,mutuo. nu. 16. quos refert Emanuel.
vbi ſuprà.Tertia eſt opi.diſtinguentium,
vt poſt talem renuntiationem reus videa
tur relictus in terminis iuris communis,
vt per hoc hanc exceptionem poſsit per-
petuò opponere, dum modò ipſe probet
pecuniam numeratam non fuiſſe. Cuius
rei veritas illinc pendet, an exceptio non
num.pecu.poſsit opponi poſt biennium
citra priuilegium transferendi onus pro
bandi in aduerſariũ.Qua in re prima fuit
opi. exiſtimantium talem exceptionem
poſt biennium non poſſe opponere. Ita
tenet Albe.in.l.3.C.de non nu.pecu.poſt
Odofredum,Azonem,Ricardũ,Oldral-
dum,Butrigarium,Guidonem,& Dinũ,
quos ipſe refert,& firmat hanc opi.eſſe in
communi obſeruatione.Idem tenet Pla-
cẽtinus in tractatu de varietate actionũ.
tit.19.glo.Bal.Salice.& alij in.l.ſi non ſin
guli.C.ſi cert.pet.Speculator in tit. de re-
ſtitutione in integrum.§.1. nu. 25. Archi-
diaconus in.c.ſi quis epiſcoporum. n.10.
3.q.6.referentes ita à Clemente.4.pronũ-
tiatũ fuiſſe.Areti.in.l.ſi ſtipulatus.§.Chry
ſogonus.num.10.ff.de verb.obliga.& in
l.certi condictio.§.ſi nummos.col.fi.ff. ſi
cert.peta.Felinus in cap.ſi cautio.nu. 60.
de fide inſtru.Ludouicus Bologninus in
additionibus ad conſilia Ioan.de Anania
conſi.97.Hanc opi.ſequitur & dicit com
munem Curtius iuni.in.l. 2. §. appellata.
num.7.ff.ſi cert.pet.Purpuratus in.l.ma-
nifeſtè. ff. de iureiu.num. 21. Hippolytus
notabili.463.Bald.in.l.cùm quis.n.22.C.
de

*Excep.non nu.pe. poſt bienniũ poſſe opponi cum cõmuni cõtra alteram communẽ.*



de iuris & facti ignorantia.& in cap.quia
pleriq;.col.1.đ immunitate eccleſiarum.
Faber.in prin.Inſt. de literarum obliga-
tionibus.q.8.Florianus in.l. cùm de inde
bito.§.fi.n.8.ff.de probationibus.Imol.in
cap.fi.col.pen.de ſolutionibus.

Contrariam ſententiam,vt quòd poſt
biennium admittatur debitor ad oppo-
nendã exceptionẽ, dũ modo ipſe probet
pecuniam numeratam non fuiſſe,tenent
Decius in.l.iure naturȩ.n.5.ff. de regu.iu.
Claudius in. l. ſi ſtipulatꝰ fuero ſi Titius.
§.Chryſogonus.n.14.ff.de verb. obli. Iaſ.
in.l.3.§.iurari.n.8.& in.l.manifeſtè.n.6.ff.
de iureiu.glo.poſt Ioan.And.ibi relatum
in dict.l.3.C.de non num. pecu. & in.l.in
contractibus.in verbo,nullo modo.eod.
tit. & in principio Inſtitut. de literarum
oblig. in verbo, obligetur.Cinus, & Pe-
trus in.l.aſſeueratio.Bart.Fulg. Ange. &
Sali.num.18.in.l.3.C. de non num. pecu.
ſequitur & dicit communem opi. Fulg.
in.l.ſi ſub ſpecie.in fi.C.đ poſtulãdo.Pau
lus conſi.233.Viſo caſu.n.3.lib. 2. Ang.in
§.idem iuris. Inſt. de exceptionibus. n. 4.
Soci.in.l.2.§.fi.nu.8.ff. de exceptionibus.
& conſi.68.Viſa.num.4.lib.4.Iaſ. in. l.3.
§.iurari.num.8.ſuprà allegata.Alex. cõſi.
148.col.pe.lib. 2. prout eos refert & cõci-
liat egregius Emanuel in dict.l.ſi ex cau-
tione.C. de non num. pec.in vltima fallẽ
tia. Nanq; prior opi. ſecundùm eum pro
cedit quantum ad exceptionem non nu.
pecu. quæ re vera finito biennio conti-
nuò euaneſcit,finitur,extinguitur.vt pro
batur in.l.ſi intra.& in.l.aſſeueratio.& in
l.in contractibus.C.de non num. pec. &
in.l.ſi nõ ſingulis.ff.ſi cert.peta.& in ver-
ſic. ſed ne creditores. Inſt. de literarum
obligationibus.

*Exceptio omnis perpetua eſt.*

Cæterùm cùm omnis exceptio perpe-
tua ſit. vt in.l.purè.§.fi. ff. de doli excepti.
glo.in.l. qui ſe debere. ff. de condictione
cauſa data.ſupereſt, vt exceptio doli, quæ
cõpetit contra eum, qui dolo petit quod
ſibi nõ debetur,& exceptio in factũ,quæ
competit contra eum,qui ſine dolo petit
quod ſibi non debetur, ſemper integræ
ſint, vt his exceptionibus poſsit ſe tueri,
qui per lapſum biennij excluſus & deſti-
tutus fuit beneficio exceptionis non nu.
pec.Nam abſurdum eſt,vt exceptio non
nu.pec. quæ in fauorem debitorũ inuen-
ta fuit,in eorum læſionem cõuerteretur.
contra.l.legata inutiliter.ff.de lega.1.l.le-
gata inutiliter.ff.de adimen.legatis. l. nõ
ideo minus.C.de procuratoribus.l.quod
verò contra.ff. de legib. Etenim indubi-
tatum eſt, quòd ſi exceptio non nume.
pec.inuẽta nunquã fuiſſet,tunc qui pecu
niam mutuam ſe accepiſſe confeſſus fue
rat,quam re vera non receperat, tam in-
tra biennium,quàm poſt biennium poſ-
ſet ſe tueri,probando pecuniam non fuiſ
ſe numeratam. vt expreſſum eſt in. l. ge-
neraliter.& in auth. cõtra qui propriam.
C.de non num.pec.& per totum.C.plus
valere quod agitur.iuncta.l. purè. §. fi. ff.
de doli excepti. Ergo qui ſpe futuræ nu-
merationis fatetur ſe recepiſſe quod re ve
ra nõ recepit,poterit omni tẽpore, etiam
poſt biennium, defectum numerationis
probando ſe tueri exceptione doli,vel in
factum,non ſecus,quàm ſi exceptio non
nu.pecu.inuenta nunquam fuiſſet:quan
doquidem talis exceptio quo magis, nõ
quo minꝰ ſubueniatur inuẽta fuit. quod
etiam voluit Abb. poſt Hoſtienſem in.c.
fi.nu.18.de ſolutionibus. & ibi Anchara.
num.11.idem Abb.num.10.& Felinus.n.
66.in cap.ſi cautio.de fide inſtru.Hippo-
lytus ſingulari.277.Andreas Siculus con
ſil.19.lib.2.col.fi.Faber in prin.Inſt. de li-
terarum obli.q.8.Florianus in. l. cùm de
indebito.§.fi. nu. 8. ff. de probationibus.
poſt Butrigarium,quem ipſe refert.Licèt
pleriq; veterum hãc diſtinctionem non
admiſerint, vt teſtatur Emanuel vbi ſu-
prà,qui hanc diſtinctionem ſimiliter im
pugnat vrgenti, vt ſibi videtur, rõne.Nã
ſi,inquit,debitor poſt bienniũ poſſet do-
li exceptionẽ opponere, poſſet ſimiliter
opponere

opponere exceptionem non num.pecuniæ,& omittere doli exceptionem, vt ſic honoris cauſa hoc cōdonaret creditori, vt honorabili, & honeſta exceptione ſe poti⁹,quàm indecora, & inhoneſta tueretur.argum. in.l.2.§.& generaliter.l.apud Celſum.§.aduerſus.ff.de doli excep.l. nō debet.ff.de dolo. Vnde cùm poſt biennium nullus neget eorum, qui primam ſententiam tuentur,quin ceſſet exceptio non num.pec. ſimiliter cum ipſis dicendum eſt ceſſare exceptionem doli, vel in factum. Quæ argumentatio neminem, iudice me,mouere debet.Nam nō ſequitur:ſi non iure conuentus ſum, poſſum me tueri exceptione vel doli,vel in factū, vt dictis iuribus: ergo etiam potero tueri me exceptione non numeratæ pecuniȩ. Nam lex certa beneficia, & remedia nobis conceſsit, nec vltrà proceſsit, nec expediebat vltrà procedere, cùm ea remedia ſatis ſuperq; nobis futura eſſent.

*Excep. non nu.pc. poſt biennū non ceſſat quaſi fingatur ſolutū, ſed tā tùm quaſi præſumatur, contra Areti. & Caſt.*

23 Vnde apparet excludendam eſſe opinionem exiſtimantium, quòd poſt biennium ſit à lege inducta fictio hæc, vt pecunia pacta numerata ſit, ita vt non ſolùm probatio, ſed nec etiam ipſius partis contraria confeſsio quicquam releuaret. Quod voluit Paul.in. l. in contractibus. in prin.col.pen.C. de non numerata pec. Aretinus in.l.certi condictio. fin.col.§. ſi numos.ff.ſi cert.pet.Quorum opi. ex noſtris fundamentis facilè euincitur.

*Excep.non nu.pec.datur poſt biēnium, licèt non per cōfeſsionē creditoris, ſed aliter defectus ſolutionis probetur contra nouiſsi.*

24 Nō quoq; placet ea opi. in qua reſidet Emanuel vbi ſuprà, nempè, ꝙ poſt biennium probatio ordinaria in contrarium non admittatur,& ſic inclinat in opinionem eorum, qui poſt biennium negant debitorem poſſe vllam opponere exceptioné.Mouetur per text.in.§.planè.Inſt. de literarū oblig.ibi, ſic fit,vt hodie dum queri non poteſt ſcriptura obligetur, nā poſt biennium obligatus erit, licèt re vera nihil receperit. Nam nō abnegamus, quin literis poſt biennium obligatus intelligatur,ſed vt ille,q ſeſe efficaciter obligauit,nulla iuſta,& legitima cauſa præcedente contra actionem,qua conuenitur, poteſt opponere doli exceptionem.l.2.§. circa. ff. de doli except. ita & hanc exceptionem poteſt opponere iſte,qui ex cauſa legitima mutui obligatus fuit, quādo illa cauſa vera non fuit, & ad nō cauſam reducitur per probationem rei conuēti. argum.l.ſi fullo.ff.de cond.ſine cauſa.& per totum.plus valere quod agitur.C.Et ita etiam intelligo text.in.l.ſi non ſinguli.C.ſi cert.pet.Nam ſi confeſſus ſum me recepiſſe pecuniam,quæ alteri numerata fuit,tunc,inquit lex,licèt intra biennium poſsim querelam pecuniæ non num.deferre,poſt biennium tamen non potero: ſed non excludit, quin poſt bienniū poſſim gaudere beneficio.d.l.generaliter.aſſumēdo in me onus probationis.Ad tex. in authen.de tempo.non ſolu.pecuni. ſuper dote.in prin.reſponde,quòd maritus, qui faſſus eſt recepiſſe ſe dotem, quam re uera non receperat,nec querelā dotis nō receptæ debito tempore protulit,faciliùs præſumetur illam confeſsionem feciſſe, & taciturnitatem tanti temporis præſtitiſſe animo donandi, quàm prȩſumatur extraneus debitor reſpectu creditoris.

*Excep.non nu.pe. poſt bienniū etiam iure regio poſſe opponi, ſi reus ꝓbet defectū numeratiōis.*

*Intelle.l.9. tit.1.5.par.*

25 Sic etiam intelligenda eſt.l.9.tit.1.par. 5.ibi.E ſi ſe callare que lo nō mueſtre aſsi ante que los dos años paſsē deſpues que fizo la carta,dēde en adelante nō podria poner tal querella, y ſi ge la demandaſſe deſpues, ſeria tenudo de dar le los marauedis bien aſsi como ſi los ouieſſe recebidos.Nam dum lex ait poſt biēnium non poſſe talem querelam proponi, quæ præter reliquas ſimiles exceptiones ſingulari,præcipuo, peculiariq; priuilegio gaudebat,nō excludit,quin etiam poſt biennium reliquas exceptiones non priuilegiatas poſsit opponere.Et dum ait tex. ſe poſt biennium tueri non poſſe, non magis quàm ſi pecuniam accepiſſet, ſecundùm ius commune interpretandum eſt procedere rebus ſic ſtantibus: nam inſpe



cto preſenti ſtatu, contra reum ſtat legitima probatio,nō tamen excluditur,quin poſtquàm probatū fuerit pecuniam numeratam non fuiſſe, aliud ſit.Et ita procedit totus titulus. C. plus valere quod agitur.

Redeundo ergò ad noſtram quæſtionem,ſi exceptio non numeratæ pecuniȩ ſecundùm veriorem ſentētiam biennio extinguitur, & finitur, & ſic tacitè ab ipſo debitore remittitur per lapſum temporis,longè faciliùs expreſsim poterit renuntiari.Facit text. in. l. ſi quis filium.in fi.C.de inoffi.teſtamēto. vbi tacita & expreſſa renuntiatio exæquantur,vt non referat tempore,an expreſſa renuntiatione quis excluſus fuerit: ſicq; etiam in terminis iuris communis tenendum eſt renuntiari poſſe exceptionem non num. pecuniæ nonſecus, quàm tempore amitti. Et ita intelligo.d.l.9.tit.1.part.5.denuò induxiſſe nil, ſed ius tantùm cōmune de more traduxiſſe.

*Intelle. d.l. 9.tit.1. partita.5.*

*Excep.non nu.pc.fauorabilis eſt cum communi.*

26 Facit, quia hæc exceptio fauorabilis eſt ſecundùm Claudium in.l.ſi certis annis.C.de pact.glo.in.l.quòd ſi maritus.ff. de conſtituta pec.Bald.in ſua margarita. in verbo,exceptio.nu.34. ſentit Emanuel in.l.3.C.de non.nume. pec. in verbo. ſeu non num.pec. licèt contrarium voluerit Bart. poſt Petrum, & Iacobum ibidem. ergo cùm ſit fauorabilis, poterit renūtiari.l.qui exceptionem.ff. de cōdictione in debiti. Præterea hæc exceptio fuit inducta ſpeciali fauore eorum, qui neceſsitate rei familiaris premebātur, qui plerūq; cautionem faciebant,antequam eis pecunia numerata eſſet. Et ita eſt in vſu oīum mercatorum, & fœneratorum, vt priùs quàm mutuam pecuniam dent, recipiāt cautionem,quaſi iam pecunia numerata fuiſſet,quæ nondum numerata erat. Ita tenent Petrus & Cinus in dict.l.3. Ioann. And. in regula.Sine poſſ.col.pen.de reg. iur.Bart.in.l.in contractibus. nu. 6.§.ſed quoniam.C.de non num. pecu. Faber in prin.Inſt.de literarum oblig.nū.4. Abb. in cap. fin. num.18.de ſolutionibus. Iaſo in.l.in illa.col.3.ff.de verb.obliga.Cuma. in.l.1.col.fi.ff. de exceptionibus. Conſtat autem quicquid ob neceſsitatem hominum receptum eſt, id fauorabile eſſe, & conſequenter renuntiari poſſe, non ſolū expreſsè,ſed etiam tacitè.argum.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdare cogātur.l.iam dubitare.in fi.ff.de hȩr.inſt.iuncta.l.ſi filius qui patri.verſicu. etenim. in quibus iuribus habetur, beneficium alicui cōceſſum ob ſuam neceſsitatem, per eum poſſe renuntiari.

*Excep.non nu.pec.datur in ſolo contractu mutui cum cōmuni cōtra nouiſsi.*

27 Et adeò verum eſt propter ſuperiorem rationem neceſsitatis, qua in re familiari vrgeri præſumuntur qui mutuum poſtulant,hanc exceptionem condonatā fuiſſe,ꝙ in ſolo contractu mutui, non etiam in reliquis cōtractibus habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ cum ſua prærogatiua & priuilegio. Itaq; ſi fortè ex cauſa mutui in chirogropho confeſſus ſum me tibi centum debere ex cauſa emptionis,vel cōductionis,vel legati,vel alterius ſimilis tituli, tunc etiā intra biennium non potero allegare ſpe futuræ numerationis me huiuſmodi cōfeſsionem emiſiſſe, & ſi meæ confeſsioni aduerſari velim, oportebit me exceptionem meā legitimè probare ex regula legis.generaliter.& authen. contra qui propriam. C. de non num.pecu.Ita tenent in ſpecie Felinus in cap.ſi cautio. num.54.de fide inſtrum.Quam ſententiam receptiſsimam eſſe dicit Emanuel de Acoſta in. l. 3. in.2. lim.C.de non nu.pecunia.poſt glo. ibid. Aretinus col.6.& Alex.n.35.in.l.1.ff.ſolu. matrimonio.Iaſ.in.l.legitima.col.3.ff. de pact.& in.l.1.col.4.ff.de condict.ex lege. idem Emanuel in dict.l.ſi ex cautione.in fi.per tex.in.l.generaliter. C. de nō num. pecu.vbi expreſſum eſt contra propriam confeſsionem nullum admittēdum, vel permittēdum aliquid allegare. Ad idem facit tex.in.l.fi.C. de non num. pecu. *ibi*,

quæ

quæ talem exceptionem recipiunt. Vbi non obſcurè ſignificatur, non ex omni cauſa, ſed tantùm ex cauſa mutui hanc exceptionem competere. Ad idem facit tex.in.l.Publia.§.fi. ff. depoſiti.per quem text. idem repetit ipſe Emanuel in dict. l. ſi ex cautione.in. 2. declaratione. pagina 9. Ad idem facit text.in.l.1. C. de non nu. pec.ibi,pecunię non num.& lex.3.ibi,nō numeratę.&.l.cùm fidem.ibi,non num. & authen.contra qui propriam. ibi, numerationem.&.l.aduerſus.ibi,nō nume. &.l.fruſtra.ibi,non num.&.l.ſi quaſi.ibi, nume.& rurſus ibi,nō num.&. l. ſi intra. ibi,non num.&.l.aſſeueratio.ibi, nō nu. &.l.ſi tranſactiones.ibi,non num.&.l.generaliter.&.l. in cōtractibus. in prin. ibi, nume.vel datæ.& dict.l.in contractibus. §.ſed quoniam.ibi,non num.& dict. l. in contractibus.§.ſuper cæteris.ibi, non nu. & iterum ibi, ſolutas pecunias, vel alias res.& in eadem.l.§.illo.ibi, non nume.& eadem.l.in.§.in omni.ibi,non nu.In quibus iuribus planè ſignificatur, exceptionem non num. pec. planè referēdam eſſe ad ſolam mutui cauſam,non etiam ad reliquos contractus: & ſic omnes leges de hac materia loquētes cautè loquūtur in mutuo,non etiam in reliquis contractibus.Et ita etiam expreſſum eſt in.l.9.ti. 1. part.5.

Contrariam tamen ſentētiam, vt non ſolùm ad cauſam mutui,ſed etiam ad reliquos contractus hæc exceptio porrigatur,tenuerunt Butrigarius, & Vincētius, quos refert Albe.in.d.l.generaliter. adijciens ita vſu forenſi receptum eſſe.&Bal. in.l.ſi expreſsio. ad fi.C.ſi cert.pet.idē ſentit.& ibi Sali.num. 10. hac in re relinquit cogitandum.quam opi.tolerabilem eſſe dicit Fulg.in.l.cùm de indebito.col. fi.ff. de probati.& expreſsiùs idem Fulg.in. d. l.generaliter. col. 1. & latè defendit egregius Emanuel in.d.l.ſi ex cautione.in fin. per tex.in dict.l. in contractibus. in prin. ibi,numeratæ, vel datæ. Sed ſuſtinendo communem ſententiam reſpon. quòd licèt pecuniæ appellatione omnes res contineantur.vt in. l.pecuniæ nomine. & in l.pecuniæ appellatione. & in. l. pecuniæ verbum.ff.de verbo.ſignifi.tamen appellatione pecuniæ nume.ſola num. pec.cōtinetur, quæ in contractu mutui duntaxat cadit.vt in.l.2.§.mutui.ff.ſi cert. peta. & in prin.Inſt.quibus modis re contrahitur obligatio.Præterea dict. l. in contractibus.§.ſed quoniam.ibi,certarū rerum, vel pecuniarum. & ibi, certarum rerum, vel certæ pecuniæ. ſimiliter non obeſt: quia mutuum non ſolùm in pecu. num. conſiſtit,ſed etiam in reliquis rebus, quæ pondere,numero, menſuráue conſtant, vt in dict.§.mutui.& in prin.Inſt. quibus modis re contrahitur obligatio. Et ideo glo. pen. quam omnes ibi ſequūtur in.l. 2.C.de conſtituta pec. opportunè ait pecuniam aliquando ſtrictè,aliquando verò latè, aliquando etiam latiſsimè ſignificari.Strictè,quando per ſolam pec.num. intelligitur.Latè, quando pro illis rebus, quæ conſtāt pondere,numero, vel menſura.&ita accipitur in dict.l. in contractibus.& in dict.§.ſed quoniam.& in dict.§. ſuper cæteris.Vel meliùs dic,quòd pecunia in tota illa.l.ſumitur ſtrictè pro pecu. num. & aliæ res ſumuntur pro ijs rebus duntaxat,quæ pōdere,numero, vel menſura conſtāt, in quibus mutuum cadere poteſt.vt in dict. §. mutui.cum ibi notatis.Neq; ad rem pertinet,quòd rei appellatio ſit generalis.vt in.l.1.ff.ſi cert. petat. Nam verbū ſolet reſtringi ratione adiuncti, & ratione adiuncti receditur à regulis iuris.vt latiſsimè per Iaſ.in.l. ſi emancipati.nu.4.C.de collat.& ſic verbum, res, ſæpe poſitum per totā illam. l. reſtringitur ratione illius verbi pec. nu. quod ibi adiūgitur, & per hoc ſumitur pro rebus, quæ conſiſtunt in pondere,numero, vel menſura.

*Excep.non nu.pec.datur confitēti in ueritate ſe recepiſſe cōtra Bal. Deciū & alios.*

28 In ſumma illud notandum eſt, ſi quis confiteretur in veritate ſe pecuniam recepiſſe,





piſſe, eo ipſo, quòd vſus eſt eo verbo, in veritate, non poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.Ita Bald.in cap. ex inſinuatione. ad fi. de procuratoribus.Decius in.l.qui pecuniam.numero quarto.ff.ſi certum petatur. per.l. ſi quis maior. C. de tranſactio.Decius in.l.ſecūda.numero decimotertio. C. de edendo. Sed cùm nos tenuerimus, quòd etiā expreſſum,& formiter præſtitum iuramentum non noceat, vt in. l. finali.C.de non numerata pecunia. longè faciliùs in ſpecie hac tuendum nobis eſt talem exceptionem competere, cùm re vera nullibi hęc limitatio probetur.de quo per Alciatum in rubrica de iureiurand. numero duodecimo. per Emanuelem in dicta. l. tertia.C.de non numerata pecunia. decima fallentia.

29

*Teſtator poteſt uetare hæredes excipere de non nu.pe. cum cōmuni.*

Infertur quadrageſimoſecūdò & principaliter, an teſtator, qui in vltima voluntate, vel etiam inter viuos confeſſus fuit mutuā pecuniam ſe recepiſſe, poſsit prohibere hæredibus ſuis, ne vtantur exceptione non numeratæ pecuniæ. Et ſiquidem confeſsio facta fuit in vltima voluntate,tunc etiam ſi teſtator vltrà non procedat prohibendo, adhuc talis exceptio non poteſt opponi: quia teſtator qui eſt in mortis cogitatione, non præſumitur confeſſus ſpe futuræ numerationis, ſed magis, vt exoneraretur conſcientia ſua ab illo debito verè contracto. Iſta eſt communis opinio ſecundùm Felinū in capitulo.ſi cautio. de fide inſtrumentorum. numero quinquageſimoquarto. tenet Hippolytus in. l. prima.§. præterea. columna quarta.ff. de quæſtionibus. Iaſo. in lege. qui pecuniam.colūna prima. ff.ſi certum petatur. & in repetitione legis. admonendi. numero. 158.ff. de iureiurando.Salicetus,Petrus, & Cinus in lege.in contractibus. C. de non numerata pecunia. Alberic.in lege generaliter.eodem titul. gloſſa in lege.prima. in verbo; errore. de falſa cauſa adiecta legato. C. quam ibi communiter doctores ſequūtur. Platea in.§.idem iuris.in fine.Inſtitu. de exceptio. Imola in. l. ſi ex pluribus. in principio.ff. de ſolutionibus. quos refert & ſequitur Emanuel in lege tertia. C. de non numerata pecunia. in duodecima fallentia.

*Teſtator qui fatetur ſe mutuum accepiſſe nec accepit, uidetur donare cum cōmuni.*

30 Cæterùm ſi ea pecunia, quam teſtator ſe debere in vltima voluntate confeſſus eſt, re vera indebita eſſet, tunc ea confeſsio habet vim fideicommiſsi. Iſta eſt communis ſententia, quam videtur tenere Aretinus in.l.hæredes palàm.§. finali.in fine. ff. de de teſtamentis. Corne. in lege.1. C. de falſa cauſa adiecta legato. columna.2. Baldus in.l. ſi quis ex argentarijs.§. ex hoc edicto. ff.de edendo.Bartolus in.l. cùm quis decedens.§. codicillis.numero tertio. ff. de legatis ſecundo.gloſſa,& Dinus in.l.prima.§.finali. ff. de dote prælegata.Cinus, Baldus,& Paulus in dicta.l. prima. de falſa cauſa adiecta legato.per textum in.l. ex hac ſcriptura. ff. de donation. l. vnum ex familia.§. finali.ff. de legatis ſecundo. quod hæredibus extraneis indiſtinctè nocere poſſet, liberis autem, & reliquis perſonis, quibus debetur legitima, nocere nō poſſet in legitima.argumento tex.in authentica.quod obtinet.cum ibi notatis. C. de probationibus.An autem talis confeſsio etiam hæredibus extraneis noceret in falcidia,quæſtionis eſt.Et videtur poſſe nocere. argumento text.in authentica. ſed cùm teſtator.C.ad legem falcidiam. Sed in contrarium facit textus cum ibi notatis in dicta authentica. quod obtinet. & in lege.rationes. C. de probationibus.

*Simulationis excep. excluditur periuramētum in quibus caſibus excluderetur per re*

31 Redeundo ergo illuc vnde digreſsi fuimus, Bartolus in dict. l. nemo poteſt. ff.de legatis primo. num. 11. quem communiter docto.ſequuntur, vt iam admonuimus, tenuit contractum ſimulatum nullum eſſe, & conſequenter renuntiatione ſimulationis in ipſo contractu fa-

*nuntiationem factã ex interuallo cõtra cõmunem.*

ƈta, non firmari, non magis, quàm ſi
exceptio ſimulationis renũtiata non eſ-
ſet, licèt ſecùs ſi ex poſt facto ex longo
interuallo exceptio ſimulationis renun-
tiata eſſet, & talis contractus ſimulatus
etiam iuramento non firmatur, non ma
gis, quàm ſimplici exceptionis ſimula-
tionis renuntiatione ſecundùm commu
niter docto. vbi ſuprà. Quòd autem con-
tractus ſimulatus nullus ſit, verum eſt.
vt in. d. l. ſimulatè. cum alijs ſuprà allega-
tis. ff. de ritu nupt. l. 3. & ferè per totum. C.
plus valere qđ agitur. Quòd autẽ etiam
per interuentum iuramenti non firme-
tur, id durum videtur: nã iuram. ſignifi-
cat, denotatq́; enixam, propenſam, vehe-
mentem, deliberatamq́; voluntatem. l.
cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. &
periurium, nefandum delictũ eſt, & pu-
nibile apud Deum. vt in. l. 2. C. de rebus
credit. & apud homines. l. ſi quis maior.
C. de tranſactio. ideo ſummoperè vitan-
dum, fugiendaq́; occaſio, quæ periurijs
viam aperit. l. 2. C. de indi. viduita. l. quæ
ſub conditione. in prin. ff. de conditioni
bus inſtitu. & cùm in eius obſeruatione
vertatur fauor animæ, quę cunctis rebus
terrenis & caducis præferendus eſt. vt in
l. ſunt perſonæ. ff. de religioſis. expreſsiùs
in cap. cùm contingat. de iureiuran. cap.
licèt mulieres. eodem titu. lib. 6. cap. quã-
uis pactum. de pact. eodẽ lib. ſanè abſur-
dum videtur, vt ſimplex renũtiatio ſimu
lationis ob id ſolùm, quòd ex interuallo
fiat, firmum reddat contractum ſimula-
tum, iuram. autem etiam in continenti
factum id efficere non poſsit, cùm lon-
gè magis deliberatam voluntatem de-
notet iuramẽtum, quàm renuntiatio ſi-
mulationis, quantumcunq; ex interual-
lo fiat.

Vnde, data paritate terminorum, ego
non puto, ꝙ ſit minor poteſtas iuramẽti,
quàm renuntiationis factæ ex interual-
lo: qua ratione, ſi dum re vera ageretur
contractus pignoris conuentum fuit, vt
inſtrumento comprehenderetur & ad-
ſcriberetur contractum venditionis ce-
lebratum fuiſſe, tunc per interuentum
etiam iuramenti non erit contractus ven
ditionis, tam ex defectu volũtatis, quàm
ex defectu poteſtatis contrahẽtium, de-
fuit enim voluntas: quia ponimus re ve-
ra celebratum fuiſſe contractum pigno-
ris, non venditionis, & ſic requiſita ne-
ceſſaria ad contractum pignoris inter-
fuiſſe, non autem ea quæ ad contractum
venditionis neceſſaria ſunt, & proteſta-
tio præcedens cum ſua clauſula deroga-
toria hoc demõſtrat. argumento. l. ſi quis
in principio. cum ibi latè traditis per Bar-
tolum & alios. ff. de legatis. 3. l. ſi mihi &
tibi. §. in legatis. cum ibi traditis per Iaſo.
& alios. ff. de legatis primo. Item defuit
contrahentium poteſtas: quia ſi ageba-
tur re vera contractus pignoris, & inter-
fuerunt neceſſaria ad talem cõtractum,
de quibus in. §. fin. Inſtitut. quibus mo-
dis re contrahitur obliga. neque interfue
runt neceſſaria ad contractum venditio-
nis, de quibus in principio, &. §. pretium.
&. §. item pretium. Inſtitut. de emptio. &
venditio. inanis eſſet voluntas contra-
hentium, quia deficeret poteſtas. In his
ergo terminis loquitur dict. l. 3. cum glo.
C. plus valere quod agitur. & in his ter-
minis veriſsimum eſt contractum ſimu-
latum per interuẽtum iuramenti non fir
mari: & in his terminis ſimiliter non iu-
uaret renuntiatio ſimulationis facta ex
interuallo. Hæc quando vnus contra-
ctus re vera agebatur, & alius agi ſimu-
labatur.

Quid autẽ ſi re vera nullus contractus
agebatur, & aliquis contractus agi ſimu
labatur, quod in donationibus ſæpiſsi-
mè contingit? Quando inſtrumento
continetur donatio, & ex præcedẽti pro-
teſtatione apparet donatum fuiſſe nihil,
poſteà autem ex interuallo ſimulationis
renuntiatio facta eſt & acceptata, tunc
procedit communis opinio. vt dona-
tio



tio illa incipiat valere, ſi interfuerunt re-
quiſita neceſſaria ad talem donationem.
Quid autem ſi iurament. interfuiſſet ex
parte donãtis, & acceptatio ipſius ex par-
te donatarij, & tunc ſi ex interuallo fie-
ret, idem longè faciliùs quàm in ſimplici
renuntiatione: ſin autem in ipſo contra-
ctu donationis, ad cuius donationis de-
rogationẽ præceſſerat proteſtatio ſimu-
lationis, & tunc honeſtius & tutius eſſe
crediderim donatorem receſsiſſe videri à
priore voluntate derogatoria, ſiue iura-
uerit vera eſſe quæ continebantur in in-
ſtrumẽto, ſiue iurauerit ſe obſeruaturum
illum contractum. argumento. d. l. cùm
pater. §. filius matrem. cum ijs, quæ iam
adduximus. Cùm enim hodie ſolo con-
ſenſu donatio perficiatur. l. ſi quis argen-
tum. C. de donati. & dixi cum iuramen-
to me tibi fundum donare, tuque acce-
ptaſti, hæcq́; inſtrumento comprehenſa
ſunt, licèt poſtea alterum inſtrumentum
proferatur, quo proteſtabatur ſimulatã
fore donationem illius fundi poſtea ven
turam, nonne ſatiùs eſt honeſtiusq́; inter
pretari donatorem à priore voluntate re
ceſsiſſe, pœnituiſſeq́;, quàm perſeuerãtẽ
peieraſſe. argumento. d. §. filius matrem.
ſaltem cùm in priore inſtrumento prote
ſtationis nõ fuit facta mentio de iuramẽ-
to poſtea ſequuto, neq; hîc poſsimus in-
terpretari iuramentum præſtitum ſpe ali
quid recipiẽdi quod numeratum poſtea
non eſt, quæ interpretatio in terminis. l.
fi. C. de non num. pec. remouet præſum-
ptionem periurij.

*Simulationis excep. non excluditur ꝑ ſtatu. cauens ne cõtra inſtrum. ulla exceptio opponi poſſet cũ cõmuni.*

32 Deniq; illud cõtrouerſum eſt, an ſtan
te ſtatuto, ꝙ contra inſtrumentum nulla
exceptio opponi poſsit, excludatur exce-
ptio ſimulationis? Quam non excludi te
nuerunt nonnulli relati ꝑ modernos vbi
ſuprà. Sed tamen in contrariũ eſt vera &
cõmu. opi. vt tunc etiam exceptio ſimula
tionis opponi non poſsit. Ita tenẽt Ripa.
nu. 66. in. d. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Bal.
in. l. ſi non virũ. C. de donati. inter virum
& vxorẽ. Abb. conſi. 37. lib. 2. Barba. cõſi.
43. lib. 1. Felinus. in. c. cùm Ioannes eremi
ta. de fide inſtru. col. 10. & Ripa vbi ſuprà.
qui eos & alios refert, & hanc dicit eſſe
communem ſententiam. Comprobatur
viua ratione. Nam & ſimiliter teſtam. in
quo filiusfam. præteritus eſt, eſt ipſo iure
nullum. l. inter cætera. ff. de libe. & poſth.
l. pen. l. 3. §. fi. eod. tit. l. 1. ff. de iniuſt. rup. in
prin. Inſt. de exhær. liberorũ. & tamen te-
ſtam. quod nullo vitio viſibili laborat, li
cèt re vera eſſet falſum, vel nullum filijf.
præteritione, interea nõ impediretur exe-
cutioni mandari. l. 2. cum ibi notatis. C.
de edict. diui Adria. tollẽdo. & teſtam. fal
ſum tam nullũ eſſet, quàm teſtam. ſimu-
latum, vt diximus. Ergo cõtra inſtrumen
tum, ſtante tali ſtatuto, opponi neq; poſ-
ſet exceptio falſitatis, neq; etiã exceptio
ſimulationis ad impediendam interea in
ſtrumenti executionem. Niſi dixeris poſt
factam executionẽ talem exceptionem
admittendam ad ſoluti indebiti repetitio
nem, quod puto verum. Nam & ita iure
regio intelligitur. l. 4. &. 5. tit. 7. lib. 3. ordi.
quod ſic in vſibus forenſibus quotidie
obſeruatur.

*Intelle. l. 4. & . 5. tit. 7. lib. 3. ordi.*

*Excep. non num. pe. excluditur ꝑ ſpotaneam partis ſoluti. cõtra cõmunem cũ quampluri mis.*

33 Illud autem dubium eſt, an quemad-
modum ſpontanea renuntiatio ſimula-
tionis, vt proximè cõcluſimus cum Bar.
& communi ſententia. ita quoq; ſponta-
nea ſolutio illi⁹ pecuniæ, vel partis ipſius,
quam quis in ſchedula confeſſus fuit ſe
recepiſſe, tollat vitium, vel (vt rectiùs lo-
quamur) tollat priuilegium ipſius cõfeſ-
ſionis mutui recepti, vt licèt anteà videre
tur cautionẽ emiſiſſe ſpe futurę numera-
tionis, modò tamen propter ſpõtaneam
ſolutionẽ factam etiam de parte tantùm
debiti videatur fidem cautionis in re du-
bia agnouiſſe, & conſequenter ceſſet ex-
ceptio non numeratæ pecuniæ, cum ſuo
priuilegio, ita vt nec partem ſolutã poſsit
repetere, neq; à reliquæ partis exactione
poſsit ſe tueri exceptione priuilegiata nõ
nume. pecu. Qua in re commu. opi. eſt, ꝙ

per ſolutionem partis non videatur in re dubia fidẽ totius debiti agnouiſſe, & conſequenter quòd partem ſolutam repetere poſsit, & reliquam partem non ſolutam defendere exceptione non numeratæ pecuniæ. Ita tenent Salice.in.d.l. cùm fidem. Ange.in.§.idem iuris.n.38.Inſt. de exceptionibus. Sentit Bart.in dict. l. cùm fidem.C.de non nume.pecu.dicens ſe putare eam legem procedere, quando quis ſoluit aliquam quantitatem, ſe euidenter referendo ad maiorem ſummam in cautione contentam. Idem vult Butrigarius in.l.2.C.de non nume.pecu.& Iaſ. in l.qui pecuni.num.5. ff. ſi cert. peta. quos refert & ſequitur Emanuel in.d.l.3. C. de non nu.pec. 7. fallentia. dicens hanc eſſe communem ſententiam.

Contrariam ſententiam tenent Bald. & Nicolaus de Matarelis.in. d.l. cùm fidem. & Feli.in. c. ſi cautio.de fide inſtru. num.56. Quorum opi.auſim veriſsimam dicere nouiſsimo fundamento tracto ex l.cùm de indebito.in prin. ff. de probati. vbi qui partẽ debiti confeſſati ſponte perſoluit, non poteſt illam repetere, niſi probet illam indebitã: quia præſumptio veri debiti oritur contra ſoluentẽ, quæ etiam adiuuatur ipſa confeſsionis cautione: ergo vt pars ſoluta repeti nõ poteſt, ita quoq; reliqua pars defendi nõ poſſet, ne vna, eademq; res diuerſo iure cenſeretur. contra legem. eum qui ædes. ff. de vſucapi.§. his ita.C.de cadu.tollend.l. ſi ſolus. ff. de adqui.hæreditate. Confirmatur vrgenti ratione: nam ſi vitium violentiæ certum & indubitatũ purgatur per ſpontaneam ſolutionẽ ſubſecutam. vt in.l.2. C. quod metus cauſa. longè faciliùs per talẽ ſpontaneam ſolutionem totius debiti, vel partis, purgabitur ſuſpicio & prę̃ſumptio deficientis numerationis. vt in dict. l. cùm fidem. vbi hæc ſententia probatur. Neq; ad rẽ pertinent illa verba illius legis, quæ ita habent, cùm fidem cautionis agnoſcens. nam fidem cautionis agnouiſſe videtur eo ipſo, quòd partem debiti perſoluit. Præterea per talem ſolutionem geminatur actus, per quam geminationem ſimilia priuilegia ſolent excludi. vt in. l. mulier.C.ad Velleia.ergo. &c. Et multa, quæ hanc ſententiam adiuuant, enumerauimus ſuprà.§.2.&.3. dum varios geminationis effectus retulimus.

1 *TEſtator poteſt hæredi præcipere ne appellet.*

2 *Appellatio futura poteſt renuntiari in ciuilibus, ſecùs in criminalibus, cum communi.*

3 *Appelletur ut à ſententia arbitri conueniri non poteſt. cum cõmuni. Et regulariter ab arbitro non appellatur.*

4 *Appelletur ut ab arbitro, ſi cõuenit, quid id pactũ operetur?*

*L.5.tit.15.lib.2.ordi.*

5 *Appellari non poteſt à ſententia arbitri, etiã quando ea producit actio. cum communi contra Dinum, & Bart.*

6 *Præſcriptio non poteſt per pactum impediri, cum communi contra quamplures.*

7 *Noua ratio.*

8 *Pactum ut non præſcribatur, utile eſt, contra communem.*

9 *Præſciptio non impeditur per pactum etiam iuratum, cum quibuſdam contra communem.*

10 *Præſcriptio præterita pacto renuntiari poteſt, cum Feli. & aliis. Quod fallit in rebus corporeis.*

11 *Præſcriptio longi temporis nõ impeditur per pactum de non præſcribendo, contra Feli. Bart. & Ripam.*

12 *Præſcriptio actionum, & ſeruitutum non fit cum mala fide de iure Canonico, cum communi contra Bart.*

13 *Præſcriptio contingit cum bona fide orta etiam ex iuſta cauſa, cum communi.*

14 *Præſcriptio non impeditur per pactum de non præſcribendo, etiam ante inchoatam præſcriptionem, contra Felinum.*

15 *Vſucapio triennalis non impeditur per pactum, contra Bart. & Feli.*

16 *Præſcriptioni etiam in merum fauorem præſcribentis inductæ, renũtiari non poteſt, contra communem.*

*Præſcriptio actionum iure. ff. incognita, cum communi.*

*Intellectus legis. quod ſi nolit.§.penul. ff. de ædilit. edic.*

17 *Præſcribitur, uel finitur.30. annis ius offerendi, cum communi.*





18 *Præſcriptio etiam ſumens originem ab ipſo contractu renuntiari non poteſt, contra Bald. Feli. & Ripam.*

19 *Præſcriptio fauorabilis non faciliùs pacto impeditur, quàm odioſa, cum Alciato contra Feli. & alios.*

20 *Actio redhibitoria poteſt pacto coarctari, noua opi.*

21 *Præſcriptio pacto poteſt renuntiari ex permiſsione legis, uel ſtatuti, cum communi.*

22 *L.3. in quaterno Gabellarum iuſtam, & ualidam eſſe.*

23 *Præſcriptio uirtualiter impeditur, ſi conuenitur, ut ea impleta, iterum actio renaſceretur, cum communi.*

24 *Præſcriptio per pactum prorogari non poteſt, cum Croto contra communem.*

25 *Forma uitiari non poteſt, etiam in minima ſui parte, cum communi.*

*Declaratio. l.1. del quaderno de Alcau. ut eius forma nequeat omitti.*

*Declaratio. l.2. & .3. del quaderno de Alca. ut eius forma nequeat omitti.*

*L.11.tit.1.lib.3.ordi.*

26 *Statutum, quòd debitum decennio præſcribatur, quòd ualeat, & intelligitur cum bona fide. Et an renuntiari poſsit, cum communi.*

27 *Lex etiam correctoria extenditur ex ratione in ea expreſſa, cum communi.*

28 *Præſcriptio.30. annorum procedit etiam de iure Canonico in caſibus, cum communi.*

*Intell. l.3.tit.13.lib.3.ordi.*

29 *Statu. iubens debitum decẽnio præſcribi, firmum eſt, & intelligitur cum bona fide, cum cõmuni.*

30 *L.3.tit.13.lib.3. ordinamenti. poſt præteritum decennium præſumit ſolutionem.*

*Intell. Pragm. anni.1528.c.157.*

31 *Actio perſonalis iure regio vicẽnio, ius autem exequendi decennio præſcribitur.*

*Intell. l.4. & .l.fi. titulo de las excepciones. lib.3. ordi. & .l.63. Tauri.*

32 *Actio perſonalis, quæ per litis motionem perpetua fit uſq; ad annos.30. poſt ultimã ſententiam fit breuioris uitæ, ſcilicet. 20. annorum de iure regio.*

*Intell. l.63. Tauri.*

33 *Intell. ad Pragm. anni.1528. cap.157. ut poſt triennium præſumatur ſolutio, nec admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſsionem partis. Sed hoc caſu qui præſcripſit, non eſt tutus in foro animæ, ſi ſe ſcit debitorem.*

*Præſcriptio cum peccato nõ inchoatur, cum communi.*

34 *Præſcribi non poteſt perſonalis actio cum mala fide, cum communi contra Bart. & ſequaces.*

35 *Præſcripta actione perſonali, debitor eſt tutus in foro contentioſo, cum Feli. & aliis contra Couarru.*

*Præſcriptio iuris perſonalis refert fundetur in negligentia non petentis, an uerò in præſumptione ſolutionis, noua declaratio contra Philip. Roma. Gratum, & alios.*

36 *Præſcriptio cum mala fide nõ procedit etiam in actionibus temporalibus, contra communem.*

37 *Hæres etiam ſcienter rem Titio legatam poteſt præſcribere ſecundùm communem, nos contra.*

38 *Reuendere qui infra certum tempus tenetur, illo præterito etiam ſcienter liberatur, cum communi contra Caſſanæum & nouiſsi.*

*Præſcriptionem an teſtator uetare poſsit, noua declaratio.*

*Statutum Salmanti. Acad. declaratur ſuper aulis præſcribendis.*

39 *Minoribus currit præſcriptio cœpta contra prædeceſſores, cum communi.*

40 *Minoribus an iure uetere curreret præſcriptio?*

41 *Minor an ſeruetur illæſus in præſcriptione cœpta contra eius prædeceſſorem?*

*Præſcriptio cœpta contra priuatum, cui ſucceſſit eccleſia, non uariatur.*

42 *Minoribus non currit tempus actionum Prætoriarũ perſonalium.*

43 *Minoribus quale benefi. denuò datum ſit in præſcriptionibus.*

44 *Minorũ res olim præſcribebantur, licèt daretur reſtitutio, hodie non præſcribuntur.*

45 *Prodigi res non præſcribitur.*

*Minor contrahens non ſeruatur illæſus, licèt ſtatim appareret de læſione.*

*Teſtamẽto propter turpitudinẽ hæredis reſciſo. legata non conſeruantur.*

*Lex correctoria an extendatur ad caſus æquiparatos?*

*Reipublicæ fauore fit extenſio etiam in correcto. cum communi.*

*L. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſtamento.*

46 *Minori non currit tempus datum ad ſoluendum cano.*

47 *Extenſio.3.*

48 *Extenſio.4.*

49 *Extenſio.5.*

50 *Minori etiam iuranti, non currit biẽnium datum ad except. non num. pec.*

51 *Limitatio.1.*

52 *Limitatio.2.*

53 *Limit.3.*

54 *Limit.4.*

55 *Limit.5.*

56 *Limit.6.*
57 *Limit.7.*
58 *Limit.8.*
59 *Limit.9.*
60 *Limit.10.*
61 *Limit.11.*
62 *Limit.12.*
63 *Limit.13.*
64 *Limit.14.*
*Minor non ſeruatur illæſus in præſcriptione cœpta contra prædeceſſorem, cum communi.*
65 *Minori currit præſcriptio conuentionalis.*
66 *Minori datur reſtitutio ex clauſula generali*

(.:.)

*Teſtator poteſt hæredi præcipere ne appellet.*

1 REDEVNDO ad illum articulum de poteſtate teſtantis circa legis tranſgreſsioné, infertur quadrageſimoſextò & principaliter, an teſtator poſsit præcipere ne appelletur? Et non dubito quin poſsit per legé.1. §. 1. ff.à quibus appellare nó licet. vbi expreſſum eſt, teſtatorem poſſe renuntiare appellationi. Et licèt tex. ille in teſtatore renuntiante non loquatur, tamé loquitur in ea renuntiatione, quæ fiebat inter viuos, nec dubium eſt, quin vtrobique ſit eadem ratio. Vnde ſi teſtator, qui cum Titio litem gerebat, iuberet in ſuo teſtamento, ne hæres à ſententia, quæ in illa lite lata eſſet, appellaret, puto hæredem illum appellare non poſſe, argumento dict.l.1.§.1.& in.l.fin.§.fi.C.de tempo. appella. præſertim cùm bonú ſit argumentum de contractibus ad vltimas voluntates.l.ſi diuortio. ff. de verborum obliga. l. ſeruú filij. §. eum qui chirographú. ff. de legat.1. Denique cùm teſtator poſſit liberè diſponere circa tenoré eorum, quæ in ſuo teſtamento continentur, vt docent Barto.in. l. nemo poteſt. ff. de legat.1.in prima oppoſitione. & ibi latè Iaſo.in vtraque lectura.in princi. vbi etiam Crotus & Ripa in princi. & Hannibalis. num.44. poſt Imolam, Areti. Alexand. & alios, dubitari non oportet, quin hoc præceptum in fauorem illius aduerſarij, quo cum lis erat, emiſſum intelligatur, & conſequenter ſeruandum ſit: quia teſtatori omnia licent. vt in authen. de nupti.§.diſponat. l. in conditionibus primú locum.ff.de cond.& demóſtr. præter ea, quæ reperiuntur expreſsim vetita. l. nec non.§.quod eis.ff.ex quibus cauſis maio. id autem expreſsim vetitum non reperitur, ſed in ſe pium, humanum, ſanctum, honeſtumque præceptum eſt. argum.in cap.finem litibus.de dolo & contuma.l. properandum.in prin.&.§.1.C.de iudi.

*Appell. futura poteſt renuntiari in ciuilibus ſecus in criminalibus, cum communi.*

2 Quòd autem per pactum conueniri poſsit, ne à ſententia iudicis appelletur, communiter receptum eſt. Ita enim tenent Bart.Imol.Paulus, Areti. Alexan.n. 20.in dict.l.nemo poteſt.ff.de lega.1. vbi Iaſ.in prima lectura.n.56.& in ſecunda lectu.num.75.& Ripa.num.88.cum plu.ſequent.Crotus.n.38.Hannib.nu.610.poſt plures alios ibi relatos. Quod procedit de iure, quando cauſa erat ciuilis, ſecùs ſi criminalis, in qua poſſet imponi pœna ſanguinis, nam túc iuri appellâdi renuntiari non poſſet, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum.arg.l.liber homo. ff.ad legem Aquiliam. quinimò eo caſu quilibet de populo poſſet appellare, inuito etiam eo, qui condemnatus eſſet. Qua ratione in huiuſmodi cauſis etiam termino probatorio renuntiari non poſſet. vt latè declarant Ripa, & reliqui nouiſsimi, vbi ſuprà.

*Appelletur ut à ſententia arbitri, cõuenirinõ poteſt, cum cõmuni. Et regulariter ab arbitro nõ appellatur.*

3 Hæc procedunt in iudice ordinario, in arbitro verò dubium eſt, an ab eius ſententia poſsit appellari. Et Bart. in dict. l.nemo poteſt.num.13. quem ſequuntur communiter omnes moderni ſuprà relati, tenent non poſſe. Idem Barto.in.l.1. C. de arbitris. per text.ibi Barto.& communiter docto.in. l. arbitro. ff. qui ſatiſdare cogantur. In contrarium fortiter facit text.in.l. arbitro. ff. qui ſatiſdare cogantur. qui text. variè intelligitur. Primò quòd à ſententia arbitri poteſt appella. cùm eſt receptus ſuper quodam articu-





lo cauſæ.vt in dicta. l. arbitro. quia cùm cauſa adhuc maneat penes ordinarium, talis arbiter ſuper articulo receptus, videtur ſubrogatus loco ordinarij, & ſic ab eo appellatur vt à délegato.vt in.l. à iudice.C.de iudi. Et iſte eſt verus intellect⁹ ſecundùm Iaſo. in.l.fin.colum.pen.C.de iudi.& Ripam in.l.nemo poteſt.ff.de legat.1.num. 90. & Iaſo. in dict. l. arbitro. Angel.in.l.ex conſenſu. de appella.ff.colum.2. & gloſ.in.l.17.titu.23. part.3.Item dict.l.arbitro.poteſt intelligi, quòd ideo appellatur, quia arbiter fuit receptus de authoritate iudicis. vt in.l. ex conſenſu. ff.de appella.& in.l.fin.à quibus appella. non licet.ff.ſecundùm prędict.Poteſt & aliter intelligi ſecundùm Decium in.d. l.fin.num.51. C.de edict. diui Adria.toll. & Bart.in dict.l.arbitro. Montaluum vbi ſuprà.ſcilicet in dict.l.17. & Ripam vbi ſuprà.num.91.& Bald.in.l.fin.§.fin.de tempo.appell.C. & Hippo.in.l.vni.de raptu virginum.C. fol.20.col.4. ſcilicet, ꝙ licèt appellari non liceat à ſententia arbitri, poteſt tamen implorari iudicis officium. Et facit, quòd denegato remedio ordinario, non videtur negatum iudicis officium.vt in.l.planè.& in.l.fin.ff.de petit.hæred.& in.l.1.§.quęſitum.ff.de ſeparat. Sed his non obſt. iſte intellectus reprob.communiter ſecundùm Ange.vbi ſuprà. & ſecundùm Iaſo. & Iacobinum in dict.l. arbitro. & colligitur ex Bart.in l.nemo poteſt. num. 16.ff. de legat.1. vbi tenet, quòd à ſententia arbitri poteſt implorari iudicis offi. ſi hoc conuenerit inter partes, ſed hîc non conuenit, ergo ſecus erit. vt in.l. ſocietaté.§. arbitrorú.pro ſocio.ff.& in.l.diem proferre.§.ſtari.ff.arbitr. Non obſt. quòd negato remedio, nó negetur iudicis officium. Nam cùm ſententia tranſit in rem iudi. nó tantùm appellatio, ſed imploratio iudi.offi.negatur.gloſ.in.l.fina. C.vt lite penden.& ibi Socinus, & Iaſo, & Decius vbi ſuprà. ſed illa ſententia tranſijt in rem iudi. vt in.l. alle.§.arbitrorum.ergo &c. Nam in rem iudicatam tranſit ſententia, à qua vel nó appellatur, vel appellari non poteſt.

*Appelletur ut ab arbitro ſi cõuenit, quid id pactum operetur.*

4 Sed licèt regulariter à ſententia arbitri non appelletur, an tamé per pactum fieri poſsit, vt ab eius ſententia appelletur, vehementer cõtrouerſum eſt. Qua in re Dinus & Bart.nu.13.in dict.l.nemo poteſt.ff. de legat.1. tenent partem affirmatiuam, vt id per pactum fieri poſsit. Hanc partem ſequitur & dicit communem Alexand.ibid.num.20.& eſt etiam communis opin. ſecundùm Ripam ibi. num.87. & eſt communis ſecundùm Iaſo.ibi num.66.lectu.1.Bald.Salice.Imola Paul.Areti.& Florianus ibid.Bald.in rubri.C.de appell. Ioan. Andr.& alij in capit.cùm dilectus.de arbitris. Antonius, & Imola in cap.Quintauallis.in.23.differentia.de iureiu. & eſt communis opin. ſecundùm Iaſo. num.93. in dict.l. nemo poteſt.2.lectu.Crotus num.38.Hannibalis num. 610. cum plu.ſequen. Quorum plerique in propria & ſtricta appellatione tenent contrarium: quia priuatorum non eſt conferre vllam iuriſdictionem ei, qui nullam iuriſdictionem habet. vt in.l.priuatorum.C.de iuriſdictio.omni. iudi. Vnde cùm appellatio ſit ſententiæ reſciſio.l.1.§. fin.ff.ad Turpilianum. ſententia autem quæ nulla eſt, reſcindi non poſsit. argumento.l. nam & ſi ſub conditione.ff.de iniu. rupt.l. decem.ff.de verbor.obliga.§. ſeruus. Inſtit.de capitis dimi. ſupereſt, vt ſententia arbitri, quæ nulla eſt ex defectu iuriſdictionis, vlla effici non poſsit per appellationem factam ab arbitro, interpoſitamque per ipſos priuatos, qui iuriſdictionem conferre non poſſunt. Iure autem regio videtur in arbitrum conferri iuriſdictio, quæ æquiparatur iuriſdictioni ordinariæ. argumento.l.5.titu.15.lib.2.ordi. Niſi malis eam ſecundùm ius commune interpretari.

*l.5.titu.15. libr.2.ord.*

Aſtringitur hoc fundamentum: quia inducta ad vnum effectum, non debent

operari contrarium effectũ.l. legata inu
tiliter.ff.de legat.1.l.legata inutiliter. ff.
de adimen. legatis.l. non ideo minus.C.
de procuratoribus.l.3.§. ſi emancipatus.
C.de bon.poſ.contra tab.l.ſi quis neque
cauſam cum materia.ff.ſi cert.pet. Vnde
ſi priuati quando hoc agunt vt iuriſdi-
ctionem conferant ei, qui nulli præeſt iu
riſdictioni, id aſſequi non poſſunt. vt in
dict.l. priuatorum. longè minùs eam iu
riſdictionem conferre poterũt per inter
poſitionem appellationis, quæ non tam
ad conferendam, quàm ad adimendam
iuriſdictionem interponi videtur. Præ-
tereà ſi ambo litigatores nequeũt talem
iuriſdictionem conferre. vt in dict.l.pri-
uatorum. longè minùs id poterit alter
tantùm, qualis eſt ille, qui ab eius ſenten
tia appellauit. Ergo ſi per pactum appel-
letur à ſententia arbitri, talis appellatio
nõ habet vim propriæ appellationis, ſed
appellationis improprijſsimę, hoc eſt, cu
iuſdam reuiſionis. Et ita declarant pleri
que eorum, quos ſuprà retulimus. Et in
hoc id pactum vtile erit, quòd per talem
appellationem non committetur pœna
compromiſsi ſecundũ Ripam vbi ſuprà.

5 *Appellari non poteſt à ſententia arbitri etiã quando ea producit actiõ. cum cõmuni cõtra Dinum & Bart.*

Illud autem dubium eſt, an in quibus
caſibus oritur actio ex ſententia arbitri,
tunc ab ea poſsit appellari? Et Bart. num.
13.in dic.l. nemo poteſt. tenuit poſſe. Sed
in contrarium ſe habet vera & commu-
nis opin. tam legiſtarum, quàm canoni-
ſtarum, ſecundùm Iaſo. in dicta.l.nemo
poteſt.lectu.2.num.85.& in prima lectu.
num.60.cum plur.ſequen.& ſecundùm
Alexan.num.19.in dict.l. nemo.ff.de le-
ga.1.vbi notanter per Ripam nu.90.Cro
tus num.38. Hannibalis.n.610.cum plu.
ſeq.gloſ.Alberi.Angelus, Alexand.& Ia
ſo.poſt alios in.l.arbitro.ff.qui ſatiſda.co
gan.gloſ.& communiter docto.in.l.1.C.
de recep.arbi. Imola in.l.1.ff.à quibus ap
pel. non licet.Imola & Aretinus in dict.
l.nemo poteſt.Antonius, & Abb.in cap.
cùm dilectus. de arbitris. Antonius, &
Imola in cap.Quintauallis.de iureiuran.
Abb.in cap.ſuſpicionis.de officio deleg.
vbi ait, quòd opin. Bartol. communiter
non tenetur, licèt eandem opin.tenuerit
ipſemet Bart.in dict.l.arbitro.& in dict.
l.1.C.de arbitris.

Hæc communis opin.contra Bar.pro
batur ſic. Qui appellat à ſententia arbitri
dicit eam ſibi diſplicere.tex.in.l.1.C.ſi ſæ
pius in integrũ reſtitutio. quo caſu non
habet locum.l. cùm antea.C. de receptis
arbitris.in qua Bart.fundatur. Nam ſi ab
arbitro fui condemnatus, tunc aut ap-
pellaui poſt decem dies præteritos, & ni
hil egi, quia iam ſententia trãſiuit in rem
iudicatam. vt in dict.l.cùm antea. aut in
tra decem dies appellaui, & tunc per hu
ius appellationis interuentum declara-
tur eam ſententiam mihi diſplicuiſſe, &
conſequenter nunquam in rem iudica-
tam potuit tranſire, vt dict.l.cùm antea.
in verbo, diſplicebat: & ſic ea appellatio
non habet vim appellationis, ſed tãtùm
nudæ, & ſimplicis declaratiõis, & diſſen
ſus contradictionis & recuſationis.

6 *Præſcriptio non poteſt per pactum impediri cum cõmuni contra quamplures.*

Infertur quadrageſimoſeptimò, &
principaliter, an teſtator poſsit prohibe-
re vſucapionem? Quæ res pendet ab illa
quæſtione, an poſsit etiam per contrahẽ
tes prohiberi. Qua in re communis opi.
eſt negatiua, vt contrahentes nõ poſsint
prohibere. Ita tenet Bart. colum.pen.in
l.nemo poteſt.ff. de leg.ſequitur & dicit
communem opin. Ripa ibidem nu.104.
& Crotus ſequitur. num. 45. Cumanus,
Areti.& Alexan. num.25.Bal.in.l.ſi poſt
quam.ff.de fideiuſ.Abb.in rubr.de præ-
ſcrip.colũ.fin. Romanus in repeti.rubri.
de arbitris.ff.colum.20.& conſi.201.Pro
deciſione pręſentis.prout refert & ſequi
tur Iaſo.in dict. l. nemo poteſt. num.111.
in ſecunda lect.ff. de legat.1.idem Iaſ.ibi
dem num. 80.in prima lectu. Felinus in
cap.ſi diligenti.colum.5.de foro compe.
idem Felinus in rubr.col.3.de præſcript.
Oldraldus, Cinus, & Bald.in.l.Centurio.
circa



circa finem.ff.de vulg.Bald.in.l.fi.§.fi.de
tempore appell. prout refert & ſequitur
Alexan. vbi ſuprà.& eſt communis opi.
ſecundùm Hanniba. num. 686.in dict.l.
nemo poteſt. & eſt communis opin. ſe-
cundùm Præpoſit.in cap.1.§.præterea.de
capit.corra.in feudis.& eſt communis o
pin.ſecundùm Alciatum in rubr.de præ
ſcriptio.num.58. ſequitur & dicit cõmu
nem Balbus in tracta.de pręſcriptio.in.5.
part. quintæ partis principalis. quæſt. 6.

Contrariam ſententiam tenet Alcia-
tus ibidem.Bald. & Dinus, & Imol. in.l.
nemo poteſt.ſuprà allegata.Ange.in.l.1.
C.ne rei dominicę vel templorum.Ioan.
Andre. in additionibus ad Speculatorẽ.
in titu.de præſcriptionibus.ſuper rubri.
col.2. Ange.in dict. l. nemo poteſt.Bart.
in.l.1.ff.de vſucap. & eſt communis opi.
ſecundùm Bald.in dic.l. nemo poteſt. Et
ante tempora Bart. hæc opin. tenebatur
ab omnibus ſecundùm Alciatum vbi ſu
prà.Eandem tenent Florianus in dicta.l.
nemo poteſt.Bald.in dict.l.1. idem Bald.
in.l.1. colum.4. C. de ſententijs quæ pro
eo quod intereſt. Antonius in cap.cùm
non liceat. de præſcriptionibus.

Pro priore ſentẽtia, quæ receptior eſt,
Bart. & ſequaces ſic arguunt. Vſucapio
eſt inducta propter bonum publicum.l.
1. ff. de vſuca. ſed ius publicũ per partes
remitti non poteſt.l.ius publicũ.ff.de pa
ctis.l. priuatorum.C. de iuriſdictione o-
mnium iudicum.l.quidam decedens.in
princip.ff. de adminiſtratione tutorum.
ergo ius vſucapionis renuntiari non po-
teſt. Sed id fundamentum facilè excludi
tur. Nam omnes leges pro bono publi-
co introductæ ſunt.l.1.&.2.ff.de legib.c.
erit autem lex.quarta. diſtinct.quinimò
reliqui omnes contractus, per quos do-
minium adquiritur.vt in.l.nunquã nu-
da.ff.de adquirẽdo rerum dominio. pro
bono publico introducti ſunt, humanis
neceſsitatibus exigentibus.vt in.§.ius au
tem gentium.Inſtitu. de iure natu. & in
l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iur.& à iure
gentiũ fuerunt introducti, quod ius lon
gè antiquius eſt, quàm ius ciuile. vt in.§.
ſingulorum. Inſtit. de rerum diuiſio.&
conſequenter id ius melius & ęquius eſt
vt notat gloſ. in princip.C. de cadu.toll.
dum ait, antiquum ergo bonum. facit
lex fina. ff. de fide inſtrument. cùm ergo
omnes leges factæ ſint propter bonum
publicum & humanas neceſsitates, & ni
hilominus renuntiari poſsint quatenus
reſpiciunt priuatam vtilitatem. vt in. l.
penul.C. de pact.l.ſi quis in conſcriben-
do.C.de epiſcopis & clericis.l.filio præte
rito.ff. de iniu.rupt.ſupereſt, vt lex, quæ
propter bonum publicum induxit vſu-
capionem, renuntiari poſsit per eum, ad
cuius vtilitatem pertinebat inchoare, &
perficere præſcriptionem.

Cõfirmatur, quia alienationis verbo,
vſucapio continetur.vt in.l.alienationis
verbum.ff.de verbo.ſignifi.& tamen per
pactum alienatio poteſt prohiberi, non
vt ipſo iure impediatur dominij tranſla
tio.vt in.l.pen.ff.de pact.ſed tamen vt a-
gi poſſet ad intereſſe. vt in.l. qui Romæ.
§.cohæredes.ff. de verbo.obliga.expreſ-
ſiùs in.l.ea lege.C.de cõdictione ob cau-
ſam.& eſt vtrobique communis ſenten-
tia.gloſ.& doct.tradunt Bart.& commu
niter docto.in.l.filiusfa.§.diui.ff.de lega.
1.Bart.& communiter doct.in.l.ſi ita qs.
in.§.ea lege.per text.ibi.ff.de verbo.obli-
ga. Sic ergo & in propoſito videtur tale
pactum de non præſcribendo vtile eſſe,
non quidem vt per tale pactum res ipſa
quaſi vitio reali affecta videatur, ſed ma
gis vt ille, qui vſucapturus erat, vel eius
hæredes, ſi quando res per eum, vel eius
hæredes vſucapta fuerit, teneantur ad in
tereſſe, vel ad ipſius rei reſtitutionẽ, ſeu
liberationem, vt taliter paciſcens ſimilis
quodammodo videatur ei, qui conſtitu
tus eſt in mala fide: vnde cùm hodie ma
la fides authoris noceat ſucceſſori etiam
ſingulari. vt in authent.malæ fidei.C.dę
longi

longi temp. præſcriptione.ſequitur,vt ſi
tecum conueni, an rem meam præſcri-
beres,tunc tale pactum rem ipſam vitio
reali non affecit,& conſequẽter præſcri-
ptibilis manet:ſed tamen quia in mala fi
de tu cõſtitutus es, non poteris eam præ
ſcribere tu, hæréſue tuus,cùm in ſucceſ-
ſores hodie deſcẽdat auctoris mala fides.

7 Vnde nouo fundamẽto remanet defen-
ſa communis opi. vt per pactum præſcri
ptio impediri non poſsit:nõ quidem ob
id,quòd leges de præſcriptione loquen-
tes bonum publicum magis reſpiciant,
quàm reliquæ leges de cæteris adquiſi-
tionibus loquentes,ſed magis ob id,ꝙ li
cèt per pactum alienatio,quæ per vſuca
pionem contingere ſolet,non poſsit im-
pediri,non magis,quàm alienatio, quæ
reliquos legitimos titulos ſolet contin-
gere.

*Noua ratio.*

8 Tamen licèt omnes tenentes com
munem ſententiam intellexerint tale pa
ctum inutile eſſe,grauiter errant:nam ta
le pactum vtile eſt, & fructuoſum,vt ex
vi ipſius pacti ipſemet, qui præſcriptu-
rus erat,non poſſet præſcribere,quaſi in
mala fide conſtitutus videatur:neque vl
lus ſucceſſor ipſius præſcribere poſsit, ſi
ue ſit ſucceſſor ſingularis,ſiue vniuerſa-
lis. Deniq; illud fixum, indubitatumq́;
videri debet,per tale pactum de non prę
ſcribendo rem ipſam vitio reali non affe
ciſſe, aut impræſcriptibilem effeciſſe, cũ
per violentiam,furtum,rapinam,& ſimi
lia res vitio reali afficiatur,nõ autem per
pactum,& conuentionem. vt in.§.furti-
uæ.cum ſimilibus. Inſti.de vſucapi.

*Pactum ut nõ præſcribatur,utile eſt, contra communẽ.*

9 Iſta communis ſentẽtia,quam & nos
ſequimur, variè limitatur. In primis em̃
limitatur, vt non procedat, quando in-
terfuit iurament. Nam pactum de non
præſcribendo per interuẽtum iuramen
ti firmatur ſecundùm communes ſentẽ
tias. vt latè tenent Alciatus in rubric. de
præſcripti.num.69. & Balbus in tractat.
præſcript.in.5. part.5. quæſtionis princi-
palis.quæſtio.6.Alexand.in dict.l.nemo
poteſt. num. 25. vbi Ripa.nu.111.Felinus
in dict.rubr.de præſcrip.num.15. vbi Hã
nibalis.num. 760.

*Præſcriptio non impeditur per pactum etiam iuratum,cũ quibuſdã cõtra communem.*

Contrariam ſentẽtiam tenet Crotus.
num.45.in dict.l.nemo poteſt.quia ſecũ
dùm eum præſcriptio fuit introducta
propter fauorem publicum,quem læde
re non poſſunt priuati. vt in.l.ius publi-
cum.ff.de pactis.Idem tenet Iaſ.num.115
in dict.l. nemo poteſt.2. lect.& in.1.lect.
num.83. poſt Cumanum conſi.169.Viſa
copia præcepti.quem vtrobique allegat
Iaſ. Mouentur per cap.ſi diligenti.de fo-
ro competenti. vbi ea quæ reſpiciunt pu
blicam vtilitatem, non poſſunt renun-
tiari,etiam cum iuramento:ſed ſecundũ
eos vſucapio reſpicit publicam vtilitatẽ,
& conſequenter non poteſt renuntiari.
vt in.l.1.ff.de vſucap.Prę ſertim,quia etiã
ſi vſucapio non reſpiceret publicam vti
litatem principaliter, ſed tantùm ſecun-
dariò,adhuc tamen etiam cum iuramen
to renuntiari nõ poſſet,quando talis vti
litas priuatorum non poſſet ſeparari ab
incommodo & læſione reipublicæ ſe-
cundùm Bart.in.l.ius publicum.ff.de pa
ctis. quem ipſi ſequuntur.Sed certè neq;
ipſi probant, neq; verum eſt, quòd hîc
priuatorum vtilitas non poſſet ſeparari
à læſione reipublicæ, quinimò ſeparari
poſſet: quia reipublicæ nihil intereſt,res
illa, de qua præſcribenda agebatur, vtrũ
pertineat ad præſcribentem, an verò ad
priorem dominũ, dummodò ea res per-
maneat inter ciues, vnde talis priuatorũ
vtilitas indubitanter poteſt ſeparari ab
incommodo & læſione reipublicę. Aliũ
de ergo petendum eſt argumẽt. ad hanc
ſententiam contra communem tuendã,
quam auſim veriſſimam dicere. Nam
ſi fortè rem in quadam hæreditate per
me quęſita inuentam tibi donaui,hac le
ge,vt eam non poſſes præſcribere,& prę
ſcriptioni renuntiaſti cum iuramento,
quo caſu præſumitur me nõ habere ſciẽ
tiam rei alienæ.c.is qui in ius.de regu.iu.
in



in.6.l.qui in alterius.ff. de regul.iu.tunc
ſi tu,qui iuraſti nõ pręſcribere, eam rem
alienaſti, is qui abs te emit,indubitanter
præſcribere poteſt: quia per talem con-
uentionem etiam iuratam res non affici
tur vitio reali, vt per hoc fiat impræſcri-
ptibilis, ſed id tantùm contingeret per
violentiam,furtum, rapinam,& ſimilia.
vt in.§.furtiuę. Inſtitu.de vſucap. Neque
ad rem pertinet iuramentum, cùm vſu-
capio deſinat contingere ex defectu po-
teſtatis iurantium, & paſciſcẽtium. vt in
cap.intellecto.& in cap.cùm contingat.
de iureiu. vbi defectus poteſtatis nõ ſup-
pletur per iuramentũ.Cęterũ ſi ipſemet,
cui hæres rẽ hæreditariã donauit hac pa-
ctione iurata ne pręſcriberet,præſcripſiſ
ſet, tunc per condictionem ob cauſam
rem illam reſtituere teneretur ſecũdùm
Ripam, & Felinum vbi ſuprà.pro quib[9]
vehementer facit tex. quem ipſi non al-
legant in.l.ea lege. C.de condictione ob
cau.quo caſu hęres ex illo pacto tunc de
mũ agere poſſet, ſi eius intereſſet,& qua-
tenus eius intereſſet. argumento text.in
l.ſi ex conuentione.C.de pactis.& in.l.1.
C. ſine cenſu vel reliquis. Quod nota,
quia à nemine vnquam ſatis digeſtum
inuenies.Confirmatur,quia pręſcriptio,
& curſus ipſius non impeditur per ſciẽ-
tiam, vel ignorantiã illius,cuius res præ-
ſcribebatur. vt in.l.fin.C.de longi temp.
præſcri. nec etiam per ignorãtiam ipſius
præſcribentis, vel per errorem ipſius: &
ideo qui putat rem ſuam eſſe,eã præſcri-
bit.l.vnica.C. de vſucapi.transformãda.
capit.malę fidei.cum ibi notatis.de regu
lis iuris.in.6. ergo voluntas domini, vel
non domini, qui rem ſuam,vel alienam
à ſe poſſeſſam tradit hac lege iurata, ne
præſcribatur,non eſt potens ad impediẽ
dum curſum præſcriptionis, quaſi ille
ex legis diſpoſitione currat,nobis etiam
ignorantibus,vel inuitis.

10 Secundò limita, vt non procedat in
præſcriptione præterita ſecundùm Feli-
num vbi ſuprà. num.12.Bald.in authen.
quas actiones.C. de ſacroſ.eccleſ.per.l.ſi
poſtquam.ff. de fidei.vbi ſecũdùm intel.
Imo.ibi.liberatus pręſcriptione dãdo fi-
deiu.denuò ſe obligare videtur.Sic ergo
& in propoſito, qui poſt præſcriptionẽ
completam ipſi præſcriptioni renuntia-
uit,videtur receſsiſſe à iure per talem prę
ſcriptionem quæſito, & ſic tale pactum
vtile eſt.Idem tenet Ripa.num.106.in di
cta.l.nemo poteſt.ſentit Baldus in tract.
de præſcri.in.5.parte.5.partis principalis.
q.6. Sed certè hæc limitatio in præſcri-
ptione rei corporalis vera eſſe nõ poteſt.
Nam dominium acquiri non poteſt,ni-
ſi duobus demum concurrentibus,nem
pe traditione. vt in.l. tradi. C.de pact. &
vero & legitimo titulo.vt in.l.nũquam.
ff. de acquirendo rerum dominio.Et ea-
dem ratione poſtquam abs te rei tuæ do
minium quæſiui, id ad te reuerti non a-
liter poteſt,quàm ſi tibi eadem res & re-
tradatur,& tibi acceſſerit legitimus titu
lus, vt dictis iuribus. &. l. nihil tam na-
turale.ff.de regul. iur.& capi. omnis res.
eod.titu.Vnde poſtquam rei tuæ domi-
nium vſucapione quæſiui, licèt iuri per
vſucapionem quæſito renuntiem, non
ceſſat virtus vſucapionis,quę iam ſuum
conſummauit effectũ, neq; in te transfer
tur dominium, licèt à me diſcedere poſ-
ſit, ſi habui animũ habendi rem pro de-
relicto. vt in.l.1.&.2.ff. pro derelicto.Sed
in præſcriptione actionis fortè limitatio
Felini poſſet procedere.argumento tex.
cum ibi notatis in. l. ſi quis emption. in
princi.cum gloſ.C.de præſcriptionibus.
30.vel quadraginta annorum.

*Præſcriptio præterita pacto renuntiari poteſt,cum Fel.& alijs quod fallit in rebus corporeis.*

11 Tertiò limita ſecundùm Bar. in.l.1.ff.
de vſucapi.& Feli.in rubr.de præſcriptio
nibus.num.14. vt non procedat in præ-
ſcriptione longi temporis, quæ deſide-
rat bonam fidem.vt in.l.vnica.C.de vſu
capi. transformanda. & in ca. poſſeſſor
malæ fidei. de regu.iur.in.6.Nam ſi rem
à me poſſeſſam tibi donaui hac lege, vt
nul.

*Præſcriptio longi tẽporis non impeditur per pactum de non præſcribẽdo cõtra Felinũ Bar.& Ripam.*

nullo tempore poſſes præſcribere, iam
per hoc in mala fide conſtitutus es, & cō
ſequenter longo tempore nō potes pręſcribere.
Sed certè vt opportunè aduertit
Ripa in dict. l. nemo poteſt. num. 105. cū
poſſeſſor malę fidei d̄ iure canonico nul
lo tempore pręſcribat. capit. poſſeſſor. de
regu. iur. in. 6. c. vigilante. de præſcriptio.
quod ius ſeruandum eſt, etiam in foro ci
uili ſecundùm Abb. & omnes in ca. fin.
de præſcri. iam ſecundùm hoc per pactū
ſemper induceretur mala fides in perſo-
na præſcribere volentis, & conſequen-
ter impediretur præſcriptio.

*Præſcriptio actionum & ſeruitutum nō fit cum mala fide de iure canonico cum cōmuni contra Barto.*

12 Vnde Franciſcus de Ripa in dict. l. ne
mo poteſt. num. 105. poſt Bar. reſpondet,
quòd in pręſcriptione actionum, quę cō
tingit ſine poſſeſsione, hodie etiam attē-
to iure canonico præſcriptio contingit
cum mala fide. vt in. l. ſicut. C. de præſcri
ptione. 30. vel. 40. annorum. & idem in
præſcriptione ſeruitutum. vt in. l. ſequi-
tur. §. ſi viam. ff. de vſuca. Nec obſtant ſe-
cundū Bar. iura cano. quia loquuntur in
pręſcriptiōe, in qua eſt neceſſaria poſſeſ-
ſio. vt patet in. d. regu. poſſeſſor. & in iſtis
caſibus procedit iſta fallen. Sed aduerte,
quia opin. Bart. in dict. §. ſi viam. eſt com
muniter reprobata, & contrà tenent ibi
Angel. Imol. Paul. de Caſtro, & omnes
cano. in dict. c. fin. & contrariam opin. di
cit communem Alexan. conſi. 188. colū.
antepe. & ſeq. libr. 2. & conſi. 99. Videtur
prima facie. colum. 2. & ſeq. libr. 4. Ripa.
num. 105. in. d. l. nemo poteſt. Vnde ipſe
Ripa veluti coactus, victusq́; huiuſmodi
argumentis, fatetur hanc limitationem
& etiam principalem Bart. & communē
ſententiam defendi non poſſe, dum aiūt,
quòd præſcriptioni per pactum renun-
tiari non poteſt, quinimò ſecundùm eū
effectualiter, & virtualiter poteſt, quan-
doquidem ſimul ac conuenit ne præſcri
beres, illicò in mala fide conſtitutus vide
ris, & conſequenter nullo tempore po-
tes præſcribere. dict. c. poſſeſſor. Quid di-
cendum? Reuera inter iſthæc verior vi-
detur communis opin. Nec enim verū
eſt, quòd quis in mala fide conſtituatur
propter conuentionem de non præſcri-
bēdo. Nam ſi titulo hæredis, legati, fidei
commiſsi, emptionis, dotis, donationis,
vel huiuſmodi rē bona fide poſsidebā,
quā ad te pertinere vel temerè dicebas,
vel ſeriò affirmabas, & cùm velles litem
mihi mouere, conuenit inter nos, ne
ipſe pręſcribere poſſem, vt ſic tu litis mo
tionem differres, nō propterea ſequitur,
quòd ipſe videar in mala fide cōſtitutus,
ita vt cùm antea iure dominij ad me per
tinere crederem, iam ſtatim ab illa bona
fide deciderim, & rem illā ad te iure do-
minij pertinere credam.

*Præſcriptio contingit cum bona fide orta etiam ex iniuſta cauſa cum cōmuni.*

13 Præſertim, cùm in præſcriptionibus
bona fides orta, etiam ex iniuſta cauſa,
ſufficiat. vt eſt gloſ. communiter app.
in. l. prima. C. vbi cauſa ſtatus agi debeat.
in verbo, receſsit. Latè Iaſo. in. l. 1. §. per ſer
uum qui in fuga. colum. 3. nume. 6. ff. de
acqui. poſſeſ. idem Iaſ. in. l. clam poſside-
re. colum. pen. ff. eod. titu. Emanuel de A
coſta in. l. 3. pag. 55. C. de non numera. pe
cun. plenè per Alexand. conſi. 127. lib. 4.
colum. 3. Vnde in ſpecie noſtra ſi is, qui
talem rem ſuam eſſe dicebat, nō me per-
ſuaſit, adhucq́; in bona fide permaneo,
non ſolùm ſi non habeam iuſtā cauſam
adhibendi fidem illi, ſed etiam ſi haberē,
adhuc hæc bona fides patrocinatur mi-
hi, vt talem præſcriptionem poſsim cō-
plere, præſertim cùm vſucapio, vel præ-
ſcriptio cœpta nō interrumpatur per ta-
lem litigandi minam, vel iactationē, ſed
demum per ipſam litis conteſtationem.
vt in. l. more. cum ibi plenè notatis per
gloſ. & doct. C. de rei vend. vel per libelli
oblationem. vt in. l. fin. C. de annali exce
pti. & quod tradit Bart. in. l. certi condi-
ctio. in princip. num. 33. ff. ſi cer. pet. Abb.
conſ. 5. lib. 2. nec vlla vnq̄ lege probatur
præſcriptionem interrumpi per minas,
ſeu iactatiōes litis mouēdæ. Neq; teneor
adhi-



adhibere fidē ei, qui ad ſe pertinere dicit
rem, quam legitimo titulo poſsideo, &
ſic meam eſſe credo. argumento à fortio
ri in. l. iuris iurandi. C. de teſtibus. Ergo
in ſpecie propoſita, aut poſt iactationem
illius & ſubſequutā conuentionem ad-
huc permaneo in bona fide, & non im-
peditur curſus præſcriptionis mero iu-
re perfici. & opportunè facit. l. finalis. C.
de longi tempor. præſcription. vt ſuprà
induxi. Aut re vera in mala fide conſti-
tutus fui, & cœpi habere ſcientiam rei a-
lienæ, & tunc de iure canonico per ſuper
uenientiam malæ fidei impeditur præ-
ſcriptio, licèt aliud eſſet de iure ciuili. vt
traditur per omnes in capitulo. vigilan
ti. & in capitulo finali. de præſcriptioni.
Aut ſumus in re dubia, & tunc non vi-
deor in mala fide conſtitutus, & conſe-
quenter curſus præſcriptionis non im-
peditur.

*Præſcriptio nō impeditur per pactum de nō præſcribendo, etiā ante inchoatam præſcriptionē contra Felinum.*

14 Quid autem ſi ante inchoatam præ-
ſcriptionem interfuit tale pactum de
non præſcribendo, quale eſt, ſi cùm rem
alienam à me titulo & bona fide poſſeſ-
ſam tibi donarem, tempore traditionis
conuenimus, vt ſi fortè eam rem, quam
meam iuſtis titulis eſſe putabam, alie-
nam eſſe vllo tempore appareret, tunc
præſcribi non poſſet, neque interim præ
ſcripta intelligeretur? Et quidem hoc ca-
ſu ijdem tres caſus ſunt conſiderandi.
Nam ſi per hoc ipſe donatarius re vera
in mala fide fuit conſtitutus, non po-
terit præſcribere. Sin autem re vera in
mala fide conſtitutus non fuit, tunc præ
ſcribere poterit: quia vſucapio eſt domi
nij acquiſitio. l. tertia. ff. de vſucapio. do-
minij autem acquiſitio eſt iuriſgentium
l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. §. ius au
tem gentium. Inſtitut. de iure natural.
& conſequenter per pactum immutari
non poteſt. §. ſed naturalia. Inſtitut. eo-
dem titulo. l. iura ſanguinis. vbi nouiſsi-
mi. ff. de regulis iuris. & per alia funda-
mēta, quæ ſuprà adduximus. & per. l. pe
nultimā. ff. de pactis.

Tertio autem caſu, quando dubita-
tur, non videor in mala fide conſtitutus.
argumēto ſupradictorū. & conſequēter
præſcribere potero. Sed in quibus caſib⁹
præſcripſi, ſi res poſtea aliena apparue-
rit, per condictionem repetetur. argu-
mento. l. ea lege. C. de cōdictionibus ob
cauſ. vel ex clauſula illa. Si qua mihi iu-
ſta cauſa præſcriptio reſcindetur. argu-
mento eorum quæ tradunt Bartolus &
communiter doctores in. l. finali. C. de
longi tēpor. præſcription. & ſimili tenet
Ripa in dicta. l. nemo poteſt. numero. 111
Quæ nota, quia aliter tenet Felinus, &
malè. numero decimotertio. & decimo-
quarto. in rubrica. de præſcriptio.

Vnde apparet hanc tertiā limitatio-
nem veram non eſſe, dum fiebat diffe-
rentia inter longi temporis præſcriptio-
nem, & præſcriptionem triginta anno-
rum, quaſi præſcriptio triginta, vel qua
draginta annorum, quæ de iure tantùm
ciuili non etiam canonico procedit, e-
tiam cum mala fide non impediretur
per talem conuentionem, per cuius in-
teruentum inducitur mala fides: præſcri
ptio autem longi temporis, quæ regula
riter deſiderat bonam fidem, vtroque
iure per talem conuentionem, quæ in-
ducit malam fidem, bene impediretur.
Quæ differentia vera non eſt: quia cùm
hodie vtroque iure omnis præſcriptio
impediatur per interuentum malę fidei,
præſcriptio etiam triginta, vel quadra-
ginta annorum impeditur, non ſecus,
quàm præſcriptio ordinaria: non ta-
men in re dubia videtur in mala fide con
ſtitutus ad impedi. præſcriptio. vel longi
tempo. vel. 30. annorum.

*Vſucapio triēnalis nō impeditur per pactū cōtra Bar. & Felin.*

15 Vnde ſubinfertur ſimiliter verā non
eſſe illam differentiā eādem, quæ per Fe-
lin. fiebat in dict. rubr. de præſ. n. 14. poſt
Bar. in. l. 1. ff. de vſucap. dū volunt per talē
conuentionē indiſtinctè impediri vſuca
pionem triennalē: nam veritas eſt, quòd

hæ præſcriptiones regulariter per huiuſ
modi cõuentionem non impediuntur,
cùm per eam mala fides regulariter non
inducatur.

16 Quintò limita, vt non procedat in
præſcriptione inducta in merum fauo-
rem partis ſecundùm Bar.in.l.1.ff.de vſu
capi.Felinus num.15. & ibi Abbas in ru-
brica de præſcriptio.Alciatus in dicta ru
bri.numer.63.& Ripa num.108.in dict.l.
nemo poteſt. licèt non moueatur per
text.in.l.quòd ſi nolit.§.penultimo.ff.de
ædili.edict. per quem mouentur reliqui
ſuprà allegati. Hæc limitatio nimis ſu-
ſpecta eſt,& excluditur per ea quæ ſuprà
deduximus. nam omnis præſcriptio in-
ducitur fauore ipſius præſcribentis,& e-
ius ſolius vtilitatem reſpicit,vt de ſe pa-
tet.Neque ad rem pertinet,quòd ob bo-
num publicum dixerit conſultus in.l.1.
ff.de vſucap. inductam eſſe vſucapioné:
nam cùm iure conſultus animaduerte-
ret vſucapionem inductam eſſe in ſum-
mam iniuriam illorum dominorum,de
cuius rebus præſcribendis agebatur con
tra natural m æquitatem, e qua in.l.iu
re naturæ. ff. de reg. iur.& in.l.nam hoc
natura.ff.de cond.indebiti.vbi iuri natu
rę aduerſatur alterum alterius iactura lo
cupletem fieri,coactus fuit conſultus,vt
hanc iniquitatem aliquo colore tegeret,
& honeſta ratione defenderet,reſponde
re, propter bonum publicum permitti,
& diſpenſari, vt talis iniquitas admitta-
tur:ergo in cõmuni verum eſt vtilem eſ
ſe reipublicæ propter vitandum maius
malum, quod ex incerto rerum domi-
nio naſceretur,nempe ſcandalum,diſsé-
ſiones,tumultus,rixas,impet⁹,incurſus,
& reliqua mala id genus: nam reipubli-
cæ bonum prȩfertur bono priuatorum.
vt in authen.res quæ.cum ibi notatis.C.
commun.de legat.& ſimiliter contra re
gulas iuris diſpenſatur cum teſtatore ea
dem ratione, vel ſimili, vt de rebus ſuis
poſsit poſt mortem diſponere, licèt di-
ſpoſitio conferatur in tempus, quo ipſe
earum dominus futurus non eſt, ne pòſt
mortem cuiuſque,bona,familia,domus
que ipſius in bonis nullius eſſent,præbe
rentque occaſionem hominibus impe-
tum faciendi,prædȩ,lucrique cupidine,
vt diximus ſuprà.§.primo. poſt præludi.
Denique nullus ignorat,quin omnes le
ges ob bonum publicum fiant. l.1. &. 2.
ff.de legatis primo.cap.erit autem lex.4
diſti.notat Alciatus in rubr.de prȩſcrip.
nu.61.latiſsimè per Tiraquellum in tra-
cta. de vtroque retract. in princip.num.
75.& tamen licèt in communi omnes le
ges ob bonum publicum fiant,in indiui
duo verò, inque ſingulis caſibus,priuati
cuiuſque, non etiam cæterorum reſpi-
ciunt vtilitatem.Nam mulieres eſſe do-
tatas,intereſt reipublicæ.l.prima.ff.ſolu.
matrimonio. ſed ſi res dotales Bertæ ab
eius marito bona fide emi, quòd aliena-
tio non teneat,ſolius Bertæ,nõ etiam re-
liquarum mulierum,vel reipublicæ,vel
mea intereſt,quinimò contrarium mihi
magis expediret, vtilius,conducibiliuſ-
que eſſet.Sic ergo & in ſpecie propoſita,
cùm rem alterius vſucapi, triennio, vel
longo tempore præſcripſi,non dubium
eſt,quin id ad meam tantùm vtilitatem,
non etiam reipublicæ, vel aliorum ho-
minum pertineat, ſicque in præſcri-
ptione triginta, vel quadraginta anno-
rum,& in reliquis præſcriptionum ſpe-
ciebus. Vnde cùm omnis præſcriptio
ad ſolam meramque vtilitatem præſcri-
bentis pertineat, talem præſcriptionem
pacto poſſe remitti antequàm implere-
tur,vel inchoaretur, dicendum eſſet ge-
neraliter,quod eſt contra veram,recep-
tioremque ſententiam quam tuemur.
Teneo ergo contra hanc communem
limitationem,vt vſucapio nondum per-
fecta, pacto impediri non poſsit, quan-
tuncunque reſpiciat vtilitatem partis
præſcribentis. Neque ad rem pertinet
textus in. l. quòd ſi nolit. §. penultimo.
ff.de

*Præſcriptioni etiã in merũ fauorem præſcribẽtis inductæ renũtiari nõ poteſt contra communẽ.*

*Præſcript. actionũ iure.ff.incognita, cum communi.*



ff.de ædil.edict.per quem mouentur te-
nentes hanc limit. Nam iure illo. ff.iura
perſonalia (quale eſt ius offerendi, vel
rehibẽdi,dẽ quo loquitur ille textus)non
præſcribebantur. vt in.l.occidit.in prin.
notatur per gl.in verb. remiſit.ff.ad leg.
Aquil.quȩ glo. cõmuniter approbatur.
& tenet Ripa.n.105. in. d.l.nemo poteſt.
ergo mirum non eſt, ſi in terminis illius
text. per pactum ius incorporeum,& in
tellectuale, atque inuiſibile fiat perpe-
tuum, cùm reliqua iura ſimiliter eſſent
eo tempore perpetua, & immortalia, li-
cèt poſteà per Iuſtinianum nouiſsimè
fuerint certo tẽpore limitata. vt in prin-
cip.Inſtitu.de perpet.&temp.act.l.ſicut.
&.l.omnes.C.de prȩſ.30.vel.40.annorũ.
Vnde hodie ſi inter partes conueniret,
vt perpetuò respoſſet rehiberi,putarem
facultatem rehibẽdi triginta annis fini-
ri, quo tempore reliqua iura finiuntur,
vt dictis iuribus, & ita limitari debere di
ctã.l.quòd ſi nolit.§.pen.

*Intell.l.q. ſi nolit.§.pe. ff.de ædili. edict.*

17 Nam & ſimiliter ſi cõuenit inter em-
ptorem & venditorem, vt quandocun-
que & perpetuò venditor haberet ius &
facultatem pretij offerendi remque ven
ditam recuperandi,tunc talis facultas tri
ginta annis finiretur non ſecus quàm ré
liqua iura, quia de voluntate contrahé-
tiũ,licèt non dubitarim quin ſeſe etiã vl
tra annos. 30. extenderit, tamen eorum
poteſtas ſeſe vltra non extendit, ſaltem
mero iure.Iſta eſt communis opi.quam
tenent Ange.conſi.55.Guilielmus.ſequi
tur Iaſo.in.l.petens.C.de pactis.idem Ia-
ſo.in.l.ſi mater.C.de inſtitu. & ſubſt.Fe-
linus in capit.cùm acceſſiſſent.columna
20.de conſtitutio.Bald. conſi.254.Ad e-
uidentiam.libr.ſecundo.Ancharan.con
ſil.332.Viſis. & eſt cõmunis concluſio ſe
cundùm Alciatum, qui eos refert in ru-
bric.de præſcriptio. num.63. Idem ergo
pari ratione etiam ſi conueniret, vt res
perpetuò rehiberi poſset:nam hodie tri
ginta annis finiretur rehibendi facultas.

*Præſcribitur uel finitur.30.annis ius offerendi cum communi.*

18 Sextò limitatur communis opinio.
vt non procedat in præſcriptione ſumẽ-
te principium ex ipſo contractu,nam ta
li præſcriptioni poteſt renuntiari per pa
ctum, ſcd̃m Bal. in auth.quas actiões.C.
de ſacro.eccl. quẽ refert & ſequitur Feli.
in.d.rubr.de præſcrip. n. 15. Ripa.n.109.
in dicta.l.nemo poteſt.per text.in dict.l.
quòd ſi nolit.§.penulti.ff.de ædili.ædict.
Sed & contra hanc limitationem ſem-
per tenuimus, vt etiam hoc caſu per pa-
ctum non impediatur mero iure curſus
præſcriptionis, vel inchoatio ipſius.Mo
uemur, quia ſi tempore, quo rem meam
tibi donabam,vel rem, quam iuſto titu-
lo poſsidebam, & ſic quam meam eſſe
putabam conuenit inter nos, vt ſi ea res
fortè aliena appareret, videreris eam nũ-
quam præſcripſiſſe, certè ex defectu po-
teſtatis hoc caſu mero iure non impedi-
retur præſcriptio,licèt id pactum,& ipſa
præſcriptio ſumpſerit originẽ ab ipſo cõ
tractu, vt ſuprà latè ꝓbaui,licèt hæc præ-
ſcriptio an reuocabilis ſit, vel reſolubilis
probari poſsit, vt ibi dixi.Neque ad rem
pertinet textus in dict. §. penultimo.per
quem mouentur doctores: nam proce-
dis attento iure. ff. quo iure & tempore
iura incorporea & inuiſibilia non præ-
ſcribebantur vllo tempore, niſi in qui-
buſdam caſibus, & ſic per renuntiatio-
nem illorum caſuũ reducebamur ad ter
minos iuris cõmunis.Nõ ſic hodie, quo
iure omne ius incorporeum præſcripti-
bile eſt,non ſecus,quàm res corporeȩ,li-
cèt diuerſis temporibus præſcriptiones
concludantur, vt iam probauimus.

*Præſcriptio etiam ſumens originẽ ab ipſo cõtractu renuntiari nõ poteſt contra Bal. Felin. Ripam.*

19 Infertur veram non eſſe opinio.Feli-
ni in rubrica.numero decimoquinto.de
prȩſcriptione. poſt Bal.quem allegat in
l.2.C.vt in poſſ.lega.Bar.in.l.1.ff. de vſu-
cap.Mouentur per.d.§.pe. perperam in-
tellectũ,quaſi difficiliùs ius odioſum tol
li poſsit, q̃ fauorabile,quod eſt cõtra.l.cũ
quidam.C.de libe. & poſth.& contra o-
mnẽ rationȩ naturalem. Vnde quærere

*Præſcriptio fauorabilis non faciliùs pacto impeditur, quàm odioſa, cũ Alciato cõtra Feli. & alios.*

 legem

legem,vbi naturaliter ſentimus,nihil aliud eſt,q̃ infirmitas intellectus, ſecũdũ philoſophũ.Et ſic eos reprehẽdit Alciat. in.d.rub.de præſcrip.n.63.Vnde,data paritate terminorũ, nulla eſt differentia inter præſcriptionem fauorabilẽ, vel odioſam,quo ad hanc rem,vt diximus ſuprà.

20 Illud autem notandũ eſt, ꝙ in terminis dict.§. penul. & ſimilibus,non dubito, quin ſub partium poteſtate ſit illa præſcriptio quo ad reſtringẽdum. Nam ſi conueniret, ne res rehiberi poſsit niſi intra. 20. dies, putarem valere conuentionem, quia per hoc non tollitur, ſed augetur præſcriptio, & breuiùs, properantiuſque finitur, & per hoc ius cuiuſque poſsidentis firmius & ſtabilius fit: quod ad lites fugandas, & ad tumultus vitandos pertinet, & ad quietem reipublicæ,ceſſatque ratio prohibitionis,quæ colligi poſſet,& colligunt docto.vbi ſuprà. ex lege prima. ff. de vſucap. & quia ſic nõ impeditur dominij acquiſitio.cõtra.l.3.ff.de vſucap. iuncta.l.ex hoc iure. ff.de iuſti.& iure.quinimò facilior redditur dominij acquiſitio. Et ſic faciũt quæ diximus ſuprà.

*Actio rehibitoria põt pacto coarctari, noua opin.*

21 Septimò cõmunis opin. limitatur vt non procedat in quibus caſibus lex approbaret pactum de non præſcribendo, nam hoc caſu de poteſtate legis dubitandum non eſſet,ſecundùm Ripam in.d.l. nemo poteſt.num.107.per text.in dict.l. ꝙ ſi nolit.§.pen.ff. de ædili.edicto.Quod veriſsimum eſt:nam legi omnia cenſentur permiſſa,quę iure naturæ,vel diuino non reperiuntur expreſsim vetita.l. nec non.§. quòd eis.ff. ex quibus cauſis mai. pleniſsimè per Tiraquellum in ſimili de vtroque retract.in prin. num.75.

*Præſcriptio pacto poteſt renũtiari ex permiſsione legis,uel ſtatuti cum cõmuni.*

Quinimò etiam per ſtatutũ fieri poſſet ſecundùm Ripam in dict.l.nemo poteſt.numer.113.Bald.in.l.ſecunda. per illum text.C.de conſtit.pecu.& per.l.malè agitur.C. de præſcript.trigint.vel.40. annorum.Salicetus in dict.l.ſecunda.Felinus in rubrica de præſcrip.num.16.Antonius,& Imo.in cap.cùm nobis.de præſcriptio.Bal.in.l.1.C.ne rei dominicæ vel templ.quos refert & ſequitur Felinus vbi ſuprà.& videtur communis opin.nouiſsimorum in.d.l.nemo poteſt.quos retulimus ſuprà.cuius rei veritas pẽdet ab intellectu eorum,quæ circa poteſtatem ſtatuentium docuimus ſuprà.

22 Illud autẽ apud nos fixũ indubitatũq́; eſſe debet, ꝙ valida,firmaq́; eſt prohibitio præſcriptionis,de qua tractat,& eam induxit.l.3.in libro ſeu quaterno gabellarum,redituumq́; regalium(quos Hiſpanè Alcaualas appellamus) cùm Rex noſter potentiſsimus atq; pijſsimus Imperatorem nõ recognoſcat, ſuiſq́; tantùm legibus vtatur.l.1.Tauri.

*l.3.in quaterno gabellarum iuſtã & ualidam eſſe.*

23 Limita.octauò communis opi. vt nõ procedat quando inter partes actũ eſt,vt finita pręſcriptione,iterum ſit debitum. per.l. ſicut in annos.ff.quib⁹ modis vſus fru.amittatur.qua de re latè per Felinum in rubr.n.17. de præſ.per Balbũ de præſ. in.5.parte.5.partis principalis.quæſtione 6.Bart.colum.penu.in.l.nemo poteſt.ff. de lega.1.& per omnes modernos ibidẽ, quos enumerauimus ſuprà.

*Præſcriptio uirtualiter impeditur ſi cõuenitur ut ea impleta iterũ actio renaſceretur cum cõmuni.*

24 Limita.nonò, vt licèt per pactum ex toto præſcriptio tolli non poſsit,poterit tamen prorogari. Ita tenent communiter doct.quales ſunt, Accurſius in auth. quas actiones.C. de ſacro.eccleſi.Ange. in auhent.vt eccleſia Romana.in fin.idẽ Ange.conſi.54.Alciatus in rubr.de præſcri.n.69.vbi Feli.n.12.Ripa in.d.l.nemo poteſt.ff.de leg.1.n.112. Ange.in auth.vt de cętero cõmut.Bal.in rub.đ cõſt.col.3.

*Præſcriptio per pactum prorogari nõ poteſt cũ Croto contra cõmunem.*

Contrarium tenet Crotus. n.45.cum ſeq.in.d.l. nemo põt.quia, inquit,quod fauore publico inductum, vt per pactũ ex toto tolli non poteſt,ita etiam nõ poteſt minui, vel moderari. argumen. l.ꝙ de bonis.§.fratre.&.§.fin. ff. ad leg.falcidiam.l.de die.iũcta.l.2.ff. de pact.dotalibus.&quia bonũ eſt argumentũ de toto ad par-



ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei vend.l. an pars.ff.pro derelicto. etiam ſi per hoc recedatur à proprietate ſermonis. l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebelli.Ripa vbi ſuprà.defendẽdo hanc communem limitationem, reſpondet non valere argumentum de toto ad partem, quando non eſt eadem ratio,hîc autem ait eandẽ rationem non eſſe,ſed non probat.Et re vera probare non poſſet:quia eadem ratio eſt,præſertim cùm plus & minus etiã ratione temporis dicatur.§.plus.Inſtitu. de actio.Et hanc Croti opinionem cõtra cõmunẽ probo:quia forma à lege in vſucapionibus data violari non poteſt,etiã in minima ſui parte, per regulam habentem formam cuiuſq;diſpoſitionis à lege

25 datam,etiam in minima ſui parte vitiari non poſſe vel prætermitti, quin tota diſpoſitio infirmetur. Iſta eſt vera & communis opin. quam tenent Bald. in.l.1.ff. de libe.& poſt.Decius cõſ.466.n.14.Anchar.cõſ.35.Viſis.col.fi.Bal.in.l.humanũ C.de legibus.idẽ Decius.n.9.conſ.11.Bal. conſ.11.libr.1.Præmiſsis.colu.fi.Bal. cõſi. 324.Punctus.lib.2.Pariſius cõſi.46.lib.3. col.1.Bald.in.l.ceſſante. colũ.fin.C.quomodo & quãdo iudex.idem Bal.capi.ex literis.colum.fi. de conſti.& in.c.1.col.2. de milite vaſallo.Alexand. conſil.137.In cauſa.colum.4. idem Alexan.conſil.96. Viſo.col.fina.libr.4. idem Alexan.conſ. 212.Ponderatis.lib.6.colum.1.Marianus Socinus conſi.24.Viſis. colum.8.& conſil.33. Proſequendo ordinẽ.colũ.3.Pariſi. conſi.33.n.24.libr.2.idem Pariſius conſi. 97.num.25.lib.4.Decius conſi.532.num. 5.idem Decius conſil.603.num.10.Antonius in cap. Piſanis. in.7.not.de reſtitut. ſpoli.per tex.ibi.& per cap.venerabili.de officio delegati. quæ procedunt, etiam ſi lex illa diſpoſitiuè tantũ,non etiã prohibitiuè, aut anullatiuè loqueretur, vt diſſerimus ſuprà.§.4.n.17.ergo cõtra iſtã formam præſcriptionis priuati non poterunt diſpenſare inducendo vt non prę-

*Forma uitiari nõ poteſt etiã in minima ſui parte cum communi.*

ſcribatur res,niſi longiore tẽpore,quàm à lege eſſet definitum:quia priuatorum non eſt leges tranſgredi, aut cum eis diſpenſare.l.quidam decedens.ff.de admi. tutor.l.final. ff.de ſuis & legi. hær.dicta. l.nemo poteſt.ff.de legat.primo.l.1.&.2. ff.đ legibus.Neq; ad rem pertinet,quòd cõtrahentes poſsint per pactiones & cõuentiones formã dare cõtractibus.l.contractus.ff.de reg.iu.nã illud procedit,dũ modò forma ipſorũ contractuũ non immutetur, aut eorũ ſubſtantia. Ideoq́; nõ poſſent efficere, vt cõtractus emptionis valeret,vbi pretium non eſſet.Non quoq; poſſent efficere,vt valeret contractus locationis, vbi certa merces conſtituta non eſſet. Non quoque, vt mandatum eſſet pretio accedente, ſed demum gratuitum. Non quoque, vt ſocietas eſſet, vt alter totum commodum ferret, de damno autem non teneretur. Et cætera id genus, quæ pleniùs tradidimus ſuprà §.ſecundo &.3.

Sic ergo & in ſpecie propoſita efficere non poſſunt, vt forma vſucapionis, vel præſcriptionis,quæ eſt,vt tempore à lege definito concludatur, & conſumetur, atque perficiatur, tranſgredi poſsit. Qua ratione quod ſuprà attigimus poſſe conueniri, vt præſcriptio breuiore tẽpore,quàm à lege pręſtituto perficiatur, non ſatis tutum eſt: quia omnis modus dominij acquirendi iure gentium inuẽtus fuit,præter nonnullos,qui etiam iure ciuili fuerunt recepti. vt eſt text.cum gloſſ. & ibi per nouiſsimos. latè traditis in.l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iur.& inter inuentos à iure ciuili eſt vſucapio,vt notat ibi gloſſ. communiter appro.Nec vſucapio eſt contractus,aut voluntas cõtractui ſimilis, vt in ea poſsit quicquam efficere agentium voluntas,ſed demum forma legis pręſtituta.Niſi dixeris,ꝙ mero iure licèt currere pręſcri.nõ đſinat,ex vi pacti fortè dabitur repetitio.argu.l.ea lege.& per totum.C.de cond.ob cau.fa-

cit optimè quod dixi ſuprà.§.10.num.15. Adhæc cùm nec in minima ſui parte forma mutari poſsit, cumq́; forma legis in dubio, vt iam diſſeruimus, præſumatur ſubſtantialis. & per. l. 1. en el quaderno de las alcaualas, traditum ſit, vt periculum caſus fortuiti pertineat non ad locatorem, ſed ad conductorem gabellarum, reliquum eſt, vt ab hac forma recedere minimè poſsimus: nam de poteſtate legis dubitandum non eſt, quæ vt induxit, quòd periculũ caſus fortuiti pertineret ad emptorem cuiuſque rei, etiam ſi ſibi tradita nondum eſſet, ſed adhuc permaneret in dominio venditoris, vt ferè per totum. C. & ff. de peric. & commod. rei vendi. ita quoque inducere potuit, vt periculum caſus fortuiti in cõtractu locationis gabellarum pertineret non ad dominum ipſarum, ſed ad conductorem, præſertim cùm maximam ſimilitudinem habeant inter ſe cõtractus emptionis & contractus locationis. vt in. §. adeò. Inſtitu. de locatio. & conduct. Et de volũtate dict. l. primę. ſimiliter dubitandum non eſt, quia eius verba ita ſe habent.

*Declaratio l. 1. del quaderno de alcau. ut eius forma nequeat omitti.*

Primeramente que los arrendadores, que arriendan las dichas alcaualas, las cojan, y recauden a toda ſu ventura poco o mucho lo que ouiere, ſin poner en ellas, ni en alguna parte dellas deſcuẽto alguno, aunque daño, o perdida, o mẽgua venga en eſtas dichas rentas por fuego, o por robo, o por agua, o por guerra, o piedra, o ñublado, o por otro caſo fortuito, o por otra cauſa, o razõ qual quier que ſea, o ſer pueda, mayor o menor, o igual deſtas, penſada o no pẽſada.

Cùm ergo per hæc verba lex expreſſim vetuerit vllam exceptionem opponere in huiuſmodi locatione prætextu caſus fortuiti vtcunque inopinati, inſoliti, & qui in mentem hominum nunquã venerit, aut venire potuerit, reliquum eſt, vt caſus fortuitus hac in re pertineat ad conductorem, non ſecus, quàm in cõtractu emptionis pertinet ad emptorẽ. Et ita ſæpiſsimè reſpondimus, cùm pluries hęc res me iudice controuerteretur, quaſi iam poſt illam legem de natura, aut forma locationis ſit periculum pertinere ad conductorem, nõ ſecus, quàm in terminis iuris communis pertinet ad emptorem. Nec etiã in minima ſui parte videtur id per ſummos Principis rationales poſſe immutari, cùm eis facultas diſpenſandi cõtra legem nulla ſit. vt ſuprà §.6. num.4. admonuimus.

In ſumma cũ forma legis nec in minima parte mutari poſsit, cũq́;, vt diximus, forma legis in dubio præſumatur ſubſtãtialis, infertur ſimiliter, ꝙ illa cõuentio, quę inter emptorẽ, & venditorẽ ſæpe fieri ſolet, vt onus illius gabellæ pręſtandæ (quę alcauala vocatur) nõ ad venditorẽ, ſed ad emptorem pertineat, nõ valet, ſaltem in præiudicium fiſci, vel reipublicę, cui illa gabella debetur ab ipſo venditore. vt in. l. 2. en el quaderno de las alcaualas, ꝓ cuius ſolutione etiam res ipſa ſemper obligata intelligitur, quaſi id onus reale videatur, eo caſu, quo contrahentes minus ſoluendo, vel minus idonei eſſent. vt ibidẽ in. l. 3. ibi. Y ſi los tales vẽdedores y perſonas legas no pudieſſen ſer auidos, q̃ de los tales heredamiẽtos, y otras coſas ſe aya de cobrar y cobre el alcauala dello. Itaq; cùm forma legis partiũ conuentione lædi, aut prætermitti nequeat. vt in dict. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. l. conuenire. ff. de pact. dot. l. ius gentiũ. ff. de pact. pręſertim in pręiudicium fiſci aut iuris publici, quo caſu etiam iuram. non ſufficeret. vt tradunt Bart. colum.3. & ibi omnes in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & probat tex. in cap. cùm contingat. de iureiuran. & in cap. licèt mulieres. de iureiurando. libr.6. capit.2. de pact. eod. libro. ſupereſt, vt talis conuentio, etiam iurata, non impediat formam legis, quin fiſcus poſsit ſuam gabellam exigere à

*Declaratio l. 2. & 3. d̃l quaderno d̃ alcaua. ut eius forma nequeat omitti.*





re à venditore: is tamẽ poterit quod hoc nomine præſtiterit, recuperare ab ipſo emptore, aut traditionem rei vẽditæ morari, donec ab emptore ex forma cõuentionis ea gabella fiſco pręſtetur, & in hoc vtilis erit illa cõuentio. In iudicijs tamen omiſsio formæ litium finiẽdarum cauſa nõ ſemper nocet. l. 11. tit. 1. lib. 3. ordi. dummodò per hoc non differatur, ſed potiùs lis breuietur, vt nos interpretamur.

*L. 11. titu. 1. lib. 3. ordi.*

26 In ſumma illud dubiũ eſt, an cõtrahẽtes poſsint renũtiare ſtatuto diſponẽti, ꝙ debitum decennio præſcribatur: & an tale ſtatutum valeat? Qua in re, ꝙ tale ſtatutum valeat, tenent Barto. in. d. l. nemo poteſt. col. pen. ff. de lega. 1. idem Bar. in. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. Cumanus conſi.67. Statuto ciuitatis. ſentit Bar. in. l. 1. ff. de vſucap. idem. Bar. in. l. ait prætor. §. hi planè. ff. ex quibus cau. maio. & in. l. legaui. ff. de lib. leg. idem Bar. in. l. cùm mulier. ff. ſoluto matrimo. & in. l. ambitioſa. col.4. ff. de decretis ab ordi. faci. Ange. in repe. l. 1. char. pe. C. de iudi.

*Statutũ, ꝙ debitum decẽnio præſcribatur, quòd ualeat, & intelligitur cum bona fide: & an renũtiari poſsit cum cõmuni.*

In contrarium ſe habet vera & cõmunis opi. ſecundùm Ripam. num.116. & ſecundùm Crotum. n.47. in. d. l. nemo poteſt. & ſecũdùm Balbum, qui pleniſsimè loquitur in tracta. præſcrip. in. 2. parte.3. partis principalis. q.14. Alciatus. num.50. in rubr. de præſcrip. Ange. Imola, & Paulus in dict. §. ſi viam. Bart. ſibi cõtrarius in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. in. 2. q. 3. q. princi. & ibi Ioannes Bapt. de ſancto Seueri. col.32. latè per Abb. Felinum, & alios in. c. fi. per tex. ibi de præſcrip. Alex. conſil.69. In cauſa & lite. lib.3. vbi firmat communem opi. eſſe contra Barto. Veritas eſt, quòd tale ſtatutum ſi induceret, vt cũ mala fide pręſcriberet, non valeret. vt in regula. poſſeſſor. de regulis iur. in. 6. & ibi latiſsimè per Couarru. cæterùm ſi induceret, vt cum bona fide præſcriberet, indubitãter valeret ſecũdùm omnes, & conſequenter ſi debitum eſſet contractum per procuratorem ignorãte domino, tunc decennio contingeret præſcriptio ſecũdùm Balbũ vbi ſuprà poſt alios. Et pari ratione hæres debitoris præſcriberet, licèt in hoc contrarium tenuerit Crotus in. d. num.47. poſt alios, quos ipſe refert. Quorum ſententia non video, vt vlla ratione defendi poſſet, ſiquidem hęres præſumitur bonam fidem habere, & iuſtam ignorantiam. vt in cap. is qui in ius. de regu. iur. lib.6. & in. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. neq; ius canonicum vllã præſcriptionum iuris ciuilis vetare voluerit, aut etiam potuerit, niſi quæ contingeret, & perficeretur cum mala fide. vt in cap. vigilanti. & in cap. fi. de præſcriptio. ergo cùm de iure ciuili per annos. 30. vel. 40. omnis actio præſcribatur, etiam cum mala fide. l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcriptione.30. vel.40. annorum. quod de iure canonico, quod etiã, vt iam diximus, in foro ſeculari ſeruandum eſt, cùm mala fide non procedit, ſed demum cùm bona fide, reliquum eſt, vt is, qui bonam fidem habuerit, indubitanter præſcribere poſsit, ſiue debitor ſit ex perſona ſua, ſiue hæreditario nomine teneatur.

Deniq; hac in re notandum eſt, ꝙ præſcriptio actionũ & iurium, quæ regulariter per lapſum.30. vel.40. annorum contingebat de iure ciuili. vt in. l. ſicut. & in l. omnes. C. de præſcriptione.30. vel. 40. annorum. licèt ſit correcta de iure canonico per tex. in cap. vigilanti. & in. c. fi. de præſcriptionibus, ſecũdùm communem ſententiam ſuprà relatam, tamen illud verum eſt, quando ille debitor erat in mala fide, ſecus autẽ ſi eſſet in bona fide, nam tunc etiam de iure canonico procederet præſcriptio cum effectu nõ ſecus, quàm de iure ciuili. Nam quicquid expreſsim deciſum eſt de iure ciuili, valebit etiã de iure canonico, niſi eo iure expreſsim correctum reperiatur. vt in cap. 1. & .2. cũ ibi notatis. de operis noui nuntiatione. Sed ꝙ præſcriptio iurium tricennalis, vel quadragenalis ſit correcta de iure canonico,

id nõ eſt generaliter verum, ſed dũtaxat eo caſu, quo debitor eſſet in mala fide. Ita probat text.in.d. c. vigilanti.dum ait, cauendum eſt, ne malæ fidei poſſeſſores ſimus.&ibi, quoniã nulla antiqua dierum poſſeſsio iuuat malæ fidei poſſeſſorem. &in cap.fi.eod.titu.ibi, quoniam omne quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt. & ibi, vt nulla valeat abſq; bona fide præſcriptio.&ibi, cùm generaliter ſit omni conſtitutioni atq; conſuetudini derogandũ, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari. &ibi, vnde oportet, vt qui præſcribit, nulla tẽporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.

*L. etiã correctoria extenditur ex ratione in ea expreſſa, cũ cõmuni.*

27 Quæ quidẽ rationes cùm ſint expreſſæ in.d.l.corrigente, habent vim limitandi & reſtringẽdi eãdem legẽ. vt eſt vera & cõmu.opi.quã tenent glo.in clementina 1.de electione.in verbo, eligatur.& eſt cõmuni opi.ſecundùm Iaſo.num.22.in authen.quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle.idem Iaſ.in.l. de quibus. ff. de legib. num.14.&in.l.quanuis. C. de fideicom. text.in.l.his ſolis.C. de reuocand. donat. ibi.ſatis tacitè cautũ putamus. facit text. in.l.humanitatis.C. de impub. vbi Iaſ. n. 6.Alex.num.5.& Corn.num.15.& Georgi.Natan in cap.quanuis. num.32. de pactis.in.6.Purpu.in.l.fi.C. de pactis. num. 23.&ibi Curtius iuni.nu. 9.& Decius.n. 15.Iaſ.in.l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. num.12.ff.de verb.oblig. Curtius iuni.n. 15.in dict.l.humanitatis.Bal.in dict.auth. quas actiones.col.2.Paul.in dict.l.quanuis. Cuma.in.l. cùm mulier.§.1.ff. ſoluto matrimonio.&ibi Alex.col.5.glo.in authentica.de hæredibus ab inteſtato veniẽtibus.§.fi.in verbo, ordine. quã dicit vnicam Bal.in.l.fi.ff.de hæredibus inſti.& in l.maximũ vitium.C.de lib. præt. Couar. in cap.Rainaldus.§.3.n. 6. de teſtam. Fortunius.in.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.col. 87.ff.de lib.& poſth.Crot.in.l.ſi conſtante.ff.ſoluto matrimonio.in.7.q.Bar. lect. 2.Iaſ.in.l.tranſigere.num. 15. C. de tranſactionibus.Ripa.in.l. nemo poteſt. ff. de lega.1.num.50. &ibi Hannibalis. n.349.

Vnde infertur, quòd in quibus caſibus tricennale, vel quadragenale tẽpus præterijt citra malam fidem ipſius debitoris, tũc præſcriptio perficitur de iure canonico, nõ ſecus quàm de iure ciuili. Ita tenet Balbus de præſcriptionibus. in ſecũda parte, tertiæ partis principalis.quæſtione.14.nu.5.

Subinfertur, quòd ſi ſum debitor ex actu negotiorum geſtoris, & ſic ignoro me debitorem eſſe, tunc poſſum præſcribere debitũ de iure canonico, non ſecus, quàm de iure ciuili.

*Præſcript. 30. annorũ procedit etiam de iure canonico, in caſibus, cũ communi.*

28 Itẽ ſimiliter infertur, quòd ſi ſum debitor ex contractu celebrato per procuratorem meũ, qui habebat generale mandatum cum libera, poſſum præſcribere debitũ, quod ille meo nomine contraxit de iure canonico, non ſecus, quàm de iure ciuili. Has tres illationes in ſpecie tenet Balbus vbi ſuprà.n.5. Antonius in cap.fi. de præſcriptionibus. Imol.in.l. ſequitur. §.ſi viam.ff.de vſucap.Paul.in.l.fi.§.1.in fi. ff.rẽ ratam haberi.Philippus Frãcus in. c. poſſeſſor.col.3.de regu.iur.in.6.Panormitanus in dict.c.fi.col.5.Ioan.Bapt.de ſancto Seuerino in.l. omnes populi. col. 32. ff.de iuſtitia & iure. prout eos refert Balbus.vbi ſuprà. Et hæ vidẽtur communes ſententiæ.

*Intel.l.3.ti. 13.lib.3.ordinam.*

Vnde etiam infertur, an de iure canonico, vel ciuili ſeruanda ſit.l.3.tit.13. lib.3. ordi.dum ait, decennio debitum præſcribi.Cuius legis verba ita habent.

Suele acaeſcer, que ſeyẽdo las deudas pagadas a quien eran deuidas, que ellos, o ſus herederos las demãdan deſpues de luengo tiempo a los deudores, o ſus herederos: y porque no pueden prouar la paga por muerte d̃ los teſtigos, o por ſer perdida la carta de pago, hã de pagar lo que no deuen: porẽde ordenamos, que aquel que alguna action, o demanda tiene contra otro con carta, o ſin carta, y deſque el plazo



plazo llegare no le demandare en juyzio o no hiziere emplazar la parte ſobrello, o no fuere fecha entrega y execuciõ por ello faſta diez años, que dende en adelante pierda la demanda, y no ſea oydo ſobre ello.

*Statu.iubẽs debitũ decẽnio præſcribi firmũ eſt & intelligitur cũ bona fide, cũ cõmuni, & ita fit de iure regio.*

29 Circa quam legem in primis aduertẽdum eſt, quòd eſt intelligenda iuxta terminos iuris communis, vt quemadmodum etiam de iure cõmuni debitum per lapſum triginta annorum præſcribi non poterat niſi cum bona fide, vt iam docuimus, ita quoq; hodie per illam legem licèt breuiore tempore, hoc eſt decennio, debitum præſcribi poſsit, intelligatur tamen cum bona fide. Iſta eſt vera & communis ſententia, quam in ſimili ſtatuto tenent Balb.vbi ſuprà. num. 2. & num.5. Alexand.conſi.185. Viſo titulo quæſtionis.col.penul.Paul.conſil.296. Venditio iſta.Socinus conſi.86.In cauſa communitatis.aliàs eſt in nume.166. & Præpoſitus in.§. ſi quis per triginta.col. 1. ſi de feudo fuerit controuerſi.Imol.conſi.123.In cauſa quæ vertitur.col.1.Corne.conſi.55. Viſis & diligenter.lib.3.col.3.& conſil.264. In hac conſultatione.lib. 1. & conſil.338. Videtur in præſenti. libr.1. & conſil. 180. lib.3.prout eos refert Balb.vbi ſuprà.

Ergo dict.l.3.regia præcipiẽs, vt decennio debitum præſcribatur, intelligenda eſt ſecundùm terminos iuris communis, vt talis debitor non eſſet in mala fide. Ergò aut talis debitor erat in bona fide, & ſine dubio prę́ſcribit. Aut erat in mala fide, & ſine dubio non præſcribit, neq; decennio, neq; tricennio, vel longiore tempore. Aut dubitatur, & tunc ſi ſciebat ſe debere, non præſcribit, non magis, quàm rem corporeã præſcriberet qui eam poſsideret, cùm alienam eſſe ſciret, quaſi tunc videatur eſſe in mala fide, nõ ſecus, quàm ſi ſcienter rem alienam corpoream poſsideret. Iſta eſt communis & vera opi. ſecũdùm Balb.vbi ſuprà. n. 1. poſt alios ſuprà relatos.per tex.in.d.c.vigilanti.&in dict. cap.fi. Quòd ſi ille ſe debitorẽ eſſe ignorabat, tunc in bona fide fuiſſe intelligitur, & conſequenter præſcribere poteſt, vel decennio, ſecundùm.d.l. 3. de iure regio, vel tricennio de iure ciuili.

*L.3.titu.13. lib.3. ordi. poſt prætetitum decẽnium præſumit ſolutionem.*

30 Id tamen notandum eſt, quòd ſi dubitetur, vtrùm debitor ille ſe debitorem eſſe ſciret, an ignoraret, tunc præſumitur ignorare potiùs, q̃ ſcire, vt per hoc in re dubia tutus ſit poſt lapſum legitimi temporis: vel etiam præſumitur quòd debebat exoluiſſe, vt per hoc ipſi creditori nõ tam ius, quàm iuris probatio defeciſſe intelligatur. vt in ſimili ait tex.in.l. duo ſũt Titij.ff.de teſtam. tut. ita probat text. in dict.l.3.tit.13.lib.3.ordi. & tex.in conſtitutione Caroli Cæſaris, Hiſpaniarum Regis inuictiſsimi edita anno.1528.Madritij in Hiſpanorum comitijs ibi conuocatis. cap. 157. Eſt ergo præſumptio, vt qui per legitimum tempus debitum ſuum petere neglexit, ſuum debitum receperit.

*Intel.prag. anni. 1528. c.157.*

*Actio perſonalis iure regio vicẽnio, ius aut exequendi decennio præſcribitur.*

31 Hæc tamen procedebant olim, hodie autem iure regio per decẽnium debitum non prę́ſcribitur quantum ad ipſum ius, ſed tantùm quo ad vim & poteſtatẽ executionis: vt licèt de iure regio inſtrumenta habeant executionem paratam.l.fi.tit. de las excep.lib.3.ordi.&ibi.l.4.tamen id priuilegiũ decennio extinguatur & præſcribatur, ipſa tamẽ obligatio perſonalis viua & integra permaneat duratura per alterum decẽnium poſt primum decennium præteritum. Ita probat text.in.l. 4. tit.13.lib.3.ordi.&in.l.63.in legibus Tauri.incipiente. El derecho de executar. Et ita hæc iura intelligũtur per Rodericum Xuarez.in.l.poſt rem iudicatam.ff.de re iudicata.in.6. limitatione. ſuper. l. regia. qui firmat in vſu forenſi ita receptũ eſſe, & re vera hanc interpretationem vſibus quotidie forenſibus amplectimur. Neq; ad rem pertinet, quòd inſignis Didacus de Couar.in cap.poſſeſſor.de regu.iu.lib. 6.in.2.parte.§. 11. num. 2. parum feliciter tẽtauerit, aliter illas leges intelligere, qui

*Intel.l.4 et l.fi.ti.de las excep.libr. 3.ordi. et.l. 63. Tauri.*

nititur

nititur in vetitum, cùm ſuperior ſenſus
in praxi receptiſsimus ſit.

*Actio pſonalis quæ p litis motionẽ ppetua ſit uſq; ad annos. 30. poſt ultimã ſentẽtiã ſit breuioris uitæ. i. 20. annorũ de iure regio.*

32 Nam licèt ſimplex actio perſonalis ex
eo ſolo, quòd ſemel in iudicium dedu-
cta ſit, per libelli oblationẽ, vel litis con-
teſtationem perpetua efficiatur, & duret
per annos.30.vt in.l.fi. C. de annali exce-
ptione.non tñ propterea ſequitur, vt ab-
ſurdum videatur, vt talis actio poſtquàm
obtentum ſit in iudicio, nõ poſsit breuio
ri tempore quàm. 30. annorum finiri.vt
innuit text.in dict.l.63.Nec erit ignobilis
harum rerum differẽtia: quia poſtquàm
quis litem mouerit, propter moras litis

*Intell.l. 63. Tauri.*

expedit actionem in iudiciũ deductam
longioris eſſe vitæ, quàm eadem actio fu
tura ſit, poſtq̃ iam obtentum eſt. Neq;
victor habet vllum impedimẽtum, quo
minùs ius ſuum conſequatur, quaſi ſub-
ueniendum ſit ei, qui propter litem im-
peditus eſt ius ſuum conſequi, non ſic ei
qui iam obtinuit, & ſic omni impedimẽ-
to liber eſt. argum. legis. ſi fideiuſſor.§.ſi
neceſſaria.ff.qui ſatiſdare cogantur.Quã
rationem differentiæ idem Didacus vbi
ſuprà non videtur percepiſſe, licèt fuſiùs
hanc rem pertractauerit.

*Intellẽ.ad prag. anni 1528.c.157. ut poſt triẽnium præſumatur ſolutio, nec admittitur probatio in cõtrariũ niſi per confeſsionem partis, ſed hoc caſu, qui præſcripſit nõ eſt tutus in foro animæ ſi ſe ſcit debitorem.*

33 Infertur etiã verus intellectus ad con-
ſtitutionem eiuſdem inuictiſsimi Cæſa-
ris.in cap.157.ſuprà allegato.qua cautum
eſt, ꝙ famuli, & reliqui, qui obſequium,
& miniſteriũ dominis ſuis cõtinuò exhi-
bent, poſt triennium mercedem, & ſala-
rium, ſeu ſtipendium à dominis ſuis pe-
tere nequeant, quod triennium currit à
tempore miſsionis. Qua in re à noſtrorũ
pleriſq; vehementer controuerſum eſt,
an talis præſcriptio triennalis in foro ani
mę tuta ſit:& an.l.illa valere poſsit, an ve
rò abrogata videatur, & improbata per
dict.cap.fi.de præſcriptionibus.Sed certè
l.illa iuſtiſsima & firma eſt vtroque iure
per rationem ibi expreſſam. Nam in de-
bitis exiguis difficilis eſt probatio ſolutio
nis:& vt rerũ vſus edocet, dominorum
pleriq; neglectui habent apochas his de
rebus recipere, & conſequenter proſpiciẽ
dum erat huiuſmodi de rebus actiones
breuiùs finiri, ne plerunq; quod domini
famulis perſoluiſſent, rurſus repeteretur.
vnde in dict. conſtitutione poſt trienniũ
elapſum præſumitur facta ſolutio, niſi
probetur contrarium, & per hoc domi-
nus tutus eſt. In foro tamen conſcientiæ
tutus non eſſet, ſi ſciebat ſe debitorem eſ
ſe. Vnde licèt regulariter ſciẽtia rei alienę
ſuperueniens poſt impletam præſcriptio
nem nõ infirmet ius nobis quęſitum per
talem præſcriptionem.vt traditur per no
uiſsimos in rub. de præſcriptio. tamen ſi
poſt talem triennium ipſemet dominus
certus eſſe inciperet mercedem famulo
ſuo ſolutam non fuiſſe, nõ dubito, quin
ad eam perſoluendam teneretur in foro
conſcientiæ, quia tũc ceſſat ratio, quæ in
ipſamet lege expreſſa eſt, per quam ratio-
nem ipſamet lex reſtringẽda eſt, vt tenet
glo.communiter appro.in authen.de hæ
re.ab int.veni.§.fi.& in clemen.1.de elect.
in verbo, eligatur. quas gl. communiter
approbatas diximus ſuprà. nu. 27. Cùm
ergo ratio finalis huius Cæſaris noſtri cõ
ſtitutionis, quæ etiam in ipſa conſtitutio
ne expreſſa fuit, ea ſit, quia plerunq; hu-
iuſmodi debita ſemel iam ſoluta iterum
repetebantur, & ideo breuiſsima vita hu
iuſmodi actiones cõdonatæ fuerint, quę
actiones, remota hac cõſideratione, lon-
giſsima vita dignæ erant, eo ꝙ plerunq;
tenuioribus hominibus (quales ſunt fa-
muli & miniſtri) iſthæc debeantur, ſu-
pereſt, vt ſi conſtet per confeſsionẽ ipſius
domini, & certam ſciẽtiam rem illam de-
bitam eſſe, tunc ipſe tutus non ſit in foro
animæ, niſi id debitum re vera perſoluat.
Hoc ampliùs eadem ratiõe puto tutum
non eſſe etiam in foro contentioſo, ſiqui
dem ipſe fateretur ſe certò ſcire id debi-
tum adhuc eſſe: quia famulo petenti hoc
caſu non tam ius quàm probatio defeciſ
ſe videtur, quæ ſuppletur per domini cõ-
feſsionem. Illud autem putarẽ, quòd & ſi
famulus



famulus debitum ſuum probare vellet
aliter quàm per domini cõfeſsionem, ad-
mittendus non eſſet, quaſi iuris & de iu-
re hæc pręſumptio, quòd per legitimum
triẽnium tacuerit, eſſe videatur, quæ pro-
bationem in contrariũ non admittit, niſi
per ſolam partis confeſsionem. vt tradũt
nouiſsimi in rubr.de præſumpti. Vnde ſi
famuli, & miniſtri alicui⁹ pupilli, qui ſuũ
miniſterium durante tutela ipſius exhi-
buerunt, poſt triẽnium decurſum à tem
pore miſsionis ipſorũ ab ipſo mercedes,
ſtipendia, ſalariáue peterent quaſi non-
dum ſoluta, ipſe autem iuſtè ignoraret
vtrùm ab ſuis tutoribus, vel curatoribus
ſoluta fuiſſent nec ne, tunc putarem tam
in foro cõtentioſo, quàm in foro animæ
eum tutum eſſe, quaſi iuſtam habeat cau
ſam credendi illos mercedes ſuas iam re-
cepiſſe, quemadmodum id lex ſimiliter
credit, atq; præſumit. Ergo poſt triẽnium
dominus aut ſcit ſe ſoluiſſe, & indubitã-
ter vtroq; foro tutus eſt: aut ſcit ſolutum
non eſſe, ſed verè debitum, & tunc neq;
in foro animæ tutus eſt, nec etiam in fo-
ro contentioſo, ſiquidem agnoſcat, & fa
teatur in iudicio debitam rem eſſe. Aut
ignorat debitum ne ſit, an indebitum, &
tunc ſimiliter tutus eſt. Quod procedit
dupliciter. Primùm quando eius ignorã-
tia iuſtiſsima fuit, quia proceſsit ex facto
alieno, putà ex facto tutoris ſui, vel cura-
toris, vel procuratoris, vel negotiorũ ge-
ſtoris, vel eius, quem rebus ſuis præfectũ
habebat, vel ex facto defuncti, cùm ipſe
nomine hæreditario cõueniretur. Secun
dò intelligitur, etiam ſi non tam iuſtam
ignorantiæ cauſam haberet: quale eſt, cũ
ipſe proprio nomine conuenitur, ſed re
vera non recordatur vtrùm id perſolue-
rit nec ne: quod ſæpe accidit magnatib⁹,
atq; potentibus, quorum domus magno
famulitio repleta atq; onerata eſt: nam
poſt triennium à tempore miſsionis præ
teritum ſi quidam famulorum, ſeu mini
ſtrorum petant ſtipendia ſua quaſi non-
dum ſoluta, dominus autem dicat à me-
moria ſua excidiſſe vtrùm id exolutum
fuerit nec ne, & re vera non recordetur,
nõ dubito eum in foro tam ciuili, quàm
canonico, & etiam in foro conſciẽtiæ tu-
tum eſſe, ſiue re vera id debitũ fuerit, ſiue
indebitum. Licèt inſignis Didacus de Co
uarru. vbi ſuprà. de hoc in certam anima
rum perniciem vehementer dubitauerit,
& immeritò, cùm, vt ſuprà diximus, ſuffi-
ciat in præſcriptionibus bona fides orta
etiã ex iniuſta cauſa, at hîc etiã iniuſta nõ
erat. Ex ſuperioribus infertur veram non
eſſe opi.glo.in cap.fi. de præſcrip.dum re
fert opinionẽ exiſtimantium, quòd præ-
ſcriptio tricennalis de iure ciuili procedit
quo ad hoc, vt ſemel dominium rei præ-
ſcriptæ poſſeſſori quæratur, licèt ipſe te-
neatur eam de iure canonico reſtituere.

*Præſcript. cum peccato non inchoatur cũ communi.*

Sed illa gl. iure ab omnibus improbatur
ibidem: quia ex perfidia, & malignitate
ſua lucrum conſequi quis non debet. ar-
gum.l. fi. C. de fideicom. Et cõſultiùs eſt,
quòd dominus rei ſuæ dominium non
amittat, quàm quòd amittat recuperatu-
rus.argum.l.fi.C.in quibus cauſis.in inte
grum reſt.nõ eſt.nec.& quia in dict. c. fi.
expreſſum eſt, vt cum peccato nõ ſolùm
non poſsimus præſcriptionem perficere,
ſed etiam ꝙ eam nõ poſsimus inchoare.

*Præſcribi non poteſt pſonalis actio cũ mala fide cum cõmuni cõtra Bar. et ſequaces.*

34 Infertur veram non eſſe opi.exiſtimã-
tium differentiam eſſe inter actiones per
ſonales, & actiones reales: vt licèt actio-
nes reales non poſsint præſcribi cum ma
la fide, tamen actiones perſonales etiam
cum mala fide poſsint præſcribi, quaſi li-
cèt quis ſciat ſe debitorem eſſe, ſi tamen à
creditore non interpellatur, nõ videatur
eſſe in mala fide, & conſequenter poſsit
præſcribere. Quam opi.tenuerunt Bart.
in.l.ſequitur.§.ſi viam.ff. de vſucap. & in
l.1.eodem tit.Hoſtiẽſis in ſumma. de præ
ſcriptione rerum immobiliũ. §. quæ res.
col.1. verſic. actiones. Roma. in dict.§.ſi
viam. Aegidius Bellamera in cap.fi.nu.6.
de præſcriptionib⁹.deciſio Toloſana.73.
Bald.

Bald.conſil.437.lib.1. Corne.conſil.206. lib.2.idem Corn.conſil.296.lib.3. Bart.in l. hæc autem iura.ff.de ſeruitutibus vrbanorum præ.Carolus Molineus inter conſilia Alexan.conſi.99.lib.4.col.2.qui firmat hanc opi.communem eſſe,& vſu forenſi receptam.Petrus Ferrarienſis in practi.in forma reſponſionis rei conuenti.ſuper verbo,præſcript. prout eos refert Didacus de Couar.vbi ſuprà.

Sed in cõtrarium ſe habet verior opi. quę etiã receptior eſt,vt ſuprà retulimus. pro qua text.expreſſus in dict.cap. vigilãti.vbi nominatim cauetur, vt actiões perſonales ab eo, qui ſcit debitorem ſe eſſe, præſcribi nõ poſsint,nõ magis, q̃ res corporea ab eo poſſeſſore,q ſcit eam eſſe alienã:& re vera in.d.c.vigilãti.&in. d.c.fi. ſi rectè inſpiciantur, prohibetur nõ ſolùm perfectio, ſed etiam inchoatio præſcriptionis cum ſcientia rei alienæ, vel debiti alieni: quinimò debitor dicitur poſsidere,licèt improprijſsimè,id quod debet.vt notatur in.l.regulariter. ff. de peti. hæreditatis.& in illa improprijſsima poſſeſsione nitebatur præſcriptio actionum de iure ciuili, vt in terminis legis, ſicut & lex. omnes.C.de præſcriptione.30.vel.40.annorum.aliter.n.ſine poſſeſsione propria, impropria, vel improprijſsima præſcriptio non procederet.vt in cap.ſine poſſeſſione.de reg.iur.in.6. & cùm præſcriptio nitatur in poſſeſsione ciuili.vt in.l.1.§.per ſeruum qui in fuga.ff.de adqui.poſſeſsione.vbi p̱ nouiſsimos.ſequitur,quòd præſcriptio debiti perſonalis non inchoatur, donec ipſe debitor habeat animum præſcribẽdi,vt per hoc videatur habere quãdam ciuilem & improprijſsimam poſſeſſionem ipſius debiti,in qua nitatur,& inchoetur præſcriptio. vt in dict. §. per ſeruum qui in fuga.Cùm ergo ad inchoandam præſcriptionem neceſſe ſit, vt debitor habeat animũ præſcribendi, & vſurpandi id quod legitimè debebat, quem præſcribendi, & vſurpãdi animum cum bona fide habere non poteſt, ſequitur de iure canonico eum præſcribere non poſſe,id quod pleniùs ex ſuperioribus docemur, ſicq́; hæc pars negatiua apud nos certa,indubitataq́; eſt,eritq́; ſemper.

35 Eo tamẽ caſu,quo actio perſonalis bona fide præſcripta ſit, vel bona fide præſcripta à iure pręſumatur, debitor tut⁹ erit in foro contẽtioſo,ita vt prò eo ſit præſumptio iuris & de iure,quæ nullam probationem in contrarium admittat, præter confeſsionem partis.Ita tenent Didacus de Couar. vbi ſuprà. & Felinus in ca. fi.num.7.de præſcriptionibus.Rom.conſil.102.col.3. Hieronymus gratus in cõſi. 41.col.3.prout refert idẽ Didacus vbi ſuprà.qui tamen tẽtat dicere, vt mala fides præſcribentis poſsit contra eum probari etiam aliter quàm per eius cõfeſsionem.

*Præſcripta actione p̱ſonali debitor eſt tutus in foro contentioſo, cum Feli. & aliis contra Couar.*

35 Cuius tamen opi.ex ſuperioribus planè confutatur.Nam in quibus caſibus actio iúsue perſonale præſcribi poteſt de iure canonico,quale eſt, cũ ex parte præſcribentis erat bona fides,quòd fortè debitum erat hæreditarium,vel erat contractum per tutores, vel curatores,vel procuratores, vel negotiorum geſtores, vel eos qui præfecti erant rebus præſcribẽtis agendis: in ijs caſibus regulariter is qui pręſcripſit,tutus eſt,etiam ſi planè fateretur poſt completam præſcriptionem ad ſuam notitiam veniſſe ſe illam ſummam debuiſſe. Ratio eſt:quia hæ præſcriptiones negligentia & abiectione non petentis nituntur,in cuius manu eſt rem ſuam amittere,abijcere,& pro derelicto habere.l.1.&.2.ff.pro derelicto.Vnde vt rem à domino ſuo pro derelicto habitam iuſtè poſſum acquirere.vt dict.l. 1. &. 2. ita & talem ſummam debitam,quaſi per tanti temporis incuriam ipſe hanc ſummam pro derelicto habuerit.Vnde cùm ex parte præſcribentis nullum vitium malæ fidei arguatur, non eſt cur non legitimè à debito liberatus videatur. Et ita intelligo.d.c. vigilanti. dum loquitur de incu-

*Præſcriptio iuris p̱ſonalis refert fundetur in negligentia non petentis,an uerò in præſũptione ſolutionis.noua declaratio contra Feli.Rom. Gratum.et alios.*





ria & ſegnitie res ſuas negligẽtium.d.l.ſicut.C.de pręſ.30.vel.40.annorũ.)& poſtquàm iã legitimè liberatus eſt, nõ eſt cur indebitũ ſoluere cogatur, etiã ſi fateatur poſt impletã præſcriptionẽ liberationẽq́; partã ad ſuam notitiã veniſſe ſe illã ſummã debuiſſe:vnde ſi propria confeſsio eũ non læderet, lõgè minùs læderet alia regularis probatio.Teneo ergo cõtra Felinũ,Romanũ,Gratũ,& Didacũ,ꝙ etiã cõfeſsio non noceret. hoc. 1. Deinde ꝙ alia probatio lõgè minùs noceret.hoc.2.contra Couar.inſignẽ.Limita quãdo lex fundaret ſe in præſumptione ſolutionis,non aũt in ſegnitie,neglectu,incuria, abiectioneq́; ipſius rei,vt ſuprà oſtendimus.

36 Illud aũt notãdum eſt,ꝙ in q̱bus caſib⁹ actiones certã metã,& veluti certũ tẽpus, atq; limitatã vitã habẽt, in illis caſib⁹ procedit p̄ſcriptio, etiã cũ mala fide.Iſta videtur cõis opi.quã tenẽt Paul.in. l. ſeq̱tur.§. ſiviã.ff.d̄ vſuca.Abb.col.3.&Feli.col.2.in d.c.fi.Balbus de præſcrip.in.2.parte.3.partis prin.q.13.Crot.in.l.oẽs populi. ff.de iuſti.et iur.cõcluſione.11.& in.l.oẽs populi. ff.de iuſt.& iur.fol.antepe.& eſt cõis opi. ſecũdùm Didacũ de Couar.vbi ſuprà verſic.ſeptimò ferè. qui eos refert. quale eſt ſecũdùm eos in actiõe rehibitoria, & quãto minoris.Sed horũ ſentẽtia quo ad generalẽ doctrinã vera nõ eſt, licèt reſtricta ad exempla, veriſsima ſit:nã hodie nulla actio eſt immortalis, quinimò oẽs actiones habẽt certã vitã, atq; limitatam. vt in prin.Inſt.de p̱pet.& tẽp.act.l. ſicut.l. oẽs. C.de præſ.30.vel.40.anno.& tñ non propterea omnis actio p̱ſonalis præſcribitur cũ mala fide,vt iam admonuimus. Ergo ꝙ actiones de dolo biennio tollantur, ꝙ actio rehibitoria,& quãto minoris, & ſimiles breuiùs ipſo iure extinguãtur, etiã ſciẽte eo,cõtra quem cõpetebant, id aliũde effluxit. Nam actionũ quædã oriũtur ex ipſa cõuentione, & competunt ad id, qđ in ipſa cõuentione actũ fuit:quale eſt, cũ vendidi, vel locauirẽ pro cẽtum, tunc datur mihi actio empti, vel locati ad illa centũ aſſequẽda ſcđm tenorem cõuentionis,& hæ actiones nõ præſcribũtur cũ mala fide, vel ſi præſcribũtur de iure ciuili, ſupereſt ius canonicum, quod tales conuentiones exequitur.vt in. c.1. de pactis.iuncto. d.c.vigilanti.& cap.fi.de præſcrip.neglecta tali ciuili præſcriptione.

*Præſcriptio cũ mala fide non p̱cedit, etiã in actionibus temporalibus,cõtra communem.*

Aliæ ſunt actiones, quæ à lege ciuili dantur propter aliquã æquitatẽ extra terminos ipſius conuẽtionis in cõtractu habitæ,& iſtæ actiones vt potuerũt à lege ciuili non concedi, ita lõgè faciliùs potuerunt ſemel conceſſæ moderari, vel certa lege, & forma definiri, certoq́; tempore cõcludi.Et licèt ſuperſit ius canonicũ, tamen per illud nõ exequũtur,vel ſuſtinentur hæ actiones, quia ſunt à lege ciuili accõmodatæ vltra & præter terminos conuẽtionis,quæ in contractu habita fuit, & imputãdum eſt ei, q noluit vti beneficio à lege ſibi cõceſſo in tẽpore permiſſo.Pręterea actiones, quæ cũ mala fide nõ præſcribũtur,ſunt actiones illæ, p̱ quas q̱s tenetur ad aliquid dãdum, vel faciẽdum.§. 1.Inſt.de act. ibi, aduerſariũ aliquid dare aut facere oportere. quod in his actionibus datiuis non eſt.Item ſi is actionem infra tẽpus legitimũ nõ intẽtat, excluditur, nõ quaſi ſuũ ius ab alio ſit præſcriptũ,ſed quaſi ipſe ad id ius nunq̃ fuerit inuitatus.

37 Deniq; ſimile eſt, qđ ab Ancharano traditũ eſt in regula. Sine poſſeſsione. de reg.iu.in.6.fol.3.verſi.itẽ intelligas.vbi tenet hæredem poſſe præſcribere rẽ Titio legatam legatario nõ petẽte, etiam ſi hæres ipſe ſciret rẽ illam Titio legatam fuiſſe.Sequuntur Soci.conſi.2.in fi.lib.3.Balbus de præſcriptionibus.2.parte. 3. partis principalis.q.13.Ripa in.l.fi. de reuocãdis donatiõibus.q.69.Paul.Pariſius.cõſi. 92. lib.3.n.34.Soci.iunior.conſil.145.n.71.qđ & tenet Antonius à Fano de pignoribus. 6. parte. 2. membro. num. 22. Marianus Soci.conſi.63.col.4.lib.1. Tiraquell.in.l. ſi vnquam. in verbo,reuertatur.n.311. C.

*Hæres etiã ſcienter rẽ Titio legatam poteſt præſcribere ſecundũ cõmunem, nos cõtra.*

dereuocand. donatio. Decius conſi.554.
quos refert & ſeqtur Didacus de Couar.
lib.1.variarum reſolutionũ.c.9.n. 5. Quæ
ſententia vera eſſe non poteſt per text. in
l.ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. ff. de lega.1.
cum ibi latè notatis per glo. Bar. Alexan.
& alios. vbi ſiue legatarius repudiauerit
legatum, ipſam rem legatã ad hæredem
pertinuiſſe ſemper intelligimus iure ſuo,
nõ iure præſcripto, ſiue etiam legatarius
adierit, ſeu agnouerit legatum tempore
à lege permiſſo, ſemper ad ipſum legata-
rium pertinuiſſe videtur: ergo impoſsibi
le eſt eſſe vllum caſum, in quo ad hære-
dem titulo præſcriptiõis pertineat. Nam
vt legatario expreſsim repudiante res le-
gata pertinet ad hæredem iure hæredita-
rio non titulo præſcriptionis: ita quoque
legatario per lapſum temporis tacitè re-
pudiante ad hæredem pertineret iure &
titulo hæreditario, nõ titulo præſcriptio
nis, quæ hac in re locum habere non po-
teſt, nam temporis lapſus exæquatur re
pudiatio. l.ſi quis filium. C. de inoffi.teſt.

38 Illud autem ſimillimum eſt, licèt ve-
hementer cõtrouerſum, vtrùm emptor,
qui ex conuẽtione reuendere rẽ emptam
intra certũ tempus tenetur, poſsit ſciẽter
liberare ſe per lapſum tẽporis ab illa obli
gatione reuendendi? Et ſunt qui putent
non poſſe, quaſi id ſit genus quoddam
præſcriptionis, quæ cum mala fide cõtin
gere nõ poteſt. Ita tenent Fabianus à ſan-
cto Sibini in tractatu de emptione.3. q.7.
quæſtionis prin. Pariſius conſil.92.nu.36.
lib.3. Felinus in rub. de præſcriptionibus.
col.pen. Caſſanæus conſi.11.n.29. Gerar-
dus ſingulari.18. Fulg. conſi.122. In con-
trarium tamẽ ſe habet cõmunis opi. quã
tenet Bald. conſi.303. lib.1. prout refert &
ſequitur Didacus de Couar. variarũ reſo-
lutionũ. lib.1.c.9.n.5. qa ius retrahẽdi cõ-
petit vẽditori, ſub hac cõditione, ſi illud
intra tẽpus ꝑſtitutũ voluerit, quo tẽpore
præterito, excluditur: non quaſi illud ius
ab alio præſcriptũ, vel vſurpatum fuerit,

*Reuendere qui infra certum tẽpus tenetur illo præterito etiam ſcienter liberatur, cũ cõmuni cõtra Caſſanæũ & nouiſsi.*

ſed quaſi ipſe ad illud ius nunq̃ fuiſſet in-
uitatus. Eſt enim illud beneficiũ quoddã,
quod extra terminos cõuentionis à lege
pollicetur non purè, ſed ſub conditione,
qua cõditione defecta. l. pollicetur nihil:
ſicq́; hoc caſu tale beneficiũ non tã præ-
ſcriptũ, q̃ nunquã datũ videtur. ſicq́; eſt
tex. not. in ſimili in. l. quib⁹ diebus. §. qui-
dam Titio. ff. de cõdi. & dem. ibi, nam q̃d
adeptũ eſt, id nec datũ quidẽ intelligitur.

Superiora ꝓcedũt in cõtractibus, in vlti
mis verò volũtatib⁹ (vt illuc redeam⁹ vn-
de digreſsi ſumus) magis eſt vt teſtator
poſsit prohibere vſucapi. ſaltẽ in præiudi
cium hæredis: quia appellatiõe alienatio
nis, etiã vſucapio cõtinetur. l. alienatiõis
verbũ. ff. de verb. ſigni. Vnde vt teſtator
poteſt reliquas alienationis ſpecies prohi
bere. vt in. l. filiusf. §. diui. vbi latè per Bar.
& omnes. ff. de lega.1. & in. l. vnũ ex fami
lia. per totã. & in. l. peto. per totã. ff. de le-
ga.2. ita etiam poterit prohibere vſucapi.
Vnde ſi teſtator præcipiat, ne vllã rerum
in hęreditate inuẽtarum poſsit hæres, vel
legatarius præſcribere, eius præceptũ fir-
mum eſſe puto, licèt in ſpecie nõ inueniã
tactum. Quãuis in cõtractibus aliud fo-
ret: quia, vt iam admonuimus, cõtrahen
tium poteſtas in alienationibus, vel vſu-
capionibus prohibẽdis non tãta eſt, quã-
ta teſtatorũ. Sunt. n. inter teſtãtes & con-
trahẽtes aliæ quãplures nõ ignobiles dif-
ferẽtiæ, quas enumerat Iaſ. in. l. quæ de le-
gato. ff. de lega. 1. facit q̃d diximus ſuprà
§.10.n.15. Cogita tñ, qa nõ firmo. Nã licèt
teſtator rerũ alienationẽ ꝓhibere poſsit,
tñ per cõtrariũ ꝙ poſsit prohibere acqui-
ſitionẽ, nunq̃ lectũ nuſquã relatum, ſed
eius ꝓhibitio in hoc vtilis erit, vt ſi rẽ ſuã
vendicãti hęres repellat exceptiõe pręſcri
ptionis, ille replicet de prohibitione teſtã
tis, quæ vim habebit nouæ cõceſsionis.

*Præſcriptionem an teſtator uetare poßit noua declaratio.*

Deniq; ex dictis ſuprà. n.28. & n.34. in
fertur vera interpretatio ad ſtatutum Sal-
mãticẽſis almæ Academiæ, quo cauetur,
vt lectores, ſeu præceptores ꝑ quindecim
dierum

*Statutũ Salmãti. Acad. declaratur ſuper aulis præſcribendis.*



dierum ſpatiũ continuũ eam aulam, vbi
legere cœperunt, præſcribant, ad hunc tã
tùm effectum, vt licèt alius antiquior in
gradu doctoratus, licẽtiæ, ſeu bacchalau
reatus ibidem legere, ſeu edocere velit, eũ
qui prior aulam illam occupauit, exclu-
dere nequeat, nec ſe poſsit ibi recipere:
qua in re ſępe vſu venit, vt antiquiorũ nõ
nulli cùm intellexerint iuniores aulam
occupaſſe, legere, & edocere ibi incepiſ-
ſe, feſtinent ſimiliter ad legẽdum, & præ-
cipiendum longè fortè maturiùs, quàm
fieret, vel quàm facturi erant, ne iunio-
res tempore aulas præſcribãt, quibus ſic
pręſcriptis, per totum illum annum non
ſit ius veterioribus edocẽdi, cùm aularũ
nulla vacua relicta ſit vbi ſeſe recipiant.
Qui quidem veteriores ſolent cum illis
iunioribus ſic cõuenire, & colloqui. No-
bis quidem animus nõ erat modò legen-
di, edocendíue, ſed longè poſtea: verùm
ne intereà ius in huiuſcemodi aulis legẽ-
di & edocendi præſcribatis, ita vt poſtea
nobis ius, poteſtasq́; non ſit vos iuniores
ab aulis deijciendi, excludendi, repellen-
di, maturiùs feſtinauimus, vnde hac legẽ
vos interea quietos relinquemus, vt cùm
nos edocere velimus, nõ obijciatis nobis
ius pręſcriptionis quindecim dierum.

Huiuſmodi ergo habita conuẽtione
cõtrouerti ſolet, an ipſo iure quindecim
dierum impediatur præſcriptio? Mouet
quæſtionem, quòd iuri præſcribendi pa-
cto renuntiari non poteſt, ſecũdùm rece
ptiorem ſententiam, quã contra alteram
communem opi. ſuprà. n. 6. cum ſeq. de-
fendim⁹. Vnde in ſpecie noſtra is q̃ prior
edocere cœpit, nõ dubiè præſcriptionem
perfecit, pactione nihil obſtante. Verùm
quia iniquum eſſet hac in re & ſimilibus
fraudem ſuam illi præſcribenti aduer-
ſus illum qui ſecũ pactus fuerat patroci-
nari, ideo ſi ipſe præſcriptionem obijciat,
replicabitur per exceptionẽ de dolo, vel
in factum. argu. l. purè. §. fi. & ferè per to-
tum. ff. de dolo. Ergo ille poſſeſſor, qui

prior legere cœpit, contra omnes iure, re
ctè, riteq́; præſcriptionem ſuam inchoa-
tam pactione non obſtante perfecit, eaq́;
præſcriptio efficax erit aduerſus omnes,
præterquàm illũ, qui ſecum pactus eſt,
cui contra exceptionẽ præſcriptionis da-
bitur replicatio vel doli, vel in factum,
quaſi hoc caſu ille poſſeſſor in mala fide
conſtitutus videatur reſpectu ſolius pa-
ſciſcentis, non reſpectu cæterorũ, ne mala
fides reſpectu vnius impediat pręſcriptio
nem reſpectu alterius. licèt hac in re non
propriè ſit mala fides.

Vidimus, an teſtator, vel contrahẽtes
poſsint prohibere præſcriptionẽ, vel vſu-
capionem: modò autem reliquum eſt, &
ſuperioribus proximum, vt diſpiciamus,
an lege iuſtè induci poſsit, ne vel genera-
liter, vel in caſibus quibuſdã pręſcriptio,
vel vſucapio procedat. Quę res quia ſum
mæ vtilitatis nobis ſemper viſa eſt, & vſu
forenſi vſitatiſsima, reliquisq́; frequen-
tior, ideo eam diſſerendam longiore ali-
quantulum cenſura putauimus.

Et cùm varijs in locis hãc rem noſtro-
rum nonnulli attigerint, tamen nullibi
ſatis plenè, aut diligenter, pręterquàm in
l.fi. C. in quibus cauſis in integ. reſtit. ne.
non eſt. qui eſt princeps textus huius ma
terię, exigua tamen dote à noſtris illuſtra
tus, cuius verba ita habent.

Sancimus fauore imperfectę ætatis ex
ceptionẽ nõ nu. pe. ab initio minorib⁹ nõ
currere, ne dũ in integrũ reſtitutionẽ ex
pectamus, vel aliquod emergat obſtacu
lũ, per quod huiuſmodi beneficio minor
vti non poſsit, vel ſubſtantia eius ſubuer
tatur. Sed humaniùs eſt latiùs eãdem le-
gis interpretationẽ extẽdere in omnibus
caſibus, in quibus vetera iura currere
quidem tẽporales præſcriptiones aduer-
ſus minores conceſſerunt: per in integrũ
autem reſtitutionẽ eis ſubueniebant eas
ipſo iure non currere. Meliùs etenim eſt
intacta eorum iura ſeruari, quàm poſt
cauſam vulneratam remedium quęrere,

videlicet exceptionibus triginta,vel qua
draginta annorũ in ſuo ſtatu remanenti
bus.D.Caléd.Nouembr.Conſtantinop.
poſt Lampadium & Oreſtem.

Et hãc legẽ finalẽ libuit inſerere, ꝗa eã
hac in re ſæpius allegaturi ſumus ad ple-
raſq; huius rei cõtrouerſias, lõgiuſq; ali-
quãtulũ hac de re agemus: ꝗa inter ſubti
litates anim⁹ fuit res ſerias,inq; praxi vſi-
tatas miſcere,præſertim malè à noſtris di
geſtas, id qđ hac in re euenire intelligo.

Diuide iſtã. l.in quatuor partes.vt ibid.
per Bar.qui ponit caſum ſub nube. Et ꝗa
materia huius legis eſt valde implicita,
vtilis, & ſubtilis ſecũdùm Paul.in.l.ſi in-
tra.in fi.C.de nõ nu.pe.neceſſe eſt aliquid
præmitti pro declaratione text. & mate-
riæ.argu.l.1.in fi.ff.de origi.iur.cum ſimi.

*Minoribus currit præſcriptio cœpta contra prædeceſſores,cũ communi.*

39 Præmitto ergo primò,ꝙ ſecundùm com
munẽ intellectũ.d.l.fi.loquitur đ præſcri
ptionibus, quæ incipiũt contra minorẽ,
nõ de incœptis cõtra prędeceſſorẽ,in qui
bus quid iuris ſit,infrà ſubijciã.In illis er-
go,quæ cõtra minorẽ incipiũt,ſunt habẽ
di tres caſus in cõſideratione de iure anti
quo.Nã quãdoq; currebãt,& nõ reſtitue
batur minor.Quãdoq; nullo modo cur-
rebãt.Quãdoq; &.3.currebãt,& reſtitue-
batur.Exẽplum primi.ſ.in.l. auxiliũ.ff.de
minori.vbi in executionibus pœnarũ mi
nori nõ dabatur reſtitutio. Itẽ in delictis.
vt.§.in delictis.eadẽ.l. C.ſi aduer.delict.ꝑ
totũ.Itẽ in caſu.l.ſi mater.C. ne đ ſtat.de-
fun. vbi præſcriptio quinquẽnalis ad ac-
cuſandũ de ſtatu defuncti, currebat rei-
publicæ & pupillo, ita ꝙ nõ reſtitueban-
tur,& in ijs nihil innouatur per.d.l. Exẽ-
plum ſecũdi,ſcilicet, quãdo nullo modo
currebãt.vt in.l. adoleſcẽtis.C. in quibus
cau.in integ.reſt.vbi quinquenniũ,quod
datur ad rumpendum teſtamentum per
querelam.vt.l.ſi quis filium.in fine.C. de
inofficioſo teſtamento. non currit mino
ribus. vt ibi.& in.l. contra maiores. C. de
inoffi.teſta.quod non currit minoribus.
vt ibi.& vide in.l.cõtra maiores.C. de in-
offi.teſt.per doct.Itẽ pone in.l.interdũ. ff.
de mino.vbi tẽpus, qđ datur ad petẽdam
reſtitutionẽ, illud nõ currebat etiã de iu-
re antiquo durante minori ætate, quia ſi
incurriſſet, daretur reſtitutio cõtra illud
tempus,quod eſſet abſurdũ. Item potes
ponere exẽplum in iure agẽdi ad ſupple-
mentum,ſcilicet,ꝙ tẽpus datum ad agen
dum ad ſupplemẽtum non currat in mi-
nori ætate.ſecũdùm Bal.in.d.l.adoleſcen
tiæ. Quod eſt verũ,retenta illa opinione,
ꝙ ius agendi ad ſupplementum tollatur
quinquẽnio ad inſtar querelæ. ſecũdùm
Bar.in.l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſtam.
Retentã tamen alia opinione, quæ eſt cõ
munior,id eſt,ꝙ duret perpetuò, quia ad
illud competit cõdictio ex.l.quæ eſt per-
ſonalis.vt plenè per omnes in.l.omnimo
do.eod.tit.& latiùs per Iaſo. in.d.l.ſi quis
filium.tunc de eo iudicares, vt de alijs a-
ctionibus perpetuis, de quibus in fine hu
ius legis, vbi dicitur, & in iſtis etiã hodie
nihil innouatur; quia nõ erat neceſſe, ex
quo olim nõ currebat.Et ſic habes,ꝙ vbi
de iure antiquo prǫſcriptio currebat ſine
ſpe reſtitutionis, itẽ vbi nullo modo cur-
rebat, nil innouetur per hãc.d.l.fi.Erat &
tertius caſus vt dixi,ſcilicet quãdo curre-
bat & reſtituebatur minor, & in ijs inno
uat hæc lex,ſcilicet,ꝙ hodie ipſo iure ſer-
uetur illęſus ꝑ rationẽ literæ.meli⁹. n. eſt
intacta eorũ iura.&c.hoc tñ fallit in caſi-
bus,de quibus dicetur infrà ſuo loco.

*Minoribus an iure ueteri curreret præſcriptio.*

40 Secũdò eſt præmittẽdum, vel quæren-
dũ,ꝗd inducit hæc lex.fi.vel qualiter poſ
ſit exẽplificari, nã videtur ꝙ nil inducat.
Quod probatur. Nã de iure antiquo res
pupilli nõ poterãt vſucapi. vt eſt caſus in
l.bonæ fidei.poſt princip.ff.de acqui.rer.
domi.idẽ in rebus adulti.l.1.& fi.C.ſi quis
ign. rem mino.eſſe ſine decre. cõpa. &.l.
non eſt incognitũ.C.quibus nõ obſt.lõ-
gi tẽpor. præſcrip. ergo fruſtra eſt facta
hæc lex, quæ videtur hoc inducere de no
uo. Super ſolutione horũ contrariorum
dubitãt doct.& quaſi nihil firmãt,& tãta
fuit



fuit dubietas, ꝙ gloſſæ iſtũ paſſum quaſi
indiſcuſſum reliquerũt, vt inquit Bald.in
d.l.non eſt incognitũ.Bart.in.d.l.fi.tenet
primã ſolutionẽ gloſſæ, ꝙ leges cõtrariæ,
quæ dicũt non currere præſcriptio. cõtra
minores,intelligãtur.ſ.cũ effectu,ꝗa reſti
tuũtur, lex aũt iſta fi.inducat de nouo,ꝙ

*Minor anſeruetur illæſus in præſcriptione cœpta contra eius prædeceſſorem.*

41 hodie non ſit neceſſaria reſtitutio.Bal. ve
rò in.d.l.nõ eſt incognitũ. vidẽs ꝙ illæ le-
ges directò dicunt ꝙ non currat præſcri-
ptio,dicit, ꝙ aut præſcriptio incipit à mi-
nore, & tũc nullo modo currat cõtra eũ
per dictas leges, & quo ad hoc nihil đ no
uo inducat hæc lex: aut cœpit à maiore,
& iſto caſu de iure antiquo currebat con
tra minorẽ,ſed dabatur reſtitutio.l.etiam
ei.ff.de mino.notatur plenè in.l.1.C.ſi ad
uer. vſucapio. & in ijs innouat hæc lex.ſ.
ꝙ hodie cœptæ cõtra maiorẽ,non currãt
contra minorem, & dicit ꝙ iſte eſt verus
intellectus ad iſtam.l.fin.& ibi ſuper hoc
recitat aliquas opiniões,quas ꝑ te videas.
Sed certè licèt Bald.dicat, ꝙ ille eſt verus
intellectus ad hãc. l. fi. ego credo ꝙ malè
loquitur,imò deberet eſſe totum ecõtra,
ſcilicet ꝙ in cœptis cõtra maiorem, nihil
hodie innouetur, in cœptis autem cõtra
minorem, innouetur per hanc legem fi.
Primò,quia cõmunis ſentẽtia eſt, vt infrà
dicã, ꝙ in præſcriptionibus cœptis cõtra
maiorẽ, nihil hodie ſit immutatum, imò
currant contra minorẽ,ſed reſtituitur, vt
per Bar.& Paul.ibid. & per Paul.in.l.1.C.
ſi aduer. vſucapio. Secundò allego eun-
dem Bal.tenentem contrarium in. d. l. 1.
C.ſi aduer.vſucapio.non faciens mentio
nem de eo quod dixit in.d.l.non eſt. vbi
dicit,ꝙ in pupillo,& adulto quando præ
ſcriptio incipit à prædeceſſore, nihil eſt
innouatum,imò currit, & reſtituitur, &
ſic remanet incorrecta.l.1.C. đ vſucapio.
trãsfor.Inſtitut. de vſucapio.§.1.&.§. diu-
tina. ſic ergo in cœpit contra maiorem,
licèt poſtea poſsit reſtitui. Et hanc ratio
nẽ ſentit Bart.in dict.l.fi.2. col. in medio.
& Bal.in.l.1.C.ſi aduer.vſucapio.Quartò

*Præſcriptio cœpta contra priuatum, cui ſucceßit eccleſia, non uariatur.*

cõtra Bal.allego bonã gl.in ſimili ĩ auth.
quas actiões.đ ſacroſ.eccl.vlt.q. in gl.ma
gna. quæ tenet,ꝙ præſcriptio. 10. 20. vel
30.annorũ. quæ cœpit contra priuatum,
non mutatur,licèt poſtea ei eccleſia ſuc-
cedat.Sic dicamus, quãdo minor ſucce-
dit maiori, & bene applico eũ in materia
præſcriptionũ.in omnibus & per omnia
eccleſia æquiparetur minori.in.c.auditis.
de in integ.reſtitu.& ibi in glo. magna in
ver. reſtituimus. & ibi notat Abb. 3. col.
licèt nimis indiſtinctè loquatur, vt infrà
patebit. Quintò cõtra Bar.faciũt omnia
iura, quæ dicũt priuilegiatũ ſuccedẽtem
nõ priuilegiato, non gaudere priuilegio
ſuo.l.ſi intra.& ibi glo.C. de non nu.pec.
l.polla.C.de ijs quibus vt indignis.l.cùm
filius.§.in hac.cum concordan.de verbo.
oblig. Sextò & iſtud magis ſtringit. Nã
67 *INuentarium ſi tutor facere uetitus ſit à teſtare, non tantùm ex noua, ſed etiam ex uetere cauſa, poteſt iudex ſuſpectum habere tutorem, & eum compellere, ut faciat inuentarium, cũ Ripa, & Aretin. contra Ange.*

68 *Inuentariũ uetare poteſt teſtator etiã hæredibus cum communi.*

69 *Inuentario per teſtatorem uetito non fit præiudicium credito ibus, cum communi.*

70 *Inuentario per teſtatorem uetito, fit præiudicium legatarijs, cum communi contra nouiſſi.*

71 *Teſtator immobilia minorum diſpenſare non poteſt ut ſine decreto alienentur.*

72 *Immobilia mino. nõ alienari ſine d̃creto ampl. 22*

73 *Minor curatorẽ non habẽs, ſiuẽdit ſine decreto rẽ immo. an ſit ipſo iure nullus cõtractus, an uerò reſcindatur ꝑ reſti. cõcluditur ꝗ eſt nullus ipſo iure per. 11. argument.*

*Minores licèt impetrarẽt ueniam ætatis non poſſunt alienare prædia ſine decreto.*

*Tutor non poteſt authoritatẽ dare ad donandum.*

74 *Minor curatorẽ nõ habens etiã mobilia quæ ſeruãdo ſeruari poſſũt nõ põt ſine d̃creto alienare*

75 *Teſtatoris permiſſio defuncti pro decreto eſt.*

76 *Adultus põt alienare in ultima uoluntate ſine decreto, cum communi.*

77 *Teſtator rem, quã adulto legauit, licèt uenalẽ haberet, non tamẽ uidetur ei eius alienat. permiſiſſe.*

78 *Minor poteſt rem ſoli alienari, quãdo ſocius prouocat ad diuiſi.*

79 *Res ſoli minorum cũ decreto poteſt alienari.*

80 *Alienare mobilia pater an poſſit ſine decreto ob cauſam neceſſariam contra communem.*

81 *Quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ab adulto curatorem non habente poſſunt alienari.*

82 *Dominij an translatio impediatur per prohibitionem alienationis factam inter uiuos.*

83 *Prohibitio iudicis an impediat translatio. dominij.*

84 *Alienatione uetita quando paſciſcens aliquod ius reſeruauit, impeditur translatio dominij.*

85 *Idem ſi concurrit cum prohibitione legis.*

86 *Idem ſi alienatio non eſſet reuocabilis.*

87 *Prohibitio teſtat. impedit translatio. dominij.*

88 *Alienatione uetita, an impediatur hæredis inſtitutio.*

89 *Prohibitio legis impedit translatio. dominij.*

90 *Prohibitio. l. uel ſtatuti an impediat hæredis inſtitutionem.*

*Alienationis prohibitio, an impediat hæredis inſtitutionem. argu. contra communem.*

91 *Prohibitio. l. ꝗ impediat hæredis inſtit. fallit caſibus.*

*Teſtamentum ſolenne ut in uim tantùm codicillorum ualeat teſtator efficere nequit contra communem.*

*Intell. tituli. ff. quæ in teſtam. delentur.*

*Intell. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordi.*

*Intell. l. 3. Tauri.*




REDEVNDO ad
articulũ de poteſtate te-
ſtantis circa legis tranſ-
greſsionem, infertur. 43.
& principaliter, an teſta-
tor poſsit vetare ne fiat
etiam per tutorem inuentarium. Qua in
re cõmunis & vera opi. eſt poſſe. per text.
in. l. fi. §. illo. C. arbitrium tutelæ. Ita tenet
Bart. in dict. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. n.
12. cum quo eſt communis opi. vt per Iaſ.
ibi lectura. 1. n. 51. & in. 2. lect. nu. 65. Ripa.
num. 80. Hannibalis. n. 565. Bar. in. l. tutor
qui repertorium. in prin. ff. de admi. tuto
rũ. Ratio, quia fortè ipſius pupilli intereſt
ne fiat inuẽtarium, ne eius pauperies, in-
opiaq́; detegatur. l. 2. ff. de alimentis pu-
pillo præſtandis. &. ff. quando & quibus
quarta pars. l. 2. &. d. l. tutor qui reperto-
rium. Limita ſecundùm Bar. & commu-
nem opinionem ſuprà relatam, vt tamen
non intelligatur iudici adempta facultas
conſiderãdi, an id pupillo expediat: nam
& tutor à patre datus confirmandus eſt.
l. 1. l. à filio. l. in confirmãdo. l. vtilitatem.
ff. de confirma. tutor. Itaq; aut inuenta-
rium nõ fieri expediebat ipſi pupillo, aut
conſtabat expedire, aut dubitatur. Pri-
mo caſu, quando conſtat expedire pupil-
67 lo, ſequenda eſt patris voluntas. Secun-
do caſu, quãdo conſtat non expedire, vi
detur vt nõ aliter poſsit à patris volunta-
te iudex diſcedere, quàm ſi noua cauſa ſu
ſpicionis poſt teſtamẽtum emerſerit con
tra tutorem. argum. d. l. vtilitatem. Et ita
per illum tex. tenuit Ange. conſi. 144. Re
uocatur in dubium. Contrarium tenent
Aretinus in dict. l. nemo poteſt. & Fran-
ciſcus de Ripa. n. 84. per tex. in. l. 3. §. quan
uis. ibi. minus perſpecto cõſilio. ff. de ad-
miniſt. tutorum. vbi expreſſum eſt, ſi mi-
nus perſpecto conſilio proceſsit teſtator,
hac in re eius voluntatem ſequendã non
eſſe. ad idem text. in. l. pen. ff. de curatore
furioſi. ibi, addita cauſa neceſsitateq́; con
ſilij ſui. Nam cùm tutoris curæ ſit corpus
ſaluſq́; ipſius pupilli non ſecus quã bo-
na. l. conſilio. ff. de curato. furioſi. in prin.
Inſt. de tutelis. conſequens eſt emendari
per Prætorem poſſe incuriã ſeu errorem
teſtantis.

*Inuentariũ ſi tutor facere uetitus ſit à teſtatore non tantùm ex noua ſed etiã ex uetere cauſa, põt iudex ſuſpectum habere tutorẽ, & eum cõpellere, ut faciat inuẽtarium cũ Ripa & Areti. contra Ange.*

Quòd ſi dubitetur, an inuentariũ non
cõfici expediat nec ne ipſi pupillo, ſequẽ-
da eſt patris volũtas, quem præſumo con
ſultiſsimè filio ſuo proſpexiſſe. dict. l. 3. in
prin. ff. de adminiſt. tutorum. cum alijs
ſuprà citatis.

68 Infertur. 44. & principaliter, an teſta-
tor poſsit prohibere hæredibus ſuis ne fa
ciant inuentarium. Qua in re commu-
nis opi. eſt vt poſsit. vt reſoluit Decius cõ
ſilio. 418. n. 14. & conſil. 633. num. 7. Pari-
ſius cõſi. 21. lib. 2. n. 54. idem Pariſius cõſi.
79. lib. 2. n. 18. Alex. in dict. l. nemo poteſt.
num. 18. Crotus ibidem. n. 30. & Hãniba-
lis. n. 596. & Ripa. n. 80. cum ſequẽt. & Iaſ.
in. 1. lect. n. 51. cum ſeq. & in col. fi. & in. 2.
lectu. n. 65. Bald. in. l. fi. §. cùm igitur. C. de
iure delibe. idem Bal. in. l. fi. C. arbitrium
tutelæ. Paul. in dict. l. nemo poteſt. Bald.

*Inuentariũ uetare põt teſtator etiam hæredibus, cũ communi.*

in.l.cùm tale.§.1.ff.de condi.& demonſt.

*Inuentario per teſtatorem uetito non ſit præiudiciũ creditoribus, cũ cõmuni.*

69 Intellige quòd talis prohibitio non nocebit creditoribus, quibus in ſolidum tenebitur hæres inuẽtario non confecto. Iſta eſt vera & communis opinio, quam tenent omnes, quos modò retulimus: teſtator enim creditoribus ſuis præiudiciũ facere non poteſt. l. filiusfami.§.diui.ff.de lega.1.

*Inuentario per teſtatorem uetito, ſit præiudicium legatarijs, cum cõmuni cõtra nouiſsi.*

70 Secundò intellige, quòd talis remiſsio inuentarij etiam legatarijs non nocebit. Ita tenent Bal.in.l.fi.§.igitur.C.arbitrium tutelæ. & defendit contra communem ſentẽtiam ſuprà relatam. Crotus in dict.l. nemo poteſt.num.30. & Iaſo. ibi lectu.1. num.96.col.fi.ſentit Paul.in.l.cùm tale.§. 1.ff.de cond.& demõſt. Mouentur, quia talis remiſsio præbet occaſionem delinquendi.argum.tex.in.§.hinc nobis. in authen.de hæredibus & falci. Præceptum autem teſtatoris, quod præbet occaſionem delinquendi, ſeruandum non eſt.vt in.l.ſcire.cum ibi notatis. C. vt in poſ. legatorum.& diximus ſuprà.

Tene cõtrarium, ſcilicet, quòd in præiudicium legatariorum inuẽtarij confectionem remittere poſsit. Caſus eſt in.l. cùm tale.§.1.ff.de condi.& demonſt.iuncta.l.fi.§.fi. C. arbitr.tut.& dict.l.quidam decedens.ff.de admi.tutorum. vbi teſtator poteſt remittere tam neceſsitatẽ reddendi rationem, quàm inuentarij conficiendi. Nec obſt.quòd dolus futurus remitti nequeat: nam per remiſsionem rationum dolus non videtur remiſſus, ſed lata culpa ei, qui de leui non tenebatur, ſed de lata tãtùm.vt.d.l.cùm tale.§.1.iuncta.l.mulier.§.ſed enim.ff. ad Trebel. vel leuis ei, qui de leuiſsima non tenebatur: at tenebatur tamen de leui. vt.l. quidam decedens. alle.iuncta.l.tutori. C. de neg. geſtis. itaq; talis remiſsio interpretatur, vt operetur quanto minus poteſt, dummodò aliquid operetur.iuxta.l.ſi quãdo. ff.de lega.1. Item licèt remittatur confectio inuẽtarij, per hoc dolus nec videtur, nec poteſt videri remiſſus. iuxta dict. l. ſi vnius.§.illud. cum ſim.ſed culpa tantùm, quę vt probaui, remitti poteſt. Non obſt. quòd hæres videatur malignè omittere cõfectionem inuẽtarij: nam illud eſt quãdo à teſtatore ſibi remiſſum nõ eſt, ſecùs ſi ſit remiſſum.vt dict.l.fi.§.fi. quia cùm à teſtatore eius fides ſit approbata, de ea malè non eſt præſumendum. argu. in prin. Inſt.de ſatiſdatione tutorum. & ibid.§.1. Præterea delictũ non eſt præſumẽdum. l.merito.in prĩ.ff.pro ſocio. Vnde teneo, quòd teſtator in præiudicium legatariorum remittere confectionem inuentarij poteſt. Sed obſt.adhuc fortiter.l. ſcire. C. vt in poſſ.lega.in.2.reſp. Sed dic, quod remiſsio illius cautiõis prodeſt legatario, & nocet hæredi: ſed remiſsio rationis, vel inuẽtarij prodeſt hæredi, & nocet legatario: vnde licèt ead.ratio in vtraq; prohibitione vertatur, tñ magis hęredi, quàm legatario fauetur: vt quando nocet hęredi prohibitio non valeat, licèt valeat quando legatario nocet. Neq; ad rem pertinet text. in authen.de hær.& fal.§.hinc nobis.vbi hęres iubetur ſub hac pœna inuẽtarium facere, vt ſi id omiſerit, teneatur legatarijs in ſolidum, nõ ſecùs quàm creditoribus. Vnde quemadmodum creditoribus hæreditarijs ſi non fecerit inuẽtarium in ſolidũ tenetur, etiam ſi ex permiſsione, vel præcepto teſtatoris inuẽtarium facere diſtulerit: ita quoq; tenetur in ſolidum, etiã quo ad legatarios, vt per illum text. probari videtur, qui pro hac opinione cõtra cõmunem longè fortiùs vrgere videtur.

Defendendo tamen communem ſententiam, conſidera, quòd iure vetere antequàm inuentarium in vſu eſſe cœpiſſet, hæres creditoribus tenebatur etiam vltra vires hæreditatis.l. ſi te bonis. C. de iure delibe.l.1.§. ſi is qui quadringenta. ff. ad Trebellia.l.quia poterat.eodem tit.§. ſed neq;. Inſt.de auth.tuto. legatarijs autem vſq; ad vires tantùm hæreditatis tenebatur, nõ vltra.l.ſi vniuerſæ.C.de lega. Iure nouo



nouo per confectionem inuentarij hæres habet hoc beneficium, vt etiam creditoribus vltra vires nõ teneatur non magis quàm legatarijs.l.fi.in prin. &.§.1.C. de iure delibe. Iure autem nouiſsimo nõ ſolùm carebit hoc beneficio, ſi inuentarium non fecerit, ſed etiam in hoc punitur, quòd legatarijs tenetur in ſolidũ, ſicq; durioris conditionis eſt, quàm olim fuiſſet. dict.§.hinc nobis.&.§. ſi verò non fecerit. in authen.de hære.& fal. Et conſequẽter licèt per teſtatorem diſpenſetur vt inuentarium non faciat, tamen non inde ſequitur, quod teſtator voluerit vt in ſolidum legatarijs nõ teneatur, quinimò & ſi id expreſsim vellet teſtator, fortè non poſſet. Ergo priùs inquirenda eſt hac in re poteſtas teſtatoris, deinde eius voluntas inueſtiganda. Et quòd id teſtator poſsit, videtur.argum.regulę generalis dicentis, Diſponat teſtator, & erit lex. vt in authẽ. de nupti.§. deinceps.l.in conditionibus primum locum.ff.de cond.& demõſ. etiam ſi per hoc recederetur à regulis iuris, vt ſuprà mille docuimus exẽplis. Rurſus quod teſtator nõ poſsit, videtur argumẽto illius regulæ generalis, dicentis neminem poſſe facere, quin in ſuo teſtamento leges locum habeant.l.nemo poteſt.ff.de lega.1. l.fi.ff.de ſuis & legit.l. quidam decedens. ff.de adminiſt.tuto.l.vtilitatem.ff.de cõfir.tut.l.pen.C. vt in poſſe.lega.cum infinitis ſimilibus allegatis ſuprà.§.2.&.3.

Vnde cùm regulæ generales inter ſe aduerſis frontibus pugnent, ex regulis, vel caſibus ſpecialibus argumentũ ſumẽdum eſt. In primis enim videtur teſtatorem vetare non poſſe confectionem inuentarij, quia hæres per hoc inuitaretur ad delinquendum, præceptum autem teſtatoris ad delinquendum inuitantis ſeruandũ non eſt.l.pe. cũ gl.ibi, & vbiq; cõmuniter approbata.C.vt in poſſ.lega.dixi ſuprà.l.conditiones.l.ſi filius.ff.de condi.inſt. Nec dubium eſt, quin apertiùs inuitetur ad delinquendum hæres, cui remittitur inuentarium.argu. d.l. hinc nobis.&.d.§. ſi verò non fecerit. iuncta doctrina Pauli in.l.cùm tale.§.1.ff. de condi. & demonſt.& Iaſonis in.l. nemo poteſt. ff.de legat.1.col.fi.lect.1. quàm inuitetur ad delinquendum legatarius, cui remittitur ſatiſdatio de vtendo & fruendo arbitrio boni viri ſalua rerũ ſubſtantia: vnde ſi remiſsio illius cautionis non toleratur, longè minùs tolerari debet remiſsio cautionis inuentarij faciendi.

At ex diuerſo id argumẽtum reflectitur in contrariũ. Nam ſi remiſsio inuẽtarij longè magis inuitat ad delinquẽdum quàm remiſsio illius cautionis, & nihilominus inuẽtarium à teſtatore remitti poteſt.vt in.l.quidam decedens. in princ.ff. de admi.tutorum.& in.l.fi.§.fi.C. arbitri. tutelę.ergo præceptum teſtatoris ſeruandum eſt, licèt & præbeat occaſionem malignandi, & per illud recedatur à regulis iuris. Et id veriſsimum puto: quia cùm is caſus, de quo contentio eſt, nulla lege in indiuiduo deciſus ſit, & à ſimilibus nobis arguendum ſit.l. non poſſunt.l. neq; leges.ff. de legibus. & inter ſimilia illa ſimilitudo capienda ſit, quæ caſui noſtro proximior ſit. vt. ff. de ſtatu. hominum. l.quæritur.ſupereſt, vt nulla alia materia tam proxima ſit, tam vicina, atq; contigua, quàm.d.l.quidam decedẽs.ff. de adminiſt. tuto. d. l.fi.§.fi.C.arbitri. tut. quæ permiſit remitti tutori cõfectionem inuentarij, vnde in ſpecie noſtra idem permitti poſſe intelligendum eſt. Quæ ſuadentur: quia cùm teſtator potuiſſet legata non facere, potuit etiam facta moderare.l.videamus.§.pen.ff. de in litẽ iurando.l.quoties.& per totum. C. de donati. quæ ſub modo. Hæc quo ad poteſtatem teſtatoris. An autem is teſtator per talem remiſsionem inuentarij videatur velle, quòd hæres legatarijs vltra vires non teneatur? Et quidem nihil aliud voluiſſe videri poteſt, ne nihil eius remiſsio operetur. contra.l.ſi quando.cùm glo.in princi.C. de

de inoffi.teſtamento.l.ſi quando.in prin
ci.ff.de leg.1.l.quoties in ſtipulationibus.
ff.de verb.oblig.(& nullibi ita defenſam
inuenies cómuné ſententiã quã tenuerũt
oẽs doct.quós in prĩ.huius quęſtionis al-
legauimus)qa talis remiſsio nõ impedit,
quin creditoribus in ſolidũ hæres tenea-
tur:ergo æquũ eſt, ne nihil ꝓſit, vt ꝑ hãc
remiſsioné legatarijs in ſolidũ nõ tenea-
tur nõ magis q̃ tenebatur anteq̃ inuenta-
riũ in vſu eſſe cœpiſſet. ꝑ. d.l.ſi vniuerſæ.

71 Infertur. 45. & principaliter, an teſta-
*Teſtator* tor præcipere poſsit, vt bona minorũ poſ
*immobilia* ſint citra decreti interuentum alienari,
*minorũ di* non ſolùm ſi mobilia ſint, ſed etiam ſi eſ-
*ſpenſare nõ* ſent immobilia, quę regulariter citra de-
*poteſt, ut ſi* cretum alienari non poſſunt. vt in rubri.
*nc decreto* & per totũ.C.de prędi.minorũ.& per to-
*alienentur.* tum.ff. de rebus eorũ.Mouet quæſtioné,
ꝙ teſtator de rebus hæredis ſui poteſt di-
ſponere nõ ſecus q̃ de rebus ſuis proprijs.
vt in.l.vnũ ex familia.§.ſi rem.ff.de leg.2.
& Inſt.de legatis.§. ſed ſi rem. ſed ſi teſta-
tor aliquã rem etiam immobilé legauit
impuberi, poteſt eius alienationé permit
tere, etiam citra decretũ, ergo idem pote-
rit in rebus immobilibus ipſius impu be-
ris hæredis ſcripti.argum. tex.in.l. magis
puto.§.ſi fundum.in primo reſpõſo.ff. de
rebus eorũ. In cõtrarium tamen eſt text.
clarus in.d.l.magis puto.§. ſi fundum. in
fi.vbi in fundo ipſius minoris ea ꝑmiſsio
nullius momẽti eſt, licèt toleretur in fun
do ipſius teſtatoris, quem huic minori le
gauit.vt in.d.§. ſi fundũ.in primo reſpon
ſo.quia cùm poſſet nõ legare, faciliùs po
tuit legatũ modifacere.vt in.l.quoties.&
per totum.C.de donat.quæ ſub modo.
Et quia hæc materia in vſu foréſi frequen
tiſsima eſt ſimul & longiſsima, eam pau-
cis traditurus ſum.

72 Et pro declaratione huius materiæ fa-
*Immobilia* cio duas regulas: primã negatiuã, ſcilicet
*minorũ nõ* ꝙ res minorũ nõ poſſunt alienari ſine de
*alienari ſi-* creto:& de iſta loꝗtur rub.C.đ præd.mi.
*ne decreto.* &.ff.de rebus eorũ. Secũdã affirmatiuã,
*ampl.22.*
quę colligitur à cõtrario ſenſu ex eiſdem
rubricis, ſcilicet, quòd cum decreto bene
poſſunt alienari. Modò proſequitur pri-
mam regulam, quam multis modis extẽ
do. Primò, vt nedũ tutores & curatores *Ampl.1.*
pupillorũ nõ poſsint alienare ſine decre-
to, de quibus propriè loquitur oratio de
qua in.l.1.§.1.de rebus eorum.ſed nec etiã
curatores adoleſcentium.tex.eſt in.l. qui
neq;.§.1.in prin.& in.l.ſi prædia.in princ.
de rebus eorũ.ff. Secundò, vt procedat *Ampl.2.*
etiam in curatoribus furioſorum, & ſimi
lium perſonarũ.text. eſt notabilis in.d.l.
qui neq;.in fi.§.1.& in.d.l.ſi prædia. de re-
bus eorũ.2.reſpon. Tertiò vt procedat à *Ampl.3.*
fortiori in procuratoribus & pro tutori-
bus.tex.eſt in.d.l.qui neq;.in prin. Quar *Ampl.4.*
tò adeò procedit, ꝙ nedum non poſſunt
alienare, vel obligare prædia pupillorũ,
& adultorũ, ſed etiam nõ põt conueniri,
vt prædia, quæ minor emit, ſint obligata
venditori, donec ſibi pretiũ ſoluatur, qđ
eſt ſingulare.tex.eſt in.l.1.§.fi.de rebus eo
rum.in prin.l.ſequẽtis.Quod eſt verũ prę
terq̃ ſi emit à fiſco, nã tunc etiã abſq; con
uentione remanet obligata fiſco.ſ.vendi
tori quoad ſibi pretiũ ſoluatur. Ita intel
ligo tex.in.l.2.2.reſpõſo.ff.de rebus eorũ.
facit regula.l.2. C. in quibꝰ cauſis pignus
tacitè cõtrahitur.Item eſt verũ, præterq̃ ſi
minor emerit ſibi prædia ab aliquo de pe
cunia alicuius pupilli, nam iſto caſu quã
uis res efficiatur iſtius minoris emptoris,
nihilominus tñ remanet res illa obligata
illi pupillo, cuius pecunia fuit res empta.
tex.eſt valde notabilis in.l.3.in prin.ff. de
rebus eorum. De quo vi.notabiliter per
Paul.in.l. ſicut proponas. C. de reiuend.
34.q. Quintò principaliter extẽdo, vt ne *Ampl.5.*
dum res propria minorũ non poſsit alie-
nari ſine decreto, ſed nec ius emphyteuti
cariũ, quod habet minor.tex.eſt in.l.3. de
rebus eorũ. §. ſi ius emphyteuticarium.
Sextò, vt nedũ proprietas, ſed nec etiam *Ampl.6.*
vſusfructꝰ, ſi ſolus vſusfructus fuit pupil
li.tex.eſt ead.l.§.nec vſufructꝰ.Septimò vt *Ampl.7.*
procedat



procedat etiam ſi plenam proprietatem
habeat pupillus, vt etiã iſto caſu vſusfru-
ctus, vel vſus non poſsit alienari.text. ea-
dem. l. §. ſi proprietatem. quanuis oratio
*Ampl.8.* nõ loquatur de vſufructu. Octauò, vt ne
dum res, vel vſusfructus, vt dixi, ſed nec
etiam ſeruitus poteſt imponi, vel remitti.
*Ampl.9.* Nonò, vt etiam lapidicinę, vel quæcun-
que alia metalla, vel ſalinæ non poſsint
alienari.tex.eſt de vtroq; in.d.l.3.§. ſimili
modo.&. §. ſi lapidicinas.cum.l. ſequen.
*Ampl. 10.* & principio ſequentis. Decimò, vt etiam
fundus bona fide emptus non poſsit alie
nari.Ratio, quia pupillus eſt quaſi domi-
nus, cùm habeat publicianam. l. 1. ff. de
publicia.tex.eſt in.l.magis puto.§.1.& ibi
glo.de rebus eorum. Et ex hoc infertur,
ꝙ queẽadmodũ cõtractus factus à mino-
re de rebus proprijs redditur inexpugna-
bilis ratione iuramẽti. vt in authẽtica. ſa-
cramenta.C. ſi adu.vend. idem ſit in con
tractu facto à minore de re, quam ipſe
bona fide poſsidet, vt etiã tunc reddatur
inexpugnabilis ratione iuramẽti. & hoc
voluit ibi Bart.& alij. & ſuprà facit Iaſ. 7.
col.in medio.vbi allegat iſtum text.cum
*Ampl.11.* glo. Vndecimò extendo, vt procedat ne
dum quando minor poſsidet rem alienã
bona fide cum tit.vt in extenſione præce
denti, ſed etiam quãdo rem alienam poſ-
ſidet bona fide & ſine tit.vt eſt glo.quam
reputo ſingularem in dict.l. magis puto.
*Ampl.12.* §.1.glo.magna.quam nota. Duodecimò
extendo per dictam.l.magis puto.§. ſi pu
*Ampl.13.* pillus.e.l.2.vbi vide. Decimotertiò exten
do, vt procedat in re legata pupillo, ſci-
licet, quòd illam non poſsit repudiare
ſine decreto. text. eſt ſingularis in dict.
l.magis puto.§.fundum.ratio patet ibi in
tex.Quia cùm rei legatę dominium tran
ſeat in legatarium à morte defuncti. l. à
Titio de furtis.l.cùm pater.§.ſurdo. de le
ga.2. cum ſimilibus. ergo habet locum
oratio, quę dicit, quòd prędia minorum
nõ poſsint alienari. videbatur cõtra, quia
pupillus eſt factus dominus non verus
ante apprehenſam poſſeſsionem.&.l. nõ
habet locum in caſu ficto.l.3.§. hæc ver-
ba. cum ſimilibus. de nego. geſtis. & ad
iſtam extẽſionem vide quod dicit Paul.
in.l.ſi minor.de verborum obliga.& Ab
bas.in cap.tua nos.in fi. de his quæ fiunt
à præla. & ſingularem quæſtionem per
Bald.in.l.pen.C.de repu.hære. Decimo- *Ampl. 14.*
quartò extẽdo, vt procedat etiam ſi fun-
dus ſit ſaxoſus, vel peſtilens. text. eſt in.l.
ſi fundus ſit ſterilis. in principio. & in.l.
magis puto. §. ſi æs alienum.de rebus eo-
rum. ff. videbatur contra per notata in.l.
cùm ij. §. an tranſactionem. ff. de tranſa.
vbi vide.Item videbatur contra regulam
traditam in.l.non eo minus.C.de proba.
de qua ibi per Iaſo. Ex cuius verbis potes
fimbrias extendere circa hoc. Decimo- *Ampl.15.*
quintò extendo, vt procedat nedũ quan
do extraneus eſt tutor, ſed etiam ſi pater
eſt tutor filij ſui, adhuc requiritur decre
tum.tex.eſt notabilis in.l. ſi pupillorum.
§.ſi pater.de rebus eorum.concord.l.3.C.
de prædijs minorum. videbatur contra,
quia quando pater alienat fundum filij
ſui, cuius eſt legitimus adminiſtrator, nõ
requiritur decretũ. vt tenet Azo. in ſum-
ma.C.de bonis quæ liber. ergo ſic in pro
poſito.Sed non obſtat, quia illud, quan-
do eſt adminiſtrator legitimus, & habet
vſumfructum in illis bonis, nos autem
loquimur in patre tutore filij emancipa-
ti, qui vſumfructum non habet, quo ca-
ſu adeſt triplex differentia.vt per Iaſ. in.l.
præſes.C.de trãſact.vbi melius quàm ali-
bi examinat dictum Azonis, quod non
eſt alibi ſecundùm Bal.in.l.1. de rebus eo
rum.& alibi ſæpe. Decimoſextò extẽdo *Ampl.16.*
per tex.in.d.l. ſi pupillorum. §. ſi prætor.
vt procedat, & ſi prætor decretum inter-
poſuit, quo permiſit vẽdere, tutor autem
obligauit, nam etiam iſto caſu non valet
alienatio.quod eſt notandum. concord.
in ſimili.l.ſi debitorem.vbi vide.ff.de no
ua.& quia forma permiſsionis eſt diligẽ-
ter obſeruanda.l.diligenter.ff.manda. Et
cõfirmabis

cõfirmabis per multa ſimilia. Videbatur cõtra: quia qui põt vendere, à fortiori obligare. vt notatur in.l.1.de patri.qui filios diſtra. cum ſimilibus. *Ampl.17.* Decimoſeptimò extendo per.l.qui neq;.§.fi. de rebus eorum. vt nedum rem propriam, ſed nec etiam communem non poſsit tutor obligare ratione, de qua ibi. *Ampl.18.* Decimooctauò extendo, vt nedum prædia, & alia immobilia, ſed nec etiam mobilia quæ ſeruãdo poſſunt ſeruari, non poſſunt alienari ſine decreto. Iſtud eſt quod de nouo inducit l. lex quæ tutores. per totam. C. de adminiſtratione tutorum. & vi.Bald. in.l.1. in prin.ff.de rebus eorum. Hodie ergo in iſta materia æquiparantur immobilia, & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, de quo etiam vi.glo.in.l.2. C. ſi aduerſus dona. *Ampl.19.* Decimononò extendo, vt etiam rẽ pignori annexam nõ poſsint tutores vendere.tex.eſt in.l.2.C. de prædijs minorum. Ratio dubitandi poterat eſſe, quia cùm ſit obligata, non videtur in totũ eſſe pupilli ratione iuris, quod habet creditor in ea, & ſic videbatur poſſe alienari. Sed ratio deciſionis poteſt eſſe: quia imò verè illa res obligata remãſit in bonis pupilli, & eius periculo perit.tex.eſt in.l. pignus. C. de pigno. actione. cũ ſimilibus. ergo non poteſt alienari. Item, quia poſito, quòd creditor habeat aliquod ius in ea, & quodammodo dicatur cõmunis, tamen etiam iſto caſu non poteſt alienari. l.qui neq;.§.fi.de rebus eorum. Item quia quãdo minor habet aliquod ius in re aliena, illud ius nõ poteſt alienari ſine decreto.l.3.§.ſi ius.&.§.nec vſusfructus.đ rebus eorum. ergo à fortiori quãdo res eſt propria pupilli, licèt alius habeat ius in ea, vt in noſtro caſu. *Ampl.20.* Viceſimò hęc regula procedat nedum in venditione, ſed etiam in tranſactione, & permutatione, & fortiùs in donatione, & idem in alio quocunq; titulo habili ad tranſlationem dominij. tex. eſt ſingularis in.l.non ſolũ.C.de prædi.minorum. Prohibita tamen alienatione, videtur prohibita tranſactio. & ita ad hoc ille.text. commẽdatur pro non alibi in apoſtillis ad Bar.in authentica. hoc ius porrectum.de ſacroſanct. eccle. 1. apoſti. de quo per glo.& Bart. in lege.1. C. ſi aduerſus tranſa. *Ampl. 21.* Viceſimoprimò extendo per.l.ſi ad reſoluendam. C. de prædijs minorum.& per.l.2.C.ſi aduerſus dona. vbi videas per te. Præterea omnia procedũt, quando minor habens curatorem vendit cum authoritate ipſius, vel ipſe curator vẽdit, vt tũc venditio ſit nulla ſine decreto. Si autem ipſe minor ſolus ſine authoritate curatoris venderet, indubitanter eſſet nullus contractus.per.l.ſi curatorem habens. in prin.C. de in integrum reſtitutione minorum.

*Ampl.22.* Nunc videndum de donatione. Quæro ergo præterea, ſi minor donauit rem immobilem ſine decreto, an valeat donatio, cũ eſſet remuneratoria? quod tenuerunt Romanus & alij plures, quos citat Tiraquellus in.l.ſi vnquàm.C. de reuoc. dona. in verb. reuertatur. num. 27. Qua de re tangit, ſed nõ firmat Iaſ.in. l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure.num.66. idem Iaſo. in.l.ſi non ſortem.§.libertus. ff. de condi. indeb.col.4.

Sed veriùs eſt talem donationem non valere: nam donare, eſt perdere.l. filiusfa. in prin.ff.de donati. bonus text. in ſpecie in.l.ab agnato.ff.de curato.furi.l. 2. C. ſi aduerſus donati. Facit: quia licèt iuſtã cauſam minor haberet rem ſuam vendendi, vt ex pecunia fortè inde redacta rem vtiliorem cõpararet, vt homines frugi quotidie faciunt, idq; re vera ſubſequutũ fuerit: tamen non propterea iuſtificatur alienatio quo ad ſolennitatem, formãq; alienandi, ſicq; per defectum decreti alienatio nulla foret. vt per totum. C. &. ff. de prædi. minorum.& de rebus eorum. Sic ergo & in propoſito, licèt cauſa remunerationis donationem faciat videri rectè factam, non tamen ritè factam videri facit.

Nam



*Donatio à filio patri facta tẽpore emancipationis, nõ ualet, ſi excedat legitimã ſummã, niſi inſinuetur.*

Nam & donatio à filiof. patri facta tẽpore emancipationis excedẽs legitimam ſummã non valeret ſine inſinuatiõe.arg. l.data.C. de probati. quaſi licèt cauſa donãdi ſit iuſtificata ſolẽnitas, tamen nõ ſit ſuppleta, vt ſic rectè quidẽ, non tamen ritè, & ſolẽniter, aut formaliter facta videatur, præſertim cũ forma legis vel in minima parte omiſſa, noceat, vt ex communi opi.reſoluimus.n.18.cum ſeq.§.4.licèt cõtrarium in ſpecie tenuerint Bald.Paul.& Corn.in.l.3.de bo.mater.Bal.in.l.illud.q.3.C.de ſacroſ.eccl.Crotus in.l.frater à fratre.ff.de cond.ind.num.130. Pro nobis facit: quia emancipatio nõ tam expeditum beneficium eſt, vt donationem quaſi remuneratoriã mereatur, vnde in filiũ inuitum non confertur.gl.app.in.l.filius matrẽ.C.de inof.teſt.Bart.& Iaſ.n.3.in.l. quidam cùm filium.per tex.ibi. ff. de verbo. obli.l.cùm oportet.§.cùm autẽ. C. de bo. quæ lib. vbi fructus aduẽtitiorũ, quos pater per totum tempus vitę ſuæ habiturus erat, poſt emãcipationem cõmunicantur filio, vt diximus in.§.30.in.3.parte.

*Actiones nec dicuntur mobilia nec immobilia, cum cõmuni cõtra Accur.*

Illud aũt nõ eſt prætermittẽdum, iura, & actiones nõ propriè intelligi bona mobilia, aut immobilia, et tertiã ſpeciẽ bonorũ cõſtituere.arg.text.in.l.à diuo Pio.§.in vẽditione.ff.đ re iu.l.quã Tuberonis.§.in peculio.ff.đ peculio.ibi, hoc amplius nomina debitorũ.Albe.& Bar.in.l.mouentiũ.ff.de verb.ſig. Alex.in.d.§.in vẽditiõe. in.1.not.Aimon conſi.213. ad finem. conſil.Alex.conſi.45.num.8.lib.1. & in conſil.24.lib.6.Alexã.in.l.1.n.9. ff. de vulga. Bar.in.l.poteſt.ff.de authoritate tuto. Decius conſil.414.n.11. Abb.in.c. nulli.n.9. de rebus eccle.Deci.in.l.1.lectu.2.nu.8.ff. ſi certum peta. Guido papa. q. 291. Tiraquel. de retractu ligna.§.1.glo.7.n.9. Neguzan. de pigno.in.2. part. 2. membro. numero.9.

Vnde licèt prædia minorũ ſine decreto alienari nõ poſsint, actiones tñ vidẽtur poſſe alienari ſine decreto.argu.text.in.l. põt.ff.de autho.tut. Vnde apparet erraſſe Accurſi.ĩ.l.fi.in verb.quærere.C.in quib⁹ cauſ.in integrum reſti.non eſt neceſſaria. dum tenuit actiones indiſtinctè connumerari inter immobilia.

*Actio etiã pſonalis cõpetẽs ad rẽ ſoli conſequendã, immobilis res reputatur, nec poteſt citra ſolennia diſtrahi cum communi.*

Quod autem diximus actiones poſſe diſtrahi ſine decreto, id ſanè intelligendum eſt in actione perſonali competente ad aliquid genericũ, non ſic in actionibus, quæ cõpetunt ad rem immobilem, tunc enim rebus ſoli aſsimilãtur, nec poſſunt alienari citra ſolennitatem requiſitam in rebus ſoli alienãdis. vt reſoluit Iaſo.in.l.fi.num.122.C.de iure emphy.Paul. in.l.quam Tuberonis.§.fi.ff.de pecul.bona.gl.in.l.1. C. ſi aduerſus tranſactionem. glo.in authen.de non alienã. aut permutandis rebus eccleſiæ.§.1.verbo, numeranda. Tiraquel.vbi ſuprà.nu. 14. & num.15. cum ſequen. Hanc dicit communem ſententiam Anto. Gome. de contractibus. col.2.cap.10.Pinellus in rubri. de bo.mater.par.1.n.33.Matthæ.Afflict.lib. 2. feud. de feudi cogna.nu.49.Bart.in.d.l.poteſt. ff.de auth.tutor.Abb. in. c. nulli.num. 9. de rebus eccle.Alex.conſi.125.nu.4. lib.1. Roderi. Xuarez.allegatione.20. Alcia.in d.l.mouentium.Alex.in.d.§.in venditione.Guido papa conſi.52.

*Actio competẽs ad rẽ mobilẽ, ſine decreto poteſt diſtrahi, cum cõmuni.*

Vnde ſi actio competit ad rem mobilem, alienari poterit citra decretum à tutoribus, vel curatoribus minorum: quòd ſi competat ad rem immobilem, citra decretum alienari non poteſt: quòd ſi competat ad ea, quæ pondere, numero, menſuráue conſtant, tunc magis eſt vt poſsit alienari ſine decreto, quia iſtæc ſunt de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ita vt ex eis aliquid vtilitatis percipiatur, vt mox dicemus. nam ex communi opinione ita reſoluit Decius in. l. filiusfami. num.5.ff.ſi certum pet.Bart.conſi.70.nu.2.Pinellus in.l.1.C.de bonis mater.part.2. nume.43.traditur per gloſ.& ſcribẽtium pleroſq; in.l.1.§. fuit quæſitũ. ff. ad Treb. vbi Cuma.& Ripa nu.17. & Iaſ.n.33.facit

gl.in.l.3.C.de in litem iurando.facit.l.7.§.1.ff.de mino.l.4.C.de adminiſt.tut.

Vnde Corne.Gallus ſic cecinit.

*Quid mihi diuitiæ,quarum ſi demeris uſum,*
*Quanuis largus opum,ſemper egenus ero?*
*Imò etiam pœna eſt partis incumbere rebus,*
*Quas cùm poßideas,eſt uiolare nefas.*
*Non aliter ſitiens uicinas Tantalus undas*
*Captat,& appoſitis abſtinet ora cibis.*

*Pecunia ſeruãdo ſeruari nõ poteſt cum cõmuni.*

Sic ergo rectè dicitur pecunia de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quandoquidem ſi eam cuſtodieris, nihil emolumenti inde ceperis: quinimò, vt Corne.Gallus cecinebat, eam cuſtodire pœna eſt, & cruciatus, tantum abeſt vt emolumentum videatur. Qua de re per Pariſi.conſil.25.nu.75.lib.2. Curti.ſenior conſil.71.num.9.glo.in.l.1.C. ſi aduerſus venditio. Tiraquell.de retractu. ligna. §.1.glo.7.num.51.Decius in authẽ.qui rem. C.de ſacroſanct.eccleſ.colum.2.Alexan.conſil.49.colum.2.lib.1.Bal. & Salice. in dict.l.vnica.C.ſi aduerſus vendi. vbi etiã reſoluunt, omnes fructus connumerari inter res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: quinimò pecunia cambijs expoſita,adhuc mobilis intelligitur. vt reſoluit Tiraquel.vbi ſuprà.n.117.Bald.in.c.cùm cauſam.col.fi.de re iu.

*Pecunia ẽt đſtinata ad emptionem prædiorũ dicitur non res immobilis,cũ cõi contra alteram ferè cõmunem.*

Illud autem in vſu forenſi frequentiſſimè controuerti ſolet, an pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, cenſeatur res immobilis. Quod veluti communiter receptum reſoluũt Caſſanæ.in conſuetudinibus Burgundiæ. rubrica.4.§.2.nu.16. cum ſequen. Rebuffus de priuilegijs ſchola.in priuil.56.num.5.Gomez.in §.item Seruiana.nu.21.Inſti.de actio.

Cõtrariam partem, imò quòd adhuc ea pecunia mobilis reputetur,ſequuntur & dicunt receptiorem Tiraq. vbi ſuprà. num.105.poſt quamplures, quos ipſe refert. Boërius deciſione.109.Alexan.in. d. §.fuit quæſitum.num. 5. Corſetus & Roma.& alij, quos refert, & ſequitur Pala.Rub.in rubri.de donat.inter virum.§.38. colum.2.Alexand.in.l.à diuo Pio.§.vult.ff. de re iudi. Iaſo. in. l. inter cætera. §. ſed ſi parauerit.num.20.cum ſequen.ff.de lega.1.Soci.nepos.conſi.120. num.18.lib.1. ſequitur & dicit magis communem Pinellus vbi ſuprà.num.44.

*Actio competens ad genus,dicitur poſſe alienari ſine decreto, licèt ſolutio in rebus ſoli eſſet uoluntate libera debitoris deſtinata.*

Vnde in vſu forenſi cũ pijſsimus Rex Philippus aurum, argentumq́ue, quod quamplures ab Indorum regionibus in Hiſpaniam reportarunt, capi, adimiq́ue iuſsiſſet ad vſum bellorum, idq́ue ipſe pijſsimè pleneq́ue exolui iuſsiſſet in reditu, aut vectigali, quod Hiſpanè juro appellatur, cumq́ue iſti alij minores eſſent ætate, alij verò cùm maiores eſſent, minores tamen ætate filios, aut alios hæredes reliquiſſent, ſępe reſpondimus in alienatione huius actionis, quam illi minores contra Regem noſtrũ haberent, non deſiderari decretum iudicis, quanuis talis actio, vel pecunia inde redacta ad emptionẽ huius reditus pertineret, idemq́; in eo, qđ ex ſimili cauſa eccleſijs, aut pijs locis deberetur, vt tunc ſolennitas illa non exigeretur, quæ in rebus ſoli aliẽnãdis deſideratur. Quod nota, quia quã pluries in ſummo dominicæ rei prætorio, iudice me, controuerſum fuit.

Neque ad rem pertinuit, quòd actio competens ad rem immobilem alienari non poſsit citra interuentum ſolennitatis, quæ deſideratur in rebus ſoli alienandis, vt ſuprà dixim⁹. Nam aliud eſt actionem competere ad rem immobilem conſequendam, aliud autem eſt actionem competere ad pecuniam tantùm, quæ ablata fuit, conſequendam, vel ad conſequendum aurum, argentúmue ablatum, licèt ipſe princeps, qui debitor eſt, in re immobili, vel in reditu aliquo annuo deſtinauerit facere ſolutionẽ, prout eſt in caſu noſtro: nam vtcunq; pecunia ſit deſtinata ad reditum, vel rem immobilem conſequendã, non tamen immobilis reputatur: quia illa deſtinatio conſiſtit in voluntate, quæ mutari liberè poteſt.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.

de



de legat. tertio. l. 4. ff. de adimend. legã. cap.cùm Marthæ. de celebra. miſſarum, l.ſub hac.ff. de actio. & obliga. Non ſic, cùm actio competit ad rem immobilem conſequendam (puta emi abs te prædiũ, cuius tradendi facultatem habes) quo caſu cùm pœnitentiæ locus non ſit, poſſum ex vi illius actionis certæ & indubitatæ rem illam immobilem conſequi. l. ex empto.cum ibi notatis per gl. & doct. ff.de act.empt.

*Pecunia cõtinetur in relicto mobiliũ, cum communi.*

Vnde infertur, ꝙ in relicto rerum mobiliũ cõprehenditur pecunia ex proprietate ſermonis, ex ſententia Bar.& aliorũ. in.d.§.fuit quæſitum.per Boërium & Tiraque.vbi ſuprà.& conſuluit Curti.iuni. conſi.183. Decius, qui plures refert idem tenentes conſi.381.num. 4. & conſi.472. colum.1. &. 2. Pariſi. conſil.99.num.45. lib.2. quos refert & ſequitur Pinellus vbi ſuprà.num.45.

*Pecunia cõtinetur in relicto mobiliũ, licèt cambio eſſet deſtinata cum cõmuni.*

Quod procedit, etiam ſi talis pecunia cambio, vel fœnori deſtinata eſſet ſecundùm eund. licèt in hoc vltimo contrariũ tenuerint ſecundùm eum Decius conſil. 472.nu.7.Tiraq.vbi ſuprà.nu.106.Lucas de Penna in.l.fina.ad fi.C.de mune.patri. Qua de re & an pecunia dicatur de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, tradit Pinellus in.l.1. de bo. mater. par.1. nu. 42. & an in eius alienatione requiratur decretum ibidem.num.43.

*Alienationis uerbo hypothecã contineri.*

Deniq; quod ſuprà incidẽter diximus per.l.1.§.fi.cum.l.ſeq.de rebus eorum.prędia minorum obligari etiam non poſſe non magis quàm ex toto alienari. nam alienationis verbo quælibet etiam obligatio realis continetur.l.fina.C. de rebus alienis non alienandis.id quidem ſuſpectum videtur per.text.in.l.1. C. de fundo dota.& in.l. alienatum.ff. de verb. ſigni. vbi alienatum id demum intelligitur, cuius dominium tranſlatum eſt. Vnde Accurſi.tam in.d.l.1. quàm in.d.l.fi. ait alienatum propriè & ſtrictè id tantùm dici, cuius dominium tranſlatum eſt, non ſic in eo, cuius dominium tranſlatum non eſt, ſed tãtùm obligatum, tunc enim largo modo, & impropriè duntaxat id alienatum intelligitur. Et cum Accurſi.in.d. locis. communis opi. eſſe videtur. Idem Accurſi.in.l. benignius. ff. de legib. vbi Ange. & Eelin. in rubri.de fide inſtrum. num.4.Alexand.conſi.29.num.15.lib. 7. Neguza.de pigno.part.2.3.membro. nu. 71.Crotus in.l.filiusfamiliàs.§.diui. num. 122. ff. de legat. 1. Auguſtinus Bero. in rubrica.de rebus eccleſ.non alienand. ad fin.Bald.in cap.1.§. aut ſi libellario. num. 6.quibus modis feudum amittatur.& ibi Afflictus num.30.Socin.conſil.75.num. 2.lib.1.Albe.in.l.fin. C. de rebus alienan. num.1.vbi Bald.num. 6. & Salice. colũ.1. qui hanc differentiam receptam dicit. & ibi etiam Paul.col. 1. Afflictus in .c.1.col. 1.dę alienatione feudi. Bald. in authenti. hoc ius.num.1.de.C.ſacroſa.eccleſ. refert & ſequitur ſub quadam diſtinctione Pinellus de bonis mater.l.1.par.3.num.18. qui hanc dicit receptiſsimam ſentẽtiam, quæ nobis placere non poteſt, qui exiſtimamus non minùs propriè loquutũ fuiſſe Imperatorẽ in dict.l.fi.C.de rebus alienã. & Iureconſultum in dict.l.1.§.fi.ff. de rebus eorum.& in.l.2.eodem titu. quàm loquutus fuerit in dict.l.alienatum. cum ſimi.præſertim, quia cuiuſq; iuris dicitur eſſe dominium.l.qui vſumfructum. ff. ſi ſeruitus vendicetur.vnde vetitus alienare, vt totam rem alienare non poteſt: ita quoque vel minimam partem ipſius rei alienare prohibetur. argumento legis. ſi quis cùm totum.ff.de excep. rei iu.per argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota.ff.de rei vendica. l. an pars. ff. pro derelicto.l.hæredes mei.§.cùm ita.ad Treb. licèt qui rem tantùm vendidiſſet, nec tradidiſſet, is alienaſſe non videretur, cũ ſua tantùm perſona, non etiam res obligata intelligeretur. Et in hunc ſenſum accipiẽda ſunt iura contraria, non tamen excludunt, quin ille, qui rem hypotheca

 obliga-

obligaret,rem alienaſſe intelligeretur aliqua ex parte.

*Minor curatorẽ non habẽs, ſi uẽdit ſine decreto rem immobi. an ſit ipſo iure nullus contractus, an uerò reſcindatur ꝑ reſtit. concluditur ꝙ eſt nullus ipſo iure per.11. argum.*

73 Quæro ergo,quid ſi minor carens curatore vẽdidit rem ſuã immobilẽ ſine decreto iudicis,an contractus valeat,vel ſit nullus ipſo iure? Et videtur ꝙ valeat mero iure,licèt minor ſi ſit læſus, poſsit reſtitui. Pro hoc facit primò dict. l. ſi curatorem habẽs.in fine.vbi eſt text.ad literam, ꝙ ſi minor ſine curatore cõſtitutus contractum fecit,poteſt in integrum reſtitui intra tempora cõſtituta,ſi eſt læſus, ergo contractus bene tenet mero iure.& ſic ille tex.videtur decidere iſtam quæſt. Secũdò ꝓ hoc facit gl.in.d.l.ſi curatorẽ habẽs in fi.in verſi. feciſti. dũ dicit, hic enim videtur quaſi paterfamiliàs. ſed ſic eſt,ꝙ ille qui eſt maior paterfam.poteſt vendere ſine decreto,ergo.&c.Itẽ illa ratio eſt generalis. ibi, hic enim videtur quaſi paterfami.& ibi,ideo quod facit valet.quæ ratio ita militat in immobilibus, ſicut in alijs,ergo valet vẽditio mero iure. Tertiò pro hoc facit.l.iuſiurandũ qđ ex conuentione.§.1.de iureiur.vbi tex.dicit, ꝙ pupillus non poteſt iuſiurandum deferre.Ratio,quia ius adminiſtrandarum rerum ei non cõpetit,ſecùs in adulto, vt ibi à contrario ſenſu, & ibi per docto. ergo adultus curatore carens poterit alienare & iuramentum deferre.&c. Quartò pro hoc videtur tex.à contrario ſenſu in rubrica. ff.de rebus eorum.vbi tex. dicit,de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt ſine decreto non alienandis.&c.ergo à cõtrario ſenſu res eorũ, qui ſub cura non ſunt, poſſunt ſine decreto alienari. Quintò facit tex.Inſti. de curato.§.item inuiti. cum glo.vbi text.ꝙ inuiti adoleſcentes curatores nõ accipiunt,& ideò, ſcilicet, quia poſſunt adminiſtrare per ſe.& dicit glo.ꝙ geſta per eos bene valent,licèt poſsint reſtitui.& ita ſoluitur contrarium de.l.1.in fi. de minoribus.vbi tex.dicit, ꝙ eis non debet committi adminiſtratio rerum ſuarum. exponit ibi glo. ſic ſcilicet, vt geſtũ ab eo tanq̃ à patrefamiliàs maiore ratum ſit,tamen intelligitur, vt valeat mero iure, ergo ſic in noſtro caſu. Prædictis tamen nõ obſtantibus contrarium teneo. Primò pro hoc allego text. in. l. non ſolùm.de prædijs minorum.vbi text. dicit, adoleſcentes alienare prohibentur prædia ſine decreto.&c. Primò induco illũ text.in generalitate ſui,dum dicit,adoleſcentes. &c. qui poteſt exponi, ſcilicet non habentes curatorem. Secundò,quia ſic debet exponi in dubio:quia datio curatoris eſt facti, quod non præſumitur niſi probetur.l.in bello. §. factæ. de capti. Tertiò pondero glo.primam in. d. l.non ſolùm.quæ dicit vt & ſuprà de ijs, qui ve. æta.l.penult. quæ.l. pen. loquitur in minore non habente curatorem. Quartò apertiùs probo ex eadẽ. l. nam aut illam intelligis in adulto non habente curatorem,& habeo intentum,vt dixi: aut in adoleſcente habente curatorem, & tunc eſſet penitus de indubitabili : quia adultus curatorem habens ęquiparatur prodigo,qui nihil diſponere poteſt, vt dict.l. ſi curatorem habens.ergo debet intelligi primo caſu. l. quod Labeo. ad carbo. & hîc non cadit reſponſum. Quintò,quia quãdo adultus habet curatorem,ad hoc quòd alienatio valeat, eſt neceſſe quòd fiat cùm authoritate curatoris & decreto iudicis:nec ſolùm decretũ ſufficit, vt notatur in dict. l. ſi curatorem habens. glo. magna.& in.l.fin.C.ſi propter publicam penſitationem.cùm ſimilibus.ſed lex nõ ſolùm dicit, ꝙ quando adoleſcens alienauit,ideo non valet quia decretum nõ interuenit, ergo loquitur quando non habebat curatorem,aliàs non ſufficeret decretum, ſed requireretur etiam authoritas curatoris,ut dixi.

Secundò principaliter pro hoc tex. in l.ſi minor.C.de prædijs minorum.quem potes inducere eiſdem modis, quibus. l. non ſolùm.ſuprà allegata, excepta tertia inductione.





Tertiò pro hoc.l.ſi prædiũ. eodem tit. vbi apertiùs probatur, ibi, vel adulta ſine decreto.&c. quẽ eiſdẽ modis inducas. Item & alio modo, quia ibi dũ loquitur de pupilla alienante dicit tex. tutore authore, quia ſine eo nulla eſſet dubitatio.Sed dum ſubdit de adulta, nõ repetit tex.curatore authore, quia videbatur valere ſine eo, quia erat adulta, & poterat adminiſtrare bona ſua abſq; eo ꝙ haberet curatorẽ,& tamẽ nihilominus ſubdit tex.ꝙ adulta,ſcilicet non habens curatorem,non poteſt alienare ſine decreto. Et iſte videtur verus intellectus illius.l.verſ. vel adulta ſine decreto. aliàs ſeruiret de vento,ſi curatorem haberet, vt ſuprà dictum eſt in primo fundamento.

Quartò pro hoc.l. ſi ad reſoluendam. de prædijs minorũ. vbi minor annis.&c. qui poteſt etiam induci modis de quibus ſuprà. & probatur etiam ibi à fortiori. Nam ſi minor, qui tenebatur patri ad antidora non poteſt alienare etiam ſi non habeat curatorem, vt ibi, ergo à fortiori alius minor, qui non tenetur ad antidora.Item,quia ſi in fauorem patris non poteſt, vt ibi,ergo à fortiori in fauorem extranei. Item quia ſi non poteſt contractum reſoluere,vt ibi, ergo à fortiori nec alienare de nouo. Et iſtas tres extenſiones bene nota, quæ colliguntur ex illa lege.

*Minor licèt impetret ueniã ætatis, non poteſt alienare prædia ſine decreto.*

Quintò pro hoc eſt tex.expreſſus in.l. fina.C. ſi maior factus alie.factam ratam habuit.vbi tex.dicit, quòd ſi minor impetrauit veniam ætatis,& ſic eſſe deſinit ſub cuſtodia curatorum, quòd ſi vendidit rem immobilem ſine decreto, venditio eſt nulla, & requiritur quinquẽnium ad confirmationem eius: & ſic minor curatorem non habens, non poteſt vendere rem immobilem ſine decreto. Et quòd ibi non haberet curatorem, patet clariùs ex glo.ibi in multis locis.Quòd autem illa.l.loquatur de re immobili,patet ex ſũmario Barto.& Bald.ibi. Item,quia illa.l. loquitur de interpoſitione decreti,quod non requiritur niſi in immobilibus.ff. de rebus eorum. per totũ. hodie autem etiã in mobilibus, quæ ſeruari poſſunt. l. lex quæ tutores.de adminiſtratiõe tutorum. Tertiò hoc patet ex.§.fina. eiuſdem.l.qui ponendo exceptionem ad primam. l. loquitur de re immobili,& hoc eſt indubitatum,ſcilicet quòd illa.l. loquatur de re immobili, & ſic illa. l. ponit radicem ad iſtud dubium.

Sextò pro hoc eſt text. expreſsior in.l. 2.C.de ijs qui veniam æta.impe.vbi text. dicit, quòd licèt minor impetrãs veniam ætatis,& ſic qui non habet curatorẽ poſſit cõtrahere.&c. nec poſsit in integrum reſtitui.l.1.eod.tit.tamen non poteſt prædia vendere ſine decreto,ibi,ita tamen, vt prædia ſine decreto non alienet. & ſic nõ expedit dubitare.

Septimò ex abundanti, & ad hoc expreſsiùs eſt tex.in.l.pen.eod. tit. vbi dicit tex. quòd illi, qui veniam ætatis meruerunt,nedum nõ poſſunt alienare,ſed nec obligare bona ſua ſine decreto, quemadmodum nec illi, qui veniam ætatis non impetrauerunt: conſtat autem impetrantes veniam ætatis non eſſe ſub curatore. dict.l.fi.in prin.C.ſi maior factus.& notatur in.l.2.C.de ijs qui veniam ætatis.

Octauò pro hoc bona glo. in ratione ſui.in dict.l.2.de ijs qui veniam ęta.in verbo,non alienent.quæ dicit,quòd ideo impetrantes veniam ætatis nõ poſſunt alienare ſine decreto,quia nec tutor, nec curator facere poſſet ſine decreto. Nota ergo illam rationem,quæ facit ad multa,ꝙ minor carens curatore non poteſt facere vltra ea,quæ poſſet cum curatore, ſed cũ curatore non poſſet alienare ſine decreto. l. lex quæ tutores. ibi alleg. in glo. & per totum.C. &.ff.de rebus eorum. ergo nec ſine eo,quando eum non habet.

Nonò pro hoc eſt text. in. l.2. C. qñ decreto opus nõ eſt.vbi tex. dicit, ꝙ ad hoc quòd minor impetrans veniam ætatis

poſsit vendere ſine decreto, eſt neceſſe, ꝙ ſpecialiter ius vẽditoris ſibi concedatur, aliàs nõ poteſt vẽdere: ergo à fortiori nõ potuit vendere minor curatorem nõ habens, qui veniã ætatis non impetrauit, vt in noſtro caſu.

*Tutor non poteſt authoritatẽ dare ad donãdum.*

Decimò pro hoc allego tex.in.l.2.2.reſpõſo.C.ſi aduerſus donationem.& præſuppono, ꝙ tutor no pôt authoritatẽ pręſtare minori ad donandum.l.ab agnato. ff.de cura.furio. Ratio, quia donare eſt perdere.l.filiusfamiliàs. in prin. ff. de do. cũ ſimilibus.cùm ergo illa.l.2. ponat caſum, in quo valet donatio ſimplex facta à minore, apparet, ꝙ nõ habebat curatorem: modò ſic dicit illa.l. ꝙ ſi filius emãcipatus minor conſentiat patri alienanti rem immobilem ipſius filij, ꝙ conſenſus & alienatio non valet ſine decreto, ergo minor non habẽs curatorem non poteſt alienare rem immobilẽ ſine decreto. Et potes iſtud fortificare tripliciter ex illa.l. prout dixi in.4.fundamẽto per.l. ſi ad reſoluendam.de prædijs minorum. vbi eſt quaſi idem caſus.

Vndecimò pro hoc allego gl.notabilẽ.Inſt.quibus aliena.licet, vel nõ.§. nunc autẽ admonẽdi.in verbo, vllã. & ibi Ange.& Faber, vbi gl.dicit ad literã, ꝙ adultus, qui nõ habet curatorẽ, poteſt alienare quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt: ſi autem habeat curatorem, ſimilis eſt prodigo.& allegat.l. ſi curatorem habẽs. ergo ea quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt, puta immobilia, nõ poteſt ſine decreto alienare. Et tenẽdo iſtã partẽ, quæ proculdubiò eſt veriſsima, reſpõdeo ad cõtraria ꝑ ordinẽ.

Primò ergo nõ obſtat. l. ſi curatorem habẽs.quia dico, ꝙ illa.l. tota loquitur in reb⁹ mobilibus, nõ autẽ in immobilibus, & ſic non obſtat. Quòd aũt loquatur in mobilibus, probo primò per verba Bald. ibid.1. col.in fi. vbi dicit, ſolũmodò iſta.l. intelligitur in rebus quæ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt.&c. Dum ergo dicit, iſta.l. debet exponi, ſcilicet tota, quia indefinita æquipollet vniuerſali. &c.

Secũdò probo per gl.2.eiuſdem.l.quæ exponit tex.dum dicit, res vænũdediſti, ſcilicet mobiles. Et ſi dicas illud eſt verũ in.1.parte non aũt in.2.parte, quæ loqtur in primo caſu. ſ. de curatorẽ non habẽte. Reſpõde, ꝙ imò etiã ſecũda pars loquitur de mobilibus, quẽadmodũ prima pars. Probo, qa dictio, ſi verò, poſita in ſecũda parte, quæ eſt dictio aduerſatiua, repetit qualitates primæ partis præcedẽtis. iuxta nota.ſingulariter ꝑ Bal.in.l.oẽs populi.9. col.in prin.de iuſti.& iur.& per nota.in.§. itẽ lapilli.de rerũ diuiſione. Illa ergo qualitas.ſ.rerũ mobiliũ, de qua in prima parte.l.intelligitur repetita in ſecũda parte.l. & ſic nõ obſtat. Tertiò idẽ probo per gl. ordinariã.in.§.nunc autem admonẽdi.in verbo, vllã. Inſt. qbus alie.licèt, vel non. vbi gl.dicit, ꝙ adultus non habẽs curatorẽ poteſt alienare quæ ſeruãdo ſeruari nõ poſsũt: ſi autẽ habeat curatorẽ, æquiparatur ꝓdigo.& allegat. l. ſi curatorẽ habẽs. ergo illa glo.dicit expreſſè, qd'. 2. pars.l. ſi curatorẽ habẽs. quæ loquitur de curatorẽ non habente, qui poteſt alienare, intelligitur de rebus quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, & ſic de mobilibus, & per cõſequẽs nõ obſtat. Præterea & quartò probatur, quia cùm ſint multa iura expreſſa, ꝙ minor curatorẽ habens nõ poteſt alienare immobilia, vt ſuprà dictũ eſt, ergo lex.ſi curatorẽ habens.quæ in ſecũda parte ſimpliciter dicit cõtra.neceſſariò debet intelligi de mobilibus, quia aliàs nõ poſſet cõcordari.c.cùm expediat.cùm ſimilibus.de elect.in.6. Secundò nõ obſt.gl.in dict.l. ſi curatorẽ habens. dum dicit, hic enim videtur quaſi paterfamiliàs. quia fateor in illis rebus, de quibus loquitur illa l. vt in illis videatur quaſi paterfamiliàs, in alijs autẽ. ſ. immobilib⁹, de quibus nõ pôt diſponere, ſecùs eſt. Et põdera glo. dũ dicit, quaſi paterfa. quia etiã in mobilib⁹ nõ cẽſetur paterfamiliàs, ſed quaſi: patet, quia cõpetit ſibi reſtitutio. vt.d.l. ſi curatorem



torem habẽs.& ideo glo.cautè dixit, quaſi. Tertiò non obſt.l.iuſiurandum quod ex conuentione.§. primo.de iur.iurand. quia dico, quòd ibi nõ debet ſumi argumentum à cõtrario ſenſu, quia habemus l.in contrar.ſcilicet tex.in.l.1. in fin.ff.de minor.vbi text. quòd minoribus.25.annis etiã curatorem non habentibus non debet adminiſtratio rei ſuæ committi, quanuis rem ſuam bene gerẽtibus. Item quia quanuis eſſet verum, quòd habeant ius adminiſtrãdarũ rerum, debet intelligi ſcilicet de mobilibus, non autẽ de immobilibus, de quibus non poſſunt diſponere, vt ſuprà euidenter probatum eſt, & ſic non obſtat. Et eadem eſt reſponſio ad quintum contrarium, ſcilicet ad.§. item inuiti.Inſtitut.de cura.furio. Non etiam obſtat quartum fundamentũ de rubrica ff. de rebus eorum. quia vt ſuprà etiam dictum eſt, ibi non debet ſumi argumẽ. à contrario ſenſu, cùm habemus infinita iura in contrarium, de quibus ſuprà, quibus cauetur, ꝙ nedum minores curatorem habentes, ſed etiam non habentes non poſſunt alienare ſine decreto bona immobilia. Præterea illa verba, quæ ſub tutela vel cura ſunt, videntur ibi poſita ad tollendũ caſum magis dubium: quia videbatur, quòd minores habentes curatores poſſunt alienare cum authoritate eorum, & ſic per curatores ſuppleretur defectus minorũ.& pro hoc facit gl.in ſimili ĩ.l.1.C.ſi tutor vel curator interuenerit.gl.2.non ergo videtur excluſus caſus, ſcilicet minus dubius, quando curatorem non habet. & iſta eſt intentio illius rubricæ. Præterea ſi in illa rubrica deberet ſumi argumentum à cõtrario ſenſu, ſequeretur quatenus rubrica dicit quòd ſub tutela, quòd ſi eſſet pupillus non habẽs tutorem, poſſet alienare immobilia ſine decreto, quo nihil eſt falſius, ergo nõ debet ſumi illud argumẽtum à cõtrario ſenſu. Pręterea quòd non ſumatur argumentum à contrario ſenſu, allego gl. quam ad aliud ſuprà allegaui in.l.2.de ijs qui veniã æta.in verbo, non alienet, vbi gloſ.notabiliter dicit, quòd illud quod non poteſt facere curator, non poteſt facere adultus curatorem nõ habens, etiã, quod eſt fortius, ſi veniam ætatis impetrauit. Sed ſi hîc ſumeremus argumentũ à contrario ſenſu, ſcilicet quòd minores curatores non habentes poſſent alienare, quanuis curatores non poſſent, eſſet contra illam glo. igitur. Præterea ponderandum eſt, quòd rubrica. C.de prædijs minorum.indiſtinctè dicit de prædijs, & alijs rebus minorum ſine decreto nõ alienandis, nec facit vim habeant curatores nec ne, cùm idem ſit vtroq; caſu, vt dictũ eſt. Ex prædictis ergo concluditur, quòd res minorum non poſſunt alienari ſine decreto, nedum quando ſunt ſub curatoribus conſtituti, ſed etiã quando curatorem non habent, vt etiam iſto caſu ipſo iure alienatio nõ valeat. Quod eſt notandum.

*Minor curatorẽ non habens etiã mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt nõ poteſt ſine decreto alienare.*

74 Et intantum procedit iſta extenſio, vt nedum immobilia verùm etiam mobilia, quæ tamen poſſunt ſeruando ſeruari, nõ poſſunt alienari ſine decreto ab adulto curatorem non habente. Quod probatur. 1. Quia quemadmodũ minor curatorem habens non alienat ſine decreto, ita nec minor carens curatore, vt ſuprà proximè dixi latè: ſed ſic eſt, quòd minor habens curatorem non poteſt alienare ſine decreto etiam mobilia quæ ſeruando poſſunt ſeruari, & hoc eſt quod de nouo inducit.l.lex quę tutores.hodie & ſuprà dixi, ergo idem in minore carente curatore.& hîc non cadit reſponſum. Secundò pro hac allego gloſ. expreſſam Inſtit.quibus alie. licet.§.nunc autem admonẽdi.in verbo, vllam, quam ſuprà ad aliud allegaui. quæ expreſsè dicit, quòd minor curatorem habens æquiparatur prodigo: ſi autem non habeat curatorẽ, & hoc eſt quod pondero, poterit alienare quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ergo

go bona mobilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt non poſſunt alienari ſine decreto. Tertiò pro hoc allego glo. expreſſam in. l. ſecunda. in verbo, non alienẽt. C. de ijs qui veniam ætatis. quæ dicit, quòd ideo minor carens curatore non alienat immobilia, quia nec tutor, nec curator facere poſſet. & allegat dictã. l. lex quæ tutores. ſed ſic eſt, quòd per illam legem etiam mobilia quæ poſſunt ſeruari non poſſunt alienare curatores, ergo nec minores curatore carentes. per illam gloſſam expreſſam. Quartò gloſ. pro hoc in l. ſecunda. C. ſi aduerſus donatio. in verbo, poſſunt. quæ dicit regulariter, quòd in prohibitione alienationis rerum minorũ hodie idem eſt in mobilibus quæ poſſunt ſeruari, quod in immobilib[9]. & allegat dict. l. lex quæ tutores. ſed minores non habentes curatores non poſſunt alienare immobilia, vt ſuprà latè probaui, ergo nec mobilia quæ poſſunt ſeruari, cùm idem ſit in vtriſq;, & eadem prohibitio. per dictam gloſ. Quintò ex abũdãtia hoc ſic probo. Quando duo caſus ſunt parificati per. l. antiquam, lex noua poſteà ſuperueniens & aliquid diſponẽs in vno ex caſibus parificatis, intelligitur idem ſtatuere in alio, etiam in materia correctoria. vt eſt gl. in. l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. & in. l. quod verò contra. ff. de legibus. facit. l. vt tantum. §. 1. ff. de ſeruo corrupto. Modò ſic. In alienatione rerũ immobilium ſunt parificati per leges antiquas minores habentes curatores, & non habentes, vt ſuprà dictum eſt latè, quia neuter eorum poteſt alienare immobilia ſine decreto, ergo. l. noua, ſcilicet. l. lex quæ tutores. quę de nouo diſpoſuit, vt minores curatorem habentes nõ poſſunt alienare ſine đcreto etiã mobilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt, habebit locum etiã in alio caſu parificato, ſcilicet in minore non habente curatorẽ. & hîc non cadit reſponſum, eo magis, quia. l. lex quæ tutores. non eſt correctoria iuris antiqui, nec etiã limitatoria, vel exorbitans, ſed ſolùm ponit extenſionem ad ius antiquũ, ſcilicet vt antiquitùs diſpoſita in immobilibus, habeant locum etiã in mobilib[9] quę ſeruari poſſunt. Ex prędictis ergo facio tres cõcluſiones. Prima quòd minor curatorem non habens, nõ põt alienare immobilia ſine decreto. Secunda cõcluſio, ꝙ minor carẽs curatore nõ põt alienare ſine đcreto, etiã mobilia quę ſeruando ſeruari poſſunt. Tertia cõcluſio quę reſultat ex prędictis, & probatur ex omnibus quæ ſuprà dixi, ꝙ minor non habens curatorem, poteſt alienare ſine decreto bona ſua mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Et iſtam tertiam regulam ponit etiam gloſ. ſuprà allegat. Inſtitu. quibus alienare licet vel non. §. nunc autem admonendi. in verbo, vllam.

*Teſtatoris permiſsio defuncti ꝑ decreto eſt*

75 Modò prędictam regulam negatiuã, ſcilicet, quòd res minorũ non poſſunt alienari ſine decreto, limito multis modis Primò vt procedat, niſi teſtator permiſerit alienationem, nam tunc non requiritur decretum. text. eſt in. l. 1. §. 1. de rebus eorũ. ff. text. in. l. 1. & 2. C. quãdo decreto opus non eſt. facit. l. fi. C. de rebus alie. nõ alie. Quod ego extendo, nedum quãdo expreſsè, ſed etiam quando tacitè permiſit teſtator, puta ſi à pupillo hærede inſtituto legauit fundum. text. eſt in. l. magis puto. §. ſi fundum. ff. de rebus eo. quem allegat gloſ. in dicta. l. prima. §. primo. ff. eodem titulo. Sed iudicio meo non poteſt dici extenſio: nam fundus legatus efficitur legatarij à morte defuncti. l. à Titio. ff. de furtis. l. cùm pater. §. ſurdo. de legatis ſecundo. cùm ſimilibus. ergo nunquam fuit in dominio pupilli hęredis inſtituti, ergo ceſſat ꝓhibitio. l. quæ loquitur de rebus pupillorum. Item ſi res in qua pupillus eſt inſtitutus, & cuius eſt factus dominus per aditionem poteſt alienare ſine decreto ex permiſsione defuncti, vt dictum eſt, ergo à fortiori res legata à pupillo inſtituto poterit ſolui legatario ſine decreto, cùm illius rei legatæ nunquam pupillus fuerit effectus dominus: & ſic videtur, quòd ille. §. ſi fundus. nedum non ſit extenſio, imò ſit caſus indubitabilis per ſuppoſitam regulam dict. l. 1. §. 1. de rebus eorum.



Secundò extendo dictam primam limitationem, ſcilicet quòd permiſsio defuncti operetur idẽ quod decretũ, vt procedat etiã ſi illa ꝑmiſsio, vel volũtas pronũtietur poſtea irrita. tex. eſt notabilis in l. fi. ff. de rebus eorũ. Ratio eſt: quia ex illa diſpoſitione irrita, vel inutili ꝓbatur defuncti voluntas permittẽtis alienationẽ. vt ibi. & in. l. 1. & 2. C. de fideicom. & in. l. ſi veritas. eodem titulo. & in. l. in teſtamẽto. ff. de fideicommiſſa. liber. ergo poteſt alienari, quanuis appareat voluntas non ſolennis: quia illa alienatio ſuſtẽtatur à voluntate defuncti.

*Adultus poteſt alienare in ultima uoluntate ſine decreto, cum communi.*

76 Tertiò extendo dictam primam limitationem, & eſt mirabile, ſcilicet quòd licèt adultus habens curatorem vel nõ habens non poſsit in vita alienare immobilia ſine decreto. l. lex quæ tutores. & ſuprà latè dictum eſt. tamen adultus etiam habens curatorem poteſt in teſtamento ſuo dare licentiam executoribus ſuis alienandi res immobiles ſine decreto iudicis. Ita concludit mirabiliter Bald. in. l. illud. C. quando decreto opus non eſt. & in. l. 1. ff. de rebus eorum. quem refert & ſequitur Iaſo. in. l. ſi frater. in fin. C. qui teſtamẽta facere poſſunt. Ex qua definitione ego colligo tria. Primũ. ſ. extẽſionem quã modò dixi. Secũdò colligo ex ea pulchrã differentiam inter actum qui fit inter viuos, & actũ qui fit in vltima volũtate: nã inter viuos non poteſt minor alienare, poteſt tamen permittere alienationem in vltima volũtate. Quod nota pro limitatione regulæ, quę habet, ꝙ valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & econtra. l. ſeruum filij. §. eũ qui chirographum. cum ſimilibus. de legatis primo. Tertiò colligo ſecundam limitationem, de qua agimus, ſcilicet, ꝙ licèt minor non poſsit alienare immobilia ſine decreto, poteſt tamen alienationem permittere ſine decreto, dum tamẽ permittat in vltima volũtate. & hoc etiã colligit Iaſo. in dicta. l. ſi frater. in fin. qui teſtamenta facere poſſunt. Ratio dubitãdi ad illam deciſionem Bald. potuit eſſe multiplex. Prima, quia non poteſt eſſe plus in cauſato, quàm in cauſa: cùm ergo ipſe minor non poteſt alienare ſine decreto, ergo nec alius ex poteſtate ipſius. Secunda, quia non poteſt alienare ſine certa ſolẽnitate, nec alienanti etiam patri ſuo conſentire. l. 2. C. ſi aduerſus donatio. & ibi Bald. cum ſimilibus. cùm ergo minor non poteſt alienare, ergo nec conſentire, dando poteſtatem executoribus. Tertia, quia nemo poteſt dare alij poteſtatem, quam ipſe non habet. capit. Daibertum. 1. quęſt. 7. cap. cura ꝙ autem. de iure patronat. l. nemo plus. de regulis iuris. ſed minor non habet poteſtatẽ alienandi, ergo &c. Quarta, quia ceſſante & anihilato principali, & quicquid ſequitur ex eo, vel ob id. l. nõ dubium. de legibus. cap. inter dilectos. in fine. de fide inſtrument. ſed principale, ideſt minor, eſt nihilatum quo ad poteſtatem alienandi, ergo quicquid ſequitur ex ei[9] permiſſione. Quinta, quia infecta prima radice, nullus fructus poteſt ex ea procedere. capit. fertur. 1. quæſtio. 1. Sexta, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus. l. 1. C. de imponẽda lucra. deſcriptiõe. libr. 10. Septima, quia à capite edenda eſt ratio. l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. Octaua, quia cuiuſq; rei potentiſsima pars principium eſt. l. 1. ff. de ori. iuris. ſi ergo teſtator, qui eſt principium & potentiſsima pars non poteſt alienare ſine decreto, ergo nec executor eius ex eius volũtate & permiſsione. Nona, quia abſurdum eſt ipſa origine rei ſublata eius imaginem derelinqui. l. 1. poſt princip. C. de lati

latina. lib. to. ſed origo, ideſt, ipſe minor
eſt ſublatus d̄ medio quoad poteſtatem,
ergo non debet remanere eius imago,
id eſt ille, cui ipſe ꝑmiſit, qui videtur ſuc
cedere in locum ſuum. Decima, quia ſi
lex excludit radicem, ergo quicquid ex
ea procedit videtur excluſum. vt in vſi-
bus feudorum titu. 1. §. hoc autem notã-
dum. & Bald. per illum tex. in. l. maximũ
vitium. de lib. præ. 1. colum. in fine. ergo
ſic in propoſito. Sed iudicio meo omnia
ſuprà dicta poſſunt ſic ſolui: quia cùm. l.
permittit minori. 25. annis etiam haben-
ti curatorem quòd poſsit teſtari. l. Aure-
lio. §. Gaius. ff. de liberatione lega. l. cùm
pater. §. curatoris. de legatis ſecundo. no
tatur in dict. l. ſi curatorem habens. cum
ſimilibus. ergo videtur permiſiſſe om-
nia, quæ alij teſtatores poſſunt agere. ar-
gumen. l. quidam conſulebant. de re iu-
dicat. vbi tex. dicit, Princeps enim qui ei
magiſtratum dedit, omnia facere decre-
uit. ſed alij teſtatores hoc poſſunt per-
mittere. l. 1. §. 1. de rebus eorum. cum ſu-
prà allegatis. ergo & iſte. & pro hoc opti
mè facit. l. 1. de ſacro. eccle. ibi, liber ſit ſty
lus &c. Præterea ſæpe videmus, ꝙ ex per
ſona mea quis cõſequitur quod ego nõ
habeo. l. ſi poſt mortem. §. fina. ff. de bon.
poſſeſsio. contra tab. pleniſsimè per Iaſ.
in. l. ſi emancipati. C. de colla. Item quan
doque plus eſt in ceſsionario, quàm in
cedente. vt notatur in. l. fina. cum ſimili-
bus. in principio. C. de iure dotium. licèt
ergo minor tanquam minor non poſsit
alienare, & per conſequẽs nec permitti.
& ita intelliguntur contraria adducta
per rationem dubitandi. Tamen minor
tanquam teſtator, ideſt, tanquam habili
tatus à. l. in illo actu teſtandi poteſt per-
mittere in teſtamento, quòd alij teſtato-
res poſſunt, & hoc eſt quod intendo. Et
iſtud fortè voluit Bald. in dic. l. illud. quã
do decre. opus non eſt. dum dicit, quia
cenſetur iure maioris quo ad teſtan-
dum &c.

77 Addo tamen, quòd licèt teſtator ha-
buerit aliquam rem venalem, non tamẽ
propterea videtur permittere quòd ven
datur, & ſic iſto caſu requiritur decretũ
in alienatione. text. &c. quem reputo
ſingularem in. l. prima. §. ſi defunctus. ff.
de rebus eorum. Cõtra quem text arguo
ſic. Primò, quia habeo, quòd ſi aliquis ex
poſuit rem venalem, compellitur ad vẽ-
dendum, nec poteſt pœnitere. ita proba
tur ex glo. in. l. non enim. ff. rerum amo-
tarum. & ibi Dinus & Bar. expreſsè. not.
Iaſ. & alij in. l. nec emere. C. de iure deli-
ber. ſi ergo ipſe poteſt cogi, ergo à fortio
ri videtur permittere. Item quia ex per-
ſona ſucceſſoris non mutatur natura o-
bligationis. l. ſecũda. §. 1. ff. de verborum
obliga. Præterea ſi ego conueni de per-
mutãdo tecum rem quã habebam vena
lem, tũc non poſsũ pœnitere. Et ſic eſt ca
ſus mirabilis, in quo in contractu inno-
minato non eſt locus pœnitentiæ. text.
eſt ſingularis & vnicus ſecundùm Bart.
& omnes. ibi in. l. 1. C. de rerum. permuta
tione. ergo ſic videbatur in propoſito.
Ad iſta contraria, quæ nemo tangit, ſic
reſpõdeo. Primò ad gl. l. non enim. & di
co ꝙ illa gl. eſt falſa. & contrarium in ter
minis tenẽt Petrutius, & Bal. in. l. 1. C. de
epiſco aud. & notabiliter Alber. in. l. nõ
enim. & moder. in. d. l. nec emere. & ſic
non obſt. Secũdò dico, poſito ꝙ eſſet ve-
ra, ꝙ intelligitur quando res erat expoſi
ta venalis, & aliquis comparuit ad emẽ-
dum, vt tunc non ſit locus pœnitentiæ,
& ita ibi exemplificatur. at in. §. ſi defun-
ctus. qui expoſuit rem venalem, d̄ceſsit
re integra, & ſic tempore quo non pote
rat cogi, ergo nec ſucceſſor: & hæc ſolu-
tio patet ex illo text. rectè intuenti, & ſic
non obſt. Tertiò ſoluo ſic. Exponens
rem venalem poteſt cogi ad vendẽdum
ideo ſcilicet, quòd habuit ſemel volunta
tem vẽdendi, & ſic non poteſt pœnitere:
ſed iſta voluntas finitur morte exponẽ-
tis rem venalem. l. 4. ff. loca. cum ſimili-
bus

*Teſtator licet rem quã adulto legauit uenalẽ haberet, nõ tamen uidetur ei eius alienat. permiſiſſe.*



bus. ergo nõ tranſit ad hæredem, ſcilicet
vt hęres poſsit cogi. Et iſtud iudicio meo
eſt quod expreſsè dicit text. in dicto. §. ſi
defunctus. ibi, nõ vtiq; quod ipſe voluit
vendere idem etiam poſtea diſtrahendũ
putauit. & ſic dicit expreſsè, quòd volun
tas ſua fuit morte finita. Quartò conceſ-
ſo ſine præiudicio veri, ꝙ illa quaſi obli-
gatio vendendi tranſiret ad hęredem, de
bet tamẽ neceſſariò intelligi ſeruatis ſer-
uandis, & ſic ſecundũ qualitatem perſo
nę. l. plenũ. §. equiti. cum ſimilibus. d̄ vſu
& habitatione. vnde ſi eſſet hęres maior,
cogeretur vendere ſine decreto, ſed quia
ſucceſſor eſt minor, debet cogi vendere,
adhibito decreto, quia aliàs venditio eſ-
ſet nulla, & ſic nullo modo obſtat. Non
etiam obſt. aliud, ſcilicet de permutatio-
ne: quia ibi quando expoſuit rem vena-
lem, deinde promiſit permutare, & tradi
dit rem aduerſario, quo caſu non poteſt
pœnitere, ſed poteſt cogere aduerſariũ
vt impleat ex parte ſua, & ſic loquitur
quando res non erat integra, ſed erat res
tranſlata in poteſtatem aduerſarij: vnde
ſi tũc minor ſuccedat, ſuccedit in actiõe
cõpetẽte defuncto d̄ facto, qui poterit co
gere aduerſarium ad implendum ex par
te ſua, non autem ſucceſsit in re, quæ nõ
remanſit in bonis defuncti, & ſic fruſtra
quærimus, an cogatur vendere vel non:
at ille. §. ſi defunctus. loquitur quando
habuit rem venalem, quæ remãſit in bo
nis ſuis, & ſic nullo modo obſt. Et iſta cõ
traria nemo tangit, nec ſoluit, ideo be-
ne nota.

78 Secundò limito prædictam regulam,
quando ſocius maior prouocat ad diui-
ſionem, vt tunc non requiratur decretũ.
text. eſt in. l. penult. C. de prædijs mino-
rum. & in. l. 1. §. ſi communis. de rebus eo
rum. & in. l. ſi pupillorum. in princ. eod.
titu. Ratio, quia tunc alienatur ex neceſ-
ſitate. &c. Tertiò, quando creditor iure
creditoris vendidit pignus ſibi obligatũ
à patre pupilli, vel ab eodem pupillo per

*Minor põt rem ſoli alienare quãdo ſocius ꝓuocat ad diuiſi.*

miſſu prætoris. textus eſt in dicta. l. pri-
ma. §. ſi communis. de rebus eorum. ſecũ
do reſponſo. & l. ſi pupillorum. §. ſi pupil
lus. eodem titul. ad idem. l. 2. C. de præd.
minorum. faciunt notata in. l. ſecunda.
C. ſi aduerſus vendi. pig. vbi plenè nota-
tur. Quartò per. l. ſed ſi pecunia. §. pigno
ri. de rebus eorum. & ratio ponitur ibi in
text. ad idem. l. 1. C. de præd. minorum.
Quintò in. §. item quando. eadem. l. ſi pe-
cunia. Sextò in verb. idemq; erit dicen-
dum. eadem. l. Septimò per text. in. l. ma-
gis puto. §. ſi pupillo. eo. tit. quam limita
tionem ſublimito vt habetur eodem. §.
Octauò eadem. l. §. ſed ſi pater. Nonò ea-
dem. l. verſ. eadẽ ratione. Decimò per. l. ſi
pupillorũ. §. pe. col. pe. & l. pe. §. fi. de reb⁹
eorum. ad idem. l. vtere. & l. ſi prædia. &
l. ſi prædiorum. C. de præ. minorum. Vn
decimò per. l. illicitè. vbi vi. de rebus eo-
rum. Duodecimò. per. l. non fit contra.
eodem titul. Decimotertiò per text. ſin-
gularem in. l. fin. §. defenſionem. C. de ad
miniſtra. tut. vbi vi. Decimoquartò per
text. eadem. l. fin. §. fin. & in. l. lex quæ tu-
tores. §. fi. eodem titu. & l. fin. C. quando
decret. opus non eſt. Decimoquintò per
text. in dicta. l. ſi pupillorum. §. fin. Deci-
moſextò per text. in. l. ſecunda. C. quãdo
decret. opus. Decimoſeptimò poteſt li-
mitari per text. in. l. fin. C. ſi maior factus
alien. factam rat. habue. hoc modo, ſcili-
cet, ꝙ licèt non valeat alienatio rei mino
ris ſine decreto, tamen confirmatur taci
turnitate quinquennij, vt ibi. Decimo-
octauò limito, ꝙ licèt pecunia poſsit ſer-
uando ſeruari, & ſic deberet interuenire
decretum per. l. lex quæ tutores. tamen
in eius alienatione non requiritur decre
tum. Ita tenet Bald. in. l. ſi curatorem ha-
bens. C. de in integrum reſtitutione mi-
norum. & in. l. 1. in princi. de rebus eorũ.
per gloſ. quam reputat ſingularem in. l.
1. §. fuit quęſitum. ad Trebellia. quod be-
ne nota. Decimononò limito, ꝙ licèt mi
nor nõ poſsit alienarę ſine decreto, tamẽ
valet

valet alienatio,& conceſsio ſine decreto
quam facit minor, dum ingreditur reli-
gionem. Hoc eſt elegans dictum Cin.in
authen.ingreſsi.de ſacro.eccle.de quo in
apoſti.ad Abba.in cap.relatum.el.1.de te
ſtamentis.vltima colum.

*Minor rerum ſuarũ locationi ſtare tenetur finita tutela, cum communi.*

Nunc vidẽdũ de locatione.Et ſit ſecũ
da regula,ꝙ ſine decreto poteſt fieri loca
tio,cui ſtare tenetur minor poſt curã,aut
tutelam finitã ex cõmuni opi.quã reſol-
uunt Bar.Paul.Alex.&reliqui in.l.ſi filio
§.ſi vir.ff.ſolu.matri.Cinus in.l.emptorẽ.
C.de locat.col.2. Couar.variar.reſol.lib.
2.c.15.n.5. cum ſequẽ.Pinel.de bo.mater.
l.1.par.3.n.63.Socin.cõſ.125.n.6.lib.1.An-
to.Gomez.de cõtractibus.C. de locatio.
n.8.fol.27.arg.l.ſi tutelæ.ff. de admi. tut.

*Locatio ad longum tẽpus, alienatio eſt, cum communi.*

Intellige in locatione ordinaria ad nõ
longum tempus, non ſic in locatione fa
cta ad longũ tẽpus, vt illicò probo:quia
locatio ad longum tempus efficit, vt ius
reale in conductorem tranſeat,ſicq́; con
tinet ſpeciem alienationis.vt ex commu
ni ſententia reſoluũt Felinus conſ.25.Iaſ.
in.l.naturaliter.n.15.ff.de acq. poſ.Faber
in.§.item finitur.Inſti.de vſufr.idem Ioã.
Fab.in.§.adeò.Inſt.de locati.& conduct.
Aretinus conſ.55.Pinellus de bo. mater.
l.1.par.3. num.66.Iaſ.in.l.1.num.34.C.de
iure emphy. idem Iaſ.in.l.fi. num.2.&in
l.2.eod. titul.num.39.

*Tutores prædia minorum ad longum tẽpus locare nõ poſſunt, cum communi.*

Vnde tutor, vel curator prædiũ mino
ris ad lõgũ tempus locare non põt,non
magis q̃ alienare.vt ex cõi opi.reſoluit A
lex.cõſ.117.lib.5.Boẽri⁹ deciſ.234.Pinel.q
eos & alios refert đ bo.ma.l.1.par.3.n.64.

*Pater fundum filij aduentitiũ ad longum tẽpus locare an poſsit, noua declaratio.*

Nam & ſimiliter pater,q habet vſum
fructũ in bonis filij ſui aduẽtitijs,vel ma
ternis, non poſſet ſcđm eũ ad longũ tem
pus locare talia bona.qđ notat etiã Boẽ-
rius vbi ſuprà.Decius cõſ.142. n.3.libr.2.
variar.reſol. c.16. in princ.ſcribentes oẽs
in clem.1.& in cap.nulli.de rebus eccleſ.
Bellam. deciſ.748.Alex.cõſ.17.lib.4.An
gel.& Faber.in.§.adeò.Inſt. de locatione
& conductione.

*Maioratus poſſeſſor fundum ad longum tẽpus locare an poſsit, noua declaratio.*

Sed & in poſſeſſore primatus maio-
ratúsve idem quoq; receptius eſt,vt nec
ille quidẽ rem maioratus poſsit ad lõgũ
tempus locare, quaſi per hoc videretur
alienationẽ,quæ prohibita fuerat,feciſſe
vt reſoluũt Anto.Gomez.in.l.40.Taur.
&Pinell⁹ vbi ſuprà.n.65.ſentit Bal.in.l.fi.
§.ſed quia.ad fin.C.cõi de lega.Iaſ.conſ.29
lib.1.idẽ Iaſ.cõſ.94.eo.lib.Bal.in.l.empto
rem.n.5.locati.ſentit Bar.in.l.codicillis.§.
inſtituto.ff.de lega.2.Paul.in.l.fi.C.de re-
bus alien.Imola in.l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſolu
to matrimonio.dum rem,quę familię re
ſtituenda erat, negant poſſe ad longum
tempus locari,non magis,q̃ ex toto alie-
nari.idẽ Imol.in.c.ad audientiã.n.2.de re
bus eccle.Ang.in. d.§.adeò.Inſti.de loca.
Alex.n.25. in.d.§.ſi vir.Cepola in.l.aliena
tionis verbo.ff.de verb.ſig.Socin.iunior
cõſ.56.lib.2.Alex.cõſ.165.lib.2.Couar. re-
ſolu.lib.2.c.16.col.2.Matth. Afflict.in cõ
ſue.Neapolit.lib.3.rubri.5.plenè in ſimili
per Tiraque.de retract.ligna.§.1.gl.14.n.
79.Boẽrius deciſ.234. Quorum plerique
improbant glo.fi.in dict.§.inſtituto.quæ
contrarium tenebat,vt is maioratus ceu
rei reſtitutioni ſubiectæ poſſeſſor poſſet
eam ad longum tempus locare.

*Pœna facilè uitatur, cum communi.*

Quæ quidem glo.communiter repro
bata ſaluatur,vt procedat primũ quo ad
pœnam vitandã ſecũdũ Pinellum & Co
uar.vbi ſuprà. & in ſimili per gl. in cle.1.
de cõſanguinitate & affinitate.Iaſ. & De
ci.col.fi.in.l.2.ff.de iuriſd.om.iu.Iaſ.in.l.
cũ quidam.ff. de lib. & poſt.Decius in.l.
factũ.§.in pœnalibus.ff.de reg.iur.Hip-
polytus ſingu.300.Corſetus in notabili-
bus.verbo, extenſio. fol.142.Vnde licèt
pater,qui alienat aduentitia,vel materna
bo. filij ſui priuetur aliquando admini-
ſtratione eorum bonorũ, fallit tamen in
locatione,quæ inducitur per longi tem-
poris locationem,ſcđm Pinel.vbi ſuprà.

*Locatio lõgi temporis per cõuentionem deſinit ius reale tranſferre cum communi.*

Deinde eadẽ glo.ſaluatur,vt ſi in loca
tione longi tẽporis poſſeſſor maioratus
conueniat per pactũ, vt inde nullum ius
reale



reale conductori adquiratur, valeat talis
locatio. Ita Bald. in dict.§.inſtituto.& in
l.ſi domus.§.fin.ff.de legat.1.Verou.in.c.
nulli. num.32.de rebus eccleſ.Alexan.in
dict.l.ſi domus.§.fin.col.fi.vbi etiã Imol.
Areti.in.l. ſi quis ante. col.1.ff.de acquir.
poſſeſ.Alex.in addi. ad Bart.in dict.§.in-
ſtituto . Caſſanæus in conſuetudinibus
Burgun.rubri.9.§.10.numer.39.

Contrarium ſentit loquens in re ec-
cleſiæ Bald.in authent.hoc ius.columna
1.C. de ſacroſanct. eccleſ. Couar. in dict.
cap.16.circa principium. poſt Molinæũ,
& Fabianum,quos ipſe refert.&Pinellus
vbi ſuprà.qui refert Iaſo. ita tenentẽ cõ
ſi.94.col.fi. lib.1.& Cuma.in.d.§.inſtitu-
to.lect.2.Qua in re præſertim in materia
maioratus, harũ opinionũ cõciliatio nõ
obſcura eſt:nam quo ad hunc effectum,
vt locatio ad longum tempus firma ſit,
& irreſolubilis,indubitanter ꝓcedit hęc
2.opin.quia permiſſa ad tempus,poſt tẽ-
pus videntur vetita.l.fina.C.de legatis.l.
quoties.C.de donat.quæ ſub modo.Nec
dubium eſt,quin ſequenti in gradu iniu
rium eſſet, ſi ſuperior decedens vlla ex
parte alienatam,vel obligatam poſt tem
pus ſibi permiſſum rem relinqueret. cõ-
tra legem. 1.l. quod ſponſæ.C. de donat.
ante nup.expreſsiùs in.l.peto.§.fratre.ff.
de leg.2.ibi, nec ideo ſequentium cauſa
propter ſuperiores in poſterum lædi de-
bet.Facit, q̃a reſoluto iure datoris,reſol-
uitur ius acceptoris. l. lex vectigali. vbi
glo.in verbo euanuiſſe. ff.de pig.nam &
locatio à fructuario facta etiam ad mo-
dicum tempus,finitur extincto vſufru.
l.ſi quis domũ.§.1.ff. locati.vbi Paul. n.3.

Verùm quo ad primordialem validi-
tatem locationis magis eſt vt licèt fiat à
maioratus poſſeſſore ad longum tem-
pus, per interuẽtum pacti commemora
ti ſaluetur, & ſic procedat prior op. quæ
receptior eſt,aliter enim exiſtimantibus
agnoſcendum eſſet etiam ad modicum
tempus poſſeſſorem maioratus, aut pa-
trem in vſufructu aduentitiorũ, aut epi-
ſcopũ, & clericorum quemlibet,aut tu-
torem, vel curatorem adulti, vel pupilli
nõ poſſe etiam ad modicum tempus res
locare, quia ante illud tempus finitum
tutela,vel cura poſsit finiri, vel mors cle
rici,vel epiſcopi, vel poſſeſſoris maiora-
tus ſuperuenire,vel vſufructuarij,vel pa
tris vſumfructum habentis in filij bo-
nis aduentitijs.Itaq;, data paritate termi
norũ,in his perſonis idem ius erit. Nam
illud pactum, ne per longi temporis lo-
cationem ius reale conductori adquira-
tur,efficit ſecundùm vtriuſq; partis fau-
tores,vt ius reale conductori minimè ad
quiratur,quo fit,vt moriente poſſeſſore
maioratus, ſequens in gradu liberè poſ-
ſit repetere,& vendicare rem ſuam à cõ-
ductore lõgi temporis,non ſecùs,quàm
ſi ad modicum tempus conduxiſſet,qui
ſe tueri nõ põt, quaſi ius reale quæſierit,
cùm huic acquiſitioni pactũ illud impe
dimẽto fuerit:nec põt ſe tueri quaſi per-
ſonã huius ſucceſſoris obligatã habeat,
quia cum eo nõ cõtraxit,ſed cũ prędeceſ
ſore,cuius contractui, & locationi is ſuc
ceſſor particularis ſtare non tenetur.

Data ergo paritate terminorum, per
interuentum illius pacti efficitur,vt non
ſit differentia inter longi temporis loca
tionem, & locationẽ modici temporis:
quod procedit in ijs,qui conducunt res
illas ad ſuam vtilitatem, qualis eſt cleri-
cus,epiſcopus,poſſeſſor maioratus, vſu-
fructuarius, & alij,de quibus mentionẽ
habuimus, præter tutorẽ pupilli,aut cu-
ratorem adulti, qui non ad ſuam, ſed ad
minorũ vtilitatem, eorumq́ue nomine
rem conducunt,quorũ locationi mino-
res ſtare tenẽtur,vt ſuperiùs diximus:qđ
& in locatione lõgi tẽporis admittendũ
puto,dũ mõ bona mẽte & cõſilio frugali
terq́; facta fuerit, & præterea interuene-
rit illud pactum, vt exinde nullum ius
reale cõductori adq̃ratur. Id qđ faciliùs
procederet,admiſſa opiniõe exiſtimãtiũ

per locationem ad longum tempus regulariter nullum ius reale conductori acquiri videri. Quam opinionem eleganter contra communem defendit ſtrenuus Pinellus de bo.mater.l.1.par.3.n.66 quod nunc nec firmo, nec improbo.

*Locatio ad longum tẽpus uariè fieri dicitur*

Stat ergo longi temporis locationem quando in prædijs minorum & ſimiliũ fieri poſsit. Ad longũ autem tempus locatio fieri intelligitur varijs modis.

Primùm quando fit ad totam vitam locatoris, & cõductoris, vel alterutrius. Ita reſoluit ex communi opi. Nauarrus in.c.1.§.1.de pœnit.diſtĩ.5. Corn.cõſ.243.lib.3.Alex.conſi.119.libr.3.col.fin.Deci.conſi.204.Areti.cõſ.55.col.1.Bal.in.l.6.ff.de vſufr.Boëri.deciſio.234.colum.1.&.2. Secũdò quãdo locatio fit ad decẽniũ, vel vltrà.gloſ.in.l.2.ff.ſi ager vectigalis. Decius conſi.292.num.1.Pari.conſi.98.lib.4.Bart.in.l.1.§.quod autem.ff.de ſuperfi. Alexan.conſi.17.colum.1.lib.4.Paul.in l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſolu.matrimonio.Platea in.l.1.C.de admi. re.pu.Soci.iunior conſ.66.n.5.lib.2.reſoluit ex cõi opin.Iaſ.conſi.94.libr.1.& conſi.29.Bald.in.l.iubemus nulli.col.2.C.de ſacroſan.eccleſ. Pinellus & Couar.vbi ſuprà.Decius cõſ.ſuprà citato.Anania in.c.fi.n.13.ne prælati vices ſuas.Soci.cõſ.32.col.1.Tertiò quãdo locatio ex pacto duratura erat quandiu locator vellet, vel quãdiu vellet conductor, dicitur eſſe ad longũ tẽpus. vt reſoluũt ex cõi ſentẽtia Soci.iuni.cõſi.63.n.11.lib.2.Deci.conſ.204.in fi.Marti.Laud.in rubr. de rei vendi.n.5.ff.facit quod ait Bar.& Iaſ.in.l.ſufficit.per tex.ibi.ff.de cõdi.inde.facit.l.iuriſperitos.ff.de excu.tu. Poſtremò dicitur locatio ad longũ tempus, quando fit ad ſex, ſeptem, vel octo annos, cum pacto, vt illo tempore finito duret per totidem annos. vt per Fabrum in.§.item finitur.Inſti.de vſufruct. Alex.conſ.265.lib.2.Aret.in.l.ſi quis ante.col.1.ff.de acq.poſ.Cardi.in clemen.1.§.fi.de rebus eccleſiæ.Alex.conſi.104.nu.6.lib.3.Felin.in.c.quæ in eccleſiarum.nu.87.de conſti.Soci.conſi.99.nu.8.lib.1.Alex.in.l.ſi filio.§.ſi vir.col.fi.ff.ſol.matrimo.Iaſ.in.l.manumiſsiones.nu.7.ff.de iuſt.& iur. Molinæ.in conſuetud.Pariſ.§.41.nu.36.Alexan.in.l.ſi domus.§.final.ff.de legatis primo.colum.fin.

Regulariter tamen & in re dubia locatio ad annum tantùm facta intelligitur. vt reſoluunt Pinellus vbi ſuprà.& Soci.iuni.cõſ.25.n.3.lib.2.per.l.item quęritur.§.qui impleto.ff.locati.l.boues.§.hoc ſermone.facit in ſimili.l.ſine præfinito.ff.de pœnis.in ſimili per Iaſon.in.§.curare.Inſtit.de actio. Tiraquel. de retract.conuen.§.1.gloſ.2.nu.4.Deci.in cap.ex literis.num.10.de conſti. Gomez.in.§.quædam.nu.22.Inſti.de actio.Iaſ.in.l.5.§.1.numero.38.ff.de re iudic.

*Alienari ſimiliter res ſoli minorũ cum decreto poteſt.*

79 Secunda regula affirmatiua eſt, quòd bona minorũ cũ decreto bene poſſunt alienari.Intellige non ſimpliciter, & indiſtinctè, ſed ex certis cauſis tãtùm, de quibus in.l.ob æs. C. de præd. minorum. & in.l.lex quæ tutores. C. de admi.tutorũ. cum ſimilibus.Et adde, quòd quãdo minor habet tutorem, vel curatorem, non ſufficit decretum iudicis, imò etiam eſt neceſſe, quòd tutor interueniat, aliâs decretum eſſet nullum. vt notatur per glo. in.l.ſi curatorem habens.đ in integrum reſtitutione.& in.l.fin.C.de fideiuſſo.minorum.& in.l.fi.C.ſi propter publicam penſitationem.& doctores in dict.locis. & addo aliam glo.in.l.1.§.ꝙ ſi fortè.de rebus eorum. Qualiter autem decretũ interponatur, & quæ requirantur in interpoſitione ipſius, vi.l.fina.C. de præd.minorum. Adde tamen duo dicta notabilia per Bald.in.l.2.in princip.de rebus eorum.3.&.4.notabili.Item addo, ꝙ decretũ ſuper alienatiõe rei minoris nõ poteſt interponi die feriata, ſecũdũ Bal.in.l.act⁹.C.de ferijs. de quo vi.ibi ſolẽniter ꝑ Pau.

Deniq; an minor carens curatore, qui tamen habebat patrẽ legitimum adminiſtratorẽ



ſtratorem poſsit alienare immobilia ob cauſam neceſſariam, qualis eſt cauſa ęris alieni, & an dato ꝙ ipſe minor id nõ poſſit, patri tamen eius id permiſſum ſit, dubitari ſolet.

*Alienare immobilia pater an poßit ſine decreto ob cauſam neceſſariã cõtra communem.*

80 Qua in re dic, ꝙ pater legitimus adminiſtrator poteſt ſine decreto alienare immobilia ob cauſam neceſſariã æris alieni.Iſta eſt communis opi.ſecundùm Iaſo.in.l.præſes. C. de tranſactionibus. & ſecundùm Tiraquellum in.l.ſi vnquam.numero.28.C.de reuocan.donat. in princip. per.l.final.§.ſin autem æs alienum.C.de bonis quæ liber. tu dic quòd contra communem opin. probat euidenter text. in ead.l.fin.§.ipſum autem.Primò dum ait, ritè res vendere.Secundò ibi, ritè res pignori dari. Tertiò ibi, extra memoratas cauſas. Vnde conſtat illam deciſionem tam ad pri.dict.§.ipſum.q̃ ad dict.§.ſin autem ęs alienum. eſſe referendam, vt non poſsit pater alienare niſi ritè, & ſic cum decreto.ergo hic tex. qui allegabatur pro communi, probat euidenter contrariã opi. & præterea communis manet ſine fundamento.Secundò per.l.ob ęs.C.de præd.mi.l.1.§.primo.&.l.magis puto.§.non paſsim.&.§.item requirat.&.§.item prætor.ff.đ rebus eorum. in quibus licèt alienatio fiat ob cauſam neceſſariam, ſcilicet æris alienì, tamen fieri non poteſt abſque decreto. Tertiò per.l.tertiã.C.de pręd.minorum. & per dict.l.ſi pupillorum.§.primo.de rebus eorum. vbi qualitas patrietatis non ſufficit vt euitetur decretum: & cùm qualitas patrietatis per ſe, & qualitas illa per ſe, quòd venditio fiat propter æs alienum, non ſufficiant, ſupereſt, vt ambæ ſimul ſufficere non debeant:quia caſus mixtus &c. & argumento.l.Gallus.§.ille caſus.ff.đ liberis & poſthum.Quin imò & ſi alienatio ob cauſam neceſſariam poſtuletur, adhuc magis eſt, vt etiã à patre fieri non poſsit.argument.dict.l.ſi pupillorum.§.ſi pupillus. iuncto.§.ſi pater.Sed pro communi poſſunt allegari.l.penult.C.de prædijs minorum.l.prima.§.ſi communis.&.l.ſi pupillorum.ff.de rebus eorum.

In quibus probatur alienationem à quocunq; tutore, vel curatore minoris poſſe fieri ſine đcreto, ergo multò magis à patre, q & tutor eſt, vel curator. Sol.nouiſsi.referre, vtrùm alienatio ſit neceſſaria & in indiuiduo, quale eſt cùm minor prouocatur ad diuiſionem, tunc enim oportet alienationem fieri, & quòd in re illa fiat, vnde fruſtra eſſet expectare iudicis decretum, quod verſatur circa inquirendum, vtrùm ex prædijs magis alienari oporteat, & an expediat potiùs pignorare quàm alienare. vt dicto.§.non paſsim.cum ſequent. Verùm cùm in indiuiduo non eſt neceſſaria alienatio, quod accidit cùm poſtulatur ob æs alienum ſoluendum, vel ob neceſsitatem famis, & ſimilia, tunc decreto opus eſt, propter rationes de quibus in dicto.§.non paſsim. ergo inter patrem, & alios tutores, vel curatores nulla eſt different. hoc primò. Nec etiam alij poſſunt ob cauſam vtcunque neceſſariam ſine decreto vendere: aliud eſt enim alienationem alicuius rei in indiuiduo neceſſariam eſſe, aliud ob cauſam neceſſariam deſiderari. Et iuxta hanc partem videntur ſentire in puncto iuris Crotus in.l.frater à fratre.numero.trigeſimoprimo.ff.de condictio. indebi. Antonius Gomez.in.l.quadrageſimaoctaua Tauri. prope finem. Caſſanęus in conſuetudinibus Burgundiæ.rubrica ſexta.§.quinto.folio.218.columna quarta. numer. decimoquarto. Curtius iunior.numero decimoquinto. in.l.præſes.C.de tranſactionibus.vbi Iaſo. numero quinto. in puncto iuris in hanc partem inclinat poſt Salicetum ibi.

Communem tamen ſententiam ſequuntur Azo in rubrica de bonis quæ libe. nume.9. Matthæus Afflict. deciſione.393.nu.primo. Guiliel. Bened.in cap.

Rainutius.in verbo,duas.num.255.de teſtament. Cuman.in.l.prima.ff.de rebus eorum. Loriot. de conſanguinit.axiom. 40.Couarru.libr.primo.variarum reſol. capit. octauo. numero.6.Tiraquellus in l.ſi vnquam.in princip.numero.28.C.de reuocand.donatio.Roman.Aretin.Decius,Socin.& alij, quos ipſe refert.Bald. in.l.final.§.ſin autem.in fin.vbi Paul.columna prima.& Fulgoſi. & Corne.C.de bon. quæ lib. Bald. Paul. & Alexand. in dict.l. præſes. Iacobi.in.l.prima. numer. quinto. C. ſi aduerſus venditio.Seuerin. in tractatu de tranſactio. quæſtio.7.

*Quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ab adulto curatorẽ non habẽte poſſunt alienari & donari.*

81 An minor carens curatore poſsit donare bona quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt?Et teneo quòd ſic per ſequentia.Primò per textum in.l.ſecunda. C.ſi aduerſus dona. vltimo reſponſo.& ibi expreſſe Paulus qui dicit,quòd minor non habens curatorem poteſt donare res ſuas mobiles,& valet donatio,ergo à fortiori pecuniam, in cuius alienatione non requiritur decretum,ſecundũ gloſ.in.l.1.§. fuit quæſitum.ad Trebel.& hoc de pecunia.Secundò pro hoc,quod latè ponit Alexan.in.l.iuſiur. quod ex conuentione. §.1.de iureiur.pe.& vltim.col.Tertiò pro hoc text.ibi à contrario ſenſu, inquantũ vult,ꝙ adultus habet ius adminiſtrandarum rerum, quando non habet curatorẽ,ergo poteſt donare, licèt poſsit reſtitui.Huic tamen fundamẽto de facili poteris reſpondere.Quartò pro hoc quędã verba Iaſ.ibi pen. col. in fi. dum dicit, ꝙ adultus,q̃ habet curatorẽ,poteſt omnia facere ſicut & maior poſſet, ſed maior poſſet donare,ergo &c.Sed huic etiã poſſes reſpondere,ꝙ non eſt verũ præſuppoſitũ:quia minor non habens curatorem, non poteſt alienare immobilia, vel mobilia,quæ poſſunt ſeruari, vt ſuprà eſt dictum,quod tamen maior bene poſsit,& ſic arg.non ſtringit.Quintò pro hoc nouiſsimè põdero gl.in.l.de tutela.gl.mag. in fin.C.de in integrũ reſtitu.vbi gl.dicit ꝙ ſi adultus liberauit curatorẽ, tenet remiſsio, licèt detur reſtitutio.& allegat.l. ſi curatorem habens. Conſidero ergo,ꝙ ibi loquitur in remiſsione,quæ remiſsio eſt donatio.l.ſi mulier.ff.de cõdi.ob cauſam.ergo adultus poteſt donare.Et ſi dicas,ꝙ ibi adultus habebat curatorem, & ſic non ſtringit. Ad hoc reſpondeo,& dico, ꝙ cũ ibi liberatio fieret eidem curatori,perinde habetur,ac ſi curatorẽ non haberet,cùm in hanc rem nõ poſsit authoritatẽ interponere. vt eſt gloſ. ſingularis in.d.§. fuit quæſitũ.& ibi Bart.ergo eſt ibi gl.expreſſa.ſ. in.d.l.de tutela.ꝙ minor non habens curatorẽ poteſt donare. Itẽ pondero,quòd illa gl.in.l.tutela.allegat. l.ſi curatorem habens.& dicit,ꝙ licèt teneat remiſsio,datur tamen reſtitutio.ſed l.ſi curatorem habens.in.2.parte ſui,vbi loquitur de reſtitutione, dicit ſine curatore conſtitutus.&c.ergo illa glo.loquitur in adulto non habente curatorẽ, cũ debeat intelligi ſecundùm concord.quã allegat Bar. in.l.non ſolùm.§.ſi liberationis.cũ ſimilib⁹.de liberatione legat. Pręterea & ſi fateretur ꝙ illa gloſ. loquitur quando adultus habet curatorem,à fortiori probaret opinionem meam. Nam ſi curatorem habens poteſt remittere,& ſic donare,ergo à fortiori carens curatore,per dictã.l. ſi curatorem habens. vltimo reſponſo.tamen illa gloſ.non poteſt intelligi quando habet curatorem, quia eſſet cõtrà.d.l. ſi curatorẽ.in prin.vbi habens curatorẽ non poteſt vendere, ergo à fortiori nec donare. Et prædicta nota, quia ego ſolus tango. Sextò ad prædictã allego gl.in.c.ſi qua de rebus.12.q.2.quę indiſtinctè dicit, ꝙ minor curatorem nõ habens poteſt contrahere,& valet mero iure.& allegat dict.l.ſi curatorem habẽs. Septimò faciunt quædam verba Iaſo.in l.neque.C. de procurator.tertio notabili.Octauò pro hoc facit gl.ſuperius allegata. Inſtitut. quibus alienare licet.§. nũc autem admonendi.in verbo, nulla. & ibi



& ibi Faber & Angelus. Nonò pro hac regula.l. nec non.§. quod eis.ff.quibus ex cauſis maior. facit lex. non vſque adeò . ff.ſi à parẽte quis fuerit manumiſ. Decimò pro hoc gl.in. d. l. ſi curatorem habens.gloſſ. penultima in generalitate ſui. Vndecimò pro hoc dict.l. ſi curatorem habens.in verbo, cõtractum feciſti. appellatione em̃ contractus continetur donatio.l. ſi donationis. cum ſimilibus. C. quod metus cauſa.Duodecimò iſtud ſic probo.Dicit ille tit.C.ſi aduerſus dona.ꝙ minor poteſt reſtitui aduerſus donationem.

Modò arguo ſic. Aut loquitur ille titulus in pupillo, & hoc eſt falſum, quia donatio ab eo facta eſſet nulla ipſo iure, etiam ſi non haberet tutorem.&idem in quocunq; alio contractu. gloſ. in dict.l. ſi curatorem habens.prima gloſ.& ibi dixi. ergo non datur reſtitutio, & ſic non habet locum ille titulus.Aut loquitur ille titulus in adulto, quod eſt verum, & tunc aut habet curatorem, aut non.Primo caſu aut donat ſine authoritate curatoris,& donatio eſt nulla.dict.l.ſi curatorem habens.in prin.Aut cum authoritate ipſius,& tunc idem.l. ab agnato. cum ſimilibus.ff.de curato.fur. & ſic nullo iſtorum caſuum habet locum reſtitutio de qua in illo titulo,ergo neceſſariò debet intelligi in adulto non habente curatorem,vt ſcilicet donatio ab eo facta valeat, poſſet tamen reſtitui.Aut ſi hoc nõ cõcedimus, eſſet fatendum,ꝙ iſte titulus de præd.minorũ.non haberet locũ in donatione ſimplici,quod non eſt dicendũ. Decimotertiò pro iſta parte facit textus. quem pondero à contrario ſenſu in.l.ſi. §.ſi.C. ſi maior factus.vbi eſt tex.ꝙ quando minor donat rem immobilem,donatio eſt nulla,& requiritur tẽpus, de quo ibi ad confirmationem eius,ergo à contrario ſenſu ſi donat rem mobilem, donatio valet mero iure.Et quòd ibi loquatur de minore carente curatore, patet, quia loquitur de minore, qui impetrauit veniam ætatis,ergo non habebat curatorem,vt in principio illius.l.& ibi gl. Sed ad illum tex. poſſet ſubtiliter reſpõderi. ſ. ꝙ loquitur in minore, qui impetrauit veniam ætatis, vt dixi, ergo nimirum ſi poſſet donare rem mobilẽ, quia poteſt omnia facere,ac ſi eſſet maior,nec poteſt reſtitui. l.1. & per totum. C. de ijs qui veniam ætatis. Secùs in minore, qui veniam ætatis non impetrauit, vt in noſtro caſu, in quo eſt diuerſa ratio, vt patet. Cogitabis. Sed cõtra ꝑdicta facit tex. *l.1.titu.4. partit.5.* 5.par.tit.4.l.1.quæ ſimpliciter dicit,ꝙ minor.25.annis non poteſt donare res ſuas, vel partem, ſed poteſt illam diſtinguere per ſuprà dicta,& ſic non obſt.Itẽ in contrarium facit,ꝙ paria ſunt, ꝙ minor contrahat cum curatore, quando eum habet,vel quòd ipſe ſolus contrahat, quando caret curatore: patet, quia vtroq; caſu valet contractus, & datur reſtitutio. d.l.ſi curatorẽ habens.in fine. iuncto tit. C.ſi tutor vel curator interuenerint.Sed minor habens curatorem non poteſt donare etiam cum authoritate ipſius. l. ab agnato. &.l.ſi. ff. de curatore furioſi. ergo eodem modo non poteſt donare ipſe ſolus carens curatore. Sed reſponde, ꝙ prædicta æquiparatio non ſemper procedit.vt per Paul. in.l.2.in fi. C.ſi aduerſus donati. & quia cum authoritate curatoris poteſt eſſe in iudicio, & tamen ſi caret curatore,non poteſt. & in materia vide per Iaſ. in.l.ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. in effectu .11. donationis remuneratorię. Hactenus de prohibitione legis.Stat ergo, an adultus,qui curatorem non habet, poſsit donare quæ ſeruando ſeruari non poſſunt:nam reliqua (vt & iam diſſeruimus)expeditum eſt nõ poſſe, niſi eo tutã caſu,quo poſtea dicemus.

*Nobilis pupilli nomine tutor donare poteſt cũ comuni*

Illud autem non eſt prætermittendum, patrem legitimum adminiſtratorem filij ſui poſſe donare nomine filij, ſi is filius nobilitate fulgebat,

ſecundùm communem opin. quam te-
nuerunt non ſolùm in patre, ſed etiam
in tutore. Roma. in.l.filius.poſt Inno.&
alios.ff.de donationibus.& ibi Cuman.
num.7.Barba.in cap.1.de donat.Alex.in
l.pactum curatoris.n.3.C.de pact.Rimi-
nal.in.§.1.Inſti. quibus alienare licet.nu.
111.Iaſo.in dict.l. filiusfa. idem Iaſo.in.d.
l.pactum curatoris. num.3.Tiraquellus
de nobilita.capit. 37.num.35. Curtius in
l.præſes. num.10. C. de tranſactio.Felin.
conſi.16. num.18. Pinel.de bonis mater.
in.l.prima.par.3.num.57.Pala.Rub.in ru
bric.§.9. num.5.argument.text.in dict.l.
filius.ff.de donatio.l.cùm plures.§.fin.ff.
de adminiſtratione tutor. qua de re per
Iaſo.in.l.ſi non ſortem.§.libertus.colum
na.4.ff. de condi. indebit.Aretin.conſil.
24.columna finali.num.13.

Deniq; dũ dict.l.cũ plures.in.§.fin.ait
ſolẽnia munera à tutoribus poſſe præſta
ri, nõ ſatis certũ eſt, quænam dicãtur ſo-
lẽnia munera. Alij enim intelligũt ſolen
nia munera videri, quæ à quouis eiuſdẽ
dignitatis & qualitatis homine præſtari
ſolẽt. Ita Bart.in.d.§.fi.Caſius in.l.2.verſi.
deinde ex his.verbo, ſolẽnes.ff. de origi-
ne iuris.Bald.in.l.2.n.2.C.de iure doti.Pa
la.rubi.§.6.n.3.&.§.45.n.10.in rubr.de do
natio.inter virum. Alij autem intelligũt
magis ſtrictè, vt ad conſuetudinem pa-
tris illius pupilli reſpicere debeamus. vt
per Alb.in.d.l.cũ plures.§.fi.qua dꝫ re per
Pinellum vbi ſuprà. nam ſuperior ſen-
tentia & receptior eſt, & generalitati il-
lius text.magis accedit.

Hactenus de prohibitione legis, nũc
videndum de prohibitione hominis. Et
in primis. Quæro quando prohibetur

*Dominij an translatio impediatur per prohibitionem alienationis factã inter uiuos*

82 alienatio per cõtrahentes, an impediatur
trãſlatio dominij inter viuos? In hoc fue-
runt opi. quæ colliguntur ex glo. in.l.ea
lege.C.de cond.ob cauſam.& ibi clariùs
per Angel. qui colligit quinq; lecturas,
ſeu opiniones, quibus omiſsis, veritas
eſt, quòd prohibita alienatione, non im-
peditur tranſlatio dominij. Hoc proba-
tur apertè in dict.l. ea lege. dũ dicit poſt
alienationẽ competere condictionẽ ob
cauſam, ergo fuit tranſlatum dominiũ,
quia condictiones abhorrent dominiũ.
l. fi. ff. vſusfructus quemadmodum ca-
ue. Item alia ratione, de qua ibi per gloſ.
in dict.l.ea lege. Item eſt alia & tertia ra-
tio euidens: quia iſta prohibitio confer-
tur in tempus, quo res deſinit eſſe paſciſ
centis, & eſt propria illius qui eſt prohi-
bitus, vnde cùm tempore alienationis il
le qui alienat eſt dominus, non impedi-
tur tranſlatio dominij, quia ſuccedit
regula, quòd paria ſunt aliquid fieri in
tẽpore prohibito, vel fieri tẽpore permiſ
ſo, conferri tantùm in tempus prohibi-
tum. Licèt ergo iſte pepigerit tempore
quo erat dominus, quia tamen contulit
in tempus quo deſijt eſſe dominus, ni-
mirum ſi prohibitio tranſlationem do-
minij non impediat. Itẽ pro hoc eſt text.
apertus in.l.ſi ita quis.§.ea lege. ff. de ver
bo.obli. vbi prohibitio fuit facta inter vi
uos, & tamen dicit text. quòd agitur ad
intereſſe, ergo tranſlatum fuit dominiũ.
Licèt poſsis dicere, quòd iſte text. nõ pro
bat, quia iſta alienatio fuit facta in vlti-
ma voluntate, quæ eſt fauorabilior, vn-
de nimirum ſi poſsit dominium trãſfer
re, & quòd teneatur ad intereſſe ſecun-
dùm quod ſuprà dixi tenetur commu-
niter. Ita Bart.Bald. Ange. & alij in dict.
l.ea lege.& hîc communiter. Pactum er
go de non alienando non habet virtutẽ
impeditiuam, ſed condictionis produ-
ctiuam. Item eſt alia ratio: quia pactum
nititur ſolo pacto, ſed alienatio nititur
traditione & pacto, qꝫ eſt actus ꝑfectior
& ideo maioris virtutis. Stante enim do
minio penes recipiẽtem iſtum pactum,
nõ poteſt remouere habilitatem aliena-
tionis ab ipſo, ratione de qua ſuprà pro-
ximè. Iſtam rationem colligo per Bal. in
d.l.ea lege.1.col.ad finem.

Modò iſtam regulam extende, ꝙ ha-
beat



*Probibitio iudicis an impediat transla. dominij.*

83 beat locum etiam in prohibitione de nõ
alienando facta per iudicem, quia illa nõ
impedit trãſlationem dominij ſecũdùm
Nicola.de Mata in. d.l.ea lege. & ibi vult
Bald.circa finem. Quod intellige niſi pro
hibitio iudicis eſſet facta ꝑſonæ, quæ pro
hibetur alienare, puta prodigo, vel ſimili
bus, nam tunc impeditur tranſlatio do-
minij.tex.eſt in.l.ſi ſciens.ff.de contrahẽ.
emptione.& ibi Bart.idem vult Bal.in.d.
l.ea lege.ad finem. Iſtud ergo probo tali
ratione: quia illa prohibitio iudicis con-
ſonat cum diſpoſitione legis, nimirum
ſi impediat alienationem.argum.text.in
authen.de alie.& emphy. §. ſanctiſsimas.
colla.9.& quia res dꝫ facili reuertitur. &c.
Quid autem in prohibitione facta ab ar-
bitro, vi.per tex.glo.& docto.in cap.Rai-
naldus.de teſtam.

*Alienatione uetita quando paſciſcens aliquod ius reſeruauit impeditur trãsla. dominij.*

84 Modò omiſsis opinionibus dic, ꝙ præ
dicta regula limitatur aliquibus modis,
ex quib⁹ declarabitur materia. Primò, ꝙ
licèt pactum de nõ alienando non impe
diat tranſlationem dominij, illud eſt ve-
rum, niſi paſciſcens aliquod ius ſibi reſer
uauerit in re, nam ratione illius iuris im-
peditur tranſlatio dominij.text.eſt mira-
bilis, & ſingularis in.l. ſi creditor. §. fi. ff.
de diſtra.pignorum. probatur in.l.fi.C.dꝫ
iu.emphy.& ideo ſi pro obſeruatione cõ
uentionis de non alienãdo volo rem alie
nari prohibitam mihi eſſe obligatã, non
poterit fieri alienatio per dictam.l. ſi cre-
ditor. Ita Bart.in.d.l.ea lege.& vbiq; com
muniter doctores. Et ex hoc vltra docto-
res hîc ego infero, ꝙ licèt emptor non te-
neatur ſtare colono, eſt tamen bona cau
tela quando locatur domus, ꝙ dominus
promittat illam non vendere alij ſub o-
bligatione omnium bonorum ſuorum,
& præſertim illius domus: nam ſi poſtea
vendit, venditio erit nulla, & propter ius
hypothecæ non poterit expelli. Ita tenet
Imola in.l.filiusfamiliàs.§.diui.de lega. 1.
4.col.& in.l.qui.abſenti.§. 1. ff. de donat.
quod eſt notandum. Secundò ex hoc in
fero, ꝙ licèt regula ſit, ꝙ emptor ſecũdus,
cui poſſeſsio eſt tradita, ſit potior primo
per.l.quotiens.cũ ſimilibus. C. de rei ven
di. tamen illud non procederet, quando
dñs vendidiſſet rẽ vni, & ſibi promiſiſſet
per ſolẽnem ſtipulationem eam alij non
vendere, & pro obſeruatione prædictorũ
obligaſſet ſibi oĩa bona, præſertim hanc
rem: nam tunc ſi poſtea venderet alteri,
& traderet, non haberet locum illa lex:
quia per tale pactum cum hypotheca im
peditur tranſlatio dominij in ſecundum,
& primus cẽſetur habere ius in re.per.d.l.
ſi creditor. §. fi. ff. de diſtractione pig. Ita
nouiſsimè dicit Iaſo. in.l. quotiens.de rei
vend.11.limitatione. pro quo etiam pon-
derat text.ibi in verſic. iure diſtrahitur, à
contrario ſenſu, nam tunc non iure ven-
ditur ſecundo propter pactum cum hy-
potheca. Tertiò ex hoc infero, ꝙ ſi loco
tibi rem meã & appono pactum, ne eam
poſsis alteri locare, tunc non valebit ſecũ
da locatio. text. eſt & ibi Bald.in.l. nemo.
C.locati. Et ratio eſt: quia ibi reſeruatur
ius proprietatis locatori, & propter illud
ius impeditur ſecunda locatio.argum.d.
l.ſi creditor.§.fi.quod nota.

*Idem ſi concurrit cum prohibitione legis.*

85 Secundò principaliter limito, quando
factum fuit poſitum cum eo, qui de iure
communi prohibebatur alienare, putà
cum eccleſia, nam tunc impeditur tranſ
latio dominij. Ita intelligitur tex.in.§. ſan
ctiſsimas.in authen.de non alienandis &
emphy.colla.9. Et ex hoc infertur, ꝙ idẽ
eſſet, ſi quid detur minori, vel ſimili ſub
pacto non alienandi, nam illud pactum
impediret alienationem faciẽdam ab eo.
Ita Barto.in dict. l. ea lege.& ibi vult An-
gelus. Ratio colligitur ex regula. l. ſi v-
nus.§.pactus ne peteret.ff. de pactis. ſcili-
cet, quia res de facili. &c. Eſt & alia ratio
ſubtilis: quia ibi concurrebant duę prohi
bitiões, ſcilicet legis, & hominis, & ideo
pactum plus debet operari. Hanc ratio-
nem colligo ex verbis Bal. in.d.l. ea lege.
6.opinione. Addo in ſimili.l.ſi mulier.C.



ad

ad Velleia.cum ſimilibus.& quod notatur in.l.1.C.de pact.facit in ſimili text.ſingularis & vnicus in.l. cum te. & ibi Bald. C.de dona.ante nuptias.

*Idem ſi alienatio nõ eſſet reuocabilis.*

86 Quartò fallit, quando dominij tranſlatio non eſſet de facili reuocabilis, nam tunc prohibitio impedit tranſlationem dominij. Ita intelligitur. l. ea quidẽ. C.ſi mancipium ita fuerit alienatum ne manu.ſecundùm Barto.& Ange.in.d.l.ea lege.Et eadem ratione dicit ibi Bart. quòd pactum de non faciẽdo rem ſacram, vel religioſam valeret, & impedit illud fieri, ſicut impedit libertatem.de quo vi.ibi in apoſti.ad Barto.in dict.l.ea lege.& vi.nobilem diſtinctionem per Ange. in dict.l. ea lege. & per Abbatẽ in cap. Rainaldus. 5. col.de teſtamentis.

*Prohibitio teſtat. impedit transla. dominij.*

87 Sequitur de prohibitione de non alienando facta per teſtatorẽ, in qua primò quæro, an prohibitio teſtatoris impediat trãſlationem dominij inter viuos? Communis concluſio eſt quòd ſic.per text.in l.cùm pater.§.libertis.de lega.2.&.l.peto. §.fratre.eodem tit.&.l.pater filium.§. fundum.de lega.3. cum ſimilibus. plenè per glo.in.d.l.ea lege. Ratio poteſt eſſe: quia alienatione prohibita per legem impeditur tranſlatio dominij, vt infrà dicam, ergo idem in prohibitione teſtatoris, quia dicitur eſſe lex in authẽ.de nupti.§. diſponat.colla.4.cũ ſimilibus. Alia eſt & ſubtilior ratio. Pactum nudum nõ debet plus operari prohibendo, quàm diſponendo. argumento.l.3.ff.de ſerui.ruſti.prędiorũ. hinc eſt, quòd queẽadmodum diſponendo non poteſt dominium transferre ſine traditione.l. traditionibus. C. de pact.ita neq; poteſt prohibere, vt ſuprà dictũ eſt in præcedenti articulo:cùm ergo per voluntatem teſtatoris abſq; traditione trãſferatur dominium.l. cùm pater. § ſurdo. de lega.2.&.l.cùm filius.§. varijs. eod.tit. l.à Titio.cùm vulgaribus.ff.de furtis. nimirum, ſi per contrariam volũtatem impediatur tranſlatio dominij. Iſtam rationem videtur ponere Abb.licèt non declaret in cap.Rainaldus. 5. col. ad finem. de teſtamentis.

*Alienare uetitus, an plenum ius dicatur habere?*

Idq; intelligere debes, vt per hoc plenum ius aut dominium controuerſum ſit, an habere videatur ille, qui alienare nõ poteſt ex prohibitione teſtatoris. Qua de re per Bal.in.l.volũtas.C. de fideicom. Iaſ.in.l.ſi ita quis.§.ea lege.col.fi.ff.de verborum oblig.Idem Iaſ. in.l. ſi ita ſtipulatus fuero.§.1.num.7.eod.titu.facit. l. non ideo minus.ff.de rei vẽdi.l.fi.C.commu. de lega.l.fi.ff.de vſufruct.earum rerum.l. ſpecies.ff.de auro & argento legat.l.generaliter.§.fi.ff.de fideicom.hære.l.generaliter.ibi, pleno iure. ff. qui & à quib.l.plerumq; fit.vbi Deci.ff.de reg.iur.Bal. in.l. fœminę.§.illud.C.de ſecundis nup.Iaſ.in l. traditio.nu.11. C.de pact.Alexã.conſil. 208. libro. 2. Felinus in cap.conqueſtus. num.2.de foro compe. & in cap. auditis. num.6.de præſcrip. Decius in.c.fi.n.4.de confir.vti.Alex.in.l.ſi quis vi.§.differẽtia. num.6.ff.de acqui.poſſ.facit.l.fi.§.ſimiliq;.C.de bo.quæ lib.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.1.ibi, pleno iure. ff. de verbo.oblig.l. Sempro.ff.de vſufruct.lega. ibi, ſolidam proprietatem.& ibi, plenus fundus.§. ſeruus.&.§.ſeruus autem. Inſti. de hær.inſti. l.ſi alij.ff.de vſufruct.lega.Ripa in.l.re cõiuncti.n.40.ff. de lega. 3. Marianus Soci. in.l.4.§.Cato.n.4.ff.de verbo.oblig.Iaſo. in dict.l.ſi ita ſtipulatus.§.1.n.8.

*Maioratus poſſeſſor dicitur dominus illius, cum communi.*

Vnde licèt poſſeſſor maioratus poſt mortẽ reſtituere teneatur, interea tamen domin⁹ eſſe intelligitur. vt poſt alios nouiſsimè reſoluunt Anto.Gomezi.Tauri. l.40.nu.75.Pinellus.de bo.mater.l.1. par. 2.num.5.Paul.in.l. Titia cùm teſtamẽto. §.fi.ff.de lega.2.Claudius Mar.in.l. naturaliter.§.nihil cõmune.col.12.ff.de acqui. poſſ.Alciat.loquens in re ſubiecta reſtitutioni in.l.rectè dicimus.ff.de verbo.ſign. probat dict.l. fi. ff. de vſufruct.earum rerum.& dict.l. ſpecies. & dict. l. non ideo minus.ff.de rei vendi.l.fi.§. ſed quia.cum ſequenti.



ſequenti.C.commu.de lega.cùm alijs ſuprà citatis.Licèt contrarium, & malè, tenuerit Roderi.Xuarez.allega.9.ad fi. idẽ in. l. quoniam in prio. fol. 189. Gomezi. Arias.Tauri.l.46.num.5.quos improbat Pinellus vbi ſuprà.

*Alienatione uetita an impediatur hæredis inſtitutio?*

88 Secũdò quæro, an prohibitio teſtatoris impediat hæredis inſtitutionem? Videtur quòd ſic.l. peto. §. fratre. de lega.2. cũ ſimilibus.Vnde pro declaratione huius quæſtionis & præcedentis cũ quæritur, an prohibitio teſtatoris impediat alienationem inter viuos, vel hæredis inſtitutionẽ, diſtinguo ſic. Quia aut loquimur de alienatione neceſſaria, aut de voluntaria. Primo caſu, aut neceſsitas inſurgit à defuncto, aut ab hærede. Si à defuncto, non impeditur tranſlatio dominij, & illa alienatio eſt irreuocabilis.text.eſt in.l. filiusfamiliàs.§.diui.ad fi.de lega.1. Si verò deſcendit ab hærede, & tunc dic, ꝙ alienatio valebit dũ viuet, ſed poſt eius mortem reuocabitur.l.peto.§.prædium. de lega.2. Secundo caſu principali, ſcilicet in alienatione voluntaria, dico, ꝙ aut teſtator ſimpliciter prohibet ſine expreſsione cauſæ, aut cum cauſa. Primo caſu, aut teſtator prohibitionem deſignauit ad perſonã, ad quam vult huiuſmodi rem peruenire, ſi contra fiat, & tunc dic, ꝙ alienatio prohibetur.vt in.l. pater filiũ. §. quindecim.de lega.3.&.l.filiusfamiliàs.§.diui. de lega.1.Aut perſonam non deſignauit, & tunc hæc prohibitio nihil operatur, quia nuda.l.pater filium.§. Iulius Agrippa.de lega.3.&.l.Lucius Titius.in princi. eod.tit.&.d.l. filiusfamiliàs. §. diui. notatur in.l.quotiens.C.de fideicõmiſ.& in.l. 2. C.de vſucapio. pro empto.cum ſimilibus. Secundo caſu, quando cauſam expreſsit hîc aduerte. Nam aut iſte, qui eſt prohibit⁹ alienare, alienauit inter viuos, & alienatio non valet. d. l. peto. §. fratre. &.l. cùm pater. §. libertis. de lega. 2. Aut alienat hæredem inſtituendo, & tũc dic, aut inſtituit illum, quem abinteſtato habiturus eſt, aut extraneum. Primo caſu, aut ille legitimus eſt ſpecialiter prohibitus, & tunc alienatio per hæredis inſtitutionẽ fieri nõ poteſt. l. codicillis.§.matre. de lega. 2. Aut ille legitimus non eſt ſpecialiter prohibitus, & tũc dic. Aut ille eſt de ſuis, & tunc dicitur fieri contra voluntatem.l. in ſuis. ff. de libe.& poſthu. Aut inſtituit alium veniente abinteſtato, qui non eſt de ſuis, & tunc dic, licèt fiat alienatio, tñ in hoc caſu hæredis inſtitutio tenet.vt in.l.cùm pater.§.cùm inter.ff. de lega.2.& ille caſus eſt ſingularis ſecundũ Paul.ibid.circa finẽ. Secundo caſu, quãdo extraneum inſtituit, aut iſte eſt ſimpliciter prohibitus alienare, aut eſt prohibitus in vita ſua.Primo caſu non tenet inſtitutio.l.peto. §. fratre. ſecundo caſu bene tenet.Et eſt ratio: quia ſi prohibetur in vita alienatio, ergo poſt mortem permittitur, ſed effectus inſtitutionis confertur poſt mortem, ergo.&c.iuxta notata in.l. pater filium.§.fundum.de lega.3.ff.

*Prohibitio legis impedit transla. dominij.*

89 Sequitur de prohibitione facta per legem, in qua quæritur, an prohibitio legis impediat tranſlationem dominij inter viuos? Et concluſio eſt ꝙ ſic. l. quidã. ff.de acqui.rerum dominio.&. l. 1. ff. de fundo dotali. Inſtitut. quibus alie. licet vel non.in principio.cũ ſimilibus. Ratio eſt: quia factum contra prohibitionem legis eſt nullum.l.non dubium.C. de legibus.ergo.&c. Addo ſecundam rationem. Nam per legem abſque traditione poteſt transferri dominium. vt per Bart. & alios in.l.traditionibus.C. de pact. per l.commiſſa.ff.de publi.notat Bald. in.l.1. C. communia delegat. ſicut per conſuetudinem & ſtatutum.vt in cap.ex literis. de cõſuetudine.Bal.in.l.fi.4.col.C.de ſacroſanct.eccle. ſi ergo per legẽ ſine traditione poteſt transferri dominium, ergo eodem modo poteſt impediri tranſlatio, vt in prohibitione teſtatoris.

*Prohibitio l.uel ſtatuti*

90 Secundò quęritur, an prohibitio legis vel ſtatuti impediat hæredis extranei inſtitutionẽ?

*an impediat hæredis inſti.*

ſtitutionem? Cauetur ſtatuto huius ciui-
tatis, ꝙ nemo poſsit aliqua prędia aliena-
re in forēſem, an poterit ille in vltima vo
luntate hæredem inſtituere? Iſta eſt du-
bia & principalior quæſtio in materia, &
nimis quotidiana, ideo illam intēdo ple-
nè diſcutere. Et videtur primò quòd non
prohibeatur hæredis inſtitutio. Primò
per text. in. l. ex hoc edicto. §. penul. ff. de
alie. mu. iudi. cauſa facta. vbi prohibitus
alienare in aliquem cauſa mutandi iudi-
cij, non prohibetur illum hæredem inſti
tuere. Secundò ad idem. l. 1. ff. de fundo
dotali. & text. in. l. quidam. ff. de acqui. re
rum. dominio. & notatur Inſtitu. quibus
alie. licet vel non. in prin. vbi maritus, qui
per legem prohibetur alienare rem dota
lem, poteſt tamen alienare per viam inſti
tutionis. Et confirmatur per multa alia.
In contrarium videtur primò per text. in
l. peto. §. fratre. de lega. 2. Secundò per. d. §.
ea lege. vbi prohibitus alienare, videtur
prohibitus inſtituere, & ſi inſtituat, inci-
dit in pœnam. Quid dicemus? Cōmunis
cōcluſio eſt, ꝙ prohibita alienatione per
legem, vel ſtatutū, videtur prohibita hæ-
redis inſtitutio. Hoc tenet Bar. in. d. §. ea le
ge. & idem videtur tenere Paul. idem te-
net Bald. in. l. ea lege. ſæpe allegata. idē ibi
Angel. circa fi. Fundamētum eorum eſt
de gl. in. l. 1. C. nō licere habita. metro. lib.
11. & quod notatur in. l. 1. C. de iur. fiſ. lib.
10. Ego pro iſta communi ſententia vltra
doctores facio ſequentia fundamenta.
Primò. Quādo quis eſt obligatus ad non
factum ſimpliciter nō curatur de modo
fiendi, dummodò contra fiat. l. cùm ſer-
uus. ff. de verbo. obliga. l. item veniunt. §.
petitam. ff. de petitione hære. l. 1. §. occiſo-
rum. ff. ad Sillania. ſed non eſt dubium,
ꝙ ex inſtitutione hæredis fiat cōtra, cùm
hæredis inſtitutio ſit alienatio. l. 1. C. de
fundo dota. iuncta. l. cū hæredes. in prin.
ff. de acqui. poſſ. ergo. &c. Secundò ſic. A
verbis legis municipalis non eſt receden
dum. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa.
l. certa forma. C. de iure fiſci. lib. 10. l. qđ
conſtitutum. ff. de teſtamēto milit, cum
ſimilibus. ſed conſideratis verbis ſtatuti
non eſt dubium, ꝙ inſtitutio hæredis ſit
alienatio. l. ſi quis prioris. §. fi. C. de ſecūd.
nup. & per iura quæ ſuprà proximè alle
gaui. ergo. &c. Et probatur ratione: quia
omnis actus, per quē dominiū trāsfertur,
eſt alienatio. d. l. 1. ff. de fundo dota. ſed ꝑ
hæredis inſtitutionem transfertur domi
niū. d. l. cùm hęredes. & in. l. 1. ff. de bono.
poſ. titulo generali. ergo. &c. Tertiò. Quā
do detrahitur ſignificatio verbi, illud nō
dicitur declarari, ſed dicitur magis fieri
interpretatio reſtrictiua, vt patet: ſed ſi nō
cōtineretur hęredis inſtitutio detrahere-
tur ſignificatio verbi, vt dixi: cùm ergo in
ſtatutis ſecūdùm cōmunem opinionem
nō habeat locū interpretatio reſtrictiua.
d. l. qđ cōſtitutū. notat Dinus in. l. vt gra
datim. ff. đ mune. et hono. plenè in. l. quic
quid aſtringendæ. de verbo. obliga. & in
l. omnes populi. de iuſti. & iur. ergo. &c.
Quartò. Prohibitio legis & teſtatoris æq
parātur in iſta materia: patet, quia quēad
modū prohibitio teſtatoris impedit trāſ-
lationem dominij. l. cū pater. §. libertis. cū
ſimilibus. de lega. 2. eodē modo in prohi-
bitione legis. d. l. nō dubiū. de legibus. &
Inſt. quibus alienare licet. in prin. cum ſi-
milibus: cùm ergo prohibitio teſtatoris
impediat inſtitutionem hæredis. l. peto. §.
fratre. de lega. 2. ergo idem in prohibitio
ne legis vel ſtatuti. Quintò ſic. Licèt ha-
beamus regulā, ꝙ mitiùs agitur cū lege, ꝗ
cū miniſtro legis. l. Celſus. cū ſimilib9. ff.
de arbi. tn̄ alia regula eſt, ꝙ mitiùs agitur
cū homine nō miniſtro legis, ꝗ cum ipſa
lege. caſus eſt ſingularis in. l. ſi libert9 mi-
norē. ff. de iure patro. in prī. vbi alienatio
facta in fraudē legis, eſt nulla: ſi tn̄ fiat in
fraudē patroni, bene valet, licèt poſsit re-
uocari. Modò ſic: qn̄ alienatio fit in frau-
dē hoīs, & ſic teſtatoris, impeditur trāſla-
tio dominij ꝑ viā inſtitutionis. d. §. fratre.
ergo multo magis ſi ꝓhibeatur à lege. &
eſt



eſt nouiſsima inductio. Sextò ſic. Diſpoſi
tio teſtatoris eſt lex. in authētic. de nup.
§. diſponat. l. 1. ff. ad. l. fal. ſed quando à te-
ſtatore prohibetur, impeditur inſtitutio
hæredis. d. §. fratre. ergo idem ſi à lege, vel
ſtatuto. Et iſtud argumentum induco ite
rum à fortiori. Illa quæ fiunt cum maio-
ri deliberatione, maiorem ſortiuntur effe
ctum. ad quod facit. l. quid ergo. §. quan-
tum. ff. de ijs qui notantur infamia. certū
eſt autem, ꝙ lex fit cum maiori delibera-
tione quàm teſtamentum. l. humanum.
C. de legi. iuncta. l. hac cōſultiſsima. verſi.
at cum humana. C. qui teſta. facere poſſ.
& quod notatur. in. l. 2. C. de peculio eius
qui lib. meru. ſi ergo prohibitio facta in
teſtamento, vbi eſt minor deliberatio, im
pedit inſtitutionem hæredis, ergo à for-
tiori in prohibitione facta à lege, vel ſta-
tuto. Septimò. Quia ſi poſſet fieri hære-
dis inſtitutio de forenſi, alia via alienan-
di eſſet reperta, & poſſet ſtatutum circun
ſcribi. contra. l. magis puto. §. ſi pupillus.
ff. de rebus eorū. & l. cùm ij. §. ſi cùm lis.
ff. de tranſa. Octauò. Prohibitio facta in
teſtamento prohibet hæredis inſtitutio-
nem mediante lege: nam ſi teſtamentum
non eſſet lege firmatum, nihil valeret. l.
hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de
teſtam. cum ſimilibus. ergo idem debet
eſſe de ipſa lege prohibente, & multo ma
gis. argu. l. cùm penum. §. 1. ff. de penu.
lega. & in authen. multo magis. C. de ſa-
croſanct. eccle. Nonò. Quando eſt impe-
dimentum ex parte perſonæ, quæ nō po-
teſt diſponere titulo ſingulari, nec vni-
uerſali. Inſti. de lega. §. legari. l. diuus. §. co-
dicillos. ff. de iure codicillorum. & l. ſciē-
dum. de lega. 1. ſed hîc eſt impedimētum
ex parte certi generis hominum, ſcilicet
forenſium. ergo. &c. Decimò. Statutum
eſt conuentio ciuium, ſed ſi conuētione
alienatio eſt prohibita, cōtinetur inſtitu-
tio hæredis, vt ſuprà, ergo idem ſi à ſtatu-
to. Vndecimò facit. Quādo quis tenetur
ad factum negatiuū, ſimpliciter tenetur
curare, ne id per legem, vel hominē fiat.
glo. eſt in. §. ea lege. l. ſi ita quis. ff. de verb.
ob. quam dicit ſingularem Bal. in. l. quo-
ties. in prin. C. de fideicommiſſ. & eam
notabiliter allegat in rubrica. C. qui ad-
mi. ad bono. poſſ. in fine. & in. l. ſi emanci
pati. 8. opinione. C. de colla. & facit text.
ſingularis in. l. codicillis. §. matre. de lega.
2. ſed iſte tenetur ad factum negatiuum,
ergo debet curare, ne ad forenſem perue
niant qualitercumq;, ergo à fortiori non
debet poſſe illum inſtituere. Duodecimò
ſuadetur. Appellatione alienationis, ve-
nit inſtitutio. l. ſi quis prioris. §. certum. C.
de ſecundis nup. ergo prohibita aliena-
tione, prohibetur inſtitutio, vt in noſtro
caſu. Decimotertiò facit. Caſus excepti fir
mant regulam in contrarium. l. nā quod
liquidè. §. fi. de penu. lega. l. ius ſingulare.
ff. de legi. ſed quando alienatio eſt prohi-
bita à lege in quibuſdā caſibus eſt permiſ
ſa inſtitutio hæredis. l. 1. de fundo dotali.
& l. quidam. de acqui. rerum domi. ergo
regulariter ſecùs. Quòd autem illi caſus
ſint ſpeciales, patet per verbum, quidam,
poſitum in dict. l. quædam. quod deno-
tat regulam eſſe in cōtrarium. l. quidam
in prin. ff. eodē. Itē quòd regula ſit in con
trarium, probatur ſic. Illa non ſunt tranſ
miſsibilia in vniuerſali, quæ non eſſent
tranſmiſsibilia in ſpeciali. l. 1. in princi. ff.
de offi. eius cui manda. eſt iur. l. qui pe-
culij. ff. de peculio. l. omnes. C. de quad.
præſcri. ergo ſi caſus reperiuntur in con-
trarium, erūt caſus ſpeciales, ergo habeo
propoſitū. Reſtat nunc reſpondere ad cō
traria. Et primò non obſtat. l. ex hoc edi-
cto. §. pen. ff. de alienatione iudi. quia ibi
non prohibebatur alienatio ſimpliciter,
ſed propter dolum alienantis, & ſic illa
alienatio dolum requirit: cùm ergo hæ-
redis inſtitutio careat dolo, ergo non vi-
detur prohibita: at in caſu noſtro prohi-
betur, non ratione doli, ſed ne perueniat
ad forenſem, quia ratio militat ſiue in vi-
ta ſiue per inſtitutionem fiat alienatio.
Non

Non obſt.l.1.de fundo dota.&. d.l.quæ-
dam.quia poteſt dici,quòd illi ſunt caſus
ſpeciales, vt euidenter probaui ſuprà vl-
timo fundamento. Vel aliter,licèt in illis
legibus fiat contra verba legis, nõ tamen
contra rationem eius. Ratio enim quare
prohibetur alienatio fundi dotalis eſt, ne
mulieres deducantur ad inopiam.l.1.§.&
cùm lex.C.de rei vxoriæ actione.ſed quã
do peruenit ad hæredem, non fit contrà,
cùm id perueniat cũ omni cõditione, cũ
qua erat penes maritum : vnde ſi mari-
tus non poteſt alienare, nec etiam hære-
des eius.d.l.1.de fundo dota. Sed in caſu
noſtro quando fieret hæredis inſtitutio
de forenſe, fieret contra verba, & contra
mentem condentium ſtatuta, qui gere-
bãt in mente, ne territorium iſtud appli-
caretur forenſibus,ergo.&c.Et iſta vide-
tur mihi optima ſolutio. Et ab iſta ſenten
tia,à qua nemo diſcrepat, nõ eſt receden-
dum.

*Alienationis prohibitio an impediat hæredis institutionem, argu. contra communẽ.*

Tamen diſputationis gratia poſſet at-
tentari contrarium, imò quòd permitta-
tur hæredis inſtitutio. Pro quo allego ſe-
quentia.Primò.l.pater filium.§.fundum.
de lega.3.Secundò.§.Iulius Agrippa.eadẽ
l.Tertiò.§.quindecim.eadem.l. quæ iura
inducas per te.Quartò hoc probo ꝑ text.
in.l.Aurelio.§.fi.ff.de libe.leg. vbi minor
eſt prohibitus alienare per.l.tamẽ per mo
dum inſtitutionis poteſt de eis diſponere,
ergo ſic in caſu noſtro. Quintò hoc pro-
bo per tex.in.l. milites prohibentur.§.fi.
ff.de re mili.quã.l.ſic induco. Dicit prin-
cipium illius.l.ꝙ milites prohibẽtur eme
re prædia in locis,in quibus militãt, ergo
per conſequens domini prædiorum ſibi
vendere,vel alienare.per notata per Bart.
in.l.inuitus.§.1.de regu.iur.argum.l.fi.cũ
ſimilibus.ff.de accept.licèt hoc ſit dubiũ
per notata per glo.& Bald.in.l.1.in prin.
C.de communi ſeruo manumiſ. Modò
dicit dictus.§.fi.in dict.l. milites.ꝙ poſsũt
domini prędiorum illos milites hæredes
inſtituere,ergo prohibitus alienare in ali
quem, non prohibetur illum hæredem
facere. Sextò eodem modo probo per.l.
Decurio.ff.de Decurio.Septimò hoc pro
bo per tex.in.l.non dubium. C. de teſta.
vbi habetur,ꝙ licèt non poſsim vendere,
vel contrahere cum iudice.vt. C. de con-
tractibus iudicum. poſſum tamen illum
inſtituere hæredem, ergo prohibitus alie
nare per.l. non prohibetur inſtituere.
Octauò facit.l.quædam.de acqui.rerum
dominio.&in.l.1.de fundo dot.in genera
litate ſui. Nonò facit.d.l.ex hoc edicto.§.
pen.de alie.iudi.Decimò facit.l. cùm pa-
ter.§.cùm inter.vbi caſus ſingularis. de le
ga.2. Vndecimò facit.l.qui ſolidũ.§. præ-
dium.de lega.2. Duodecimò poteſt face-
re tex.in cap.ad noſtram.el.2.de iureiur.
& in.c.cùm inter.p.de renun.Decimo ter
tiò pro hac opinione mea allego in pro-
prijs terminis Bal.in cap.quia.v.vlt.col.
de iudi.vbi tenet, quòd ſtante ſtatuto, ꝙ
res ciuium exiſtẽtes in extimo cõmunis
nõ poſsint forenſibus vẽdi, vel donari,ta
men poterunt per viam vltimæ volunta
tis legari, vel donari cauſa mortis, licèt vi
deatur ead.ratio, vt ibi per eum, qui repu
tat bene notandum, quia ſæpe contingit
de facto.Et tenendo iſtam partem, reſtat
reſpondendum ad allegata pro commu
ni opinione, quod eſt ſummè difficile.
Reſponde.tamen ad ea quæ doctores al-
legant pro ſe.Primò ad tex.in.l.peto.§.fra
tre.de lega.2.& dico, ꝙ loquitur in prohi
bitione teſtatoris, nos loquimur in pro-
hibitione legis, vel ſtatuti. Sed hæc reſp.
non valet: quia plus deberet poſſe lex, q̄
teſtator, vt ſuprà dixi in ſexto fundamen
to, quod adduxi pro communi. & per
Bart.in dict.§.ea lege.poſt medium.& ꝗa
in iſta materia æquiparantur lex & teſta-
tor, vt ſuprà dixi. Quare reſponde prout
gl.in dict.§.fratre. ꝙ licèt prohibeatur hæ
redis inſtitutio, intelligitur vt contra fa-
ciens incidat in pœnam,licèt dominium
transferat,cogita ergo.Secũdò nõ obſtat
dictus.§.ea lege. quia dico, ꝙ loquitur in
prohi-



prohibitione contrahentium,quęſtio au
tem noſtra in prohibitione.l. vel ſtatuti,
inter quæ ſunt multæ differẽtiæ.Sed hæc
reſpõſio eſt nullius momenti. Nam ſi in
prohibitione contrahentiũ videtur pro-
hibita inſtitutio hæredis, vt ibid.licèt trã-
ſeat dominium, ergo à fortiori in prohi-
bitione.l.vel ſtatuti, quæ eſt maioris po-
tentiæ, vt patet in iſta materia. Quare di-
co, ꝙ.§. ea lege.l.loquitur qñ prohibitio
eſt facta de certis ꝑſonis ſpecialiter, quo
caſu ꝓhibetur hæredis inſtitutio, vt ibid.
in quo etiã deuolutio ab inteſtato, vt ibid.
in glo.& in.l.codicillis.§.matre.de lega.2.
ſecùs ſi prohibitio eſt facta de certo gene
re, vt in quæſtiõe noſtra.Et probatur hęc
ſolutio in.l.non dubium.C.de teſta.iun-
cto titulo. C. de contracti. iudi. & quod
ponit Iaſo. in terminis in.l.principalibus.
8.limitatione.ff.ſi cert.pet.& in dict.l.nõ
dubium.in prin. Tertiò non obſt.glo.in
l.1. C. non licere habita. me. per quam ſe
fundant doctores. quia imò retorqueo
illam glo.cõtra eos.Nam ſi rectè aduerta
tur, gl. ibi tenet iſtam partem, dum dicit
in fi.primum verius. argu. de fundo dot.
l.1.& illa glo.determinat iſtam cõcluſio-
nem pro parte, quã ſuſtineo,licèt in alia
opinione faciat pro doctoribus. Quartò
non obſt.l.ſi quis prioris.§.certum. de ſe-
cundis nuptijs. quia ibi loquitur permiſ-
ſiuè, hoc eſt, quòd permiſſa alienatione,
permittitur hæredis inſtitutio, ſecùs ſi ſit
prohibita, nam tunc non ſequitur, ꝙ pro
hibeatur hæredis inſtitutio, vt in quæſtio
ne noſtra. Et ita illum tex.licèt nõ ad hoc
propoſitum, intelligit Bar.in.d.§. ea lege.
& in.l.peto.§.fratre.de leg.2. Ad alia quæ
adduxi pro cõmuni ſententia, cogita de
reſponſione. Verùm quia reſponſiones
proximè datæ non ſunt tutæ, & quia ad
alia quæ adduxi pro communi nõ bene
poteſt reſpõderi, ideo teneo cum cõmu-
ni opinione per fundamẽta doctorum,
& per ea, quæ ego addidi. Nec obſt.fun-
damenta, quæ ego pro me induxi.Primò
non obſt.l.pater.§.fundum.&.§.Iulianus
Agrippa.&.§. quindecim. de lega.3.quia
loquũtur in caſibus ſpecialibus, vt in eis
patet.Quartò non obſt.l. Aurelio.§.fi.de
libera.lega. quia ibi prohibebatur aliena
tio propter imbecillitatem alienantis,
ideo nimirum, ſi permittatur ei, ꝙ poſsit
inſtituere. Et iſtam ſolutionẽ colligo per
Bald.in.l.ea lege.2.q. Quintò non obſt.l.
milites.§.fi. de re milita. quia loquitur in
prohibito emere,& ſic in caſu ſpeciali,ſci
licet propter impreſsionẽ, vel timorem,
quæ ratio ceſſat in vltima volũtate: ſecùs
ſi aliquis prohibeatur in illum militem
alienare, quia non poſſet illum hæredem
inſtituere, vt in noſtro caſu, ꝗa eſt prohi-
bitio generalior. Et eadẽ ratio datur ad
ſextum de lege.decurio.de decurio.& ad
ſeptimum de lege.non dubiũ.C. de teſta.
& pro iſta ſolutione vi.quod dicit ibi Iaſ.
poſt princi. Ad octauũ de lege.quædam.
de acqui.rerũ dominio.& de.l.1. de fun-
do do. & ad nonũ de lege.ex hoc edicto.
de alie.iud.mu. iam ſuprà fuit reſpõſum.
Ad decimũ de lege.cũ pater.§.cùm inter.
de lega.2.ꝙ ibi loquitur de eo, qui abinte
ſtato erat ſucceſſurus, nos loqmur in ex-
traneo, qui non poterit hęres inſtitui. Ad
vndecimũ de lege. qui ſoluẽdum.§. præ-
dium.de lega.2.reſpondeo, ꝙ ibi ideo per
mittitur extranei hæredis inſtitutio, quia
nullus de familia ſupererat, qui poſſet ad
uocare, & ſic ceſſat ratio prohibitionis:
ſed in noſtro caſu nõ ceſſat ratio ſtatuti,
quãdo inſtituitur forenſis, vt patet, & eſt
veriſsima reſpõſio. Ad duodecimum de
c.cùm inter. p.de renũtia.&. c. ad noſtrã.
de iureiur. nõ eſt neceſſe reſpõdere, quia
ibi non loquitur de alienatione prohibi-
ta, vt hìc, nec loquitur ibi de inſtitutione
hæredis, de qua hìc loquimur. Vltimò ad
authoritatem Bald.in cap.quia.v.de iud.
non poteſt meliùs dici, niſi ꝙ nõ ſit vera,
vt patet ex ſuprà dictis. & ita repio quod
vno verbo dixit Iaſo.in.l.non dubium.1.
col.in medio.C. de teſta.licèt non ad pro

 poſitum

poſitum noſtrum.

91 Retenta communi opinione, regula
eſt, quòd prohibita alienatione per legẽ,
vel ſtatutum, vel teſtatorẽ, prohibeatur
etiam hæredis inſtitutio. l. peto. §. fratre.
de lega.2. & in dict. §. ea lege. cum ſimili-
bus. Hæc regula limitatur multis modis.
Primò per.l.pater filium.§.fundum.de le
ga.3.Secundò per. §.Iulius.eadem.l. Ter-
tiò per.§.quindecim.eadem.l.Quartò per
l.quidam.de acqui. rerum. domi. & in.l.
1.de fundo dota.Quintò per.l.ex hoc edi
cto.§.pen. ff. de aliena.iud.mu. Sextò per
l.Decurio. ff. de Decurio. Septimò per.l.
milites prohibentur.§.fi.ff. re milita.Octa
uò per.l.non dubium. C. de teſtamentis.
Nonò per.l.Aurelio.§.fi.ff.de libera.lega.
Decimò per.l. cùm pater. §. cùm inter.de
lega. 2. Vndecimò per.l. qui ſolidum.§.
prædium.eodem tit. Duodecimò quòd
prohibita alienatione, non prohibetur
hæredis inſtitutio, quando non fit con-
tra mentem legis, vel ſtatuti, licèt fiat con
tra verba. vt eſt videre in. l. quendam. de
acqui.rerum dominio.et.l.1.de fundo do
ta.ſecundùm vnam ſolutionem, vt dixi.
Alias limitatiões colligere poteris per te.
Alio modo limito per. l. ſi quis prioris.§.
certum.de ſecundis nuptijs.ſcilicet quòd
eſt permiſſa alienatio, nam tunc etiam
permittitur inſtitutio. Rationes autem
prædictorum caſuum patent in quolibet
eorum, ſi bene conſideras.

*Prohibitio l. impedit hæredis inſtit. fallit in caſibus. 13.*

Vltimò in materia vi. quæ ponit Bart.
in.l. filiusfami.§.diui.de lega.1.pen.& vlt.
col. Item in matera vi. ſingularem quæ-
ſtionem quam ponit Iaſ. in. l. ait prætor
la.2.de iureiu.in principio. primo notabi
li.& eſt valde quotidiana.

Redeundo ad illum articulum, de po
teſtate teſtatoris, infertur.46. an teſtator,
qui ſolenne teſtamen. fecit, poſsit effice-
re, vt id teſtamen. non valeat in vim teſta
menti, ſed tantùm in vim codicillorum?
Et Socinus conſilio.142.lib.1.incipi. Re-
uerende pater.num. 4. tenet poſſe, poſt
Ioan. And. in addi.ad Specul.in titulo de
inſtrum.editione.§.compendioſè. Dinus
in quæſtione. Quæſtio talis quidã pater
fami.quos ipſe allegat.tangit Iaſ.in.l.non
codicillũ. C. de teſta. Grego. Lupus in.l.
2.tit.12.par.6.ſentit Viglius in ſimili in.§.
ex eo.Inſt.quib.mod.teſta.infir. Sed licèt
non inueniam contradicentem, tamen
contrariam partem veriorem dicerem.

*Teſt. ſolẽne ut in uim tã tùm codicillorum ua leat, teſtator efficere nequit, contra communem. idem in milite, cõtra communem.*

Primùm per. §. ex eo autem ſolo. Inſt.
quib.mo. teſta.infir.vbi expreſſum eſt, te
ſta.ritè factum non poſſe infirmari, etiam
ſi teſtator velit inteſtatus decedere, vt te-
nent ibi communiter doct. licèt Viglius
id ibi non admittat. Sic ergo & in ſpecie
noſtra, qui ritè fecit teſta.non poteſt effi-
cere nuda ſua voluntate vtcunq; expreſ-
ſa, ꝙ valere deſinat in vim teſtamenti:nã
velle ꝙ valeat in vim codicillorum, nihil
aliud eſſet, quàm velle vt teſtam.eſſe deſi
nat, & ei inteſtato legitimi ſuccedant. vt
in prin.Inſt.de codici.l.fi.C.fam.her.

Secundò eſt tex.expreſsior in.l. militis
codicillis.§.veteranus.ff.de mili.teſta.vbi
etiam in milite non admittitur, vt teſta.
ritè factum nuda volũtate, aut pœniten-
tia infirmetur, etiã ſi apertè declaret vel-
le ſe inteſtatũ decedere. Ergo cùm in no-
ſtro caſu nihil aliud ſit velle vt teſtam. ri
tè factum in vim codicillorũ valeat, niſi
iubere, vt teſtam. ritè factum ſola volun-
tatis mutatione infirmetur, hæreditasq;
abinteſtato deferatur, id longè minus
huic pagano licebit, cùm neq; etiam mi-
liti liceat.

Tertiò teſtam. eſt publici iuris. l. 3. ff.
de teſtam.ergo.&c.vt.l. ius publicum.ff.
de pact.l.priuatorum. C. de iur.om.iudi.

Quartò facit.l.fi.ff.de ſuis & legi.ibi, pri
uatorũ. n. cautiones legũ authoritatẽ nõ
cenſeri.Ad idem.l.nemo pôt.ff. de lega.1.

Quintò optimè facit. l. ſi acceptolatũ.
ff. de acceptilati. vbi licèt omnis obliga-
tio conſenſu & verbis contracta poteſt
perimi per acceptilationem. vt in. §. item
per acceptilationẽ. Inſt. quib. mod. toll.
ob.



ob. tamen obligatio re contracta per ac-
ceptilationem, tolli nõ poteſt.vt.d.l.ſi ac
ceptolatum.quia cùm nihil tam natura-
le ſit, quàm vnumquodq; eo modo diſ-
ſolui, quo colligatum eſt.vt in regula iu
ris. & capit. omnis. de regulis iur.in de-
cret. ſupereſt, vt rei interuentus in reſolu
tione illius obligationis neceſſarius ſit,
non ſecùs, quàm fuit in eius creatione.
Et vt ſi vas aureũ, vel argenteum ex maſ-
ſa aurea, vel argentea conflaueris, deinde
dixeris, Pœnitet me feciſſe conflaſſeque
illud vas, non per hoc vas illud infectum
redditur:ita quoque ars ciuilis, quæ in-
uiolabiliter, religioſiſsimeque imitatur
naturam.§.minorem. Inſtit.de adopti.l.
adoptio.ff.eod.non permiſit, vt diſpoſi-
tio ſemel ritè formata, infecta reddere-
tur per ſolam, nudamq; agentis volunta
tem, quando ad illius rei, qua de agitur,
perfectionem, & conſummationem ſo-
la voluntas non ſuffecit, ſed præterea ali-
quid aliud interuenerat.

Hinc eſt, quod & ſexto loco noſtram
firmat ſententiam, quòd ſi teſtator tabu-
las teſtamẽti reſcindere, aut delere iuſsit,
idq; effectum eſt, tunc id teſtam. infirma
tur: quia vt facto & voluntate teſtantis
fuerat confectum, ita & per contrarium
factum, & contrariam voluntatem infe-
ctum redditur. & ita procedit. l. 1. & per
totum.ff.quæ in teſtam.delen.&.C. eod.
titulo.nam & ſi vas quod feciſti, fregeris,
infectum redditur.

*Intell. tituli ff. quæ in teſtam. delentur.*

Hinc etiam eſt, quia legata, quæ nuda
voluntate adimuntur.l.ſi iure.ff.de lega.
3.& per totum. ff. de adimen. lega. nuda
ſimiliter voluntate pereunt, quando te-
ſtator declarauit pœnituiſſe ſe teſtam.fe-
ciſſe, quia per hoc nõ perit ipſa teſtamen
ti ſpecies:non ſic in inſtitutione hæredis,
in qua ſita eſt teſtamenti eſſentia. l. 1. ff.
de vulga.l.proximè.ff.quæ in teſtam.de-
len. l. eam quam. C. de fideicommiſ. l. ſi
nemo.de regulis iur.ff.l.ſi nemo.ff.de te-
ſtam.tut. Ita in ſpecie probat dict.§. vete
ranus. Noſtra tamẽ opinio recipit diſtin-
ctionem, quam mox ſubijciemus.

Stat ergo teſtatorem paganum effice
re non poſſe, vt teſta.ritè ſemel conſum-
matum, iure tãtùm codicillorum valeat.
hoc primò contra communem. Deinde
idem eſſe etiam in milite. hoc.2. contra
cõmunem: licèt vtriuſq;, vel alterutrius
voluntas firma eſſet, ſi ante teſtam. con-
ſummatum interfuiſſet, quo caſu eorũ
ſententiæ pręter eorundem intẽtionem
ſaluantur.

Quid autem iure regio, quo iure no-
uè inductum fuit, vt teſtam. nuncupati-
uum, & codicilli exæquarentur quo ad
numerum teſtium, reliquamque ſolen-
nitatem. vt in.l.3. Tauri. Facit. l. 1. titu.2.
lib.5.ordina. An hoc iure, qui nuncupati
uum teſtam. fecit, poterit præcipere, vt
valeat in vim tantùm codicillorum. Mo
uet quæſtionẽ, quòd in habentibus ſym-
bolum facilior eſt tranſitus.vt per Bar.in
l.Centurio.in prin.ff. de vulga.vbi per o-
mnes. Adhuc cõtrarium teneo, vt etiam
iure regio non liceat non magis quàm iu
re cõmuni:quia licèt in ſolennitate ſit ſi-
militudo, tamen in effectu longè diffe-
runt, vt conſtat ex.§.pen.Inſt.de codi.l.2.
C. eodem. cum multis ſimilibus. facit.l.
Scæuola.ff.ad Trebellia.ſicque extendi-
tur dict.l.3.

*Intell. l. 1. titu. 2. libr. 5. ordi.*

*Intelle. l. 3. Tauri.*

His tamen caſibus præceptum teſtan
tis in hoc fortè proderit, vt hęres ſcriptus
hæreditatem reſtituere teneatur hæredi-
bus legitimis teſtatoris. argumento. d. l.
Scæuola. Cogita tamen, quia non firmo
propter generalit. d. §. veteranus. &. d.§.
ex eo. & quòd valeat in vim fideicõmiſ.
optimè facit.l.poſthumus.§. fin. ff. de in-
iuſt.rup.

Deniq; cũ quæritur, an teſtator, qui re
vera vel inſpecta ſolẽnitate diſponẽdi &
tenore diſpoſitionis teſtam.fecit, quia &
ſeptem teſtes, & reliqua ſolennia adhi-
buit, & præterea hæredem ſcripſit, ex-
preſsit tamen ſe codicillari tantùm velle,

vel eam diſpoſitionem velle vt valeret in vim tãtùm fideic. aut codicillorũ, efficere potuerit, vt in vim tãtùm codicillorũ, nõ etiam teſtamẽti valeret. Et ſunt tres caſus inſpiciẽdi. Primus, quando id declarauit ante teſtam. Secũdus, quãdo in ipſo actu teſtandi. Vltimus, quãdo poſt teſtam. perfectum. Poſteriore caſu procedit noſtra opi. negatiua per noſtra fundamẽta. Sed duobus primis caſibus non ineleganter defendi poteſt opi. affirmatiua exiſtimantium, eãdem diſpoſitionẽ in vim tantùm codicillorum, non etiam teſtamenti valere. Moueor nouo fundamento: nam vt formæ teſtamenti nihil addi poteſt non magis quàm detrahi, vt eſt vera & cõmunis opi. quam edocemur in. §. 9. num. 11. &. §. 11. num. 25. & num. 39. &. §. 14. nu. 90. cum ſequen. ita quoq; formæ codicillorum eadem ratione addi aut detrahi nihil poteſt, ita, vt adiectio illa noceat, aut proſit: vnde ſi in ipſo actu diſponẽdi, aut anteà apparuit voluiſſe me non teſtari, ſed tantùm codicillari, huic rei impedimento non erit interuentus plurium, quàm quinq; teſtium, quinimò erit codicillus, non ſecùs, quàm ſi interfuiſſent teſtes decem, & teſtator vellet teſtari, quo caſu teſtes, qui ſuperfluunt, non vitiant. vt in. l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſta. & C. eod. l. teſtament.

*intell. l. nõ codicillum. C. de teſta.*

Quod & ſuadetur per. l. nõ codicillũ. C. de teſtam. vbi in ſimili re apparet, non de poteſtate, ſed de voluntate teſtatoris diſputari, quaſi ſi teſtator codicillum facere voluiſſet, impedimẽto non eſſet numeroſior teſtium conuentus, nec etiam exhęredatio, aut hæredis inſtitutio, cùm illa nullius momenti ſit, hæc autem in fideicom. vni. conuertatur. vt in. l. 2. C. de codicil. §. penul. Inſti. eod. l. Scæuola. ff. ad Trebellia. Dixi in ſimili per innumera argu. in principio. §. 11. in illa quæſtione, an ſi teſtator in ſcriptis teſtari deſtinauit, & ſolennia non adhibuit, valeat diſpoſitio vt teſtament. nuncupatiuum, cùm ad illud ſolennia non deficerent. Vbi plenè docuimus ius ciuile, quod naturam imitatur, non permittere, vt vna diſpoſitio iam ſemel in ſui creatiõe perfecta, poſſit nuda voluntate in aliam cõuerti, non magis, quàm homo poterit ſua voluntate in alterum hominem conuerti, aut canis in leonem, aut vas aureum vel argenteum ſemel conflatum poterit nuda iuſſione aut voluntate infectum reddi, niſi illud fregeris. &c. At antequam iſthæc in eſſe producantur, liberum eſt deſtinationẽ mutare, ergo. &c. Vide tamen quæ dixi in. §. 25. num. 19.

92 *Genera, & quantitates à pari procedunt.*
*Accreſcendi ius, an ſit in ſummis legatis?*
*Accreſcendi ius quando impediatur per teſtatorem.*
93 *Ius accreſcendi non eſt in ſummis legatis, contra communem.*
*Neque etiam in generibus legatis, contra communem.*
94 *Intellect. l. Venditio. §. huiuſmodi. ff. de contrahen. emptio.*
95 *Secundus intellectus. §. huiuſmodi.*
96 *Tertius intellectus. §. huiuſmodi.*
97 *Primus intellectus. §. Seio. l. fi. de lega. 2.*
98 *Secundus intellectus. §. Seio.*
99 *Tertius intellectus. §. Seio.*
100 *Quartus intellectus. §. Seio.*
101 *Augmentum cedit legato in rebus teſtatoris legatis, non autem in rebus alienis, cum communi.*
102 *Intellectus. l. planè. §. ſi duobus. ff. de legatis. 1. & l. huiuſmodi. §. ſi Titio. eod. titulo.*
103 *Secundus intellectus.*
104 *Si legatum ſpeciei teſtatoris, uel hæredis ipſi hæredi & alteri relictum ſit, portio hæredis accreſcit coniuncto, licèt petat legatum actione perſonali, contra communem.*
105 *Si res hæreditaria legatur hæredi, & alteri, tũc pars hæredis coniuncto legatario accreſcit, licèt non propria authoritate, ſed de manu hæredis capiat legatum, contra docto.*
106 *Si res hæreditaria legatur hæredi, & alteri uerbaliter tantùm coniunctis, pars hæredis legatario coniuncto accreſcit, contra docto.*
107 *Si res hæredis legatur ipſi hæredi, & alteri, pars hæredis legatario accreſcit.*
108 *Tertius intellectus ad. §. ſi duobus. ſuprà allega.*
109 *Si pars legatario præſtari impoßibile ſit, collegatario coniuncto accreſcit.*





110 *Quartus intellectus ad dict. §. ſi duobus.*
111 *Impoßibilitas legati præſtandi ex parte rei proueniens, non impedit ius accreſcendi.*
112 *Quintus intellectus communis ad dict. §. ſi duobus.*
113 *Portio legati uacans non deſinit accreſcere, licèt aliquis habeat ius illius portionis retinendæ uetuſtius ipſo legato, contra docto.*
114 *Vbi eſt omnimoda diſiunctio realis, ceſſat ius accreſcendi, cum communi.*
115 *Vt diuiſio fieri debeat in ſummis legatis, uel in ſpeciebus, uel in ſtipulationibus.*
116 *Ratio communis quare in contractibus non ſit ius accreſcendi.*
117 *Altera ratio contra communem.*
118 *In contractibus non eſſe ius decreſcendi contra communem.*
119 *In contractibus non eſſe ius accreſ. uel non decreſ. licèt interſit concedentis, contra communem.*
120 *Intellectus. l. ſi fundus ille.*
121 *Contra Alex. & Ripam.*
122 *Contra Bar. Iaſ. & Ripam.*
*Intell. l. pe. ff. de uſufru. accreſ.*
*Intell. l. 1. §. fi. & l. inde Neratius. ff. de uſufruct. accreſ.*
123 *Contra Ripam pro communi, in contractibus non eſſe ius accreſcendi.*
124 *Cõtra Ripam, quòd in quibus caſibus alteri per alterum acquiritur obligatio, adhuc in contractibus non eſt ius accreſcendi.*
125 *Contra Imol. Alex. & Iaſ. quòd qui non admittitur ad partem, non faciat partem in contractibus, non magis, quàm in ultim. uoluntatibus.*
126 *Declaratio ad Bart.*
127 *Contra communem in uſufru. inter uiuos conſtituto non eſſe ius accreſcendi.*
128 *Etiam poſt portionem quæſitam non eſſe ius accreſcendi in ultim. uolũ. contra communem. In uſufru. licèt ſit ius non decreſcendi.*
129 *In uſufructu inter uiuos conſtituto non eſt ius accreſcendi ante portionem quæſitam, nec poſteà. Non quoq; eſt ius non decreſcendi ante portionem quæſitam, uel poſteà.*
130 *Intell. l. mulieri & Titio.*
131 *Noua illatio.*
132 *De eadem re, contra communem.*
133 *Contra communem, quòd in. l. mulieri & Titio. ff. de cond. & dem. poteſt ex poſt facto eſſe ius non decreſcendi.*
134 *De eadem re contra Zaſium.*
335 *Si quantitas duobus legatur, quorum alter eſt incapax, pars incapacis alteri non accreſcit, ſed remanet apud grauatum.*
136 *Intellect. contra communem ad. l. ſi Titio, & ei. ff. de lega. 2.*
*Contra communem, quòd ſi Titio & mihi centum legentur, & fiſcus Titij partem ex delicto illius delatam repudiet, ceſſat ius accreſcendi.*
137 *Contra communẽ, quòd uerbum, dena, nec decem ſignificat, nec uiginti.*
138 *Quòd pœna denarum librarum, non de uiginti intelligatur ſemper, nec ſemper de decem, cõtra omnes.*
139 *Contra communem illatio.*
140 *Contra communem illatio.*
141 *Contra communem illatio.*
142 *Contra communem illatio.*
143 *Contra communem, quòd diuerſitas numeri, uel quantitatis inter interrogationem, & reſponſionem, uitiet ſtipulationem.*
144 *Noua illatio, ſi plures ſpecies genericè ſtipulãti pauciores promittantur, non uitiari ſtipulationem.*
145 *Intell. l. in teſtamento. 2. ff. de condi. & demonſt.*
146 *Quantitas duobus legata ſub conditione, ſi nuberent, altero nolente, eius pars alteri nõ accreſcit, contra docto.*
147 *De eadem re, contra communem.*
148 *Intellectus. l. Iulius Paulus. ff. de cõditionibus & demonſt.*
149 *Quantitas duobus legata ſub conditione, ſi alter rationes redderet, eo nõ reddente rationes, eius pars alteri non accreſcit, contra doct.*
*Intellectus. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb. contra communem.*
*In obligatione ſpecierum fit diuiſio per quotas: ſed in obligatione ſummarum, uel ſpecierum, quæ genericè debentur, uel etiam generum, non fit diuiſio niſi per numerum.*
150 *Ius accreſcendi ceſſat, ſi ſimus in ſummis legatis per diſtributiuum nomẽ, cum communi. Idemq; foret, licèt id nomen diſtributiuum non eſſet, cõtra mentem communis opi.*
151 *Diſtributiuum non dirimit coniunctionem uerbalem, nec impedit ius accreſcendi, contra communem.*
152 *Re omnino diſiuncti ſub eadem oratione uocati, an uerbaliter coniuncti uideantur, quòd nõ quo ad effectum iuris accreſcendi, cum communi.*
153 *Sola uerbalis coniunctio non inducit ius accreſcendi, id eſt prælationem in iure accreſcendi in hæredit. noua opi.*
154 *In ſummis legatis eſt ius accreſcendi inter coniunctos collectiuè, idemq; in generibus, noua declaratio,*
155 *Licèt ſit omnimoda ſeparatio realis, eſt ius non decreſcendi inter uerbaliter coniunctos per nomen collectiuum, noua opinio.*
156 *Inter coniunctos collectiuè eſt ius accreſcendi,*

*etiam in re aliena legata, noua declaratio.*

157 *Intellectus.l.qui quartam.§.fi.ff.de lega. 1. ut in ſummis legatis inter coniunctos collectiuè, ſit ius non decreſcendi.*

158 *In ſummis legatis, & reliquis generibus eſt ius accreſcendi inter coniunctos per nomen collectiuum.*

159 *Diſtributiuum, & dictio, æquè, dirimunt coniunctionem realem, ſiue ea per copulam, ſiue etiã per nomen collectiuum inducta fuerit.*

160 *In ſummis legatis non eſt ius accreſcendi etiam inter collectiuè uocatos ad tot ſummas, quot erant perſonæ legatariorũ. Idem ſi ad unam tantùm ſummã, ſi adijciatur dictio, æquè, uel, æquis partibus.*

161 *In rebus alienis legatis non eſſe ius accreſcendi, contra communem.*

162 *Licèt augmentum regulariter cedat lucro legatarij, fallit tamen quando res aliena legata augetur.*

163 *Grauiùs eſt obligari ad dandum, quàm ad tradendum.*

164 *Diminutio faciliùs admittitur, quàm interitus.*

165 *Intellectus.l.cum quo.C.de lega.*

166 *Quòd non poßit quis grauari ultra quàm ex teſtamento recepit, procedit, quando grauatur in quãtitate, uel aliquo generico, uel re aliena præſtanda. Secùs in ſpecie ſua præſtanda.*

167 *Ius accreſcendi ceſſat in. 19. caſibus hîc enumeratis.*

*Accreſ. ius quando impediatur p teſtatorẽ.*

REDEVNDO ad illum articulum, de poteſtate teſtatoris circa legis trãſgreſsionem, infertur. 47. an teſtator poſsit prohibere ius accreſ. & hac in re diſpẽſare cum prohibitione.l. ius noſtrum.ff.de regu.iur. Qua in re communis opi. eſt non poſſe. vt per Decium poſt alios in dict.l.ius noſtrum.Bar.& omnes in.l.quoties.§.ſi duo.ff.de hære.inſti. Viglius poſt alios in. §. hæreditas. ad finem. Inſti.eod.tit.& per nouiſsi.in dict. l. re cõiuncti.diſſerimus infrà.§.41.nu.7. Verùm in legatis non dubium eſt, quin teſtator ius accreſ.prohibere poſſet. vt tradunt cõmuniter docto.ſuprà citati.& tradunt omnes in. l. vnica. §. vbi autẽ legatarij. per text.ibi.C.de cadu.tollen. & hic eſt caſus vnus, in quo ceſſat ius accreſ. Sunt & alij caſus, in quibus ius accreſ.ceſſat. Qua in re in primis videndum eſt, an in ſummis legatis ſit ius accreſ. Et ꝙ ſit ius accreſ. nõ ſecus quàm in ſpeciebus, tenẽt doct.communiter, eſtq; tam recepta ſententia, vt ab ea nullum ferè declinatum inuenias. nam ita tenent Bald. Cuma.Paul. Alexã. & alij in.l.ſi pluribus.ff.de lega.1. Cuma. Alex.& Roma.in.l.ſtipulatio iſta.§. eum qui.ff.de verbo. obliga. ſentit Salice. in.l. vnica.§.ſin autem diſiunctim.C.de cadu. tollen.quos refert, & ſequitur Iaſo.in.l.re coniuncti.num.58.ff.de lega.3.idem ſentit Bart.in dict.l.re coniuncti.3. col. dum facit differentiam, vtrùm ita legetur, Titio decem, & Seio alia decem lego. vt tũc inter eos nõ ſit coniunctio realis: an verò dicat, Titio & Seio decem lego. vt tunc quia vnica fuit cõceptio verborum, non deſinat eſſe inter eos cõiunctio realis, nec ceſſet ius accreſ. In quo cum Bart. tranſeunt ibi Cuma. & Iaſ.num. 57. Vexutius col.9.Crotus.n.16.Politus.n.213.&.4.Ripa.n.27.poſt alios, quos ipſi allegãt.& ita ſentiunt docto.contra Bar.ibi in.l. ſi quis teſtamento.in prin. ff. de lega. 1. & eſt ex ſentẽtia omnium doctorum, dum faciũt differentiam, vtrùm teſtator dicat, Titiæ & Bertæ lego decem. vt tunc inter eas ſit coniunctio realis, & ius accreſ.an verò dicat, Titiæ & Bertæ lego decem pro qualibet. vt tũc ceſſet ius accreſ.ꝓpter illud diſtributiuũ, qualibet. Ita tenẽt Bar. Bal. Ange. Sali. Nicolaus de Neapolis, & alij in.l. huiuſmodi.§.quibꝰ.ff. de leg.1. vbi Iaſ. n. 3. hãc dicit communem ſententiã Imol. & communiter docto.in.l.qui filiabus.§. 1.ff.de lega.1.& ibi Alex.& Ange.cõſi. 11. Alex.cõſil.5. Viſo titulo queſtionis.lib.2. Bal.in.l.ſi duobus.§.fi.ff.de leg.1.quos refert & ſequitur Iaſ.in dict.§.quibus.Iaſ.in l.qui quartam.§.fi.per text.ibi.ff. de leg.1. vbi tradunt pleriq; ſcribẽtium, cuius verba ita habent. Si quis vnam ſummam filiabus legauerit, ita vt de poſthuma ſentiret, ſi ea non eſt nata, ſuperſtiti ſolidũ debebitur. qui text. videtur planè probare cõmunem

*Accreſ. ius an ſit in ſũmis legatis.*



communem ſententiam.& etiam tex.in l.ſi quis teſtamẽto.in princip.ff.de legat. 1.Sed ad dict.l. qui quartam. in.§.fin.poſtea ſignabo verum intellect. & dict.l.ſi quis.inducam pro contraria opinione.licèt communem opin.etiam teneat Iaſo. num.105.in dict.l.re coniuncti.

Hęc pro cõi ſententia adduxiſſe ſufficiat, qa ipſa ſuis ſatis authoritatibꝰ ſuffulta eſt. Nunc verò ad contrariã partẽ, hoc eſt, ad noſtram ſententiam vertamus intuitum. Quæ (vt dixi) non ſolùm à nullo vnquam defenſata, ſed nec etiam tacta, vel in diſcrimẽ adducta fuit, cuius ſolius comprobatio, atq; defenſio mihi curæ fuit. Pro qua in primis vrget talis conſideratio. Generaliter receptum eſt, vt genera, & quantitates à pari procedant, ſed in generibus non eſt ius accreſcendi, ergo nec in quantitatibus ius accreſcendi

92 erit. Quòd autem genera & quantitates à pari procedant, eſt tex.in.l.planè.in §.ſi eadem. verſi.ſed ſi pondus.ff.de lega. 1.vbi Iuriſcõſultus ait, Si pondus auri vel argenti ſæpius ſit relictum, Papinianus reſpondet magis ſummæ legato comparãdum. Subdit textus.merito, quoniam

*Genera & quantitates à pari procedunt.*

93 nõ ſpẽs certa relicta videtur. Ecce vt duo expreſsit Cõſultus, & quòd legatum genericum comparatur legato pecuniæ, ſeu quantitatis, & quòd non comparatur legato ſpeciei, ſed potiùs diſsimile, diſtinctumq; ab eo eſt. Subdit Conſul.proinde, & ſi quid aliud eſt, quod pondere, menſura, numeróue cõtinetur, idem erit dicendum. Itaq; quod pondere, menſura, numeróue continetur, quod genericum appellamus, iuxta.l.2.in.§.mutui.& quæ ibi latiſsimè habentur per gl.& per dd.ff.ſi certum petatur.id aſsimilatur pecunijs, quantitatibus, & ſummis, non autem ſpeciebus, prout vtrumq; probatur in dicto.§. ſed ſi pondus. & in.l.talis ſcriptura.in principio.ff.de legatis.1. & in.l. planè. in.§. ſed hoc ita. ff. eodem.& in. l. ſed & ſi certos.& in.l.ſi ſeruus legatus.in §. qui quinq;. & in.l. talis ſcriptura. in. §. item ſi legetur.ff.de legatis.1.in.l.1.in.§.ſi decem quæ in arca. ff.vt legatorum nomine caueatur. facit textus. in. l. 2. in. §. mutui autem datio.ff.ſi certum petatur. & in principio Inſtitu. eodem. Per quæ iura decidunt Dinus & Barto. in dict. l. talis ſcriptura. in fine principij. ꝙ ſi teſtator legauit mihi centum, quæ erãt apud campſorem, ſubdens, ꝙ ſi hæres ea centum mihi non præſtaret tunc teneretur præſtare quandam vineam, quę valebat duplum, ſi hæres à campſore illa cẽtum exegit, expenditq; in vſus ſuos, licèt poſtea vellet dare alia centum, tenent ſupradicti.dd. quòd legatario inuito id facere non poteſt. Ratio, quia priora centũ habebantur tanquam ſpecies quædam, at in ſpeciebus aliud pro alio inuito creditore ſolui nõ poteſt. vt in.l. 2. in.§.mutui.ff.ſi certum petat.& in.l.ſi ſe. in. §. ait prætor. ff. de re iudicata. & in.l.promiſſor.in.§.fi. ff. de conſtituta pecunia.& in l.item liberatur. in. §.qui paratus.ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. Ergo vt ſi ſpecies certa legata eſſet, & niſi daretur, aliam ſpeciem teſtator dari iuſsiſſet, tunc prima ſpecie non data, ſecũda deberetur. Ita quoque & in propoſito vbi pecunia circũſcripta loco legata fuit per qdʳ loco ſpeciei habetur, ea pecunia non data, ſpecies omnimodo debetur. Et per hanc rationem pleriq; . dd. ſequũtur illam Bart. deciſio.in dict.l.talis ſcriptura.quam vltra.dd. ibi. mirabilem appellat Iaſ.in.l. ſi certos.ff.de verborum.licèt ipſe tam ibi, quàm in dict.l.talis ſcriptura.contrarium tenuerit. Quam cõcluſionem ampliat Alberi. in.l.ſi certos.de verborum.poſt Dinum.vt non ſolùm in legatis, ſed in hæreditatibus locũ habeat. Nam ſi teſtator centum, quę habebat penes nummularium, iuſsit dari fratribus minoribus conuertenda in fabricam eccleſiæ, & ſi non daret, iuſsit hæredem priuari hæreditate, quæ veniret ad templarios

*Ius accreſcendi non eſt in ſummis legatis contra cõmunem. neque etiam in generibus legatis contra cõmunem.*

rios, ſi hæres pecuniam exactam in vſus
ſuos conuertit, licèt tantundem præ-
ſtare velit, priuabitur hæreditate, quia
illa pecunia loco ſpeciei habetur, & in
ſpeciebus aliud pro alio ſolui non po-
teſt. Quam concluſionem ampliat
Aretinus in dict. l. ſi certos. ff. de ver-
borum. vt procedat non ſolùm quando
dictum eſſet, Lego eam pecuniam,
quæ in arca repoſita eſt. ſed etiam ſi di-
ctum eſſet. Lego centum, quæ in arca
repoſita ſunt, Nam etiam ſi quantitas
pecuniæ expreſſa eſſet, adhuc pecunia
illa, non vt quantitas, ſed vt ſpecies iu-
dicatur. quæ ampliatio vera eſſe proba-
tur in. l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque.
& in. l. planè. §. ſed hoc ita. ff. de legatis
primo. Et ita quoque poſſemus intelli-
gere dictam. l. ſi certos nummos. ff. de
verborum obligatio. &. l. ſed & ſi cer-
tos. ff. de legatis primo. intelligendo,
quòd certi erant, non ſolùm in rerum na
tura (de quo non erat dubitandum) ſed
quòd etiam apud nos per expreſsionem
ipſius promiſſoris, vel teſtatoris eorum
nummorum quantitas certa erat. Quod
obtinet, quando non adiecta fuit hæc
vox, quãtum, ſecùs ſi adiecta eſſet. Nam
licèt ſi dixi, Lego pecuniam, quæ in ar-
ca eſt. tunc talis pecunia loco ſpeciei ſit,
etiam ſi eius quantitas (vt dixi) expreſſa
ſit, & declarata: tamen ſi adiectum ſit no
men, quantum, (veluti, Lego quantam
pecuniam habeo in arca) tunc pecu-
nia illa, licèt ſit circunſcripta loco, non
iudicabitur tanquam ſpecies, ſed tanquã
94 quantitas. Ita tenet gloſſ. notabilis in. l.
venditio. §. huiuſmodi. ff. de contrahen.
emptio. quam ſequitur & commendat
Iaſo. in. l. ſi certos. ff. de verborum. & in. l.
talis ſcriptura. num. 8. in principio. ff. de
legatis primo. & Bart. & alij in. l. ſi ſeruus
legatus. §. qui quinque. de legatis pri-
mo. ff.

*Intel. l. uenditio. §. huiuſmodi. ff. de contrah. emptio.*

Vnde infertur, quòd in dicto. §. huiuſ
modi. ideo valet vẽditio, quia adiectum
fuit verbum, quantum. ergo non vale-
ret, niſi verbum, quantum, adiectum eſ-
ſet, prout exprimunt dict. gloſſ. & ſe-
quaces. Quod mihi minimè placet. Nã
ſi & cùm quantitas certo loco circun-
ſcripta ſpecialiter declaratur (puta, Lego
centum quæ in arca ſunt) adhuc illa quã
titas pro ſpecie habetur, vt ſuprà proba-
ui, quanto magis quando quantitas ſpe-
cialiter declarata non eſt per aliquod
verbum numerale, ſed generaliter dictũ
fuit, quantam pecuniam. nam quò ma-
gis pecuniæ legatum, ſeu ſtipulatio in-
certa eſt, eò magis tale legatum, ſeu ſti-
nus operatur vol. tacita, quàm expreſſa.
vt in.l.inter veſtem. ff. de auro & argen.
lega.l.in cõtradictionibus.ff.đ cõd. & de
mõſtra. in. l. cùm auus.de condit. & de-
monſt. in.l. cùm acutiſsimi.C.de fidei.in
l.generaliter.§. cùm autem. C. de inſt. &
ſubſt. quo fit, vt cùm ius accreſ. defluat
ex tacita mente teſtatoris, non ſecùs locũ
habeat, quàm ſi ex expreſſa deflueret, vt
ſuprà dixi per. l. ſi mihi & Titio. §. Iulia-
nus.de lega.2.ſed in cõtractibus, inquiũt,
minoris potentiæ eſt tacita volun.quàm
expreſſa, niſi tacita volun. emanet ex na-
tura contractus. Ita intelligunt.l. cùm
quid.ff.ſi certum petat.iuncta.l.ſi repetẽ-
di.C.de cond.ob cauſam. Quã rationem
omnino falſam puto.Nam vt in vlt. vo-
lunta.tacita volunt. ſicut expreſſa ſerua-
tur.vt dict.legibus, niſi expreſſa eſſet con
traria tacitæ & præſumptæ, quo caſu ex-
preſſæ ſtandum eſt, ob id, ꝙ demonſtrat
tacitam eo caſu ceſſare.vt. l. cùm ex filio.
§.1.de vulga.ff.l.ſi quis ita hæres inſtitua-
tur ſi legitimus.ff.de acqui.hære.ita & in
contractibus tacita volunt. amborũ con
trahentium non minus ſeruanda eſt, q̃
expreſſa, niſi expreſsio demonſtraret taci
tam eo caſu non adeſſe.vt probatur in.d.
l.cùm quid.ff.ſi certũ petat.in.l. fi. C. qui
res pignori obligari poſsint. l. ita ſtipula-
tus.verſ.Sabinus.ff.de verbo. obliga. vbi
docent omnes, maximè Paul.& Iaſ. Nec
obſtat.d.l.ſi repetendi. quia ibi tacita vo-
luntas non erat amborum, ſed alterius
tantùm ex contrahentibus:itaq; nulla in
hoc diff. eſt inter contractus & vlt. vo-
lun.nam in quibus caſibus tacita teſtato
ris vol.ſeruaretur, quia vlt. volũt. pendẽt
ex volun. vnius, in eiſdem ſeruabitur &
tacita vol.contrahẽtium, ſi ab omnibus
quid tacitè agatur, cùm in illis conſenſus
omnium deſideretur. Dic ergo veram ra
tionem eſſe, quam ego nouiter ſignaui.

Ex qua ratione infero nouiſsimum & *Intell.l. pe. ff. de uſufr. accreſ.*
veriſsimum intelle. ad.l.pe.verſi.non mi
nus.ff.de vſufruct.accreſ.vbi text.ait, ꝙ ſi
duobus vſusfructus æquis partibus lega
ui, quo caſu ſunt verbis tantùm coniun-
cti, ait text. inter illos non eſſe ius accreſ.
quem text.tam glo.ibi quàm docto.mi-
rabiliter violãt. Sed eius verus ſenſus eſt,
ꝙ in vſufruct. non eſt ius accreſ. inter ver
bis tãtùm coniunctos per rationem præ-
miſſam, licèt aliud ſit in proprietate, ideo
text.planè dicit inter verbis tantùm con-
iunctos, non eſſe ius accreſ. Infero ve- *Intell.l.1.§. fi. & l. inde Neratius.ff.de uſufru. accreſ.*
rum intellect.ad.l.1.§. interdum. in verb.
totius.& in.l.inde Neratius.in verb. in ſo
lidum.& in.l.2.in verb. non per concur-
ſum.ff.de vſufruct.accreſ.in quibus legi-
bus habetur, ꝙ vt ſit ius accreſ.oportet ſo
lidam rem cuiq; relictam fuiſſe, & tamẽ
cõſtat ꝙ quãdo ſolida res cuiq; ex legata-
rijs relinquitur, quo caſu ſunt re tantùm
coniuncti, tunc non eſt ius accreſ. ſed ius
non decreſ. ſecundùm communem opi.
de qua per glo.& omnes in.l.vn.§.ſin au-
tem ad deficientis.C.de cadu. tollen. per
Bart.& omnes.in. l. re coniũcti. in prima
quæſt.princi.Quo fit, vt in dictis legibus
neceſſariò intelligendum ſit loqui de iu-
re non decreſ.cùm in vſufructu ius accre
ſcen.(vt probaui) nõ ſit, eſtq; nitidus, pla
nuſq; illarum legum intellectus. Nec in
cõuenit, quòd ius accreſ. ibi ſumatur pro
iure non decreſcendi tunc, quia ſæpiſsi-
mè ita exponitur, & his locutionibus ab-
utuntur leges. vt in. l. hæc ſcriptura. vbi
glo. & omnes. & in.l. ſi ſeparatim. vbi ſi-
militer per gloſ.& omnes. ff. de cond. &
demonſtra.& docet Bart.in.l.re coniun-
cti.num.54.de lega.3.

123 Infero etiam erraſſe Franciſ. de Ripa. *Contra Ri*
in

*pam pro cõmuni in cõtractibus nõ eſſe ius accreſ.*

in.l.re coniuncti.n.220.dum firmat contra cõmunem etiã in cõtractibus eſſe ius accreſ.dicẽs,ꝙ in.l.ſi mihi & Titio. đ verbo.& in.l.fi.C.de inut.ſtip.& in. §. ꝙ ſi qs ſibi.& in.l.ſtipulatio iſta.§.eum qui.& in l.eum qui ita.in prin.de verb.ideo ius accreſ.in contractibus eſſe deſinit,ꝙ erat defectus in cauſa efficiente, quo caſu etiam in vlt.vol.inquit,ius accreſ.non foret. vnde.d.l.ſi mihi & Titio. inducit à cõtrario ſenſu pro ſua ſententia cõtra cõmunem. Sed certè eius ratio probat totum oppoſitum eius,ad quod adducitur.Nã ꝙ ſit defectus in cauſa efficiente.i.in teſtatore, id nõ impedit, ſed potiùs inducit ius accreſ. qđ patet in.§.in primo.&.§.pro ſecundo. C.de cadu.toll.&.l.planè.§. ſi duobus.ff. de lega.1.Errat ergo dupliciter. Primò, dum vult, quòd in contractibus ſit regulariter ius accreſ. quod eſt & cõtra cõmunem,& cõtra verã concluſionẽ, vt ſuprà probaui. Deinde dum ait,quòd defectus cauſæ efficientis etiam in vlt.volunt.impediret ius accreſ.quod eſt euidenter falſum.

124 Infertur erraſſe eund. Fran.de Ripa in .l.re coniũcti.n.223.dum tenet,ꝙ ſi ex forma ſtatuti alteri ſtipulari poſſemus, vel admiſſa opinione glo.in cap.quoties cordis.prima quæſt. ſecund. de qua per Ripam ibi.& Iaſ.in.l.ſtipulatio iſta. §. alteri. num.5.de verb.quæ quidem glo.tenet,ꝙ de iure canonico alteri ſtipulari poſſum⁹, his,inquit,caſibus ſi mihi & alteri ſtipulatus eſſem decem, tunc ſi pars illius repudiata eſſet,mihi accreſceret, ob id, quòd iſto caſu non eſſet defectus in cauſa efficiente, id eſt, in ſtipulatore, qui non ſolùm ſibi, ſed & alteri poſſet acquirere, quo fieret,inquit,vt tunc ius accreſ.eſſet, quod,vt dixi, euidenter falſum eſt: quia defectus cauſæ efficientis non impedit, ſed potiùs inducit ius accreſ.

*Contra Ripam, ꝙ in quibus caſibus alteri ꝑ alterum acquiritur obligatio, adhuc in contractibus nõ eſt ius accreſ.*

125 Infertur etiã ex prædictis erraſſe Imolã,Alex.& Iaſo.in dict.l. ſi mihi & Titio. in princi.dum aiunt eſſe ſpeciale in terminis illius.l.& ſimilium.vt qui nõ admittitur ad partẽ is faciat partẽ,licèt ſecùs eſſet in vlt.vol.qđ omnino nego, cũ in terminis illius legis, & in vlt. volunt. idem foret,vt & tunc qui non admittitur ad partem, faceret partem, & impediret ius accreſ.vel propter omnimodam ſeparationem realẽ, quæ inter diuerſa numorum corpora reperitur, etiam ſi ſub vnica conceptione verborum ſint comprehenſa, vel propterea, quòd in ſummis legatis pars vacans eſſe non poteſt, quæ poſſit accreſcere, vel propterea, quòd onus pecuniarum præſtandarum graue eſt, quo fit, vt non recipiat augmentum per ius accreſ. vt omnia hæc ſuperiùs probauimus.

*Cõtra Imolã, Alex. & Iaſo. quòd qui non admittitur ad partem nõ faciat partem in contractibus nõ magis q̃ in ult. uolunt.*

Infertur etiam ex prædictis, ꝙ in terminis.l.3.titulo de las excep.lib.3.ordina. qua cauetur, vt quocunq; modo colligatur voluntas cuiuſq; ſeſe obligare volentis, tunc remanſit obligatus, etiam ſi ſtipulatio interpoſita nõ fuerit. Per quam l.noſtrorũ pleriq;,vel omnes, intelligunt alteri per alterum poſſe obligationem acquiri,vt per hoc limitentur omnes leges, quibus de iure communi contrarium cauebatur.

Infertur inquam,quòd attẽta opinione Franciſci de Ripa licèt in cõtractibus de iure regio Hiſpanorum attenta. d.l.3. eſſet ius accreſ. tamen ſecundùm nos ius accreſ.non erit,etiam ſi per dict.l.3. agnoſceremus alteri per alterum poſſe acquiri obligationem per rationes ſuperiùs ſignatas. Id quod notandum eſt ad declarationem text. in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. ff.de verborum obliga.&.§.ſi quis alij. & §.alteri.Inſtit.de inutilibus ſtipula. l. certi cõdictio. §. quoniam. &.§. ſi numos.ff. ſi certum petatur. l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit ſi Titius.§.Chryſogonus.ff.de verborum obliga. in quibus iuribus habetur, quòd alteri ſtipulari nemo poteſt, quia inuentæ ſunt ſtipulationes, vt quiſque ſtipuletur quod ſua intereſt.

Subin-



*Ad Barto.*

126 Subinfero declarationem ad doctri. Bart.in.l.re coniuncti.in prima quæſt.ſecundę quæſt.princi.dum ait,ꝙ in vſufru. ante portionem quæſitam eſt ius non decreſcendi, poſt portionẽ quæſitã eſt etiã ius accreſ.Nã prima cõcluſio poteſt procedere,& debet intelligi, quando re tantùm, vel mixtim erant coniuncti: ſecùs autem ſi verbis tantùm coniuncti, quo caſu licèt ipſe ſentiat ius ſaltem nõ decreſcẽdi fore,id omnino nego, quia nec erit ius non decreſ.quod, vt dixi, ſecundùm communes opi.& veras inter verbis tantùm coniunctos non cadit,nec etiam erit ius accreſ.dictis legib.&.l.pen.eod. titul. non violando eas, & per rationem præmiſſam,licèt in contrarium,vt dixi, ſe habeat communis opi.

*Contra cõmu. in uſufruct. inter uiuos cõſt. non eſſe ius accreſ.*

127 Ex ead. ratione infertur non eſſe verã illam communem concluſionem, quæ habet, ꝙ in vſufructu etiam inter viuos conſtituto ſit ius accreſ.quam tenuerunt Bar.in.l.re coniuncti.in.1.q.2.q.princi. & ibi Iaſ.Bart.in.l.ſi mihi & Titio.de verbo. col.1.vbi Iaſ.nu.5.& Alex.nu. 5. & glo. in verb.quotidiè.in.l.1.§.interdũ.& ibi Bart. ff.de vſufruct.accreſ.quam communem ſententiam non puto veram. Primò, q̃a in contractibus, vt probaui, non eſt ius accreſ.regulariter. Secundò, quia ratio, in qua fundatur ius accreſ. ſcilicet præſumpta volun.teſtatoris. volentis portionem vacantem ad coniunctũ potiùs pertinere quàm ad grauatum.vt.l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulianus.de lega.2.hęc inquam ratio ceſſat in actibus inter viuos. Tertiò & fortiùs,quia Bart. & alij ſunt intelligẽdi poſt portionem quæſitam, quia ita loquitur.l.1.§.interdum.ff.de vſufruct.accreſ.in qua fundantur, ſed poſt portionẽ quæſitam, quæ deinde amiſſa fuit, vſuſfructus ipſo iure debet redire ad ſuã proprietatem.argum.in.§.finitur.Inſt.de vſufruct.&.l.antiquitas.C.de vſufr.l.ſi vſuſfruct⁹.ff.de ſtip.ſeruorum.quo fit,vt ſi ſemel occupetur à proprietario, ampliùs non poſſit accreſcere. per.d.l.ſi duo patroni.cum glo.ff.de iureiur. Nec obſt.d. §.interdũ. in quo fundatur cõmunis, nã ibi loquitur in vſufructu in vlt. tantũ volun. conſtituto.& ita loquuntur omnes leges illius tituli, ſi rectè inſpiciantur. Secũdò & fortiùs ibi nõ loquitur in iure accreſ.ſed tantùm in iure non decreſcendi, vt probabo in proxima illatione.

128 Ex eadem ratione infero verã non eſſe illam communem ſententiam,quam tenent Bar.in.l.re coniũcti.in prima quæſt. ſecundę quæſt. princi. quam concluſionem ſequũtur omnes teſte Ludoui. in.l. re coniuncti.de lega.3.fol.27. col. 1. aiunt enim,ꝙ in vſufructu in vlti. volunt. poſt portionem quæſitam eſt ius accreſ. mouentur per.d.§.interdum. Teneo contrarium, nam & hoc caſu non eſt portio vacans,ergo ius accreſ.eſſe nõ poteſt.Quòd non ſit portio vacans, probatur: quia ſi hæres duobus vſumfru. cuiuſdam fundi tradidit, vel cõſtituit,certum eſt,ꝙ alteruter partem tãtùm vſuſfructus habebat. l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff. cõmod.l.ꝙ contra.§.vni duo.de reg. iur. l.3. §.ex contrario.&.§.ex pluribus.de acqui. poſſ.l.ſequitur.§.lana.de vſucap. §. ſicitaque.Inſt.de act.l.fin.ff.de cond.ob cau.l. vbi autem non apparet.§.fi.de verb.ſi partem tantùm vſuſfructus alteruter habet, altero excluſo,eius pars ſtatim reuertitur ad ſuam proprietatem.i. ad proprietariũ. dict.§.finitur.d.l.ſi vſuſfruct⁹. Nec enim ad collegatarium pertinere poteſt abſq; noua conſtitutione, ergo dicendum ibi ius accreſ.omnino ceſſare. Tenendo hãc partem contra communem, non obeſt. dict. §. interdum. nam ibi potiùs probatur contrarium in duobus locis illius.§. Primò dum ait, Cùm itaq; primus non inueniat alterum qui ſibi concurrat, ſolus vtetur in ſolidum. Cuius ſenſus eſt,ꝙ loquitur,quãdo collegatarij cõcurſu partes faciebant,quo caſu apud omnes conſtat eſſe in vlt.volunt.ius non diminuendi

*Etiam poſt portionem quæſitã nõ eſſe ius accreſ. in ult. uolun. contra communem in uſufru. licèt ſit ius non decreſcendi.*

di in vſufruct.poſt portionem quęſitam,
vt ibi,& etiam antè, vt ibid.probatur. Se
cundò idem probatur ibid.dum ait, Nec
refert coniunctim an ſeparatim relinqua
tur. Cuius ſenſus eſt ſecundùm expoſi-
tionem glo.& docto.ibi.ꝙ text.ille proce
dit duobus in caſibus, nempe cùm re tan
tùm vel mixtim coniũcti erant, ſecùs aũt
ſi verbis tantùm. Tertiò probatur ibid.
in verb.totius.vbi patet, ꝙ ius accreſ. de
quo ibi loquitur, ꝙ in vſufruct. locũ ha-
bet tam ante portionẽ quæſitam, quàm
poſt portionem quæſitam, eſſe ius nõde-
creſcendi:quod duobus tantùm caſibus
locum habet ſecundùm veras & cõmu-
nes opi.nempè cùm re tãtùm vel mixtim
coniuncti ſunt. Ius autem non decreſ.
ideo etiam poſt portionem quæſitam in
vlt.volũt.locum habet, ꝙ facultas fruen-
di ad vnunquemq; in ſolidum pertine-
bat.vt ibi.&.l.vn.§.ſi verò non omnes.C.
de cadu.tollen.quo fit, vt altero non con
currente, tunc alter totum iure ſuo occu
pet, nec ſit vlla portio vacans, quæ ad pro
prietatẽ redire poſsit: per quod ceſſat ra-
tio, quam in iure accreſ. ineſſe diximus.
de qua in dict.§.finitur. cum conc.

*In uſufruct. inter uiuos cõſtituto nõ eſt ius ac= creſ. ante portionem quæſitã nec poſtea non quoque eſt ius non de= creſ. ante portionem quæſitã, uel poſtea.*

129 Extat ergo prima concluſio, ꝙ in vſu-
fruct.in vlt.volunt.ante portionem quæ
ſitam nõ eſt ius accreſ. ſed ius tantùm nõ
decreſ.ſecundùm communem. Secun-
da, ꝙ poſt portionẽ etiam quæſitam ius
tantùm non decreſ.eſt, non autem ius ac
creſ. idq́; contra cõmunem. Tertia con
cluſio.In vſufruct.inter viuos conſtituto
ius accreſ. non eſſe, idq́; contra commu-
nem. Quod dupliciter intelligo, ſiue lo-
quamur ante portionem quæſitam, ſiue
pòſt. Quarta concluſio.In vſufructu in
ter viuos conſtituto ius etiam nõ decreſ.
non eſſe, cùm illo caſu collegatarij con-
curſu partes non facerent, idq́; contra cõ
munem. Quæ omnia eo nomine potiſsi-
mùm commẽdanda ſunt, ꝙ ab alijs non
ſic declarantur. Et ita olim Salmanticæ
inter plura quàm. 700. paradoxa publi-
cè tuebamur.

*Intell. l. mulieri & Titio.*

130 Poſtremò ex ead.ratione infero veriſ-
ſimum & nouiſsimum intellect. ad.l. ſi
mulieri & Titio.ff.de cond. & demonſt.
vbi mulieri & Titio mixtim coniunctis
(ſecundùm doctri.Bart.communiter ap-
pro.in.l.re coniuncti.ff.de lega.3.) vſum-
fructum legaui, qui quidem Titius à por
tione ſua excluſus fuit propter defectum
cond.per quod videbatur, ꝙ eius pars ad
mulierem pertinere deberet iure non de
creſcendi.argu.l.planè.§.ſi duobus.de le-
ga.1. Sed contrarium ibi deciditur ratio-
ne quadam ſpeciali, nẽpè, ꝙ mulieri, quæ
conditioni non paruit, non plus tribuen
dum eſt, quàm tribueretur, ſi conditioni
paruiſſet.Ita docet text.dum ait (tantùm
enim mulieri beneficio legis conceſſum
eſſe intelligendum eſt, quãtum haberet,
ſi conditioni paruiſſet.) Sed ſi conditioni
paruiſſet dimidiam tantùm partem vſuſ-
fructus veriſimiliter habuiſſet, & altera
dimidia ad collegatarium pertineret, er-
go conditione non impleta, non plus q̃
dimidiam partem vſusfructus habebit.
Innuit ergo text. ius non decreſ. regula-
riter fore in terminis illius. l. inter mulie-
rem & legatarium, ſi non interfuiſſet illa
peculiaris ratio, quę illud impedit. Quod
& ſecundò patet ex eadem.l. ibi (quãdiu
Titius viuet) innuit.n. à contrario ſenſu,
ꝙ poſt mortem Titij eſſet ius accreſ. vel
potiùs non decreſ. Quod & tertiò proba
tur, ibi (& in eod.ſtatu erit) innuit enim,
ꝙ ſi Titius ſtatum mutaret, capitis fortè
diminutione, vel aliàs, tunc eſſet ius non
decreſ. Nam cùm his caſibus integer vſuſ
fructus ad mulierem pertineret, ſi colle-
gatarius ab initio partem vſusfructus ca
peret, quam poſtea aliqua ratione amitte
ret: ſimiliter & in iiſdem caſibus integer
vſusfructus ad mulierẽ pertinere debet, li
cèt vſusfructus pars ad collegatariũ non
peruenerit. Itaq; in præfatis tribus parti-
bus illius text. probatur ſatis apertè, ꝙ in
vſufruct. in vlt. volunt. poſt portionem
quæſitam



quæſitam eſſet ius non decreſ. Nec obſt.
ille tex.dum ait (nec ſi Titius, qui condi-
tione defectus eſt, legatũ repudiet, ea res
mulieri proderit) id enim ſecundũ Senen
ſes ibi, & Iaſ. i.d.l.re coniũcti. dictũ eſt ob
id ꝙ pręſumitur, ꝙ ille Titi⁹ vſumfructũ,
quem habere non poterat, repudiabat in
fraudem proprietarij, vt gratiam mulie-
ri faceret.quod ſatis probatur ex text. dũ
ait (qui conditione defectus eſt) quaſi
dicat, quòd ſi conditione defectus non
eſſet, & ſponte repudiaſſet, tũc ea res mu-
lieri prodeſſet. Vnde in illa parte tex.pro
bat, quòd etiam ante portionem quæſi-
tam in vſufruct.per vltimã volun.relicto
ius non decreſcendi foret. Itaque in vſu-
fructu per vltimas voluntates relicto, &
ante portionem quæſitam, & poſt por-
tionem quæſitam ius non decreſcen. eſt.
vt probat tex.ille. Quod ea ratione eueni
re intelligo, quòd cùm in ſolidum cuiq;
relictus fuerit, certè per excluſionem alte
rius ex legatarijs nulla pars incipit vaca-
re, quo fit, vt alter totum habeat iure ſuo
non diminuendi. iuxta. l. vni. §. ſin verò
non omnes.de caduc.tollend.l.1.§. inter-
dum.in verb.totius.&.l.2.in. verbo. non
ꝑ concurſum.&.l.inde Neratius.in verb.
in ſolidum.ff.de vſufruct.accreſ.

*Noua illatio.*

131 Infero in dict. l. mulieri & Titio. eſſe
caſum ſingu. vbi qui per ius non decre-
ſcen. vocatus eſt, partem tantùm habet,
licèt collegatarius ſecum non concur-
rat. Quod ideo fit, quia abſurdum videre
tur plus iuris habere q̃ cõtra teſtatoris ni-
titur voluntatẽ, q̃ is, q̃ teſtatori paruiſſet.

*Cõtra communem.*

Infero grauiter erraſſe Barto.in dict.l.
132 re coniuncti. ſecunda quæſtione princi-
pali. cum quo conſentiunt omnes vbiq;
docto. vt teſtatur Iaſo.ibi.num.177. dum
vult, quòd in terminis dict. l. mulieri &
Titio. ageretur de iure accreſcen. quod
eſt euidenter falſum: tum quia ibi mulier
& collegatarius erant re & verbis cõiun
cti, inter quos ſecundùm veras & cõmu-
nes opi.conſtat non eſſe ius accreſ.ſed ius
non decreſ.tum quia, vt probaui, in vſu-
fructu etiam relicto nunquàm datur ius
accreſ.ſed ius non decreſ.

*Contra cõmunẽ, quòd in terminis l. mulieri et Titio. ff. de cond. & de monſtr. põt ex poſt facto eſſe ius non decreſ.*

133 Infero erraſſe Bart. in.d.ſecunda quæ-
ſtione prin.cum quo omnes omnino do
cto. ſentiunt ſecundùm Iaſ. ibid. nu.177.
dum tenet, quòd in terminis.d.l.mulieri.
illa mulier partem tantùm vſusfructus
ſemper habebit, non totum. quod eſt mi
nus verum, nam integrum vſumfru. ha-
bebit poſt capitis diminutionẽ, vel mor-
tem Titij collegatarij, & demũ in omni-
bus caſibus, in quibus ille Titius partem
ſuam poſſet amittere, ſi eam quæſiiſſet.

Extat ergo ex ſuperioribus, ꝙ in qui-
bus caſibus dominium non tranſit ipſo
iure in legatarios, in illis ius accreſcẽ. eſſe
non poteſt, ob id, quòd tunc portio va-
cans reperiri nõ poteſt, quo fit, vt cùm in
ſummis legatis dominiũ ipſo iure nõ trã-
ſeat, in illis ius accreſcendi eſſe nõ poſsit.

*Cõtra Zaſium.*

134 Infero erraſſe Zaſium in ſuis ſing. in-
tell.pag.102.& Alci.in lib.paradox.lib.6.
cap.8.ibi, dum ait, quòd in. d.l. mulieri.
ceſſat ius accreſcendi: ob id, quòd vſuſ-
fructus dominium ipſo iure nõ tranſeat
in legatarios.l. vn. §. libertatibus. de cad.
tollen.l.3.§.dare.ff. de vſufruct. Certè, in-
quit, pars collegatarij per defectum con-
di.excluſi occupatur per hæredem, quo
fit, vt cùm vacare non incipiat, accreſce-
re non poſsit.per.l.ſi vt certo.§. ſi duobus
vehiculum.ff.cõmod. Qua ratione ſtan-
te, ſequeretur, quòd etiam ſi mulier con-
ditioni paruiſſet, & Titius eius collegata
rius repudiatione vel aliàs excluſus eſſet,
adhuc ceſſaret ius accreſ. ob id, ꝙ pars
excluſi per hęredẽ occupata eſſet. Quod
eſt euidenter falſum, & contra mentem
& literam illius text. qui hac ratione ſpe-
ciali partẽ tantũ vſusfructus ad mulierẽ
innuit pertinere, quia ipſa cõditioni pare-
re noluit, ne mulier, quę cõtra vol. nititur
teſtatoris, melioris ſit cõditionis, q̃ futura
eſſet, ſi volũtati paruiſſet: innuẽs, ꝙ ſi lega
tarius alia ratione q̃ per inobedientiam

mulieris excluſus eſſet, tunc integrum vſumfruct. mulier haberet, non iure accreſ. ſed ſecundùm nos per ius nõ decreſ. Zaſius ergo dupliciter errauit, & dũ putauit, ꝙ ibi agebatur de iure accreſ. & dũ tenet, ꝙ legatario quoquo modo excluſo, adhuc partẽ tãtùm vſusfruct⁹ mulier haberet. Quinimò tenendum eſt integrũ vſumfructum mulierem habituram, ſi collegatarius moriatur, vel capite minuatur, vel aliàs incidat in aliquẽ ex illis caſibus, in quibus vſusfructus quæſitus ſolet amitti.

*Si quantitas duobus legatur quorum alter eſt incapax pars incapacis alteri non accreſ. ſed remanet apud grauatum.*

135 Quintò & principaliter pro noſtra ſententia, vt in ſummis legatis non ſit ius accreſ. adduco text. ſatis expreſſum in. l. ſi Titio & ei. ff. de lega. 2. dupliciter inducẽdo, primũ in deciſione, deinde in ratione decidendi. In deciſione, q̃a ibi mihi & ei qui capere non poterat decẽ, & ſic quãtitas fuerũt legata, & deciditur quinq; tantùm mihi deberi. Et perpendo text. dum dicit, ꝙ verbum denotat effectum iuris, vt quinq; tantùm ipſo iure ſint in obligatione, per quod apparet, ꝙ ibi ceſſabat ius accreſ. Nam cùm ius accreſ. ſit eiuſdem formæ, naturæ, & prærogatiuæ, cuius eſt ipſum principale, certè ſi ius accreſ. eſſet, tunc nõ eſſet verum, ꝙ quinq; ſola deberentur, quinimò decem deberentur. Nec placet quod Bar. ibi ait, ſcilicet fiſcum admitti ad alia quinq;: nã ſi admitteretur, tunc nõ eſſet verum quinq; ſola deberi, quinimò decem deberentur, quinq; collegatario iure ſuo, & alia quinq; fiſco ex perſona incapacis. Rurſus etiam perpendo tex. dum ait, quinq; ſola, quod eſt verbum taxatiuum, & negatiuũ. ergo. &c. Ecce ergo quemadmo. portio incapacis, quæ habetur pro non ſcripta, coniuncto non debetur, quod eſt cõtra. §. in primo. de cadu. tollen. & dict. §. ſi duobus. quarũ legum diff. & conc. nulla alia eſſe poteſt, niſi quòd. l. ſi Titio & ei. loquitur in quãtitatibus, in quibus, vt dixi, ius accreſ. nõ eſt: vel propter omnimodã ſeparationem realẽ, quæ eſt inter ipſa numorum corpora: vel propterea, quòd hoc caſu ſi eſſet ius accreſcen. augeretur obligatio hæredis, qua tenetur ad dãdum id quod non habuit à teſtatore, nec habet fortè in patrimonio ſuo. Quem text. perpẽdo etiam in ratione decidendi, dum poſtquàm dixerat, partem tantùm Titio deberi, ceſſareque ius accreſcen, ſubdit id ideo fieri (quia duobus hæres dare damnatur, & vnus capere nõ poteſt.) Ecce ergo excluſio vnius, quæ in ſpeciebus legatis inducit ius accreſcen. iuxta. d. §. ſi duobus. & §. in primo. ſuprà alle. ea excluſio in ſummis legatis impedit ius accreſ. Quo fit, vt apertiſsimè mõſtretur diff. eſſe inter ſpecies & quantitates legatas quo ad ius accreſcen. quandoquidem ab eadem ratione diuerſi deriuantur effectus. Nec ignoro, quòd Bar. tam in dict. l. ſi Titio. quàm in. §. ſi Titio. l. huiuſmodi. de lega. 1. intelligit quòd ibi impeditur ius accreſ. eo ꝙ ad partem incapacis admittitur fiſcus. & Bart. ſequuntur docto. communiter. Sed is intellect. verus eſſe nõ poteſt, quia text. generaliter loquitur in quolibet incapace, etiam ſi non eſſet propter delictum, ſed quòd fortè claudus erat, cui cũ alio legata fuit militia integri hominis: vel ſeruus, cui cum alio fuit legata militia hominis ingenui: vel forenſis, cui cum alio legata fuit res ſoli, quam fortè ex forma ſtatuti capere non poterat: nam & his omnibus caſibus ille text. poteſt intelligi, niſi miſerè à doctoribus violaretur, & tamen his caſibus fiſcus non caperet partẽ incapacis, & adhuc ibi dicitur non eſſe ius accreſcen. Secũdò, quia tex. ille non ſe fundat in eo, quòd alius ſuccedat loco incapacis, ſed in eo, quòd hæres duobus dare dãnatur, quorum altero per ſuam incapacitatem excluſo, ſupereſt vt alter ſuam tantùm partem habeat, denegato iure accreſcendi: quod alia ratione euenire non poteſt, niſi quòd loquimur in ſummis.

Et



*Intell. contra communem ad. l. ſi Titio. & ei ff. de leg. 2.*

136 Et retẽto meo nouiſsimo intell. ad illũ tex. inde infertur cõtra Bar. & cõm. doct. ibi, ꝙ etiã ſi in terminis illius tex. ille nõ eſſet incapax propter delictũ ſuũ, vel aliàs, & ſic indignus, ſed ſponte repudiaſſet, adhuc non eſſet ius accreſ. quod eſt contra mentem Bart. & aliorum tam in dict. §. ſi Titio. quàm ibi. & Iaſ. nu. 10. in. d. §. ſi. Titio. & Paul. in dict. l. ſi Titio & ei.

*Cõtra communem, q̃ ſi Titio & mihi centũ legẽtur, & fiſcus Titij partem ex delicto illius delatam repudiet ceſſat ius accreſ.*

Infertur. 2. ꝙ ſi ille incapax eſſet propter ſuũ delictũ, quo caſu fiſcus eius portionem poſſet occupare, vt per totũ. C. & ff. de his quib. vt indig. ſi tamẽ fiſcus eius partẽ auferre nollet (propter onus fortè legato iniunctum, quod vel fiſcus agnoſcere debet. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. de lega. 1. ff.) tunc adhuc non accreſceret coniuncto, quod eſt contra mentẽ Bar. & aliorũ in locis nuper citatis, q̃ volũt, ꝙ niſi fiſcus occuparet, ius accre. eſſet.

Quinimò in terminis illius text. magis eſt, vt portio incapacis remaneat apud grauatum. argum. in. §. in primo. & §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen. quod, vt dixi, ſuadet text. dum ait, ſola quinq; deberi. Quod indubitanter recipiendum eſt, ſaltem in quibus caſibus incapacitas nõ ex delicto deſcendebat, ſed ex alia cauſa, de quibus per glo. & omnes in. §. legari. Inſtit. de lega.

*Sextũ princip. fundamentum.*

Sextò principaliter pro noſtra ſententia vrget. l. ſi quis teſtamẽto. in prin. ff. de lega. 1. vbi Cõſultus ait (ſi quis teſtamẽto Titio & Seio decem dari iuſſerit, nullam hæc verba recipiũt ambiguitatem, vt dena dixiſſe videatur, qui decẽ dixerit.) Satis ergo apertè innuit, ꝙ qui decem duobus reliquit, non dena cuiq;, ſed quina reliquiſſe videtur, id eſt, quinq; cuilibet: q̃a hæc verba, ſingula, bina, trina, quina, dena, vicena, & ſimilia diſtributionẽ ſignificant. vt ſi dena Titio & Seio reliqui, viginti reliquiſſe videar, cuiq; decem: ſi Titio, Seio, & Gaio dena, tunc triginta reliquiſſe videar, cuiq; decem: quòd ſi Titio ſoli dena legaui, quia tunc in vna perſona nõ cadit diſtributio, euenit, vt decem tantùm relicta videãtur, prout apud grãmaticos notiùs eſt, q̃ probatione egeat, & apud nos infinitis probatur legibus. Id enim in primis probat dict. l. ſi quis teſtamento. dum ait, ꝙ qui Titio & Seio decem legauit, dena nõ videtur legaſſe, ſentiens, quòd ſi dena legaſſet, tunc viginti reliquiſſe videretur, cuiq; decẽ. Quod. 2. apertiſsimè probatur in. l. cum quo. ff. ad legem fal. in fi. princi. vbi Conſultus ait (quid enim ſi idẽ ſeruus defuncto & alij dena debuerit & vna decem habeat) ecce ergo quemad. quia ibi erant duæ perſonæ, ad quas verb. dena, referebatur, ideo tale verbum ibi bis decem ſignificat, & ſi eſſent tres perſonæ, ſimiliter ter decem ſignificaret. Tertiò accedat tex. apertus in. l. cùm duo. ff. de in diem ad. ibi (refert vnius pretio decem an ſingulorum quina adijciat) ibi enim Conſultus ait (cùm duo ſerui duobus ſeparatim denis in diẽ addicti ſint, & extiterit qui pro vtroque triginta det, refert pretio decem, an ſingulorum quina adijciat, ſecũdùm priorem adiectionẽ is ſeruus inemptus erit, cuius pretio adiectio facta fuit, ſecũdùm poſteriorẽ vterq; inemptus erit) ecce ergo quẽadmod. hoc verbum, quina, relatum ad duos ſeruos, decem ſignificat. Quartò induco. l. ſi non ſortem. §. fi. ff. de cond. in deb. vbi poſtquàm Conſultus dixit, ꝙ ſi decem aut Stichũ tibi ſtipulanti promiſi, tuq; duobus relictis hęredibus deceſsiſti, non liberor vni ex hæredibus quinq; alteri partem Stichi ſoluẽdo. ſubdit Cõſultus (ſecũdùm quæ liberatio nõ contingit niſi aut vtriq; quina, aut vtrique partes Stichi fuerint ſolutæ.) ecce ergo apertiſsimè ait, quòd hæc verba, vtrique quina, non quinq;, ſed decem ſignificat. Quintò accedat text. in. l. ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius. in princip. ff. de verborum. vbi Conſultus ait, quòd ſi in annos ſingulos dena ſtipulatus ſum, tunc poſt triennium triginta mihi debẽtur, ergo & poſt



quin-

quinquennium quinquaginta, & poſt annű decem tantùm deberentur, vt quot ſunt anni, tot vicibus decem illa multiplicentur.

Ad idem & ſextò.l.3.in princi.ff. de annuis legat. vbi triginta mihi legata ſunt annua bima trima die præſtanda, & Conſultus ait (dena per ſingulos debētur annos) ecce ergo verb. dena, relatum ad annos tres, triginta ſignificat, vt decem numero, quæ ſuapte natura ſignificat, tot vicibus multiplicentur, quot ſunt anni, res, vel perſonæ, ad quas verbű, dena, refertur.

Ad idem & ſeptimò. l. vbi fideiuſſor. ff. de fideiuſ. vbi Cōſultus ait (vbi fideiuſſor pro duobus in dena fideiuſſerit, obligatus eſt in viginti) ecce ergo verbum, dena, ad duos relatű, viginti, non decem tantùm ſignificat. Subdit tex. & ſiue viginti ſiue dena ſoluerit, vtrunq; reum liberauit. ecce iterum dena ſumuntur pro viginti. & facit. l. 1. ff. ſi quis caut. & l. 3. ff. de verbo. ſigni.

Ex quibus omnibus apud me expeditiſsimum eſt, maximè per. d. l. cùm duo. in verb. duo dena. ꝙ verbum, dena, ſi ad vnum actum vnámue perſonam referatur, decem tantùm ſignificat: ſi verò ad plures actus, vel perſonas, tunc poteſt ſignificare viginti, triginta, & etiam plura, prout fuerit numerus perſonarum, vel actuum, ad quos refertur.

137 Ex quibus infertur veram minimè eſſe opi. gl. 1. in. l. ſtip. iſta. §. alteri. verſi. eum qui ita. ff. de verbo. oblig. quam ibi ſequitur Bar. & communiter docto. prout ibi atteſtantur Alex. & Iaſ. qui & eam ſequūtur, dum tenet, ꝙ verb. dena, viginti ſignificat. cōtra quam communem opi. tenēt Cumanus, & Romanus, dicentes ꝙ ſignificet decem tantùm. Sed huius contrarietatis veritas lucida & perſpicua eſt, ꝙ mediam ſententiā & conc. ſequi debeamus, vt ſi verb. dena ad vnű tantùm referatur, decem tantùm ſignificet, & ſic procedat opi. Cumani & Rom. contra cōmu. Si autem ad plures perſonas, vel res referatur, tunc viginti, vel triginta, vel plura ſignificet, prout fuerit numerus perſonarum, ad quas refertur, & tunc procedat cōmunis opi. cōtra Cuma. & Rom. Veritas ergo eſt, ꝙ harum opinionum neutra ſimpliciter vera eſt.

*Contra cōmunē quòd uerbű dena nec decem ſignificat, nec. 20.*

138 Infertur. 2. veram minimè eſſe opi. gl. in prooem. ff. vet. in. §. hæc autem. in glo. denarű. quam ſequitur Bart. ibi in. §. illud autē. & ibi per eius Additionatorē. & gl. in. l. fi. in verbo. denarű. C. de præp. agent. in rebus. lib. 12. & gl. in authē. cauſa quæ fit cum monach. in glo. fi. C. de epiſco. & cle. & gl. denarű. in. §. ad excludēdas. in authē. de litigioſis. quas ſequitur Bar. tam in d. §. illud. q̃ in. d. §. eum qui ita. quas & Iaſ. ibi ſequitur. vbi atteſtatur cum eis eſſe cōmunē opi. & ibi Alex. & Ange. eas ſequűtur. Volunt. n. alleg. glo. ꝙ ſtatuta, vel leges dicentes, ꝙ aliquid ne fiat, & cōtra facientes denarű librarű auri pœna plectātur, debent intelligi, vt qui cōtra fecerit, viginti libras auri exoluat, quod euidenter falſum eſt, nam ad decem tantùm tenebitur. Nec obſt. ꝙ ſtatutum, dena, dixerit, nō decem: nam mens talis ſtatuti eſt, ideoq; dena dixit, vt ſi plures fortè in ſtatutum ſimul commiſerint, tűc vnuſquiſq; ad decem integra teneatur, nō autem omnes ſimul ad decem tantùm: nam illa decē tot vicibus multiplicabuntur, quot fuerint delinquētes. Et hanc partem contra cōmunē tenuerűt gl. in. l. qui textrini. & ibi Ange. ſibi cōtrarius. C. de murileg. lib. 11. & Bal. in. l. ſi quis teſtamēto. in prin. & Imol. in. d. l. ſtip. iſta. §. eű qui. ff. de verb. & Rom. ibid. moti. per tex. in cap. odia. de reg. iur. & in. l. cùm quidā. de lib. & poſthum. Quorum fundam. non eſt ſufficiens: quia in pœnalibus benignior interpretatio faciēda eſt, cùm legis verba ſub dubia eſſent: ſecùs autem ſi ſatis perſpicua & aperta, vt ſunt in propoſito ſecundű cōmu. opi. quod & ipſi admittűt, & ita eorum

*Quod pœna denarű librarű nō q̃ uiginti intelligatur ſemper, nec ſemper decem contra omnes.*



eorű fund. excluſit Bar. in. d. prooem. §. illud. Bar. & Iaſo. in. d. §. eum qui. Sed licèt eorum fundam. non placeat, ſententiam tamen eorű veriſsimā puto contra cōmunē: quia, vt latè probaui, excluſa benignitate, id ipſa verborum proprietas dilucidè probat.

139 Infero, ꝙ verus intell. ad. d. §. hæc autē. eſt, ꝙ in terminis illius text. qui legalem diſciplinam extra vrbes ibi memoratas docerēt, non in viginti libras, ſed decem tantùm punirētur, quod eſt cōtra cōmunem intelle. Bar. ibi, & omniű doct. ſuprà alle. volētium, ꝙ in viginti teneantur.

*Contra cōmunē illatio.*

140 Infero, ꝙ in terminis. l. fin. C. de præp. agent. in reb. q priuilegia præpoſitis agentium in rebus cōceſſa violaſſent, nō in viginti libras auri ſinguli punirentur, ſed tātùm in decē, quod eſt contra cōmunem intelle. glo. & aliorum ibi, & eorum, quæ proximè citaui.

*Contra cōmunem illatio.*

141 Infertur, ꝙ in terminis. d. §. ad excludēdas. etiā ſi iudex accuſationē abſq; ſolēnitate, de qua ibi, reciperet, adhuc non in viginti libras auri, ſed in decē tantùm puniretur: cű verbű, dena, ad vnű tātùm relatű, decē tantùm ſignificet, quod eſt cōtra communem intellect. gl. ibi in verb. denarum. & aliorum docto. ibi, & cōtra omnes, quos proximè citaui.

*Cōtra communem illatio.*

142 Infertur, ꝙ in terminis. d. l. qui textrini. de murileg. quæ ait, ꝙ mācipia occultantes ternis auri libris puniantur, debet intelligi, ꝙ ex propria ſignificatione vocabuli in plus non teneantur, quod eſt contra glo. ibi (quam expreſsim approbant omnes ſuprà citati.) quæ vult, quòd propter benignam interpretationem in tres tantùm libras puniuntur, licèt attento rigore & proprietate ſermonis, in ſex puniri deberent, quod, vt dixi, falſum eſt. Hoc amplius docto. ſuprà citati intelligunt, quòd ibi in ſex libras puniantur, nulla obſtante benignitate, quod, vt dixi, euidenter falſum eſt.

*Cōtra communem illatio.*

Redeundo ergo ad noſtrum propoſitum, ſi is qui decem duobus legauit, nō dena, ſed quina tantùm legaſſe videtur, id eſt, quinque cuilibet, patet, quòd hi legatarij quaſi diuerſas ſummas receperint, & ſic re diſiuncti omnino ſint, non poſſunt ad ius accreſ. aſpirare.

Quod etiam apertiſsimè probatur in l. eum qui. 2. reſpon. ff. de verbo. vbi Conſultus ait, ſicuti qui legat Titio & Sempronio decem, non aliud intelligitur legare, quàm vna decem communiter ambobus. Perpēdo verb. communiter: nam ſi communiter decem habent, non ſeparatim, ergo quinque tantùm ad vnumquenque pertinent, ſicque ſunt omnino re diſiuncti, cùm eo caſu diuiſio non per partes fiat, ſed numero, vt ſuprà probaui.

Præterea in contractibus expeditum eſt, quòd ſi duobus ſimul decem promiſi, quinque tantùm cuilibet promiſiſſe videor. dict. l. reos. §. cű in tabulis. de duobus reis. ff. ſi mihi & Titio. ff. de verborű oblig. l. fi. C. de inut. ſtipul. §. quòd ſi quis alij. Inſt. de inut. ſtipul. & dict. l. eum qui. in princi. quod & fatentur Barto. Paul. Iaſo. & alij ibi. Sed in iſtamet ſpecie fit æquiparatio de contractibus ad vlt. vol. vt ibidem in verſi. ſicuti. &c. ergo idē dicendű. Si ergo qui duobus decem vel legat, vel promittit, quinque tantùm cuiq; dediſſe videtur, inque plura numorum corpora nulla coniunctio realis eſt, vt probaui, ſequitur, quòd ius accreſ. eſſe non debet, cùm iſti concurſu partes non faciāt, ſed ab initio quiſque ad ſua quinq; vocatus videatur.

Septimò & principaliter in fauorem noſtræ aſſertionis accedat talis conſideratio. Nam licèt diuerſitas inter interrogationem & reſponſ. vitiet ſtipulationem. iuxta. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. de verbo. &. §. præterea. Inſt. de inuti. ſtipu. tamen id verum, quando vna erat ſtipulatio, in qua talis diuerſitas repitur: ſec⁹ ſi plures, nam tunc illæ ſtipulationes, in quibus cōcordat interrogatio & reſpōſio valent,

*Septimum princi. fundamentum.*

in quibus verò diſcordant, non valent.
text.eſt in.d.l.1.§.ſed ſi mihi.&.l. inter ſti-
pul.§. ſi ſtipulante.in fi.eod.vbi ſtipulan-
ti Stichum & Pamphilum, Stichum pro-
miſi,eaque ſtipulatio valet, altera vitiata.
Et quod ibi receptum eſt in ſtipulante
plures ſpecies, idem quoque receptũ eſt
in eo, qui aliquam quantitatem non tan
quàm ſpeciem, ſed ad numerum vt ſum-
mam ſtipulatur, veluti centum: nam ſi
quinquaginta ſpondeas, vel etiam vnum
duntaxat, in eo valet ſtipulatio, quaſi tot
eſſent ſtipulationes, quot numorum
corpora.vt dict.l.1.§.ſi ſtipulanti.Ecce er-
go quemadmo. idem iudicatur de vna
ſumma, ꝙ iudicaretur de pluribus ſpecie
bus. At ſi plures ſpecies generaliter, inter
quas nulla diff. valoris eſſet, duobus le-
gaſſem, inter eos (vt ſuprà probaui) non
eſſet ius accreſ. ergo idem ſi plura numo
rum corpora, vel quid genericum, inter
quæ nullam diffe. valoris eſſe patet. Nec
obſt.l.ſcire.§.quanuis.ff. de verbo. oblig.
vbi Conſultus ait (tamen ſi pecuniam q̃s
quæ in conſpectu eius eſt, ſtipulatus ſit,
vel aceruum pecuniæ, non tot ſunt ſtipu
lationes, quot numorũ corpora.) Nam
fateor non tot eſſe ſtipulationes: idq; re-
ſpon.ideo ibi fieri, ꝙ pecunia in ſtipula-
tionem deducta fuit tanquàm ſpecies, nõ
autem ad numerum tanquàm quãtitas.
Nam qui ſtipulatur pecuniã, quæ in con
ſpectu eſt, nõ deſignato numero, vel acer
uo pecuniæ, quæ alibi eſt, is non quanti-
tatem, ſed ſpeciem ſtipulanti ſimilis eſt.
tex. eſt in. l. talis ſcriptura. in fine princi.
& in.l.ſed ſi certos.& in.l.planè.§. ſi eadẽ.
in fine.de legat.1. & in. l. ſi certos. de ver-
borum obliga.ff. Hinc dixit gloſ. in. l. ſi
creditor.§. 1. in verſi. venditori. ff. de pe-
cul. quòd licèt de quantitate ad quanti-
tatem admittatur compenſatio quando
debitum eſt liquidum.iuxta.l.fi.C.de cõ
penſa.tamen id fallit in caſu, quo quanti
tas deberetur, non ad numerum, ſed tan
quàm ſpecies. De cuius veritate, quia nõ
eſt præſentis ſpeculationis, videndus eſt
Bart.in.l.cùm ſeruus.§.ſeruum tuum im-
prudens.ff.ſi certum petat.vbi Sali.Alex.
& Roma.& Iaſo.in.l. ſi certos. de verbo.
obliga.Cùm ergo is ſimilis ſit ſpeciem ſti
pulanti licèt plura ſint numorum corpo
ra, vna tantùm erit ſtipulatio: nam & ſi
plures ſpecies in ſtipulationem deduce-
rentur non ſingulatim enumeratæ & ex
preſſæ, ſed ſub vna conceptione verbo-
rum, non dubitarim vnam tantùm eſſe
ſtipulationem.vt dict.l.ſcire debemus.in
§.ſtipulationem. Itaq; ipſa ſpecierum di-
numeratio nominatim, & ſigillatim fa-
cta, facit plures eſſe ſtipul.non autem plu
ralitas ſpecierum: ita & ipſa pluralitas nu
morum nõ facit plures ſtipulationes. vt
dict. §. quanuis. niſi ad numerum, & ſic
genericè in ſtipulationem deducantur.
Sit autẽ vna an plures ſtipul.magni mo-
menti eſt: tunc quia quando plures ſolu
tionem vnius compellitur recipere ſtipu
lator, ſicut & cũ ſunt plura legata vnius
ſolutionem offerre poteſt hæres, licèt ſe-
cùs ſi vnum tantùm legatum eſſet, vel
vna tantùm ſtipulatio, tunc enim partis
ſolutio non admitteretur inuito credito
re.vt docẽt Bart.& alij in.l. quidam æſti-
mauerunt.ff.ſi certum peta.& in.l.2.3.4.
&.5.de legat.2.Præterea quando vna tan
tùm eſſet ſtipulatio, tunc diuerſitas inter
interrogationem & reſpon. vitiaret: ſe-
cùs ſi plures eſſent ſtipul. & ad vnam tan
tùm eſſet reſpon.vt apparet in.l.1. de ver-
borum obliga.ff.§.ſi quis ſimpliciter.iun
cto.§.ſi ſtipulanti.&.§.ſed ſi mihi.

143 Infero inter illa iura non eſſe admit-
tendam diff. quam Barto. & alij in dict.
§. ſi quis ſimpliciter.facere cõſueuerunt,
dicẽtes referre ſit qualitatis diuerſitas, vt
tunc vitiet, ſecùs ſi numeri, ſeu quantita-
tis, id enim verum nõ eſt: nam & diuerſi-
tas numeri rerũ puto ꝙ vitiaret, ſiquidẽ
vna eſſet ſtipulatio. vt ſi mihi quadrigas
ſtipulãti tu vnum equum promitteres,
niſi diuerſitas illico complaceret. iuxta
dict.

*Contra cõmunẽ quòd diuerſitas numeri, uel quantitatis inter interrogationẽ, & reſpõſionẽ uitiet ſtipul.*



dict.§. ſi quis ſimpliciter. vt in dict.l.ſci-
re.verſi.ſtipulationem. Vt enim in præ-
miſſo exemplo ſi quadrigæ mihi legarẽ
tur vnum equum alijs omiſsis agnoſce-
re non poſſem.vt.l. neminem. cum ſeq.
de legat.2.ita & promiſſor, qui agnoſce-
re debet ea quæ in interrogatione com-
prehẽſa ſunt, illam ſcindere non poteſt,
vt ſic promiſſor in ſtipulationibus loco
agnoſcentis habeatur, quemad.& legata
rius in legatis. Vnde ſubinfertur, quòd
ſi diuerſitas eſt inter interrogationẽ &
reſp. in numero vel numorum, vel ſpe-
cierum nominatim in ſtipulationem de
ductarum, illa diuerſitas non vitiabit, li
cèt complacentia ſecuta non fuerit, ob-
id, quòd eo caſu plures ſunt ſtipul. & in
quibuſd. earum licèt diuerſitas ſit inter
interrogationem & reſp. tamen in alijs
nulla diuerſitas eſt, ideo aliæ vitiantur, a
liæ ſuſtinentur: quod manifeſtiſsimè do
cet Conſultus in dict.§.ſi ſtipulanti (licèt
enim, inquit, oporteat congruere ſum-
mam, attamen manifeſtiſsimum eſt in
viginti & decem ineſſe) quo fit, vt cùm
in illis decem congruant & conueniant
inter ſe reſp. & interrogatio, minimè de
ſideretur altera complacentia. Secùs eſt
in terminis dict.§.ſi quis ſimpliciter.vbi
diuerſitas reſpiciebat vniuerſa ea, quę in
terrogatione comprehenſa erant, & cõ-
ſequenter nulla ex parte interrogatio &
reſp.inter ſe ſatis conſentiebant: quo fit,
vt diſſonantia illa, quæ omni in parte re-
peritur, omni quoque ex parte vitiet. Et
iſta illatio cum præcedenti eſt contra cõ
munem doctr. & intell. Bart.in dict.§.ſi
144 quis ſimpliciter. Ex quibus infero nota.
ampl.ad dict.§.ſi ſtipulãti.vt licèt in ſum
mis tantùm genericè in ſtipul. deductis
loquatur, procedat & in ſpeciebus, ſi ſi-
militer genericè in ſtipu.deducerentur,
puta, dabis decẽ ſeruos. nam ſi tu quin-
que promittas, vtilis erit ſtipulatio, licèt
non ſequatur complacẽtia: nam qui de-
cem ſeruos genericè ſtipulatur, & quin

*Noua illa. ſi plures ſpecies genericè ſtipulanti pauciores promittantur non uitiari ſtipu.*

que ſtipulatus videtur virtualiter, quod
ex ſuprà dictis in primo fund. latè fun-
dare poteris.pro quo & dict.l. inter ſtip.
§.ſi ſtipulante.in fin.de verbo.oblig.tam
in deciſione, quàm in ratione decidẽdi.
Ex quibus omnibus patet, ꝙ in ſpecie no
ſtra procedimus arguẽdo de toto ad par
tem, vt ſi diuerſitas in parte tantùm ſit,
in parte tantùm vitiet, ſi in toto, tunc vi
tiet in totũ.iuxta.l.quæ de tota.de rei vẽ.
ff.&.l.in pares.ff.pro derelicto. Extat er-
go ex ſuperioribus idem iudicari de plu
ribus numorum corporibus, quæ in ſti-
pula. vel legatum gnericè deducuntur,
quòd iudicaretur de pluribus ſpeciebus
quæ in ſtipul. vel legatum genericè de-
ducerẽtur: vt quemad. in illis ſpeciebus
conſtat non fore ius accreſcend. vt pro-
baui, ita & in his numorum corporibus,
ſeu quantitatibus.argumento dict.l. hu
iuſmodi.§.quibus.ff. de lega.1.& eorum
quæ ſuprà diximus.

145 Præterea pro ſententia noſtra, vt in
ſummis legatis non ſit ius accreſcen. eſt
tex.apertus in.l.in teſtamento.2.ff.de cõ
di.& demonſtr.ibi, illi quidem legatum
146 deberi Stichi, aut portionem inutilem
fieri.vbi Sticho & Pamphilæ centũ fue-
runt legata ſub hac conditione, ſi matri
monium contraxiſſent, quæ cond.defe-
cit per noluntatem Stichi, quo caſu quo
ad Pamphilam habetur pro impleta. vt
docent ibi Bart.Cuma. Imol.Paul. & So
cin.gl.& omnes in.l.1.C.de inſtit.& ſub-
ſtit. omnes in. l. legatum.C.de cond.in-
ſer.& text.ait, Pamphilę legati partem di
midiam deberi, reliquam autem partem
quæ ad Stichum ſpectabat, minimè de-
beri, ſed inutilem fieri. Quod ea demum
ratione euenire intelligo, quòd quanti-
tas legata fuit, in qua nõ datur ius accre-
ſcend.vnde ibi ius accreſcen.foret, ſi ſpe-
cies legata fuiſſet.

*Intel.l.in teſtamento.2 ff. de cond. & demon.*

*Quantitas duobus legata ſub cõditiõe ſi nuberent, altero nolente, eius pars alteri non accreſcit cõtra doct.cõmuniter.*

147 Infero non rectè loquutum fuiſſe Cu
manum, qui in dict.l.in teſtamento.tex.
dicentem Stichi portionem inutilem fie

*Contra cõmunem.*

 ri,

ri,ſuppleuit,vt inutilis fieret quo ad Sti-
chum tantùm, non etiam quo ad Pam-
philam,cui,inquit,pars Stichi accreſcet.
id quod eſt text.vitiare,violenterq́; emē
dare,vt euidentius eſt,quàm longa con
148 tentione egeat.Et idem quod Cumanus
tenuit gl.pe.in.l.Iulius Paulus.ff.de cód.
& demon.quã ſimpliciter omnes ibi ſe-
quũtur, & expreſsim ſequitur Cuman.
ibid.dum text.ibi dicentem,quòd ſi Sti-
149 cho & mulieri centum legentur ſub cō
ditione,ſi Stichus rationes reddiderit, is
q́; non reddiderit rationes,tex.ille ratio
cinatur,vt mulier ad legatum purè,non
ſub conditione vocata intelligatur,quo
fit, vt Sticho ex defectu conditionis ex-
cluſo, tunc legatum vtile ſit in perſona
mulieris. ſed an pro ſua tantùm parte ei
deberetur, an verò etiam partem Stichi
iure accreſcendi caperet.id text.non ape
rit,gloſ. autem expreſsit mulierem habi
turam etiam partem Stichi iure accreſcē
di, quod eſt contra iura ſuprà adducta.
Teneo ergo,quòd in terminis.d.l.Iulius
Paulus. mulier ſuam tantũ legati portio
nē non etiam Stichi partem habebit.

*Intellect. l. Iulius, Paulus.ff.de cō di.& dem.*

*Quantitas duobus legata ſub cō ditione ſi alter ratiōes redderet eo non reddēte rationes eius pars alteri non accreſcit cō tra doctor. communiter.*

Deniq; pro ſententia noſtra eſt etiam
tex.in.l.ſi pœnæ.§.ſi falſo.ff.de cōd.inde.
& in.l.in executione.§.p parte.ff.de ver-
bo.obli.& in.l.cùm Stichus. ff.de ſoluti.
in quibus iurib⁹ habetur,ꝙ ſi plures ſpe-
cies pluribus debeãtur, tunc inter eos di
uiſio fit à iure per quotas partes,non ad
numerum : quòd ſi genera debeantur,
vel etiam ſpecies genericè tamen, tunc
diuiſio fit per numerum, ſicq́ue ſinguli
ad ſingula corpora diſtincta & ſeparata
vocãtur, & per hoc inter ſe omnimodò
ſunt re diſiuncti, nec concurſu faciunt
partes:&conſequenter cùm in idem cor
pus non concurrant, non poſſent rectè
dici collegatarij (ſi in terminis legati eſ-
ſemus) & per hoc inter eos non eſſet ius
accreſcendi,vel non decreſcendi. Secùs
in ſuperiore caſu, vbi ſinguli ſingulorũ
corporum partes habent, parteſq́ue fa-
ciunt concurſu.Facit etiam.l.ſecunda.§.
mutui autem.vbi glo.& omnes.ff. ſi cer
tum petat.text.in princip. Inſtitu. quib.
mod. re contrah. oblig. vbi mutuum in
ſummis generibuſq́ue tantùm (.i. in re-
bus,quæ pondere, numero, menſuráue
conſtant) conſiſtit: quia in ijs rebus da-
tur omnimoda paritas valoris in corpo
ribus diuerſis,id quod in ſpeciebus repe
riri non poteſt. Præterea induco.Nam
ſi eadem ſpecies aliena bis legatur in eo-
dem teſtamēto, ſemel tantùm debetur:
at ſi ead.quantitas bis legetur, bis debe-
bitur.l.planè.§ ſi eadem. vbi Iaſo.de leg.
1.nempe ꝙ in vna etiam perſona quanti
tas multiplicari poteſt,ſpecies autem nō
poteſt.Sic ergo &per contrariũ,vt quan
titas faciliùs multiplicatur,ita & faciliùs
ſcinditur,ſeu diuiditur,atque ſeparatur,
perq́; omnimodam ſui ſeparationem in
ducitur omnimoda diſiũctio realis,quę
facit(vt ex ſuperioribus docemur) ceſſa
re ius tam accreſ. quàm nō decreſcendi.
Præterea facit pro nobis:quia inter ratio
nes reliquas, propter quas ſuprà docui-
mus inductum eſſe ius accreſcendi, illa
eſt, ne ſit cōmunio inter grauatum hæ-
redem,& legatarium,id quod vtile non
eſt.vt.l.cùm pater.§.dulciſsimis. ff.de le
gat.2.cum vulg.ideoq́ue inductum eſſe
ius accreſcend. vt pars vacans accedat
collegatario coniuncto, ſicq́ue nullam
habeat cum hærede communionem.
Quæ ratio ceſſat in ſummis legatis:nam
licèt pars collegatarij repudiantis colle-
gatario agnoſcenti non accedat, nihilo-
magis is cum hærede communionem
habebit,quandoquidem, vt iam docui-
mus, in quantitatibus nulla eſſe com-
munio poteſt.

*Inobligatione ſpecierum fit diuiſio p quotas, ſed in obligatiōe, ſummarum uel ſpecierũ quæ genericè debentur uel etiam generum nō fit diuiſio niſi per numerum.*

In ſumma pro nobis etiam facit tex.
notabilis in.l. Lucius. §. quæ habebat.ff.
ad Trebellianum. vbi teſtatrix, quæ fi-
lium, & ex eo nepotem habebat, mari-
tum hæredem ſcripſit, eumq́ue roga-
uit, vt filio decem vnciæ, nepoti verò
alię

*Intell.l. Lucius.§. quæ habebat.ff. ad Trebel. contra cōmunem.*



aliæ duæ vnciæ hæreditatis reſtitueren-
tur,& cùm nepos pręcederet,antequam
dies fideicommiſsi cederet, dubitaba-
tur,an ei filio reſtitutio faciēda eſſet etiã
duarum vnciarum ad nepotem pertinē
tium. Et deciditur non eſſe faciendam,
quia illæ duæ vnciæ remanent penes
ipſum hæredem oneratum: nec enim ei
auferendæ ſunt,vt iure acceſsionis tranſ
ferãtur in alterum fideicommiſſarium.
Et eſt veriſsimus ſenſus illius text. licèt
illũ aliter intellexerint Iaſ.in. l. qui quar
tam.§.ſi quis vnam.ff.de legat.1.& idem
Iaſo.in dict.l.re coniuncti.ff.de legatis.3.
num.198.Bald.in.l.ſi arrogator.quæſtio.
2.ff.de adop.idem Bal.in.l.1. C.de ſacroſ.
150 eccl.vt dixi. Ex ſuperioribus infertur,
quòd ſi teſtator inſtituat filias ſuas in mil
le pro qualibet earum,licèt videantur eſ
ſe coniunctæ verbaliter,propter nomen
collectiuum, & propter vnitatē ſermo-
nis & orationis.l. vnica.§. hoc ita tam va
riè.C.de cad.tollen.tamen inter eas non
habet locum ius accreſcendi, quia ſepa-
rata quantitas cuilibet aſsignatur.Ita de
terminant Bart.Bald. Nicol. de Neapol.
Rapha.Cuma.& Paul.de Caſtr.in dict.l.
huiuſmodi. §. quibus. per illum text. &
idem tenet ibi Aug. Flo. & Bald.in.l.ſi
duobus.§.1.ff.de legat.1. Ioan. de Imo.&
dict.Alex.in.l. qui filiabus.§.1. eod.titul.
Ang.in cōſ.11.incip.Seruitius notari⁹.d.
Alexan.in conſil.55.2.vol.incip.Viſo ti-
tulo quæſtionis. in.2.colum.d. Matthæ.
in not.155.vbi iſtud not.ex iſta doct.Bar.
hîc.Et ab iſta deciſione nemo diſcrepat,
& nemo vnquam diſcrepauit ſecũdùm
Iaſ.in.l.re coniuncti.de legat.3.num.105.
eſtq́; communis ſecũdùm eund. in.l.hu
iuſmodi.§.quibus.ff.de lega.1.qui arguit
contra.d.concluſionem hoc modo.Nã,
inquit,nomen illud collectiuum, filias,
inducit coniunctionem mixtam,& con
ſequenter eſt inter dictas filias ſaltem ius
non decreſcendi. Defendendo dictam
communem concluſionem ipſe reſpon
det,quòd nomen collectiuum, filias, in
ducit cōiũctionem verbalem & realem
ſimul,eſt verum, quando teſtator ſim-
pliciter inſtitueret filias ſuas in mille,vel
relinqueret fundum filiab⁹ ſimpliciter,
illud nomen collectiuum,filiabus,face-
ret coniunctionem tunc mixtam:ſed in
caſu pręſenti additur,pro qualibet earũ,
quod facit omnimodã diſiunctionem
rerum.Et iſtud eſt,quod propriè volunt
Bart. & doct. in locis præalleg. Sed licèt
doct.teneant referre,vtrùm teſtator,qui
filias habebat Bertam & Catharinã mil-
le ita legauerit, Filiabus meis Bertæ &
Catharinæ mille do lego. vt tunc ſit in-
ter eas ius accreſcendi,propterea ꝙ ſunt
coniũctæ.Secùs ſi diceret, cuilibet quin
genta, quia tunc non eſſet inter eas ius
accreſcendi, ex eo, quòd cōiunctionem
dirimit illud diſtributiuum,cuilibet. Ta
men teneo per omnia noſtræ opin.fun-
damenta, quòd vtroq; caſu ceſſet ius ac
creſcendi,vel non decreſcendi inter eas:
quia in legato quantitatis etiam ſi id di-
ſtributiuum non adijciatur,ceſſat ius ac
creſcendi.

*Ius accreſcendi ceſſat ſi ſimus in ſummis legatis per diſtributiuum nomē cum communi.Idem q́; foret licèt id nomen diſtributiuũ non eſſet, cōtra mentem cō munis opin.*

151 Præterea non dubito, quin præcedēs
concluſio,vt ſi dixi, cuilibet ex filiabus
meis lego mille, tũc inter eas non ſit ius
accreſcen.Hæc,inquam,concluſio ſi te-
neremus communem opin. quæ habet
in ſummis legatis eſſe ius accreſ.non ſe-
cus quàm in ſpeciebus, eſſet indubitan-
ter ſuſpecta:nam diſtributiuum verba-
lem coniunctionem ex vnitate oratio-
nis cauſatam non dirimit,ſed tãtùm rea-
lem coniunctionem.l.fin. C.de impube
rum. ergo licèt ex vi realis coniunctio-
nis non daretur ius accreſcen. in ſpecie
propoſita, daretur ſaltem ex vi coniun-
ctionis verbalis. Nec ad rem pertinet,ꝙ
vbi eſt ſeparatio realis, quæ ad oculum
poteſt demonſtrari, tunc ceſſet ius accr.
etiam ſi adſit coniunctio verbalis ſecun
dùm Bart.in dicta.l.re coniuncti.quem
omnes ſequuntur ibi, & vbique, & o-
mnes

*Diſtributiuum non dirimit coniunctionem uerbalē nec impedit ius accreſ. contra communem.*

mnes in.l. huiuſmodi.§.quibus.ff. de le-
gat.1.per text.ibi.Nam certum eſt,quòd
per diſtributiuum non inducitur ſepara 152
tio realis pro diuiſo,nec quæ poſsit ad o-
culum demõſtrari, nec quæ faciat, vt ex
vna ſpecie plures videãtur. Nam ſi cùm
tres haberem fratres dixi, Fratrum meo
rum cuilibet tertiam partẽ fundi Titia
ni lego . hoc caſu nullus ſanus dixerit,
quin ſit inter eos ius accreſcen. nõ ſecùs
quàm ſi dixiſſem, Fratribus meis fundũ
Titianum ex ęquis partibus lego.quia li
cèt diſtributiuum ibi abſtulerit coniun
ctionẽ realem, ſuperfuit tamen verba-
lis intacta, cuius virtute erit ius accreſc.
non aliter,atque ſi realis coniunctio per
dictionem,ęquis partibus,expelleretur,
nam adhuc ius accreſcend. eſſet ex vi &
poteſtate coniunctionis verbalis, quæ
ſupereſſet. Ergo licèt communis opi. de
qua ſuprà,ſenſerit,quòd vbi eſt diſtribu
tiuum ibi dirimatur effectualiter coniũ
ctio tam realis quàm verbalis,& per hoc
impediatur ius accreſcend. ego indubi-
tanter teneo, quòd verbalis coniunctio
non dirimatur, ſed tantùm realis,& con
ſequenter eſſe poſsit ius accreſcẽ. Fateor
tamen,quòd in præmiſſo exemplo, vbi,
cuilibet filiarum mille legaui. non erit
inter eas ius accreſcend. ſed id non eue-
nit ex vi diſtributiui nominis, ſed ex vi
& natura rei legatæ: quia in ſummis, vt
dixi, non eſt ius accreſcendi,etiam inter
coniunctos, ſiue eos coniunctos ponas
per nomẽ diſtributiuum, ſiue per copu-
lam,licèt aliud fortè quando coniunge-
rentur per nomen collectiuum, qua ra-
tione & cùm coniunguntur per nomen
diſtributiuum, dubitari poteſt. Et quia
ſuprà diximus, ꝙ data omnimoda diſiũ-
ctione reali, ceſſat ius accreſcendi, etiam
ſi adſit coniunctio verbalis, dic ꝙ adeò
verum eſt, vt quo ad effectum iuris ac-
creſcen. non minùs ſeparati videantur,
quàm ſi & re & verbis diſiuncti eſſent.
vt dict.§.quibus.2. reſp. vbi Cõſultus ait
(ſicut non concurrunt cùm ita legatur,
Titio ſeruum do lego Mæuio alterum
ſeruum do lego) & ſic mirum eſt, quòd
qui re omnino diſiũcti ſunt, licèt verbis
coniunguntur, tamen æquiparantur
illis,qui & re & verbis ſeparati ſunt:quo
fit,inquit Iaſo. (de hoc perpendens ibi.)
vt verbis coniuncti ſi re omnino diſtin-
guãtur, coniuncti appellari nõ poſsint.
Mouetur primò per.2.reſp.dict.§.quib⁹.
in quo conſtat nullã eſſe cõiunctionẽ.
Sed poteſt reſponderi coniunctionem
non eſſe quo ad effectum iuris accre.qđ
ius accreſ.conſiderauit ille text.vt patet
ibi(non concurſuros in eũdem ſeruum)
& ibi(ſicut non concurrunt)ſed tamen,
inſpecto cortice verborum, negari non
poteſt,quin coniuncti ſint, ſed & illa cõ
iunctio non erit ſine effectu. argu.l.co-
hæredi.§.qui diſcretas.ff.de vulga.ſecun
dùm Ripam,qui per hoc tenet cõtra Iaſ.
& Cuma.Sed certè ibi loquitur in hære-
ditatibus, in quibus etiam omnimoda
portionum ſeparatio nõ impedit ius ac-
cre.vt ibi,propter rationem.l.ius noſtrũ.
de regul.iur.Et inde dicimus etiam inter
omnino diſiunctos ius accreſ.eſſe in hæ
reditatibus. d.l.ius noſtrum.&.§. hære-
ditas.Inſtit. de hær. inſtit. niſi in milite.
l.miles ita hæredem.de teſtamento mil.
ſed Iaſo loquitur in legatis, in quibus ſe
paratio rerũ impedit ius accreſ. d.§. qui-
bus. quo fit, vt in legatis quo ad ius ac-
creſ.coniuncti eſſe non videantur, licèt
ſecùs in portionibus.Præterea in ſpecie-
bus legatis eſt diſiunctio verbalis, quæ
ad oculum monſtrari põt,ſecùs in hęre-
ditatibus.Nam licèt hæreditas in quam
plures partes ſcindatur, ſemper vna tan-
tùm res, eaque indiuidua reputatur.iux-
ta.l.1.&.2.ff.de acquir.hær.l.ſi ſolus.eod.
dict.l.ius noſtrum.&.§.hæreditas.Inſtit.
de hęr.inſt.& partes in tali hæreditate fa
ctæ ad oculum moſtrari non poſſunt,
quo fit,vt adhuc vna tantùm res, nõ plu
res reputetur, & conſequenter ſit ius ac
creſ.

*Re omnino diſiũcti ſub ead.oratione uocati, an uerbaliter coniuncti uideantur quòd nõ quo ad effectum iuris accreſcendi cum communi.*



creſcend. ſicut & in re legata eſſet, licèt
plures in partes ſciſſa eſſet pro indiuiſo.
iuxta.l.re coniuncti.&.l.Mæuio.in prin
cip.de legat.2.Secundò allegat Iaſ.quòd
res,quæ effectu caret,nomine quoq; ca-
rere debet.l.1.de nudo iure Quiritum.l.
anulo.C. de ferijs.ſed iſta coniunctio ca
ret ſuo effectu iuris accreſ.ergo coniun-
ctio appellari nõ poteſt. Tertiò allegat,
quòd illi dicuntur verbis tantùm coniũ
cti, quibus ead. res diuerſis partibus re-
linquitur, ſed in propoſito non ead. ſed
res diuerſæ vidẽtur.ergo &c.Maior pro-
batur in.l. re coniuncti.2.reſp.de legatis.
3.l.vni.§.vbi autem.C.de cad.tollen.Mi-
nor probatur. Nam quando vnus fun-
dus,vel alia ſimilis ſpecies taliter diuidi-
tur, quòd eius partes poſſunt ad oculũ
monſtrari, iam non ead. ſed diuerſæ res
cenſentur. iuxta text.cum ibi not.in.l.ꝙ
in rerum.§. ſi quis poſt.ff. de legat.1.&.l.
locus.ff.de verb.ſignifi.&.l.ſi quis duas.
§.ſi quis partem.ff. cõmunia præd.l.pla-
nè.1.§.fin.de legat.1.Hincque euenire in
telligo, quòd legatum domus ſimplici-
ter & generaliter factum, vel ſtipul.do-
mus vel fundi generaliter facta, nullius
momenti eſt.iuxta.l.ſi domus.in princi.
de legat.1.l. legato generaliter. eod.l.ita
ſtipulatus.de verbo.l.cùm poſt.§.gener.
ff.de iure do.Id quod ea ratione fit:quia
cùm ſola deſtinatione & nuda vol.pro-
miſſoris, vel hæredis fundus & domus
conſtituantur, eueniret vt liberarentur
dãdo domum vel fundum exiguum vt
nullius eſſet vtilitatis: cùm ergo res ita
diuiſa, vt ad oculum eius partes demõ-
ſtrari poſsint, pro pluribus diſtinctisque
rebus habeatur, ſupereſt, vt quemadmo
dum diuerſis rebus legatis proculdubio
non eſſet ius accreſcend.ita & in vna ea-
démque re non ſit ius accreſcend.ſiqui-
dem ita diuiſa ſit, vt eius partes diſtin-
ctè ad oculũ demonſtrari poſsint. quod
in ſpecie tenet Bart.in.l. re coniuncti.n.
23.cum quo eſt communis ſecundùm Ia
ſo.ibi.num.107.per. dd.ll.&.l.rectè dici-
mus.ff.de verborum ſignificat. &. l.1.in
princip.ff.de vſufr. accreſ.ſecundùm ve
rum intell.&.l.ſecundã.in princi.ff.qui-
bus mod.vſufr. ami. Quartò allegat Ia-
ſo. quòd cauſa ſine effectu eſſe non po-
teſt.l.non cogẽdum.§. Sabinus.ff.de pro
cur.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff. vt legat.
no.ca.l. qui bis.ff.de verborum obligat.
ſed ex confeſsione omnium conſtat hîc
non eſſe ius accreſcend.ergo nec verba-
lis coniunctio erit,quæ non debet conſi
derari niſi ad effectum iuris accreſcend.
Reſidet ergo Iaſo iſtos verbis cõiunctos
appellari non poſſe. quod & tenuit Cu-
manus in dict.l.re coniuncti.licèt cõtra-
rium, & malè, ſecundùm eum tenuerit
ipſe Cumanus in.l.huiuſmodi.§.quibus.
de legat.1. & ibi Paul. & Sali.in.l.re con-
iuncti.& ibi Bar.num.23.quos contra Ia
ſo.ſequitur Rip.ibi num.29. & num.67.
Sed mihi opin. Iaſo. verior ſemper viſa
eſt per eius fundam. & quia lex rebus,
non verbis imponi debet.l.2.in fin.cum
vulgatis.C.commun.de leg.& quia cùm
ex confeſsione omnium ceſſet ius accre
ſcend. ſequitur, quòd teſtator ſub ead.
oratione nõ animo cõiungẽdi,ſed celeri
ter loquendi legatarios coẽgit. argum.
l.ſi quis ita hæredes.ff. de hær.inſti.Non
obſt.l.cohæredi.ff. de vulg.§.qui diſcre-
tas.nam ibi erat coniunctio realis ſimul
& verbalis inter alios,inter quos ibi da-
tur ius accreſ. nam teſtator dixit, Primũ
& ſecundum in tertia, tertium & quartũ
in alia tertia hæreditatis, quintum & ſex
tum in alia tertia hęredes facio.certè ſin
guli duo re & verbis cõiuncti ſunt, quo
fit, vt altero repudiante, cõiunctus ſuus
cæteris præferatur tanquã vno vinculo
tantũ cõiunctis.vt.l.re cõiuncti.de leg.3.
qđ patet ex.l. itẽ qđ Sabinus. §.vnde idẽ.
de hære. inſtitu. ff. vbi poſt duos ex vn-
decim vncias ſcriptos alios duos cõiun-
ctim verbis ſine parte inſtituit, quorum
alter repudiauit,& tamen eius portio al-
teri

teri ſoli non accreſcit. Reddit text. rationem (quia quo ad ius accreſcẽ. non ſunt coniuncti, qui ſine partibus inſtituũtur) ecce ergo vt ſola verbalis cõiunctio nõ inducit ius accreſcen. in hæreditatibus.

Vnde infero in duobus erraſſe Ripã:
153 & dum putauit, quòd ſola verbalis inducit ius accreſ. in hæreditatibus: & dũ putauit, quòd in dict. §. qui diſcretas. erat ſola verbalis inter repudiantem & conſocium, nam imò erat etiam realis, vt probaui. Retenta ergo opinio. Iaſo. eſt videndum, an ſit vllius vtilitatis, nam videtur quæſtio de nomine. Et puto hanc eſſe vtilitatem, vt ſi eſſet ſtatutum, quòd non deduceretur falcid. de legatis coniunctim duobus relictis, certè iſto caſu falcidia deduceretur, vel ſi eſſet ſtatutũ corrigens. l. ſi pluribus. de legat. primo. qua cauetur, quòd ſi eadem res duobus coniunctim relicta eſſet, vtrique in ſolidum relinqui videretur, & per hoc alter rem, alter æſtimationẽ conſequi poſſet, ne legatarij per concurſum legatum ſibi minuerent, certè his caſibus iſti non dicerentur coniuncti. Adde, quòd ſi ſtatutum eſſet, quòd inter legatarios re, vel verbis, vel mixtim coniunctos hæres, vel reſpublica haberet virilem, puto ꝙ in propoſito id ſtatutum ceſſaret. Item dicit. l. vel ſtatutum, quòd ſi ex duobus, quibus coniunctim legatur res, alter vẽdicare, alter ex teſtamento agere velit, per iudicem compelli poſſunt ad concordiam. l. huiuſmodi. §. fin. de legatis. 1. quæ lex in propoſito non haberet locũ, nam alter partem ſuam reiuendicare, alter ex teſtamento agere poſſet: quia iſti, vt dixi, coniuncti non videntur, non ſolùm quo ad ius accreſcend. quod conſtat ex confeſsione omnium. & eſt text. clarus in. l. item quod Sabinus. §. vnde idem. ff. de hæred. inſtit. & etiam quo ad mentem teſtatoris, qui potiùs celeris loquutionis, quàm coniunctionis gratia eos coëgit. argumento dict. l. ſi ita quis hæredes. &. l. interdum. in princi. de hære. inſti. ſed & quo ad alios effectus eos coniunctos nõ eſſe puto, vt in terminis dict. l. huiuſmodi. §. fin. de leg. 1. Et adde, quòd dum Iaſo arguebat à ceſſatione iuris accreſcend. & ſic effectus ad ceſſationem cauſę. i. coniunctionis, minus rectè loquebatur. Nam ſi duobus eandẽ rem verbis tantùm coniunctis legaui, vtroq; adeunte, nõ erit ius accreſ. & tamen nullus negaſſet, quin ibi fuit cõiunctio verbalis. Niſi reſp. quòd ibi ius accreſcend. defuit in actu, non tamen defuit in potentia, at in propoſito & in actu & in potentia. Extat ergo, quòd inter omnino re diſiunctos non eſt ius accreſ. licèt adſit verbalis coniunctio. Quod intelligi põt tripliciter. Primò ſi ſunt res omnino diuerſæ, & cuiq; expreſsim aſsignatę, putà (Stichum Titio & equũ Seio do lego) tunc nulla dubitatio eſſet. Secundò poteſt intelligi, quando dixi (Titio & Seio ſingulos ſeruos vel equos) & tunc magis dubium: quia non apparet quis ſeruus cui ex legatarijs ſit aſsignatus. Sed tamen adhuc idem. vt dicto. §. quibus. Quod limita vt procedat, quando ſub genere generaliſsimo, ſecùs ſi ſub ſubalterno legatum eſſet, putà. (Titio & Seio ex ſeruis meis ſingulos) nam tunc in vnoquoque ſeruo cõiuncti viderentur, eſſetque inter eos ius accreſcend. Poteſt etiam & tertiò intelligi, quando erat eadem ſpecies duobus verbaliter coniunctis legata, factis partibus pro diuiſo, vt dixi ſuprà, & docent Alberi. Cuma. Pau. & Iaſo. in dict. §. quibus.

*Sola verbalis coni. non inducit ius accreſ. ideſt prælationem iure accreſ. in hæredit. noua opin.*

154 Et tenendo iſtam noſtram partẽ, tunc ad. l. qui quartã. §. fi. ff. de leg. 1. in qua potiſsimè ſitũ eſt fund. cõmunis opi. reſp. longam differentiã eſſe inter eos, qui cõiunguntur per copulam, & eos qui coniunguntur per nomen collectiuum, illi enim non tam coniuncti ſunt, quàm iſti: quo fit, vt inter iſtos, qui per nomen collectiuum coniunguntur, ſit ius accreſcen.

*In ſummis eſt ius acc. inter coniunctos collectiuè, idẽq; in generibus. noua declaratio.*



creſcend. etiam in contractibus, licèt ſecùs eſſet ſi per copulam coniuncti eſſent. Quòd autem ſint magis coniuncti qui per nomen collectiuum coniungũtur quàm qui per copulam, tenent in ſpecie Bartol. in. l. re coniuncti. numero. 29. Bald. in. l. vnica. quæſtione. 7. C. quando non petent. part. Iaſo. in dict. l. re coniuncti. num. 144. quod ſatis probatur in l. interdum. in princip. ff. de hæred. inſti. & in. l. ſi quis Titio. ff. de vſufruct. accreſcend. Hinc opportunè ait Vexuti. in. l. re coniuncti. columna penultim. quem ſequuntur Iaſo. ibid. numero. 144 & Ripa. nume. 102. quòd ſi ita duxi, Titius & fratres mei filij hæredes ſunto. tunc Titius re & verbis coniunctus eſt, fratribus ſimul collectis, ſed ſingulis de per ſe, nec re tantùm coniunctus eſt, nec re & verbis: quo fit, vt altero ex fratribus moriente, vel aliter excluſo, eius portio alijs fratribus accreſceret, non etiam Titio, quia fratres inter ſe re & verbis coniuncti ſunt, Titius autem reſpectu ſingulorum omnimodò ſeparatus eſt, licèt reſpectu vniuerſorum re & verbis coniunctus videatur, quo fieret, vt omnibus morientibus, vel aliàs excluſis, eorum portiones ad Titium pertinerent, ſicut & Titij portio eis accreſceret. Quod ſatis probatur in dict. l. ſi quis Titio. & in dicta. l. interdum. Itaque cùm filiabus meis legaui, vt in terminis huius textus. tunc cuidam corpori legaſſe videor quod ſupereſſe rectè dicitur, etiam ſi diminutum ſit: nam licèt filiarum quædam defecerint, adhuc remanentes corpus quoddam non ſecùs conſtituunt, quàm ſi omnes ſuperſtites eſſent, ſicut ſi gregis capita quædã defeciſſent, tunc remanentium capita non ſecùs gregem conſtituerent, quàm ſi omnia, vniuerſaque capita ſupereſſent. vt. l. grex. &. l. ſi grege. de legatis primo. &. l. grege. de legatis ſecundo. Hinc eſt, quod & tertiò confirmat noſtram reſponſio. quòd ſi plures homines ſub nomine collectiuo legentur, puta, Lego ſeruos meos. vnum tantùm legatum faciunt, ſiue idem numero manſerint, ſiue aucti fuerint, ſiuę diminuti, & per hoc legatarius legatum ſcindere non poteſt, partem eorum agnoſcendo, partem repudiando, ſed aut omnes, aut nullum admittere debet. vt. ff. de legatis primo. l. ſi ex toto. §. final. & de legatis ſecundo. l. neminem. cum ſequent.

Vnde cùm filiabus, ſiue meis, ſiue alienis vnam ſummam, puta centum, legaui, tunc ea centum cuidam corpori legaſſe videor, cui corpori integra centum debẽtur, ſiue in eodem ſtatu & numero manſerit, ſiue auctum fuerit, ſiue diminutum. Et iſte eſt verus & planus intellectus huius textus. idque vt patet, fit non tam iure accreſcend. quàm iure non diminuendi. quod ſatis innuit l. noſtra. cautè enim ait, ſuperſtiti ſolidum deberi. nec aperit iure ſuo an iure accreſcendi, ſed ego intelligo iure ſuo, prout in dubio interpretatio fieri debet. argumento. l. & magis. ff. de ſolu. l. merito. in princip. ff. pro ſocio. Hinc infero, quòd. l. huiuſmodi. §. quibus. de legatis primo. ff. ſolùm procedit, quando plures legatarij eſſent coniuncti per copulam, ſecùs autem ſi per nomen collectiuum, quia tunc etiam ſi rerum legatarum ſit omnimoda ſeparatio corporum, adhuc inter collegatarios eſſe poteſt ius accreſcendi: quia & in ſpeciebus genericè legatis eſt eadem ratio quæ in quantitatibus, vt ſuprà probaui per. l. in ſtipulationibꝰ. &. l. ſi centũ. de verborũ.

155 Vnde ſubinfertur, quòd data etiam omnimoda ſeparatione reali, adhuc inter collegatarios datur ius accreſcendi, vel potiùs non decreſcendi, ſi ſint verbaliter coniuncti per nomen collectiuum. Per quod limit. dict. §. quibus. & quod ibi notant Bartolus, & alij. Itaque noſtra concl. procedit in cõiunctis per copulã,

*Licèt ſit omnimoda ſeparatio realis, eſt ius non decreſcen. inter verbaliter coniunctos p nomẽ collectiuũ noua opin.*

prout plerunque coniunctio fit,lex aũt
contraria procedit in coniunctis per no
men collectiuum. Hæc ſolutio proba-
tur viua & coacta ratione. Nam qui filia
bus legauit eo animo, vt poſthumis quo
que poſt teſtamentum naſcituris id le-
gatum deberetur, tunc is quot filiæ poſt
humæque futuræ eſſent tempore, quo
ipſe teſtator moreretur, certò ſcire non
potuit, & conſequenter cùm filiarum
poſthumarumque numerum ignoraſ-
ſet, tunc magis vniuerſis (quotquot tem
pore eius mortis eſſent) quàm ſingulis
legaſſe videtur, & conſequenter inte-
gram quantitatem dari voluit eis, quæ
ſuperſtites eſſent tempore eius mortis,
licèt pauciores eſſent tempore mortis,
quàm teſtamenti. Ratio, quia teſtator i-
gnorat quot earum futuræ ſint tempo.
eius mortis, cùm & minui poſsit moriẽ-
do, & augeri naſcendo earum nume-
rus, ergo magis ad corporis vnitatem,
quàm ad perſonarum numerum reſpe-
xiſſe videtur. Quòd ſi pluribus conceſ-
ſi, quorum numerum non ignorabam,
eiuſque conceſsionis executio ſtatim fa
cienda erat, fortè tunc non tam vniuer-
ſis, quàm ſingulis conceſsiſſe videor. fa-
cit. l. reos. §. in tabulis. ff. de duobus reis.
Quòd ſi vel eorum numerum tempore
conceſsionis ignorabam, vel ſciebam,
ſed executio differebatur, vt numerus
interim poſſet variari, tunc vniuerſis ma
gis quàm ſingulis videor dediſſe. l. qui
quartam. §. ſi quis vnam. de legatis pri-
mo. ff. Quod planè procedit, quando
impotentia aliquis excluderetur: quòd
ſi voluntate in contractibus indiſtinctè
puto repudiationem fieri in fauorem
concedentis: at in vltim. volunta. fauor
concedentis eſt, quòd coniuncto acce-
dat. l. ſi Titio, & Mæuio. §. Iulianus. de le
gatis ſecundo. facit text. in princip. Inſti-
tu. de donatio.

Denique eadem ratione tentare poſ-
ſemus, quòd retenta noſtra opinione, vt
156 in rebus alienis legatis non ſit ius accre
ſcẽ. (quæ ſuo loco diſputatur) id proce-
dat inter coniunctos per copulam, ſecùs
autem inter coniunctos per nomen col
lectiuum, quia tunc erit inter eos ius ac-
creſcendi, vel non decreſcendi, quia te-
ſtator non tam ſingulis, quàm vniuerſis
reliquiſſe videtur, quo fit, vt collegata-
riorum corpus per vnius vel quorundã
abſceſſum non videatur diminutũ quã-
diu aliquis ſupereſt.

*Inter cõiunctos collectiuè eſt ius accreſcen. etiam in re aliena legata noua declaratio.*

157 Adde, ꝙ etiam dum tenuit, quòd in
ſummis non eſt ius accreſcendi, qua-
ſi ſit omnimoda diſiunctio realis, adde
quòd id videtur falſum, & contra tex-
tum. in. l. qui quartã. §. ſi quis vnam ſum
mam filiabus. ff. de legat. primo. Suſtinẽ
do meam opin. ſolue, quòd ibi eſt ſpecia
le fauore filiarum & ſanguinis. argum. l.
cùm auus. de cond. & demonſtratione.
cum conc. & arg. l. vni. C. qui ante ap. ta
bu. & l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit.
Vel meliùs ſolue, differentiam eſſe in-
ter eos, qui ſunt coniuncti verbo per co-
pulam, &, & eos, qui coniunguntur per
pronomina collectiua, nam illi non tan
tum coniuncti reputãtur, quàm iſti. Ita
poſſunt conc. l. fina. §. Seio. de legatis ſe-
cundo. quæ eſt fundamentum meæ op.
cum dict. §. ſi quis vnam ſummam. Ra-
tio, quia ꝗ cõiungũtur per nomen colle
ctiuum, velut vnum corpus reputãtur.
vt. l. ſi quis Titio. ff. de vſufruct. accreſc.
& in. l. fina. C. de impuberum. l. interdũ.
in princip. ff. de hæredi. inſtitu. Et ita in
ſpecie quòd maior coniunctio ſit inter
verbis coniunctos per nomen collecti-
uum, quàm per copulam, &, tenẽt Bart.
in. l. re coniuncti. numer. vigeſimono-
no. & ibidem Iaſo. numero. 144. poſt a-
lios doctores. quos ipſe refert. Itaque
cùm filijs filiabuſque meis legaui, cui-
dã corpori legaſſe videor quod ſupereſt,
etiam ſi diminutũ ſit: nã corpus filiarũ
mearũ dicitur, etiam ſi aliquę defecerint:
ſicut corpus gregis dicitur, etiã ſi aliqua

*Intell. l. qui quartam. § fin. ff. de legat. 1. ut in ſummis legatis inter coniunctos collectiuè ſit ius non decreſcen.*





capita defecerint: & idem in domo, quæ
conſtat ſolo & ſuperficie. vt in. l. grege.
& in. l. ſi grege. ff. de legat. 1. & in. l. grege.
de legat. 2. Hinc eſt, ꝙ ſi plures homines
ſub nomine collectiuo legentur, legatũ
vnum dicitur, vt ſcindi per hoc non poſ
ſit. l. ſi ex toto. §. fi. ff. de leg. 1. cum. l. nemi
nem. de leg. 2. quaſi omnes illi homines
vnum corpus, & vnũ quid reputẽtur, ſi-
ue in eodẽ ſtatu vel numero manſerint,
ſiue augeantur, ſiue diminuãtur. Vnde
cùm filiabus, ſiue meis, ſiue alienis vnã
ſummã lego, illa ſumma nec aucta, nec
diminuta eis debetur, ſiue eædẽ ſint tem
pore mortis meæ, quæ erant tempore te
ſtamẽti, ſiue plures, ſiue pauciores. Nec
enim videor ſummam illam pro capiti-
bus diuiſiſſe, ſed totã ſummam illi cor-
pori, ſiue manenti, ſiue aucto, ſiue dimi-
nuto aſsignaſſe. dict. l. ſi grege. Secùs au-
tem ſi coniunctio per copulam, &, fiat:
nam tunc corpora numorum diuiſiſſe
videor. l. reos. §. cùm in tabulis. de duo-
bus reis. ff. l. eum qui ita. in princi. l. ſi mi
hi & Titio. ff. de verborum obligatio. l.
fin. C. de inut. ſtipul. §. quòd ſi quis ſibi.
Inſtit. eod. ita procedit opin. mea. Hinc
patet, quòd opi. mea procedit in coniun
ctis per copulam, &: nam ſi ſint coniun-
cti per nomen collectiuũ, etiam in ſum-
mis cæteriſque generibus eſt ius accre-
ſcendi, vel rectiùs fortè ius non decreſcẽ
di. Hinc infero, quòd ſi filijs meis, vel fra
tris mei, vel alterius decẽ ſeruos lego, li-
cèt filiorum plures præmortui ſint, vt
vel vnus tãtùm tempore mortis meæ ſu
perſit, ille omnes decem ſeruos habebit.
vt ita lege. ſi grege. At ſi ſingulis filiabus
meis, vel alterius ſingulos ſeruos lego, ſi
vna filia moriatur, eius portio, ideſt, vnꝰ
ſeruus, qui ſibi aliàs ſi viueret debere-
tur, cæteris non accreſcit: quia dictio il-
la (ſingulos) cùm ſit diſtributiua, dirimit
coniunctionem, quæ aliàs per illud no-
men collectiuum induceretur, oſtendit
que nomen illud collectiuum non con
iunctionis, ſed demonſtrationis gratia
adiectum fuiſſe. vt ex tex. in. l. fi. C. de im
puberum. Et per hoc extenditur. l. huiuſ
modi. in. §. quibus. de legat. 1. vt procedat
non ſolùm quando coniunctio verbalis
eſſet inducta per copulam, &, vt ibi, ſed
etiam ſi inducta eſſet per nomen col-
lectiuum. Et pro noſtro intellectu ad.
158 d. l. ꝗ quartam. §. qui filiabus. de lega. 1. fa
cit optimè illa cõmunis cõc. quæ habet,
ꝙ ſi poſt plures inſtitutos adieci, ſi oẽs
hæredes non erunt. vel, ſi prædicti hære-
des non erunt, ſubſtituo Titiũ. tũc poſt
excluſionem cuiuſlibet ex inſtitutis ſta-
tim nõ admittitur ſubſtitutus, quinimò
portio excluſi accreſcit coniunctis, ex-
cluſo ſubſtituto. Quia licèt ex regula vi
deretur ſubſtitutus admittẽdus, quia re-
gulariter præfertur coniuncto. vt in. l. ſe
cunda. §. ſi duo. ff. de bon. poſſeſ. ſecundũ
tab. l. vnica. §. in primo. & §. pro ſecundo.
C. de cadu. tollend. maximè cùm ex pro-
prietate ſermonis cõd. illa (ſi omnes, vel
ſi prædicti hæredes non erunt) ſub qua
ſubſtitutus fuit vocatus, fuerit impleta
per excluſionẽ cuiuſlibet ex inſtitutis,
quia vno excluſo, verum eſt non omnes
fuiſſe hæredes. l. ſi is qui ducenta. §. vtrũ
ff. de reb. dubi. tamen receditur à pro-
prietate ſermonis, vt ſequamur veriſimi
lem mentem teſtatoris, quem præſum-
ptum eſt nõ aliter voluiſſe ſubſtitutum
admitti, quàm ſi primus gradus inſtitu-
tionis ex toto euacuatus eſſet per exclu-
ſionem omnium inſtitutorum. Ita te-
nent Bart. Imola, Paulus, & Socinus, &
Franciſcus de Ripa in. l. hæredes mei. §.
cùm ita. ff. ad Trebellianum. vbi Socin.
& Ripa firmant hanc eſſe communem
opinio. Paul. & Socinus in. l. ſi is qui du-
centa. §. item ſi pater. ff. de rebus dubi.
Bartolus, Paulus, Aretinus, Alexand. Ia-
ſo, Decius, Curti. Coraſi. in. l. penultim.
C. de impuberum. Socinus in. l. prima. ꝯ
vulga. in. 2. quæſtio. 5. q. principa. Corn.
in dict. l. pe. C. de impub. & Ripa in dict.

*In ſummis legatis & reliquis generibus eſt ius accreſ. inter coniũctos per nomen collectiuum.*

l.hæredes mei.§.cùm ita.num.95. firmat hanc eſſe communẽ op. quam etiã dicit cõmunem Alex.in.d.l.pe.n.7.Cùm ergo etiam contra vim verborũ & proprietatem ſermonis ſubſtitutio præſumatur facta non ſingulis perſonis, ſed vniuerſo gradui, vt per hoc per excluſionẽ vnius perſonæ, vel quarundã nil noui ſtatuatur, cur non etiam & in ſpecie noſtra idem admittemus, vt relictũ filiabus ſub nomine collectiuo, quaſi cuidam corpori relictum intelligatur quid per defectum vnius perſonæ, vel plurium, dum aliqua ſupereſt, corpus illud ſubſiſtere videtur, non aliter atque ſi omnes perſonæ ſupereſſent? Adſtringe, nam hîc iuuat nos nomen collectiuum, quod ibi non erat: hîc non corrumpitur verborum proprietas, at ibi violatur: hîc numerus perſonarum nõ erat certus, quia potuit augeri vel minui inter factum teſtamen.& mortem teſtatoris, ibi autem certi & deſignati erãt hæredes inſtituti.

*Diſtributiuum & dictio æquè dirimunt cõiunctionem realem, ſiue ea per copulam, ſiue etiam p nomen collectiuum inducta fuerit noua opin.*

159 Hæc intelligenda ſunt, quando data omnimoda ſeparatione reali eſſent per copulam verbaliter coniuncti: quòd ſi per nomen collectiuum, quia dixi, Fratribus meis ſingulos ſeruos lego. tunc fortè inter eos eſſet ius accreſcend.argument.l.qui quartam.§. final.ff.de legatis primo.ſecundùm quod ſuprà declaraui. Sed certè id valde ſuſpectũ eſt, quia ſententiæ teſtatoris repugnare videtur, q ex eo quòd dixit, Singulis fratribus ſingulos ſeruos lego. vnumquemque vnico ſeruo contentum eſſe voluit: aliud fortè, ſi cùm tres fratres teſtator haberet, diceret, Fratribus meis ſeruos decem lego. quo caſu puto inter eos fore ius non decreſcendi. Vnde opportunè infertur, quòd in dicta.l.qui quartam.§.final.ſi teſtator dixiſſet, Filiarum mearum & poſthumarum ſingulis decem lego. tunc ſi tres filias habebat, vna ex eis defuncta, decem ad eam pertinentia reliquis duabus non accreſcerent, ergo ambæ viginti tantùm habebunt, non etiam tri-
160 ginta. Ergo ea communis opin. quam tenuerunt omnes doctores in dict.l. huiuſmodi.§. quibus. ff. de legat.1. vera eſt dum aiunt, quòd ſi dixi, Filiabus meis mille pro qualibet do lego. tunc inter eas non erit ius accreſcend. vt per hoc diſtributiuum eneruaſſe videatur vim nominis collectiui. Quo fit, vt cùm ſubiecta materia non recipiat ius accreſcend. ex vi ſimplicis coniunctionis verbalis, quæ per copulam induceretur, nõ quoque ſit ius accreſcend. ex vi nominis collectiui, quia eius poteſtas eneruata fuit per nomen diſtributiuum. Quod ſimiliter admittendum eſſet, quando realis coniunctio dirimeretur per hanc dictionem, æquè. vel, æquis partibus. nam & tunc in ſummis legatis ceſſaret ius accreſcend. etiam inter collegatarios collectiuè vocatos. Vnde ſi dixi, Filiabus meis trecenta æquis partibus do lego. tunc ſi cùm tres eſſent altera repudiauit, eius pars reliquis duabus non accreſcet, vnde ſingulæ centum tantùm, nõ centũ quinquaginta habebunt, quia virtus nominis collectiui eneruatur per dictionem, æquis partibus, non ſecùs quàm per nomen diſtributiuum. argument.l. interdum. in princip.&.l.ſi ita quis hæredes.ff. de hæred. inſtit. & eorum quæ ſuprà dixi. Ergo aut vnica tantùm ſumma pluribus coniunctis legatur, & tũc ſi coniuncti ſunt per copulam, ceſſat ius accreſcend.l.final.§. Seio.l. ſi Titio & ei. ff. de legatis ſecundo. cum conc. ſuprà allegatis. Sin autem coniuncti ſunt per nomen collectiuum, eſt ius accreſcend. vel potiùs non decreſcend. dict.l. qui quartam.§.fi.ff.de lega.1. Idem ſi coniungantur per nomẽ diſtributiuum, veluti ſi dixi, Quicũq; mihi ſunt cognati, vel amici, vel ſocij centum habeto.argu. d.l.qui quartã. Idem faciliùs ſi dixi, Quicunq; mihi fuerint mortis tempore cognati, ſocij, amici &c. argum.l.6.ff. de legat.

*In ſummis legatis non eſt ius accreſcendi, etiam inter collectiuè uocatos ad totſummas quot erant perſonæ legatariorũ Idem ſi ad unam tantum ſummam ſi adijciatur dictio æquè uel æquis partibus cõtra mẽtem communis opin.*



gat.1. Aut tot ſummę legãtur, quot ſunt perſonæ legatariorum. puta habebã tres fratres, & dixi, Fratrum meorum ſingulis centum lego. certè tunc inter eos non erit ius accreſcend. & non ſolùm ſi per nomen collectiuum & diſtributiuum coniungantur, vt in præmiſſo exemplo, ſed etiam ſi per copulam, puta, Fratri maiori centum & minori alia cẽtum lego. nã ſimiliter nõ erit ius accre. Et vt iſto caſu ſunt plures ſummæ expreſſæ, ita & in ſuperiore exẽplo fuerunt plures ſummę virtualiter. Quòd ſi plures ſint ſummæ q̃ perſonę legatariorũ, puta qa dixi, Duobus fratribus meis lego tres pecuniarũ ſummas, quas in tres arcas meas habeo. tunc licèt tres ſummæ inſpecto verborũ cortice legatę videantur, tamen virtualiter vna ſumma legata intelligitur, & eſt admittenda illa diſtinctio, quã fecimus in vna ſumma legata. Et hoc caſu cũ dixi, Duob⁹ fratribus meis. ſatis collectiuè vocati videntur. Quòd ſi pauciores ſint ſummæ legatæ, quàm perſonę legatariorum, puta qa dixi, Tribus fratribus meis duas pecuniarum ſummas quas in duabus arcis habeo do lego. tũc inter eos erit ius accreſ. qa illæ duæ ſummæ perinde habẽtur, ac ſi vnica ſumma eſſet: licèt ſi fratres nominatim vocati eſſent, perq; copulã coniũcti, tunc ius accreſ. nõ eſſet inter eos. Ergo ſunt quatuor caſus. Nam aut vnica ſumma eſt. Aut tot ſũmę quot perſonæ legatariorum. Aut plures q̃ perſonæ legatariorũ. Aut pauciores quàm perſonæ legatariorum.

*In rebus alienis legatis non eſſe ius accreſ. contra cõmunem.*

161 Et quia in ſuperioribus incidenter attigimus, an in rebus alienis legatis eſſet ius accreſcend. ex profeſſo eſt nunc videndum, vtrùm in rebus alienis legatis ſit ius accreſcend. nec ne? Qua in re ſunt duæ inſpectiones. Prima, quando teſtator legauit rem non ſuam, ſed alicuius tertij. Altera, quando legauit rem non ſuam, nec alicuius tertij, ſed ipſiuſmet hæredis onerati. Et quia veritas huius articuli pendet à vero quarundam legum intellectu, ideo ad.l.huiuſmodi.§. ſi Titio.ff.de legat.primo. iuncta.l.planè.§.ſi duobus.eodem.pro intellect.harum.ll. dic referre, teſtator rem alienam legauerit domino ipſius rei, qui per hoc incapax eſt, & alteri, vt tunc non ſit ius accreſcendi. Ita intelligo dict.§.ſi Titio. an verò rem ſuam, vel etiam hęredis legauerit ipſi hæredi ex aſſe ſcripto & alteri, & tũc quod hæres capere non poteſt, eius portio alteri accreſcat, nec ei partem auferat, cùm ad partem iure legati admitti non poſſit. Ita intelligo dict.§.ſi duobus. Ratio in promptu eſt. Nam pleniùs interpretatur voluntas teſtatoris rem ſuã hæredisue ſui legantis, quàm ſi legaſſet rem alienã. l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de legatis ſecundo. iuncta.l.cùm alienam rem.C.de legat.&.§.non ſolùm.Inſtit.eodem. & ratio diffe. redditur in dicto.§.ſi rem. Extat ergo, quòd ſi rem alienam lego Titio & Mæuio, qui eius dñs erat, & per hoc incapax, pars Mæuij Titio non accreſcit, eo quòd rem alienam legaui, inque rebus alienis ſit ſtricta interpretatio. Quod puto verum, non ſolùm quãdo pars alterius defecit propter eius incapacitatem, ſed etiam ſi per repudiationem mortuo, vel viuo teſtatore factam defeciſſet, vel etiã ſi eò defeciſſet, quòd legatarius alter ante teſtamen. vel poſt teſtamẽt. ante mortem tamen teſtatoris decederet, vel poſt mortẽ etiam teſtatoris repudiaret, & ſic ſiue pars rei legatæ caduca, ſiue quaſi caduca, ſiue etiã ſit pro non ſcripta, nam in omnibus his caſibus militat eadẽ ratio, vt ceſſet ius accreſcẽdi, eo q rei alienæ legatum ſtrictè
162 interpretandum eſt. Confirmatur & tertiò. Nam licèt augmentum legati cedat legato quando legatur res teſtatoris. l. ſi ex toto. in prin.ff.de legatis primo. ſecùs tũ eſt, quãdo legatã fuit res aliena, quæ poſtea à vero domino aucta eſt ſecundũ cõem, q̃ qua per Iaſ.ibi.col.2.in pr. per.l.

*Licèt augmentum regulariter cedat lucro legatar. fallit tñ quando res aliena legata augetur.*

ſi chorus.§.areæ. ff.de leg.tertio.Cùm er
go ius accreſcẽdi nil aliud ſit, niſi quod-
dam augmentũ,vt patet,& probat text.
in.§.vbi autem.verſi.ſinverò.C.de cadu.
tollend.l.ſi Titio.ff.de vſufructu. dicen
dum eſt id in rebus alienis legatis locũ
non habere. Et hîc non cadit reſponſ.
licèt contrarium in ſpecie teneat Iaſo,&
malè,in dict.§.ſi Titio. num.6.& contra
rium ſentiunt clarè Bart.Alexand.Paul.
& Iaſ.ibi in ſummarijs.vbi Iaſo ait com-
munem eſſe opinionem, dum aiunt, ꝙ
in dict.§. ſi Titio. ideo dominus licèt ad
partem legati non admittatur, partem
tamẽ collegatario facit, quòd habet ius
retentionis.Volunt ergo,quòd ſi ius re-
tentionis non habet, partem collegata-
rio non faceret,& per hoc ius accreſcẽdi
(partem enim facere nil aliud eſt,niſi ius
accreſcendi impedire ſecundùm Iaſo.ibi
dem in princ.) non impediret. Vnde ſi
res aliena legata eſſet duobus verbis cõ-
iunctis, qui illius rei domini non eſſent,
quorum alter incapax eſt,tunc ſecundũ
eos incapacis illius portio(cùm tunc ius
retinendi non eſſet)ad alterum pertine-
ret iure accreſcendi,ſiue portio illa defi-
ciens pro non ſcripta, ſiue caduca, ſiue
quaſi caduca eſſet.Quas tres concluſio-
nes falſas eſſe non dubito per prædicta.
Et conſidera, quòd ipſi, vt dixi, volunt
in ſuis ſummarijs, ꝙ ſi collegatarius in-
capax, qui partem non facit, non habet
ius retinendi rem legatam,tũc eius por-
tio indiſtinctè collegatario capaci acce-
dat(ſiue ipſe capere nõ poſsit, quia tem-
pore teſtamenti incapax, vel mortuus
erat, ſiue quòd poſt teſtamentum, ante
mortem tamen teſtatoris mortuus vel
aliâs incapax effect⁹ fuit, ſiue quòd poſt
mortem teſtatoris repudiauit.vt.§.in pri
mo.&.§.pro ſecundo.de cadu. tollen. C.
&.§.ſi eadem res.Inſtitu.de legat.)etiam
ſi hæres ius retinendi haberet,prout ha-
bebat in dict.§. ſi duobus. intelligendo
quòd ibi fuit etiam legata res, cuius do-
minium recta via in legatarium non trã
ſiret(puta ſpecies ipſius hæredis, vel alie
na,vel genus) prout ita in ſpecie intelli-
gunt Rainerius,Bald.Cuman.& Imola,
quos alleg.Alexand.in dict.§.ſi Titio.co
lum. ſecunda. & Chriſtophorus de Ca-
ſteli.quem refert Iaſo.ibidem colum.an
tepenult.in fin. verb. & ipſe Iaſo ibidem
in princip.colum.penult.& Iaſo in dict.
§.ſi duobus.num.15. Imola in.l.cùm fun
dus.de condi.& demonſtra.& in.l.ſi Ti-
tio & ei.de legat. ſecundo.licèt Bart.col.
prima.ad med. in dicto.§. ſi Titio. & ibi
Alexand.columna. 2. teneãt quòd dict.
§.ſi duobus.ſolùm procedit, quando le-
gatur ſpecies hæreditaria, ſecùs ſi hære-
dis,vel aliena,vel genus.Quorum opin.
dum volunt, quòd quando legatur ſpe-
cies ipſius hæredis, non ſit ius accreſcen
di,vera eſſe non poteſt,retenta opi.mea.
argumẽ.l.vnum ex fam.in dict.§.ſi rem.
& cum Bart.& Alexand.videtur tranſi-
re Iaſo in dict.§.ſi duobus.num.13.& in
§.ſi Titio.num.14.Dic ergo.Aut legatur
ſpecies hæreditaria, aut ſpecies hæredis,
aut aliena,aut genus.In omnib⁹ his qua
tuor caſibus procedit dict.§. ſi duobus.
ſecundùm cõmunem, vt hæres partem
non faciat, nec impediat ius accreſcẽdi,
quia non admittitur ad partem iure le-
gati,licèt habeat ius retinendi. At ſecun
dùm Bart.& Alex.procedit eo caſu,quo
ſpecies hæreditaria legata eſſet,quod eſt
verũ ſecundũ omnes.At in alijs tribus ca
ſibus.ſ. cùm ſpecies hæredis, vel aliena,
vel genus legatur,tunc nõ procedit ſecũ
dũ eos cõtra cõmunẽ: quia cũ tũc hæres
habeat ius retinẽdi, ceſſat ius accreſcẽdi.

Præterea pro noſtra ſentẽtia facit: nã
vt ex ſuperioribus docemur, ius accreſ.
eſt lucrum, vel augmentum.vt in.l.ſi Ti
tio.ff.de vſufr.& in.l.vni.§.vbi autem.C.
de cad.toll.lucrum autẽ cum damno al-
terius nõ debet ex legis interpretatione
augeri.arg.l.cũ auus.C.de emãcip. libero
rum.l.fi.C.de codi.præſertim cũ teſtator
videa-



videatur quanto minus poteſt velle hæ-
redẽ ſuum grauare. l. Titia. §. q inuita.ff.
de lega.2.l.quod in rerum. §. ſi vſumfru-
ctum. vbi omnes.ff.de lega. 1. l. vxor pa-
trui.vbi per docto. præſertim per Iaſo.C.
de leg.verùm ſi in quantitatibus eſſet ius
accreſ.tunc legatarius lucrum faceret cũ
dãno hæredis, qui perſonaliter eſſet obli-
gatus.vbi per Barto.& omnes.in.l.1.ff.de
lega. 1. id quod eſſet contra rationem &
ſenſum. l. vnum ex familia.§.ſi rem.ff. de
lega.2. eſſetq́; contra mentem Bart. & o-
mnium ſcribentium in.l.huiuſmodi.§. ſi
Titio.ff.de lega.1.& in.l.planè.1.§.ſi duo-
bus.ff.de lega.1.dum tenet,ꝙ ceſſat ius ac
creſ. vbi grauatus habet ius retentionis,
etiam de facto.ergo.&c.

*Grauiùs eſt obligari ad dandum, q̃ ad tradendum.*

163 Deinde & principaliter probatur con
cluſio noſtra tali cõſideratiõe. Nam ſi rẽ
alienam teſtator legauit,quam ſuam eſſe
putauit,legatum nullius momẽti eſt: ſin
autem rem ſuam, vel hæredis, tunc lega-
tum valere non deſinit.text.eſt in. l. cùm
alienã rem. C. de lega.in.§. nõ ſolùm. In-
ſtitu.eodem.facit.l.prædia. C. de fideic.l.
ſi res obligata.de lega.1. ff. l. vnum ex fa-
mi.§.ſi rem. ff. de lega.2. Idq́; hac ratione
receptum eſt ( & hoc eſt quod perpẽdo)
quia procliuiùs eſt & tolerabiliùs, ꝙ hæ-
res oneretur ad dandum id, quod domi
habet,vel rem,quam domi habet, quàm
ad dandum id,quod nõ habet.Ita voluit
Conſultus in.d.§.ſi rem. vbi inquit(ſunt
enim magis in legandis ſuis rebus, quàm
in alienis comparandis & onerandis hæ-
redibus faciliores voluntates.) Sic & in
propoſito, quando teſtator rem hæredi-
tariam duobus legauit, altero repudiãte,
mirum nõ eſt,ſi ſit ius accreſ. ſecùs ſi quã
titas, vel quid genericum, quia illo caſu
oneratur ad dandum id, quod domi ha-
bet, quod facilè admittitur: at iſto caſu
grauaretur ad dandum id, quod non ha
bet.Stringo hoc fundamentum. Nam ſi
illud,nempe ꝙ legatum rei alienæ nõ va-
leat, data teſtatoris ignorantia admitti-
tur ad interitũ totius diſpoſitionis, mul-
tò faciliùs admittẽdum eſt in propoſito,
vbi non agitur de diſpoſitione infirman
da,ſed tantùm de diminuẽda, vel potiùs

*Diminutio faciliùs admittitur, q̃ interitus.*

164 de non augenda, cùm diminutio diſpo-
ſitionis faciliùs admittatur,quàm eius in
teritus.vt tenuerunt Raph.& Corn. in.l.
cùm quæſtio.C. de lega. poſt Albertum.

*Intelle.l.cũ quæſt.C.de lega.*

165 ibi,quem ipſi referunt. Vnde inferũt ve-
rum intell.ad dict.l.cùm quæſtio. iuncta
glo. magna ibi cõmuniter app. vbi habe
tur referre primo totum, ſeu partem le-
gem, an cõtrà primo partem,ſeu totum:
nam primo caſu teſtator nõ videtur tran
ſire ad dupondium, ſed potiùs videtur
priori ademiſſe,quod poſteriori datũ eſt:
at ſecundo caſu eſt cõtrà, nam quod po-
ſteriori datum fuit, id priori ademptum
non videtur,ſed ad dupondium tranſire.
Huius enim differentiæ ratio ea, inquit,
& rectè, eſt: ꝙ ſi primo totum ſecundo
partem dederis, licèt illam partem ſecun
do datã primo ademiſſe videaris, adhuc
non inducitur interitus, ſed tãtùm dimi-
nutio prioris diſpoſitionis, quod facilè
admittitur:at ſi primo partem dedi ſecũ-
do totum,tunc ſi quod poſteriori datum
fuit id priori ademptum videtur, certè
prior diſpoſitio omnino periret, qđ non
ita facilè admittitur. Sicq́; diminutio cu-
iuſq; diſpoſitionis faciliùs admittitur, q̃
interitus ipſius. Eſtq́; verus ad illã.l.intel
lect.Licèt pleriq; doctorũ ibi, inter quos
& Bar.Bal.Salice.& Ange.plures, ſed mi-
nùs ſanos intell.ad dict.l.aſsignent, quos
referre nolo.Cùm ergo in.d.§. ſi rem.etiã
totius legati interit⁹ inducatur, ne hæres
oneretur ad dandum quod non habet,
multò faciliùs dicendum eſt,ꝙ in propo-
ſito ius accreſ.impediatur,ne hęres graue
tur ad dandum id,quod non habet,quã-
do per hoc non eius interitus inducitur,
ſed augmentum duntaxat ipſius impe-
ditur.

*Quòd non poſsit quis*

166 Id quod confir. Nam licèt regulariter
nullus poſsit onerari in plus, quàm à te


ſtatore

*grauari ultra q̃ ex teſtamẽtore cepit, procedit, quando grauatur in quantitate, uel aliquo generico, uel re aliena præſtanda, ſecùs ſi in ſpecie ſua præſtanda.*

ſtatore receperit. per. l. filiusfami. §. apud Marcellum. ff. de lega. 1. &. §. poteſt. Inſt. de ſingu. reb. per fidei. reli. facit. l. ab eo. C. de fideicom. l. cùm pater. §. Titio. de lega. 2. l. Titiæ. ff. de annu. lega. l. 3. de dote præleg. l. ſi legatarius. §. fi. đ leg. 3. tex. not. in. l. planè. §. ſi cui. đ lega. 1. ff. & not. in. §. fi. eiuſd. l. id verum eſt, quãdo iuſſus eſt rem alienam, vel certam quãtitatem reſtituere: ſecùs tamen ſi iuſſus eſſet reſtituere aliquam rem ſuam, nam tunc etiam in plus poſsit grauari. text. eſt in. l. Imperator. §. ſi certum. de lega. 2. & in. l. ſed ſi non ſeruus. ff. ad. legem fal. Idq́; ea ratione euenire intelligo, ꝙ faciliùs eſt, ꝙ quis oneretur ad reſtituẽdam rem ſuam, quàm ad reſtituendum id, quod non habet. Idq́; & alio fundamẽto firmatur. Nam ſi area teſtatoris legata fuerit, & poſteà domus ibid. à teſtatore impoſita ſit, tũc augetur legatum, ob id, ꝙ illud ædificium cedit, ſeu accreſcit ſolo: ſecùs eſſet, ſi area legata non teſtatoris eſſet, ſed aliena, nam tunc non cederet ædificium ſolo, nec accreſceret legato areæ. Quod nulla alia ratione euenire intelligo, niſi ꝙ legatum areæ teſtatoris faciliùs recipit augmentum iuris accreſ. quàm legatum areæ alienæ, ob id, ꝙ faciliùs videtur hæres grauatus ad dãdum id, quod habet, quodq́; in bonis teſtatoris inuenit, quàm ad dandum id, quod non habet. Ita probatur in. l. ſeruũ filij. §. ſi areæ. ff. de lega. 1. iuncta. l. ſi chorus. §. ſi area. ff. de lega. 3. facit. l. ſi ex toto. in prin. & l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. de lega. 1. ff. quas leges (licèt varios intellect. recipiant, quos referre nolo) ita intelligit Bar. in. d. §. ſi areæ. l. ſeruum filij. quẽ ſequũtur alij communiter, vt atteſtatur Iaſ. in. d. l. ſeruum filij. §. ſi pocula. quem etiam intellect. ſequũtur Rapha. Alexã. & Iaſo. in dict. l. ſi ex toto. in prin.

Ex ſuperioribus apparet, vt in multis caſibus ceſſet ius accreſ.

167 Primus, cùm quantitates legantur. *Ius accreſcendi ceſſat in. 19. caſibus hîc enumeratis.*

Secundus, cùm genera legantur, putà in omnibus ijs, quæ põdere, numero, vel menſura conſtant.

Tertius, cùm ſpecies legantur genericè, putà, duos ſeruos Titio & Mæuio lego. vel, ſingulos ſeruos lego Titio & Mæuio.

Quartus, cùm res aliena (id eſt, non teſtatoris, vel hæredis) legatur.

Quintus, quando legatur res hæredis ſecundùm Barto. & ſequaces in. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de lega. 1. licèt nos quo ad hoc tenuerimus cõtrarium, vt ſit hoc caſu ius accreſcendi.

Sextus, quando duobus verbaliter tantùm coniũctis, quorũ alter hæres erat, legatur ſpecies hereditaria, & is qui ſuã portionẽ agnouit, petit hæredis coniũcti portionem quaſi iure accreſ. ſibi debitam, nam & hoc caſu ſecundùm Bart. & docto. in dict. §. ſi Titio. ceſſat ius accreſ. Sed nos tenuimus hoc caſu eſſe ius accreſ.

Septimus, quando legatarius, qui partem ſuam agnouit, portionem repudiatam non propria authoritate cepit, ſed de manu hæredis petit. ſecundùm Barto. in dict. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de leg. 1. Sed nos hoc caſu tenuim⁹ eſſe ius accreſ.

Octauus, quando rem hæreditariam legatam hæres non reiuendicatione, ſed actione perſonali petit, nam & hoc caſu ceſſat ius accreſ. ſecundùm Bart. & doct. in dict. §. ſi Titio. Sed & hoc caſu tenuimus eſſe ius accreſ.

Nonus, quando res ipſius hæredis ipſi hæredi & alteri legata fuit, legatariuſque partem hæredis actione perſonali, nõ rei uendicatione petebat.

Decimus, quãdo erat impoſsibilitas legati præſtãdi ex parte rei. Id quod nos admittimus, quando res legata erat aliena, ſecùs ſi teſtatoris, vel hæredis.

Vndecimus caſus, quãdo grauatus habebat ius retinẽdæ rei vetuſtius ipſo legato, ſecundùm Petrum Rainerium, Bald. Salice. Paul. Bexuti. & alios in dict. §. ſi Titio. Sed & hoc caſu nos contrà tenuimus, vt ſit ius accreſcen.



Duodecimus, quando grauatus habet ius portionis ſuæ retinendæ etiam de facto. Sed & hoc caſu nos in contraria fuimus ſententia.

Decimustertius, in vſufructu legato tenuimus ius accreſ. non eſſe inter verbis tantùm coniũctos ante portionem quæſitam.

Decimusquartus caſus eſt in contractibus, in quibus ceſſat ius accreſ. ſecũdùm communem opi. & ſecundùm nos contra Ripam, etiam ſi interſit concedentis ſecundùm nos contra communem opi. vt nec etiam ſit ius non decreſcẽdi ſecundùm nos contra communem. Nec ſit ius accreſ. licèt eſſemus in caſibus, in quibus alteri per alterum poſſet acquiri obligatio de iure communi, vel ex forma ſtatuti ſecundùm nos contra Fran. de Ripa.

Decimusquintus caſus, vt in vſufructu ceſſet ius accreſ. inter verbaliter tantùm coniunctos, etiam poſt portionem quæſitam, contra communem.

Decimusſextus caſus, vt in vſufructu inter viuos conſtituto nunquàm ſit ius accreſ. contra communem.

Decimusſeptimus, vt nõ ſit ius accreſ. in fauorem illius, qui de iure ſpeciali, & contra volunt. defuncti admittitur. Sed & hoc caſu, id eſt, in terminis. l. mulieri et Titio. ff. de cond. & demonſt. tenuimus, ꝙ licèt ius accreſ. non ſit ab initio, tamen ex poſt facto eſſe poſsit, contra communem.

Decimusoctauus caſus, quando ex collegatarijs alter erat incapax, cuius loco inuitatur fiſcus.

Sed quia horũ caſuum pleroſq; obiter, ſummiſq́; labellis attigimus, ideo eos ex profeſſo mox attingemus.

Decimusnonus caſus, vt in quantitatibus legatis non ſit ius accreſ. etiã ſi portio vacet, eo quòd alter ex legatarijs conditionem implere noluit, vel non potuit.

168 *Conditio impoßibilis non tenet, etiam de uoluntate teſtatoris.*
169 *L. 3. tit. 4. part. 6. limitatur.*
170 *Maioratui ſi cõditio imponatur turpia inſignia deferendi, non nocet, cum glo. Paul. & nouißi.*
171 *L. 4. tit. 4. part. 6. limitatur.*
172 *Teſtam. non tam ſubiacet hodie querelæ, quàm olim.*
173 *Legitima etiam hodie patitur grauamẽ aliquod. Et. l. noſtra procedit in quibus caſibus olim teſtam. poterat quoquo modo euerti, non aliàs.*
174 *Legitimæ an fidei. reciprocum adiungi poßit.*
175 *Intell. l. quoniam in prio. ibi, uel alio modo ſubuert. C. de inof. teſtamento.*
176 *Intellect. ſecundus.*
177 *Intellect. tertius, & uerus.*
178 *Conditio poteſtatiua etiam hodie non reijcitur de inſtitutione filij contra communem.*
179 *Filius hodie inſtitui poteſt ſub omni conditione, licèt in eius defectum non exhæredetur, cum communi.*
180 *Legitima an patiatur prohibitionem alienationis?*
181 *Legitima an patiatur hodie reciprocum fideicommiſſ.*
182 *Renuntiari ius futurum an poßit per pactum?*
183 *Tranſmißio iuris conditionalis quare fiat in contractibus, & non in ult. uolun.*
184 *Querela inof. teſt. iure. ff. non dabatur præteritis, uel exhæredatis, ſi quoquo titu. integram legitimam habebant.*
185 *Ius dicendi nullum dabatur præteritis, licèt integram legitimam haberent.*
186 *Bo. poſſ. contra tabu. datur præteritis, licèt integram legitimam tit. ſingulari haberent.*
187 *Intell. §. aliud quoq;. in authen. ut cùm de appel. cogno.*
188 *Teſtam. etiã hodie nõ uitiatur ipſo iure præteritione filij emancipati.*
189 *Legitima iure. ff. an tit. inſtitutionis relinquenda eſſet, quòd non, contra communem.*
190 *Intellect. §. ſi quis rogatus. l. ita tamen. ff. ad Trebellia.*
191 *Intellect. l. ſi non mortis. cum conc. ff. de inofficioſo teſtamento.*
192 *Legitima iure. C. quoquo titul. relinqui poterat, cum communi.*
193 *Legitima titulo inſtitutionis eſt relinquenda, aliàs teſtamẽtum eſt nullum ipſo iure, iure auth. cum communi, contra nouißi.*
194 *Accreſcere poteſt tota hæreditas inſtituto in re certa cum communi.*
195 *Legitima quare hodie titulo inſtitutionis relinquenda.*

Infertur

168 INFERTVR. 48. an teſtator poſsit efficere contra iuris ciuilis regulas, vt conditio à lege improbata admittatur, & vtilis ſit? Qua in re ſciendum eſt, conditionum quaſdã eſſe, quæ reſpiciunt tẽpus præſens, vel præteritum, & iſtæ non habent vim conditionis. vt in. l. cùm in ſecundo. ff. de iniuſt. rupt. & in. l. 2. tit. 4. part. 6. & in. l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. petat. & de iſtis non loquimur.

*Cõditio impoßibilis nõ tenet, etiam de uoluntate teſtatoris.*

Quædam verò ſunt conditiones, quæ reſpiciunt tempus futurũ, de quibus per totum. ff. de condi. & demonſtr. & ff. de condi. inſti. & C. de inſtit. & ſubſtit. & de condi. inſertis. & in. l. 1. & 2. tit. 4. par. 6. & in iſtis interdum conditio eſt à lege improbata, quia continet impoſsibilitatem naturæ: & hæ conditiones regulariter licèt vitient actum inter viuos. vt in. l. non ſolùm. ff. de actio. & obliga. §. impoſsibilis. Inſti. de inuti. ſtipu. l. ſi impoſsibilis. ff. de verbo. obliga. tamen non vitiant vltimam voluntatem. l. 3. ff. de cond. & dem. l. 1. ff. de cond. inſti. §. impoſsibilis. Inſtit. de hære. inſt. Fallit quando talem conditionem teſtator putabat poſsibilem. argumento. l. ſeruo manumiſſo. & quæ ibi tradunt Bart. & alij. ff. de cõdi. indeb. qui text. ſecundùm eum ſingularis eſt. Bart. in. l. ab omnibus. §. 1. ff. de legat. 1. Imol. in l. 1. col. 6. verſi. quod intellige. ff. de cond. inſti. & ita limitatur text. in. l. 3. titulo de las cõdiciones. part. 6. Vnde cùm in hac ſpecie tacita voluntas teſtatoris faciat, vt illa conditio impoſsibilis vitiet relictum. vt in dict. l. ſeruo manumiſſo. multò magis expreſſa volũtas teſtatoris id efficiet. argumento. l. cùm ex filio. §. 1. ff. de vulg.
tionem.d.§. aliud quoq;. vt modò dixi. is
filius ſub tali conditione inſtitutus, ſatis
ritè inſtitutus videtur, cùm ea conditio
per legem noſtrã reijciatur, inſtitutioq́;
pura,intactaq́; permaneat,nõ aliter, atq;
ſi re vera ea conditio in teſtamento non
216 eſſet ſcripta. Sicq́; negamus contrarium,
*L.8.titu.4.* dum dicebatur, ꝙ filius videbatur minus
*part.6. de-* ritè inſtitutus.& ita debet declarari.l. 8.ti
*claratur.* tu.4.part.6.& ſequen.l.

Quæ concluſio communis cõtra Bal.
& ſequaces procedit dupliciter. Primò in
inſtitutione matris.Secundò etiam in in-
ſtitutione facta à patre, licèt hoc caſu eſ-
ſet magis dubium.

217 Decimò amplia vt procedat etiam de *De iure re*
iure regio.l.17.titulo de los teſtam.par.6. *giocond.ca*
&.l.11. titu.de las cõdiciones que pueden *ſualis reijci*
valer.ead.partit. *tur de inſti*

Amplia.11.vt reijciatur cõditionis gra- *tutione libe*
uamen non ſolùm de legitima,ſed etiam *rorũ licèt in*
de eo, quod vltra legitimã pater filio reli *eius defectũ*
quit,inſpecto iure regio.Ita docuit.l.11.in *nõ eſſent ex*
*hæredati.*
218 cipi. Libremente.titu.4.part.6.vbi poſtq̃ *Grauamen*
in primo reſpõſo dixerat, ꝙ legitima non *reijcitur eti*
patiebatur vllũ grauamẽ,ſubdit. Verùm *am in eo,*
ſi vltra legitimã ſit filius honoratus à pa- *quod eſt ul-*
tre,tunc in eo,quod eſt vltra legitimam, *tra legiti.iu*
poteſt pater apponere conditionem pote *re regio.*
219 ſtatiuam, caſualem autem vel mixtã ap- *Intelle.l.11.*
ponere non poterit. Quam legem mira- *ti.4.par.6.*
bilem appellat Rodericus Xuarez hîc in
ſecunda ampliatione, & meritò:eandẽq́;
legem ſatis duram, & contra omnem le-
galis ſapientiæ doctrinam & æquitatem
vocitat Emanuel de Acoſta in. l. Gallus.
§.& quid ſi tantùm.pag.112. ff. de libe. &
poſthu.Id quod etiam & nobis, & cuili-
bet homini ſano videbitur.Nam ſi id,qđ
vltra legitimam eſt, poſſum filio meo o-
mnimodo liberrimè impuneq́; abnega-
re ſi ſponte ei conceſsi, cur non potero
quamcunq; legem huic dationi & con-
ceſsioni imponere? iuxta totum titulum.
C.de donati.quæ ſub modo.l.in re man-
data.C.mandati. Dic tamen vt infrà am-
pliatione.92.

Timore huius contrarij Rodericus in
dict. 2. ampliatione tentauit hũc ſenſum
dictæ legi accommodare, vt procedat,
quando filius ſub conditione inſtitutus
fuit, nec habuit vllum cohæredem, vel
ſubſtitutum, nam tunc & ab initio vſq;
ad legitimam reijcitur conditio, & in reſi
duo hæreditatis ſimiliter conditio nõ ſpe
ctatur, quia etiam ſi in reſiduo conditio
defeciſſet, id reſiduum huic filio accreſce
ret.

ret.l.1.§.ſi ex fundo. &.l. ſi alterius. ff. de hær.inſt.ergo fruſtra ſpectaretur cõd.cuius nihil operaretur euẽtus, vel defectus. ita probat text.in.l.ſi te ſolum.ff.de hære. inſt.Isq́; intellectus in ſe veriſsimus eſt,vt dicemus infrà in limitationibus huius legis.Sed an conditor huius legis hunc ſenſum habuerit, vos videbitis.

Sed retento hoc intellectu,ex eo infertur,ꝙ dict.l. partitæ probat noſtrã ſententiam, quam tenuimus in.l. omnimodo. ſuprà eod.vt onus condi. poteſtatiuæ nõ reijciatur de legitima, ſi id onus legitimã non minuit:nam.l.illa ait,ꝙ cùm filius vltra legitimam honoratus eſt, tunc ei imponi poteſt conditionis poteſta.onus,nõ autem caſualis,vel mixtæ.

Si tamen dict.l. partitæ ſimpliciter, & prout iacet,intelligatur,per eã apertè corrigitur text.in.l.ſcimus.§.cùm autem.infrà eodem.

220 Ampliatio.12. ſit quam ponit Xuarez hîc tertio loco.Ergo quo ad tertiam ampliationem,de qua per Xuarez hîc, dum pro communi allegat glo.relinquat.in.§. prohibemus. tu dic, quòd illa glo. tenet contrarium. Et pro communi allego vltra eum glo.grauamen.in noſtra.l. quoniam in prioribus. Pro communi ergo allegatur authẽ.nouiſsima.& dict.§.prohibemus.quæ nil faciunt:quia ſignanter loquuntur,quando ſolius legitimæ proprietas filio relicta fuit diminuto vſufructu,non quãdo id quod vltra legitimam in proprietate filius recepit, pręponderabat valori vſusfructus ſibi adempti. Tertiò alle.d.§.prohibemus. verſi. filijs fame peremptis.Sed nil facit,quia vendito eo, quod vltra legitimã in proprietate percepit,inde cõparabit plus redituũ,q̃ ſibi abſtulerit pater.Allegatur quartò.l.ſcimus. §.cùm aũt.infrà eod.Sed ibi nõ prohibuit reſtituere vſumfruct. ſed tam vſufruct. q̃ proprietatem reſtituere iuſsit.Tene communem nouo fundamento, ſcilicet per dict.§.prohibemus. verſic. nouimus. vbi in præfatione ait Iuſtinianus, ſe vidiſſe plura teſtam. in quibus totius hæreditatis proprietas filio relinquebatur, vſusfr. verò alteri, idq́; emendare vult Iuſtinianus.ergo.&c.Non obſt.ꝙ in deciſione videatur ſe reſtringere.Nam reſp.ꝙ quæ in præfationibus dicuntur.&c.§. præterea. Inſt.de inut.ſtip.l. Titia.§. idẽ reſpõ.ff.de verbo.oblig.l.fi.verſic.quoniam.de hær. inſt.ff.Poſſet ergo defendi opi. communi contraria, niſi nouũ inueniſſemus fundam.Et communis opi. eſt, ꝙ etiam ſi in ꝓprietate plus quàm portio legitima,vel etiã vniuerſa hæreditas relinquatur, dempto vſufructu, tale onus reijcietur de legitima, vt filius integram habeat legitimam tam in proprietate, q̃ in vſufructu, & præterea poſt mortem vſufructuarij conſequetur id,quod vltra legitimam in proprietate ſibi relictũ fuit.Et idem econtra ſimiliter ſecundùm communem opi. vt in ſolo vſufructu legitima non poſsit relinqui, ſed ſi de facto in ſolo vſufructu relinquatur, tunc ſtatim conſequetur totum, quod in vſufructu ſibi relictũ fuit, & præterea proprietatem vſq; ad menſuram legitimæ. vt latè dixi in authen. nouiſsima.ſuprà eodem.

*Legitima an relinqui poßit in ꝓprietate tãtùm uel uſufruct. tantũ q, non cùm communi.*

221 Amplia.13.noſtra concluſio, vt legitima non patiatur vllum grauamẽ,vt procedat, nõ ſolùm in filijs, ſed etiam in nepotibus.Sed ſecũdùm Rodericum Xuarez hîc in.4.ampliatiõe. ad huius ampliationis euidentiam præmittendum eſt,an iure. ff. nepos, quià nemine pręcedebatur,& per hoc iura ſuitatis habebat. iuxta tex.in.§.ita demum.Inſti.de hær.ab. & in.l.Gallus. per totam. ff.de libe. & poſt. poſſet ſub conditione caſuali vel mixta inſtitui,licèt in eius defectum exhæredatus non eſſet, quamuis filiusfa.indubitanter ſub tali conditione caſuali vel mixta inſtitui iure.ff.non poſſet,niſi in eius defectum exhæredaretur. vt in. l. ſuus quoq;. in prin.&.§.puto.&.l.Cornelius.&.l.iam dubitari.ff.de hęr.inſt.l.Lucius.ff.de condi.& dem.l.hæc verba.l.fi.ff.de cõdi.inſt. l.ſi pater.C.de inſtit.& ſubſt.l. filius à patre.ff.de libe.& poſthum.

*Onus reijcitur q̃ inſti. nepotũ, cũ cõmuni opiniõe,ſed nõ per. l. noſtrã,idq́; cõtra cõmu.*



Et communis opi.eſt,ꝙ talis nepos ſub conditione caſuali vel mixta iure. ff. inſtitui non poſſet,nõ magis,q̃ ipſe filiusfa. niſi in eius defectũ exhæredatus fuiſſet. Quam tenẽt glo.in.l.ſuus quoq;.in prin. & glo.in.l.ſed & ſi conditioni.§.nepotes. ff.de hære.inſt.glo.in.d.l.ſi pater. Bart. in d.§. nepotes.vbi Bal.Ang.Imola,& Paul. ſecũdùm quem hæc eſt cõmunis opi. Sequitur,& dicit receptã opi.Roderi. Xuarez hîc in.d.ampliatiõe.4.& eſt cõmunis ſecũdùm Emanuelẽ d̃ Acoſta in.l.Gallꝰ. §.& qd ſi tãtum.pag.101.ff.de lib.& poſt. Alex.n.8.i.d.l. ſi pater. hãc dicit cõmunẽ opi.quã ibid.ſequitur & dicit coẽm Corneus col.3. in prin.& Albertus in repetitiõe.n.257. ſequitur & dicit cõmunẽ opi. Decius ibid.col.antep.Bal.in.d.l.ſi.pater.

Contrariã partẽ,vt talis nepos ſub quauis conditione poſſet inſtitui,olim tenuerũt Chriſtophorꝰ de Caſtelio, & Fulg.in d.l.ſi pater. & in hãc partẽ inclinat Alex. ibid.n.8. qui pro hac parte plura adducit fundam.& Emanuel de Acoſta in.§.et qd ſi tãtum.pag.101.& Cuma.in.d.l.ſed & ſi cõditioni.§.nepotes.ff.de hær.inſt.&Imola in.l.fi.ff.de cõdi.inſt.qui idẽ ſentit in.d. §.nepotes.& in.d.l.ſuus quoq;.in prin.

Pro hac ſecũda opinione, vt ſuus hęres nepos ſub quauis cõditione poſſet inſtitui,licèt in eius defectũ exhęredatus non eſſet,eſt tex. expreſſus, qui nulla eget inductione in. d.l. ſuus quoq;.in prin.& in §.puto. Ad idem text. expreſſus in dict.§. nepotes. ad idẽ text.expreſſus, qui loquitur in filiaf.in.l.ſi quis hæredem.C.de inſtit.& ſubſt.l. 1. §. ſciendum. verſic. idem erit.ff.de ſ[illegible]is & legi.text.expreſſus.in.l.3. §.ſi ſub ea.ff.de bo.poſſ. contra tabu.

Et hæc quinq; iura hanc partem longè euidentiùs probant, quàm longa contẽtione egeat. Quod etiã probatur euidentiore ratione. Nam iure.ff.teſtam.in quo nepos iura ſui hæredis tenens præteritur, ex toto firmum erat,non ſecùs, quàm ſi inſtitutus fuiſſet,vel exhæredatus.ita probat tex.expreſſus in.l.maximum vitium. C.de libe.præt.& tex.expreſſus in princi. verſic.ſed non ita.Inſtit.de exhære.libe.l. Gallus.§.in omnibus.ibi,filius duntaxat. l.qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat.docet Imola in.l.fi.ff.de condi.inſt. Emanuel de Acoſta in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.pag.93. cũ plu.ſeq. ff. de lib. & poſthumis. dixi latè ſuprà. Ergo ſi is nepos poterat ex toto præteriri, longè magis poſſet ſub quauis conditione inſtitui: quia vitium omnimodæ præteritionis lõgè grauius eſt, quàm vitium conditionalis inſtitutionis ſecundùm docto. communiter, vt dixi ſuprà in.1. ampliatione.

Tenendo hanc partem, quæ contra communem opinio, veriſsima eſt, tunc ad.l.poſthumorum.ff.de iniuſt.rup. &.§. poſthumorum.Inſt.de exhær.lib. vbi dicitur nepotes ſuorum iura tenentes debere inſtitui,vel exhæredari ſicut ipſe filiusfa.reſponde,ꝙ licè. ſit inſtituẽdus, vel exhęredãdus,tamen non eſt neceſſe,ꝙ eod. modo inſtituatur.Nam dictio,ſicut,non denotat omnimodam ſimilitudinem.vt eſt in ſacra pagina,ibi. Eſtote perfecti, ſicut pater veſter q in cælis eſt. & tamẽ nullus poteſt eodem modo perfectus eſſe,vt Deus omnipotens eſt.vt notat glo.in.l.ſi cùm venderet.§.fi.ff.de pig.act. & Alexã. num.8.in.d.l. ſi pater. quod mille ſimilibus poſſemus probare exemplis,ſed in re clara non expedit tempus terere.

Non quoq; obſt. quod ſecundo loco cõmunis opi.ait, nepotem talẽ iure.ff.nõ poſſe ex toto pręteriri,& conſequẽter nõ poſſe ſub caſuali cõditione inſtitui.Nã reſpõdetur falſiſsimũ eſſe, ꝙ iure.ff.nõ poſſet præteriri, quinimò poterat, vt modò diximus, & latiùs ſuprà. Sed & ſi ex toto præteriri non poſſet,nõ propterea ſequeretur, ꝙ poſſet ſub cõditione caſuali vel mixta inſtitui, quia in contrariũ eſt vera

& cõmunis opi. Nam etiam hodie licèt filius ex toto præteriri non poſsit quin vitiaretur teſtam. per authen. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoq;. tamen ſub conditione caſuali vel mixta ſi inſtitueretur, non vitiaretur teſtam, vt tenet Iaſ. poſt plures, quos ipſe allegat in. l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſti. num. 13. vbi Corn. col. 6. in prin. Alexan. nu. 15. & 16. Roderi. Xuarez hîc. fol. 8. col. 1. Paul. & Iaſ. in. l. ſi mater. ff. de vulga. vbi hanc dicit cõmunem opi. Iaſ. nu. 4. idem Iaſo. in. l. filius à patre. num. 8. ff. de libe. & poſthum.

Non quoq; obſt. quod cõmunis opi. tertio loco adducit, ſcilicet dict. §. aliud quoq;. vbi titulo inſtitutiõis iubetur legitima relinqui. Nam proximè reſponſum eſt non impediri quin valeat teſtam. licèt ſub conditione relicta eſſet, ſecundùm cõmunes opi. & veras.

Sed hodie per. l. maximum vitiũ. C. de lib. præt. & §. pen. & fi. de exhær. lib. id ius antiquum immutatum videtur, nouèq; inductum, vt nepotes primum locum tenentes in ſui tam inſtitutione q̃ exhæredatione filijs exæquentur. tamen iure. ff. veriſsima eſt ſuperior opi. quę communi opinioni aduerſatur.

His ergo ſuppoſitis, ſi nepos primum locum tenens hodie ſub cõditione caſuali vel mixta fuerit inſtitutus, ſiue in eius defectũ fuerit exhæredatus, ſiue non, ea conditio reijcietur de eius inſtitutione. Sed magis eſt, vt quando in eius defectũ exhęredatus non fuit, cõditio reijciatur, vt ſic inſtitutio verificetur: ſecùs ſi fuiſſet exhęredatus in defectũ conditionis, quia tunc ſi tolleres conditionem, purificaretur exhæredatio cõtra mentem huius legis & ſimiliũ. Sed certè tũc referret, vtrũ tollatur quaſi impleta: nam tunc purificata cõditione inſtitutionis, expiraret exhæredatio, id quod magis eſt: an quaſi defecta, nam tunc purificaretur exhæredatio, quod minimè eſt dicendum.

Amplia. ergo. 14. vt hæc. l. procedat, etiam ſi in defectum conditionis caſualis vel mixtæ filius eſſet exhæredatus.

222 Amplia. 15. vt procedat etiã in filiafa. ſub conditione caſuali vel mixta inſtituta, in cuius defectum non eſſet exhæredata, nam & illa conditio ſimiliter reijceretur per hanc legem, vt ſic teſtam. valeret. *Idem in filiaf.*

223 Ratio dubitandi eſt fortis. Ad cuius inductionem præmitte, ꝙ iure. ff. filiafa. poterat ſub omni conditione inſtitui, etiam ſi in eius defectũ non foret exhęredata. tex. eſt expreſſus in. l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſt. Quem elegãter, vt omnia, ita intellexit egregius Emanuel de Acoſta. in. d. §. & quid ſi tantùm. pag. 96. licèt Cinus, Alberi. Bal. Salice. Paul. Fulg. Areti. Alex. & Iaſ. col. 5. in fi. & Decius. n. 4. tenuerint in. d. l. ſi pater. tale teſtam. nullũ fuiſſe iure. ff. in quo filiafa. ſub cõditione caſuali vel mixta fuiſſet inſtituta, in cuius defectum nõ eſſet exhæredata. Vnde ad. d. l. ſi quis hæredem. mira ſomnia fingunt, diuinantes alij, ꝙ ibi filia eſſet in defectum conditionis exhæredata. Alij, ꝙ eſſet emancipata. Alij, quòd ibi eſſet teſtamen. non patrisfa. ſed alterius aſcendentium. Alij, ꝙ eſſet ſpeciale in conditione nubendi. Quorum error inde deſcendit, quòd non intellexerunt filiamfam. poſſe iure. ff. ex toto præteriri. vt dict. l. maximum vitium. C. de libe. præt. & d. l. Gallus. §. in omnibus. ff. de libe. & poſthum. & dict. prin. verſic. ſed non ita. Inſt. de exhær. libe. & conſequenter longè faciliùs poſſe ſub quauis conditione inſtitui, vt hanc conſequentiam ſuperius probauimus. *Legitima filiæ non patitur onus.*

Cùm ergo olim conditio caſualis vel mixta appoſita in inſtitutione filiæf. non vitiaret teſtam. & l. noſtra non procedat niſi in quibus caſibus olim teſtam. poterat euerti, ſupereſt, vt non procedat in filiafam. ſicq́; conditio caſualis vel mixta in eius inſtitutione appoſita non reijciatur per hanc. l. Sed oppoſitum eſt verius: quia licèt ab initio per talẽ conditionem teſtam.



teſtamẽ. ipſo iure non vitiaretur, tamẽ ex poſt facto poſſet infirmari, & ſubuerti per querelam inoffi. teſtam. quæ liberis ſub conditione caſuali inſtitutis pendente cõditione dabatur. vt in. l. ſi pater puellæ. & in. l. filijs matrem. & vtrobiq; per Paul. ſuprà eod. idẽ Paul. & Salicetus hîc. Ergo tale teſtam. licèt olim non periclitaretur in ſui creatione, periclitabatur tamẽ in ſui reſolutione, & conſequenter is caſus pertinet ad hanc legem, non ſecùs, q̃ ſi filiusf. ſub conditione ſimili inſtitutus foret. Et ita etiã intelligas. d. l. 11. tit. 4. par. 6.

224 Amplia. 16. vt per hanc legem reijciatur etiam conditio poteſtatiua appoſita in filij inſtitutione. Ita tenetur communiter, nam ita tenet glo. in dict. l. ſi pater. glo. in dict. l. ſuus quoque. in princi. ff. de hære. inſtit. Quas gloſſas ſequitur totus mundus ſecundùm Xuarez hîc. 5. ampliatione. Sequitur & dicit communem opi. Corneus. col. 3. in. d. l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſt. idem tenet glo. magna hîc in fi. Alex. in. d. l. ſi pater. num. 9. Quam opi. iterum col. 8. ait eſſe communem Imol. in. l. ſuus quoq;. in prin. ſuprà alle. idem Imo. in. l. fi. num. 12. ff. de cond. inſt. Paul. in. l. filijs matrem. ſuprà eod. Bal. Salice. & alij hîc communiter. Idemq́; tenent oẽs, quos ſuprà retulimus tenuiſſe hanc legẽ procedere in conditione poteſtatiua, nõ in caſuali vel mixta, quales ſunt Iacob. de Arena, Rainerius, & Cinus in. d. l. ſi pater. & Cinus hîc, dũ ſe refert ad ibi dicta. Alber. Guiliel. de Cunio. & Bal. hîc. Franciſ. de Ramp. in. d. l. ſi pater. Bald. & Ange. in dict. l. ſuus quoq;. in princ. Angelus. in. l. filius à patre. ff. de libe. & poſth. Angelus & Fulgo. in dict. l. ſi pater. Bal. in repe. l. in ſuis. col. fi. ff. de lib. & poſthum. Angelus in. l. maximum vitium. C. de libe. præte. in lectura Florentina. Fulgoſ. ibi & etiam hîc. Petrus de Bellaperti. hîc. & Azo. in ſumma huius tituli. Decius in dict. l. ſi pater. Angel. conſi. 117. Domina Catharina. Antonius de Butrio conſi. 67. Viſis. Soci. conſi. 97. & cõſi. 98. lib. 3. Albertus Barb. in repet. d. l. ſi pater. nu. 180. tenet Gregorius Lupus in. l. 11. tit. 4. part. 6. in glo. que es en poder. per. d. l. 11. *Legitima an ſub conditione poteſtatiua poſsit relinqui, contra communẽ.*

Sed nos ſemper fuimus in cõtraria opinione, vt conditio poteſtatiua regulariter non reijciatur de inſtitutione liberorum, parentum, vel tranſuerſorum per hanc legem, cùm hæc conditio poteſtatiua olim nec vitiaret ab ipſo primordio teſtam. nec ex poſt facto produceret querelam, vel aliud remedium ad euertendum teſtam. vt latè. nu. 177. & 178. ſuprà docuimus. & latiùs in. l. ſi pater puellę. & in. l. omnimodo. ſuprà eodem.

Fallit, quando conditione poteſtatiua impleta, filio diminuta legitima maneret ſecundùm quoſd. vt tunc ea cõd. quatenus minuit legitimam, reijciatur: nos contrà, vt nec etiã tunc talis conditio per hanc legem reijciatur, ſed debeat impleri, & qđ per eius imple. legitimæ diminutum fuerit, id per. l. omnimodo. & l. ſcimus. in princi. hoc titu. repleatur. vt ibid. docuimus.

Vbi etiam attigimus nouiſsimam & inauditam opinionem, quæ reliquis omnibus nobis verior viſa eſt, vt conditio poteſtatiua legitimæ impoſita, nec ibi immota ſtare patiatur, quia onus eſſet conſiderabile, ꝙ filius interim legitimam capere impediretur, dum pecuniam anxius quęreret ad conditionẽ implendam. Nec etiã ea conditio reijciatur ipſo iure, ne is, qui cõditionis implendę cauſa eam pecuniam accepturus erat, eo emolumẽto cõtra teſtatoris voluntatem priuaretur. contra. d. l. omnimodo. ſuprà eod. tit. ibi. teſtatorũ voluntatibus proſpicientes. Ergo eligatur media via, vt hæc conditio nec reijciatur ipſo iure, nec etiam ab ipſo filio impleatur, ſed trãſferatur ad onus cohæredũ huius filij, vt ſic ipſe & purè & integraliter ſuã legitimam conſequatur: & ille quod conditionis implendæ cauſa accepturus erat, non priuetur, aut fraudetur.

 Ita

Ita probat tex.in.§. noſtra. Inſt.de ſucceſ. liber.qui loqtur in legitima patroni ſimili onere læſa. Nec dubiū eſt, quin valeat argu.de patroni legitima ad legitimam liberorum & parentum.l.fi.C.de inoffi.teſtam.præſertim vbi eſt ead. ratio, vt hîc. Facit optimè.l.ſi libertus patrono.ad fin. ff.de bo.libe.Quæ procedūt, quādo cōd. conſiſtebat in dando, ſecùs ſi in faciēdo, nā tūc nec reijcitur de legitima, nec tranſfertur in cohæredes filij, ſed ab ipſo filio implenda eſt.vt diximus in dict.l.ſi pater puellæ.& in.d.l.omnimodo.

*L. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. an ſit hodie correcta.*

225 Iuxta prædicta quæro, an.l.ſi pater.C. de inſt.& ſubſt.ſit correcta.per.l. quoniā in prioribus.Et glo.d.l.ſi pater.in glo.magna.in fi.ibi, hodie verò.& glo.conſtat.in l.ſuus quoq;.in prin.ff.de hær.inſti.volūt omnem cōdi.reijciendam de legitima filiorū per.d.l. quoniam.Quas glo.ſequūtur Bar.Paul.& alij in.d.l.ſuus quoq;.Barto.& omnes in.d.l. ſi pater.easq́; communiter app. dicūt Alex. Decius, & Iaſ.in.l. ſi pater.& latè Xuarez in.l.quoniā.in prima ampli.Ex quarum glo.opi.collige, ꝙ d.l. ſi pater. in duabus cōcluſionibus corrigitur. Primò dum à cōtrario ſenſu probat filium ſub cond. poteſta. inſtitui efficaciter poſſe, cōditionemq́; talem implēdam.De cuius ratione vi. Iaſ.ibi col. 2. ad fi.cū prin.ſeq. Nam talis condi.poteſtati. licèt hodie non vitiet teſtam.ſicut nec olim, tamen olim debebat impleri, aliâs filius excludebatur. vt dict. Iaſ. in. d.col.2. cùm ſequen.probatur in.l.iam dubitari. ff.de hær.inſti.hodie verò non debet impleri, ſed reijcitur per dict. l. quoniā. quæ licèt dubium ſit, an loquatur in condi.caſuali vel mixta, tamen omnes indifferenter tenent, quòd loquatur in poteſtatiua. Et quòd in poteſtatiua tātùm loquatur, tenent in ſpecie Alexā. in.l.ſi pater.col.7. in princ.Xuarez in.l.quoniam.fol.7.col. 3.in prin. Secundò corrigitur dict.l.ſi pater.quatenus ait filium ſub condi.caſuali vel mixta inſtitui non poſſe, niſi in eius defectum exhæredetur, aliàs teſtam.non valere. Nam ſecūdùm omnes prædictos hodie per.l. quoniam. teſtamentū valeret, ſed cond.reijceretur, ſaltē vſq; ad legitimam.

*Cōditio poteſtatiua, an reijciatur hodie d legitima filiorum, q. non, contra communē.*

226 Et iſta concluſio apud docto. non eſt ita expedita, ſicut prima. Reuoco ergo in dubium primam concluſionem (doct. enim vtranq; confuſè iungunt,) ſcilicet, an ſi filius ſub poteſtatiua cond.inſtituatur, talis cōd.reijciatur?Et diſtinguo. Aut enim condi. tāgebat legitimam, & tunc teneo cum doct. reijciēdam eſſe per. d. l. quoniam. Quod intelligo quatenus legitima læditur, non vltrà. Nam ponamus, ꝙ legitima filij erat. 12. ipſe autem in. 12. tantùm inſtitutus eſt ſub cond. ſi tria dederit, certè tunc cond. in totum reijcitur. Quòd ſi in quindecim eſſet inſtitut⁹, certè tūc nullatenus reijceretur, quia etiam cōditione impleta, duodecim ſibi manerent, quæ integram legitimam faciunt. Quòd ſi in tredecim eſſet inſtitutus, tūc cond.reijceretur in duobus, in vno verò eſſet implenda:nam vno pręſtito, duodecim ſibi manerēt, quæ faciunt integram legitimam. Vides ergo, ꝙ aut condi.non tangit legitimam, & implenda eſt omnino, iuraq́; antiqua remanent incorrecta. Aut cond. tota tangit legitimā, & in totum reijcitur.per.l. quoniam. nec procedunt iura antiqua. Aut condi. pro parte tangit legitimam, & pro illa parte tātùm reijcitur, pro alia verò implēda eſt. Cùm ergo omnes docto. ſuprà relati indiſtinctè velint cond.poteſt.reijciendam, patet in quibuſdam erraſſe. Et meam opi. ſatis tenere videtur Alberi.poſt alios, quos refert in dict.l.ſuus quoq;. Et hæc noſtra opi.probatur, quatenus ait, ꝙ ſi condi.poteſta.in totum tangit legitimam, tunc in totum reijcitur.probatur in.l. quoniam. & in.l.ſcimus.§.cùm autem. de inoffi. teſtamento.quæ leges ſecundū omnes procedunt in conditione poteſtatiua.Quatenus verò tenui, ꝙ ſi condi. poteſta.nō tan

geret



geret legitimam, tunc nullatenus reijceretur, probatur ratiōe. Nam.l.quoniam. loquitur eo caſu, quo querela competeret, vt quadrupliciter ad hoc eam perpendit Xuarez ibid.fol.6.col.9. ad fi. pleniùs per me ſuprà num.177.&.178.ſed expeditum eſt querelam non dari, quādo filius eſt inſtitutus ſub poteſta.condi.quę non tangit legitimam : nam vt querela competat, oportet legitimam minutam fuiſſe.l.cùm quæritur.C.de inoffi. teſtamento.l.Papinianus.§. quoniam autem quarta.eod.ff.cùm ergo talis cōdi. legitimam non minuat, ſupereſt, vt querelam cōpetere non faciat, & conſequenter.d.l.quoniam. ceſſet. Nec dicatur, ꝙ imò.l. quoniam.locū habet, licèt querela ceſſet, vt pluries tenuit Xuarez ibi. Nā infrà reſpō.

Quatenus & tertiò tenui, ꝙ ſi condi. poteſtatiua pro parte tantùm tangeret legitimam, pro ea parte tantùm reijcienda eſſet, probatur:quia ex ſimplicib⁹ cognoſcitur caſus mixtus, atq; deciditur. vt per Iaſo.& alios per tex.ibi in.l.2.in prin.ff.de verbo. Præterea in ſpecie probatur in.l. ſcimus.in.d.§.cùm autē.verſic.ſancimus. Probaturq́; in.l.quoniā.iuncto. d.§. cùm autem.ibi (vt quarta pars pura mox filio reſtituatur.) Nam licèt in.l.quoniā.ſimpliciter dicatur condi.poteſtatiuam reijciendam de inſtitutione filij, vel legato, vel fideicommiſſo ſibi relicto, tamen illā l.ſimpliciter loquētem interpretatur, & declarat.d.§.cùm autem.dicēs illam conditionem poteſtatiuam eoúſq; reijciendam, vt quarta pars mox filio abſq; vlla dilationis, ſeu cond.expectatione reſtitui poſsit, vt quo ad reſiduum portionis, ſeu relicti filio facti condi. maneat intacta, ſeu dilatio.Et hæc obtinent, quādo condi.poteſtatiuam filius implere non poterat ſine erogatione, ſeu diſpendio, puta ꝙ erat condi.dandi, vel fortè inſulam faciēdi, vel etiam Romam, vel Alexandriam eundi, ſi nauigatio, vel iter ſine erogatione fieri non poterat. Quòd ſi eſſet condi. talis, quæ abſque vlla erogatione impleri poſſet, puta ſi Capitoliū aſcenderit, tunc dico illam condit. indiſtinctè expectandam, quia talis condi. non lædit legitimam, & conſequenter ceſſat dict.l. quoniam.&.d. §. cùm autē. quæ iura & teſtamentis, & filijs proſpicere volunt: teſtamentis, ne impugnentur querela: filijs, ne lædantur in legitima. At cùm iſto caſu ſine dubio ceſſet querela.d.l.cùm quæritur.iuncta.l.ſuus quoq;.in prin.&.d.l.ſi pater.&.l.fi.de cond.inſt.ff. cùmque filij non lædantur in legitima niſi volentes, ſupereſt, vt ipſis non ſit per querelā ſubueniendum.d.l.cùm quæritur. d. l. ſi pater. & quod Iaſ.ibi ait col.2.ad fi. cū princi.ſequen.

227 Infero, quòd ſi filius inſtituatur, vel aliquid ei relinquatur ſub condi.ſi voluerit, talis condi.reijcienda non eſt, cùm & poſsit impleri abſque vllo diſpendio, & per eam legitima non minuatur. Et ſic etiam manebunt incorrectæ.l. Cornelius.l.iam dubitari.ff.de hære.inſtit.l.verba.ff. de conditionibus inſtit. licèt in hoc vltimo communiter docto. contrarium in ſpecie teneant, & etiam Paul. poſt Bal. & alios, quos allegat in.l. ſuus quoque. ff.de hære.inſti.in prin.num.4.Sed caue, quia licèt condi. ſi voluerit, non tollatur ex eo capite, quòd legitimam re minuat, tamen videtur tollēda ex eo capite, quòd eius pendentia impedit legitimæ tranſmiſsionem, quam filius faceret ex potentia ſuitatis, ſi ipſa appoſita non eſſet.

*Conditio, ſi uoluerit, nō reijcitur de legitima, cōtra communem.*

Sed certè, vt infrà dicam, etiam ſi conditio, ſi voluerit, in hoc poſsit eſſe dānoſa, quòd ſecundùm communem opi.impediat legitimæ tranſmiſsionem, adhuc non reijcietur, quia vt reijciatur per dict. l. quoniam in prioribus. oportet quòd duo concurrant:quòd & ſit oneroſa conditio, & tale eſſet onus, quòd olim produceret querelam, vel bono.poſſeſ.contra tabu. vel aliud remedium ſufficiens ad teſtamen. infirmandum. vt probatur

Mm 3 in

in multis locis. d. l. quoniã in prioribus.
& dict.l.omnimodo.&. l. ſcimus. §. cùm
autem.l.ſi quãdo.§.& generaliter.&.§.il-
lud. expreſsiùs in.l.quæ nuper. & in. d. l.
ſcimus.in prin. iſto tit.quorũ iuriũ indu-
ctionẽ illico factur ꝰ ſum. Sicq́; veriſsimũ
eſt, ꝙ cõd.ſi voluerit,& etiã quælibet alia
cõditio poteſtatiua nullo modo reijcitur
de legitima filij: quia licèt fateamur, ꝙ ta
les cõditiones ſunt oneroſæ, tamen cùm
earũ onus nõ eſſet ſufficiẽs ad producen-
dum aliquod remedium, per quod infir-
maretur olim teſta.vt probatur in.l. ſuus
quoq;.in prin.& in.l.Cornelius.& in.l.iã
dubitari.ff.de hær.inſt.& in.l.verba hæc.
& in.l.fi.ff.de cond.inſti.quod & omnes
in dictis locis pro cõperto habent, certè
ſupereſt, vt talis cond.poteſtatiua vtcũq;
oneroſa non reijciatur de legitima per le
ges nouas, non magis, q̃ ſi ſecũ onus fer-
ret nullum. Id quod procedit etiã in cõ-
ditione dãdi, & ſummã habet æquitatẽ.
Nam ſi filij legitima erat. 12.isq́; hæres in
12.ſcriptus eſt ſub conditione, ſi mihi da-
ret.4.nonne ſatiùs eſt, ꝙ mihi det.4.eaq́;,
quæ mihi dedit, ſibi repleãtur ex reliquis
bonis patris, q̃ ꝙ ego, in cuius ꝑſona hæc
conditio implẽda erat, quiq́; ſum hono-
ratus à teſtatore, & eius benignã habeo
volũtatem, illo dono fraudatus exiſtam,
eaq́; quãtitas maneat, non quidem apud
ipſum filiũ (quod tolerabilius eſſet) ſed
apud reliquos cohæredes fortè extra-
neos? præſertim cùm dationes iſthæc ſin
gulares derogent vniuerſitati hæredita-
tis, cũ generi per ſpeciẽ derogetur.l. vxo-
rem.§.felicisſimos.ff.de lega.3.& pars de-
roget toto.l.cùm quæſtio.vbi per omnes
docto. C. de leg.

228 Pro nobis expreſſum in. §. ſed noſtra.
*Intelle.l. in ſingulis. ff. ad leg. fal. §.in ſingu-lis.Inſt.eo.*
Inſt.đ ſucceſsione lib. vbi ſimile onus nõ
habetur pro nõ appoſito fauore patroni,
ſed trãsfertur in cohæredes filij, vt ipſi ꝑ
filio præſtent.Et ad.l.in ſingulis. ff. ad le-
gem fal.§.in ſingulis.Inſt.eod.&.l. nõ iu-
ſtam.C.ad Treb.reſpondemus, ꝙ proce-
dũt regulariter.Fallit tñ, quãdo tale onus
nominatim filio iniunctum in eius per-
ſona conſiſtere nõ poterat, nam tũc ſem-
per à cohęredibus videtur repetitum, vel
rectiùs primordialiter ipſis ex legis in-
terpretatiõe videtur iniunctũ. vt. d.§. ſed
noſtra.quod expreſſum reperitur in legi
tima patroni. vt ibi. in legitima aũt filij
magis eſt, vt ipſe implere cõdi.dãdi tenea
tur, datũq́; à cohæredibus recuperet ho-
die ſi minuat legitimã, eaq́; ſuppletio fiat
ipſo iure.vt hìc.&.l.ſcimꝰ.infrà eod.quaſi
in tãto minus ab initio ſcriptus videatur,
quantum cond.impl.cauſa erogauit.

229 Et ad hãc rem collige plura argu. ſuprà
nu.177.& infrà.nu.233. vbi indiſtinctè in
omni cõditione poteſtatiua reſoluo ceſ-
ſare legem noſtram, vt nec ex toto, nec
ex parte tollatur conditio, licèt per eius
implementum minueretur legitima.
*Cond. poteſtatiua olim poterat ꝑducere querelam, noua opi.*

Contra ſuperiorẽ cõcluſionẽ nouè, &
fortiter oppono. Nam filius ſub cõditio-
ne dãdi poteſtatiua, qua impleta, eius legi
tima minueretur, aut eã impleuit, & tunc
quaſi approbauerit teſtamẽtum, ceſſabit
querela.l.pen. & fi. ff. de inoffi. teſtam.l.
parẽtibus.C.eod. ſicq́; cùm iure digeſto-
rũ ſupplemẽtum legitimæ nõ eſſet inuen
tum, ipſe fraudatus maneret, dũ piè vult
patris præcepto acquieſcere. Aut condi-
tionem illã explere nolebat, & tũc exclu
debatur à iure dicẽdi nullũ.l.ſi pater.C.đ
inſtit. & ſubſtit. l. filius à patre.ff. de libe.
& poſthum.l. libertus ſub conditione.§.
exiſtimo.ff.đ bonis liber. Similiter exclu
debatur à bono.poſſ.cõtra tab. quæ nun
quàm datur inſtitutis, etiam ſub quauis
conditione.l.3.§.ſub cõditione.&.§.ſi ſub
ea.ff.de contra tabu.l.2.§.1.ff.de ſecũdùm
tab.Deniq; videtur etiam ceſſare querela
argumẽto legis. filijs matrẽ. C. de inoffi.
teſtam. & quia fruſtra tot leges dicerent
poſſe filium ſub conditione poteſtatiua
inſtitui, licèt in eius defectum non exhæ
redetur, ſi liberum eſſet ei querelam mo-
uere, ſicq́ue teſtamẽtum euertere.





Quid dicẽdũ? Et ſanè ꝙ ceſſet ius dicen
di nullũ, & etiam cõtra tab.bo. poſſ. veriſ
ſimũ eſt: ꝙ aũt ceſſet querela, id omnino
abnegamus. Nã ſi cõditio expleri poſſet
legitima ſalua integraq́; manẽte, tũc ve-
rũ eſſet ceſſare querelã, & hoc caſu intel-
ligenda eſt dict.l. ſi pater.cum concord.
cæterùm ſi impleta conditione mi-
nueretur legitima, non eſt cur denege-
tur querela, non ſecùs, quàm ſi ab initio
minus quàm legitima eſſet huic filio re-
lictum. vt in. l. cùm queritur.&.l.paren
tibus.C.de inof. teſtamento.§.fi. Inſt.eo.
l.Papinianus.§.quarta &.§.quoniam au-
tem quarta.ff.eo. tit. Nec oberit huic fi-
lio, quòd conditionem expleuerit, nam
per hoc non videtur teſtamentum ap-
probare.l.1.ff. de condictione cauſ.data.
Quòd ſi ante implementum conditio-
nis velit querelam mouere, liberum ei
erit.argumento legis.filijs matrem.C.de
230 inof.teſtamento. Neque his caſibus cõ-
*Secundùm tabul. bon. poſ.non datur pendente conditione poteſtatiua, noua opin.*
pellitur ſecundùm tabu.bono.poſ.pen-
dente conditione accipere, nam ea ſecũ-
dùm tabul.bon.poſ.datur, quando con-
ditio erat caſualis vel mixta, non ſic quã
do erat poteſtatiua: nam Prætor non vo
luit efficere, vt filius ſub poteſtatiua cõ-
ditione inſtitutus poſſet eius implemen
tum prætermittere, accepta ſecundùm
tab. bon. poſ. argumento text. in dict.§.
exiſtimo. & quia tali caſu non tam ſub
conditione, quàm purè filius vocatus vi
detur.l.1.§.ſi ſub conditione.ff.ſi quis o-
131 miſ.cauſa.Et ita eſt intelligendus text.in
*Intellect. l. 1.§.1. ff. de ſecundũ tabul.*
dict.l.1.§. 1.ff.de ſecundùm tabul.in ver-
bo, qualis qualis conditio. vt procedat
non ſolùm in conditione mixta, ſed etiã
in caſuali, non autem in conditione po-
teſtatiua: præſertim, quia ridiculum eſt
dicere, quòd pendente conditione pote-
ſtatiua, daretur ſecundùm tab.nam tũc
ea ſecundùm tabul. bon. poſ. duraret in
æternum, cùm talis filius nunquam, vt
vero ſimile eſt, impleret conditionem.Is
q́ue ſenſus ſuadetur, dum text. ille ſub-
dit, & quanuis defecerit conditio, tamẽ
prætor filium qui admiſerit ſecundùm
tabul. tueri debebit. ſed nulli dubium,
quin tali tuitione indignus eſſet filius,
qui omitteret explere conditionem po-
teſtatiuam, ergo neceſſariò intelligen-
dum in conditione tantùm caſuali, vel
mixta: ſicq́ue in noſtro caſu cùm ceſſet
ſecundùm tabul.bon.poſ.& etiam ius di
cendi nullum.& bon.poſ.contra tabul.
vt iam oſtendimus, meritò vltimo loco
confugiendum eſt ad querelam. vt in.§.
tam autem.Inſtitu.de inoffi.teſtamento

232 Vnde infertur nouus intelle.ad legẽ
*Intellect. l. filijs matrẽ C. de inof. teſtamẽto. in cuius terminis ceſſat ſecundũ tabul. bon. poſ. noua opin.*
filijs matrem.C. de inof.teſtamento.vbi
filio à matre ſub conditione (ſi emanci-
paretur à patre) inſtituto, denegatur que
rela, quia illa conditio eius vtilitatem re
ſpiciebat, quæ quidem querela ſibi non
denegaretur, ſi ea conditio eius commo
dum non reſpiceret.vt ibi aduertũt Pau.
& Salice.Neque ad rem pertinuit, quòd
inſtitutis liberis detur ſecundùm tabul.
l.3.§.ſi quis ex liberis. ff. de contra tabul.
etiam ſi eſſent ſub conditione vocati.vt
ibi in.§.ſed ſi ſub cõditione. & in.§.ſi ſub
ea.& in.l.2.§.1. ff. de ſecundùm tab. nam
illud neceſſariò intelligendum eſt in te-
ſtamento patris tantùm, non etiam in te
ſtamento matris, cuius præteritio habe
tur pro exhæredatione.§. mater.Inſti.de
exhæreda. liber. exhæredatis autem ex-
preſsim, vel interpretatiuè nõ ſubuenit
Prætor.l.1. poſt princip.l. non putauit.§.
1.ff.de contra tabul.vnde in matris teſta
mento contra tabul.ceſſat.l.illud.§.ad te
ſtamenta.ff. eodem. & vt liberis à matre
præteritis contra tabul. denegatur, quia
matris præteritio habetur pro exhæreda
tione: ita quoque liberis à matre ſub cõ-
ditione inſtitutis denegatur ſecundùm
tabul. quia deficiente conditione, tales
liberi pro exhæredatis haberentur, ſicq́;
illa ſecundùm tabul.in contra tabul.cõ-
uerti non poſſet. Nec dubium eſt, quin
ſub conditione inſtitutis tunc demum

pendente conditione à Prætore datur ſecundùm tabul.quando eadem conditione poſteà deficiente ab eodem Prætore is hæres poſſet per contra tabul.tueri & conſeruari in poſſeſsione rerum hæreditariarum. vt in dict.l.2.§.1. quæ tuitio & conſeruatio per contra tabul. fieri nõ poteſt in teſtamentis fœminarum, quarum præteritio pro exhæredatione habetur. idemq́ue in inſtitutione conditionali deficiente poſteà conditione. ergo &c.Et re vera tam contra tabul.quæ datur præteritis,quàm ſecundùm tab.quæ liberis ſub conditione inſtitutis conditione pendente datur, longè aliena eſt à fœminarum teſtamentis, pertinetq́ue ad patris tantùm teſtamentum, vt patet tam ex verbis,quàm ex mente & ſententia dictarum legũ:ideoq́ue in teſtamentis fœminarum pendente tali conditione datur querela, niſi conditio reſpiciat vtilitatem ipſius filij.vt in dict.l.filijs matrem. quæ querela non daretur, ſi ſecundùm tabul. competeret. dict.§.tam autẽ. Fateor tamen,quòd filius inſtitutus purè à matre, habebit ſecundùm tabul.nec mirum,quia etiam daretur extraneo purè inſtituto ſiue à patre, ſiue à matre. vt in.§.ſunt autem. Inſtitut. de bonorum poſſeſsio.

*Secundùm tabu.ceſſat in matris teſtamẽ. quæ filium ſub conditione hæredem fecit, contra cõmunem.*

233 Vnde apparet veram non eſſe eam communem opinio.quam tenẽt Cinus, Petrus,Alberic. Barto.Baldus,Salicetus, Paulus. Fulgoſ. Iaſo. & alij in dict.l.filijs matrem.intelligentes, quòd ibi filius pẽdente conditione poſſet ſecundùm tab. accipere,etiam eo caſu, quo talis conditio cõmodum filij non reſpiceret, quod eſt contra ſuprà dicta. Eo autem caſu, quo illa conditio filij vtilitatem reſpicit, ceſſat querela.vt ibi,& pendente conditione dabitur curator bonis ad vtilitatẽ filij. vt per totum. ff. de curatore bonis dando. Vel fortè ſecundùm tabul.hoc caſu non denegabitur, etiam pendente conditione,cùm hoc caſu ceſſet querela. Et hoc caſu communis ſuprà relata defendi poteſt.

*Cond. poteſta.hodie ĩ filij inſtitutione etiam ex parte nũquam reijcitur cõtra communẽ.*

Collige ergo ex ſuperioribus nouam doctrinam,vt ſi filius olim ſub conditione poteſtatiua,quæ in faciendo conſiſteret,eſſet ſcriptus, ceſſabat querela, quia ſibi imputabatur, ſi conditioni nolebat parere : ꝙ ſi ea conditio conſiſtebat in dando,adhucidem,ſi modò impleta cõditiõe integra adhuc manebat legitima: quòd ſi diminuta maneret, tunc olim querelam poſſet mouere. l.cùm quæritur. C. de inoffi. teſtamento. cum conc. Ergo hodie talis condi.non reijcitur per hanc.l.ſed ſi impleta cõditione legitima minuatur,ſupplebitur per.l.omnimodo ſuprà eod.titu.ſicq́; is caſus non pertinet ad.l. noſtram, per quam indiſtinctè poteſtatiua cond. non reijcitur vlla etiam ex parte.

*Mater poteſt uctare ne uſusfructus bo.quæ reliquit filio communi quæratur marito cum cõmuni contra alteram ferè communem.*

234 Deniq; dict.l.filius matrem.C. de inof.teſtam. videtur ꝓcedere, inſpecta ſui generalitate, etiã ſi mater nõ haberet legitimã cauſam malè ſuſpicandi de marito ſuo.bene facit.l.qa poterat.ff.ad Trebel.§.ſed neq;.Inſt.de aut.tuto.l.ſi emãcipatus.2.ff.de contra tab.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inof.teſtam. l.quia autẽ.§.1.& etiã in pr.ff. quæ in frau.cred. Vnde ſimiliter videtur inferri deciſio illiꝰ quæſtionis ſat cõtrouerſæ,an hodie mater poſsit prohibere,ne marito quæratur etiã quo ad legitimã vſusfructus hereditariarum rerũ ſuarũ,quas filio cõi reliquit,vt ſic ea prohibitio acquiſitionis teneat etiam in legitima. Qua in re gl.1.in auth.vt liceat matri & auiæ.in pr.tenet,ꝙ talis prohibitio etiã in legitima tenet.Et ſequitur Ange.ibi, dicens gl.eſſe ſingularẽ. Sequitur etiã Bal.in.l.filiæ cuius.col.fi.C.fam.her. Hãc op.ſequitur & dicit cõiter teneri Salice.in.fi.d.l. filijs. qui ſubdit ita tenuiſſe noſtros maiores.Sequitur etiã Paul.ſeq.turq́; Bal.ibi.in fi.de qbꝰ nõ meminit Roderic.Xuarez in loco ĩ.allegando.quod etiã ſeqtur Iaſ.n.151.in.l.cũ filio.ff.ďleg.1.



& ibi Paulus colum.5.ad fi.& etiam Cumanus, ſicq́ue iſta eſt communis opin. Mouentur omnes per tex. expreſſum in authenti. excipitur. C. de bonis quæ lib.

Sed contrarium tenent Bart. in dict. authent.excipitur.& idem Bart.in tract. de duob.fratri. & Rodericus Xuarez in l.quoniam in prioribus.fol.49.in prima limitatione. & Fulgoſius, & Paulus, & Corneus in dicta authent. excipitur. de quibus Rodericus vbi ſuprà non meminit.Et ipſe Rodericus ait ſe ita conſuluiſſe in quadã muliere nomine Maria Sanchez de Sorgollo, apud prouinciam de Vizcaya, & ita fuiſſe pronuntiatum in regia Cancellaria, licèt etiam pro prima opinione fuerit ſimiliter ſecundũ ipſum in alia cauſa pronũtiatũ. Quid tenendũ?

Tenentes hanc ſecundam partem quatuor principaliter ꝓ ſe adducũt.Primum,quòd legitima hodie nullum patitur onus.l. quoniam in prioribus. hoc titulo.Secundum,quòd per totum titulum de bon.quæ lib.& de bon.mater.C. licèt in bonis maternis & aduentitijs filius per legem habeat proprietatem, tamen negari non poteſt,quin patri acquiratur vſusfructus,atqui nemo poteſt facere,quin leges locum habeant.l. nemo poteſt.ff.de legat. primo.Tertium, quia text.in rubr.in dict.authen. vt liceat matri & auiæ.ait,vt liceat matri & auiæ poſt legitimam portionem liberis relictam quomodo voluerint reſiduam facultatem diſponere. Ergo quo ad legitimam non licet quomodo voluerint diſponere, neque de proprietate, nec de vſufructu.Quartum per text. in dict.authenti. vt liceat matri & auiæ. in princi.ibi,poſtquam reliquerint filijs partem quæ lege debetur, quod reliquum eſt ſuæ ſubſtãtiæ donare.Ergo vſque ad menſurã modumq́ue legitimæ nihil diſponere poſſunt. Quintum per dict.authen.in prin. in ratione decidendi, dum ait,hoc enim & extraneis relinquere poterant. Cùm enim mater filium inſtituit, prohibitionem ſiue alienationis,ſiue paternæ acqſitionis facere poterit liberrimè in eo, quod eſt vltra legitimam,legitimam autem attingere non poteſt.

Neque ad rem pertinet text.in authẽ. excipitur.ſuprà alleg. Nam reſp.Rodericus Xuarez vbi ſuprà,quòd procedit ex infideli traductione Irnerij. Vel(veriùs) ille text.loquitur ſimpliciter,vnde eſt intelligendus, quando extraneus filiumf. hæredem inſtituit ſub hac cõditione, ne vſusfructus patri acquireretur, vel ſub hoc modo, vel ordine, ne ei vſusfructus quęreretur. Id quod expreſſum ſimiliter eſt in dict.authen.vt liceat matri & auiæ.in princip.ibi,hoc itaque non ſolùm parentibus,ſed etiam omni perſonę licere præcipimus. Vnde apparet morſus Roderici vbi ſuprà aduerſus Irneriũ liuore, & calumnia plenos fuiſſe, nec enim meruit reprehendi.

Verùm licèt dict. authent. excipitur. in qua potiſsimè affirmatiua opinio, vt etiam quo ad legitimam acquiſitio vſus fructus poſsit prohiberi, fundatur,nõ ſatis ſufficienter probet noſtram concluſionem affirmatiuam, tamẽ eam auſim veriſsimã dicere, vnde apparebit & Rodericum Xuarez perperam conſuluiſſe, & peius per auditores pronuntiatũ fuiſſe. Nam quòd extraneꝰ poſsit filiumf.inſtituere ſub hac conditione, modo, vel ordine, vt vſusfructus nulla penitus ex parte patrif.quęreretur,id apud vtriuſq; partis authores certum,fixum,indubitatumq́ue ſemper fuit. vt probatur in dic. authent.excipitur.& in dict. authent.vt liceat matri & auiæ. in princi.& in.l.quidam cùm filium.ff.de hæred.inſtituend. Vnde apparet nihil obeſſe quod dicebamus,neminem poſſe facere ne leges locũ haberent in ſuo teſtamento. vt.l. nemo poteſt. ff. de legatis primo. quinimò per ipſas leges permiſſum eſt teſtatoribus vetare, ne vſusfructus patri acquiratur,cũ filiusf.

filiusf. hæres inſtituitur, & quod teſtatori extraneo licet, id etiam matri teſtanti debet licere, etiam quo ad legitimam filio debitam, cùm vetare, ne vſusfructus patri quæratur, id non ſit onus, ſed emolumentum, commodum, & prouiſio. vt probat dict. l. filijs. C. de inof. teſtamẽto. in qua fundatur dict. glo. Itaque licèt cõtraria opin. videretur probari ex duplici capite, primùm quia generaliter inductum eſt, vt in bonis ſiue maternis, ſiue aduentitijs vſusfructus patri quæratur, tamen cõtra iſtud principium iuris poteſt diſpenſari ex voluntate teſtantis, vt diximus. Non quoque obſt. ſecundum caput, ſcilicet q̃a de legitima omne onus deducitur. vt in dict. l. quoniam in prioribus. quia cõtra iſtud præceptum ſimiliter diſpenſatur, quando adiectio illa reſpicit ipſius filij vtilitatem. ſicq́ue ei prodeſt, tantum abeſt vt nocere videatur. vt probat dic. lex. filijs. & non ſolùm eſt cõmunis, ſed etiam receptiſsima opi. vt ſuprà retulimus. Non obſt. tertiò tex. in rubrica dict. authent. matri & auiæ. & etiã in nigro eiuſd. authent. in princip. Nam ſenſus re vera illius text. eſt, licere matri & auiæ legitima portione filio, vel nepoti relicta, reſiduum hæreditatis etiam extraneo dare: prohibere autem, ne id patrif. acquiratur quo ad proprietatem, & etiam quo ad vſumfructum, id eis generaliter licet, non ſolùm in eo quod eſt vltra legitimã, ſed etiam in ipſa legitima: quaſi dicat, extraneis concedere in præiudicium filij non licet niſi id tantùm, quod vltra legitimam eſt. In vtilitatem autem filij vetare, ne patri penitus quicquam etiam quo ad legitimam acquiratur, id matri teſtanti licitum eſt, vt pote ipſi filio fructuoſum, vtile, conducibile. Sicq́ue tantum abeſt vt text. ille contra nos vrgeat, quòd potiùs noſtram tuetur ſententiam, quæ etiam abſque illius tex. prẹſidio ex ſuperioribus ſatis fulcita eſt.

Hæc obtinent, quando mater filium

235 hæredem fecit ſub hac conditione, ſi emãciparetur à patre, vt ſic ei vſusfructus non quæreretur. Sed an poterit etiam efficere, vt licèt in patris poteſtate manſerit filius, adhuc ei vſusfructus non acquiratur? Et puto quòd ſic. per dic. auth. excipitur. & dict. authent. vt liceat matri & auiæ. in princip. Nam cùm ſimilis prohibitio efficax ſit cũ ſit ab extraneo, non eſt cur non ſimiliter efficax intelligatur, licèt fiat à matre, quanuis vtroq; caſu duret patria poteſtas, cùm & in alijs quinque caſibus pater deſinat acquirere vſumfructum maternorum, vel aduẽtitiorum bonorum, quos enumerat gl. in dict. pr. in authent. vt liceat matri & auię. licèt contrarium etiã in hoc teneant Bart. & Xuarez vbi ſuprà.

*Vſusfruct. ut patri quæratur per filium, mater uetare poteſt, licèt duret patria poteſtas, cõtra Barto. & Roder.*

236 Denique quo ad intellectum dict. l. filijs matrem. hoc titulo. in tex. ibi, emãcipati. ſunt qui putent, quòd conditio emancipationis appoſita in inſtitutione filij, de conſenſu ipſius reijci poteſt. Hãc concluſionem in ſpecie tenuit ſolus Bal. in authent. ex cauſa. num. 23. C. de liber. præt. quæ videtur vera ex ſequentibus.

*Conditio emancipationis non reijcitur q̃ cõſenſu filij ab eius inſtitutione, pro cõmuni cõtra Bald.*

Primò per text. in. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ff. de verborum obligati. vbi dilatio appoſita in fauorem alicuius, de conſenſu ipſius reijci poteſt, habebiturq́ue perinde, ac ſi appoſita non eſſet: ſed conditio emancipationis appoſita in filij inſtitutione reſpicit vtilitatem ipſius, ne hæreditas illa patri ſuo quæratur, eiusq́ue emolumento ipſe filius fraudetur: ergo dicendum eſt talem conditionem de conſenſu ipſius filij, cuius fauore appoſita fuit, reijci poſſe. Et hanc vtilitatẽ conſiderant communiter in dict. l. filijs matrem. ſcribentes, dum tenent ferè omnes hanc conditionẽ ipſo iure reijciendam nõ eſſe de legitima filiorum, etiam ſtante. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtam. & in dicta. l. quoniam in prioribus. prima limitatione. Ita docet Roderi. Xuarez, & eſt communis opin.





vt per nos infrà limitatione prima.

Deinde in fauorem huius concluſionis facit optimè text. in. l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. vbi qui poſt mortem ſuam hæreditatem reſtituere iuſſus fuit, is eandem hæreditatem ante mortem reſtituere poteſt, vt conditio, ſeu dilatio tacitam conditionem in ſe habens, quæ fauorem ipſius rogati reſpiciebat, & de cõſenſu & voluntate ipſius reijci poſsit, haberiq́ue perinde ac ſi appoſita non eſſet. Quòd autem in dict. l. ſi poſt mortem. is qui poſt mortem ſuam reſtituere iuſſus eſt ſub conditione etiam caſuali videatur rogatus, probat text. ordinarius in. l. hæres meus. ff. de conditio. & demonſtr. text. ſingularis in. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. eodem. Vnde cùm in dict. l. ſi poſt mortem. rogatus fuiſſet quis, vt ſub conditione hac caſuali reſtitueret fidei. ſi ſuperſtes fideicommiſſarius foret ipſi rogato, patre mortuo, is rogatus neglecta illa conditione poſſet ſtatim reſtituere ea ratione, quòd talis conditio ad prouiſionem, & vtilitatem ipſius rogati pertinebat. Supereſt ergo, vt in ſpecie noſtra is filius, qui ſub conditione, quæ tantùm commodum, & vtilitatem eius ſpectabat, inſtitutus fuit, eandem conditionem poſsit negligere. Isq́; tex. de quo nullum ſcribentium vnquam meminit, in propoſito re vera decidit quẹſtionem noſtram.

Tertiò & in fauorem huius concluſionis eſt text. in. l. ſi Titio cẽtum. in principio. 1. reſponſo. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. vbi prohibitio alienationis, quæ ſolius prohibiti vtilitatem reſpicit, poteſt negligi, neque obſeruãda eſt. Cuius rei ratio eſt ea, quòd magis conſilij, quàm præcepti poteſtatem habere videtur, & conſequenter de neceſsitate obſeruanda non eſt. l. cùm pater. §. mando. de legat. 2. ff. quod in ſpecie probat text. in. l. filiusfamiliàs. §. diui. de lega. 1. l. pater filium. §. Iulius Agrippa. ff. de legat. 3. Niſi fortè is prohibitus minor ætate eſſet prodigus, vel aliâs minus induſtrioſus, qui non poſſet nõ parere voluntati teſtatoris, etiam ſi ſolius prohibiti commodum reſpiceret. vt probat tex. ſingularis in dict. l. Titio cẽtum. in principio. in ſecundo reſponſo. & text. ſecundùm verum intellectum in. l. 2. C. de vſucapio. pro emp. Cuius rei ratio eſt, quòd licèt maiores poſsint re ſua abuti. vt in. l. iure mandata. C. mand. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. poſsintq́; iuri ſuo renuntiare, atque prẹiudicium facere. vt in. l. penult. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſcopis & clericis. attamen minores, cæteriq́; minus induſtrioſi, quales ſunt prodigi, & ſimiles his non poſſunt rebus ſuis abuti, iuribusq́; ſuis præiudicium facere, vt patet per omnes titulos reſtitutionum. Cùm ergo is qui prohibitus eſt alienare, quæ prohibitio ſolius prohibiti vtilitatem reſpiciebat, poſsit eam negligere, eiq́ue renuntiare: ita in ſpecie noſtra is filius huic cõditioni emancipationis, quæ eius vtilitatem reſpicit, renuntiare poterit, non ſecùs, quàm in cæteris iuris ſpeciebus, iuribus, vtilitatibusq́ue ſuis prẹiudicium facere poteſt.

Quartò & in fauorẽ huius concluſionis facit tex. in. l. 1. & in. l. cùm proponas. C. de pact. & in. l. fideicommiſſo. C. q̃ trãſactio. & in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. in quibus iuribus habetur, fideicommiſſum reciprocum appoſitũ in inſtitutione filiorum q̃. communi eorum volũtate reijci poſſe: idq́ue ea ratione receptum eſt, quòd tale fideicommiſſum ad commodum ipſorum principaliter pertineret, non ad incommodum. vt probat text. in. l. ſi pater puellæ. C. de inof. teſtamen. in verbo, calumnioſam inofficioſi actionem. & iterum in verbo, aduerſus iuſtum iudiciũ. Quemadmodum ergo id fideicommiſſum, quod duorum pluriúmve vtilitatẽ

reſpiciebat, de communi eorundem cõſenſu reijci poteſt: ita quoq; in ſpecie noſtra hæc conditio emancipationis, quæ ſolius filij vtilitatem reſpiciebat, de voluntate ipſius ſolius reijci poteſt. Vnde infertur plena reſolutio ſeu confutatio eius rationis, in qua iacet fundamentum eorum, qui communem defendũt: aiunt enim, quòd iſta conditio emancipationis reſpicit ſolam vtilitatem ipſius filij, ergo, inquiunt, reijci nõ poteſt. Quę ratio apertè cõtrouerti põt: quinimò dicendum eſt ideo potiſsimùm de voluntate ipſius filij reijci poſſe, quòd eius ſolius vtilitatem reſpiciat: ſi enim ad alterius quoque vtilitatem pertineret, tunc de voluntate ipſius filij miſſa fieri non poſſet, ex regula, quæ habet, Vnumquéque iuribus ſuis nõ alienis præiudicium facere poſſe. Item ex regula quæ habet, Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debere. Itaque non bene deducitur, Hæc conditio emancipationis reſpicit ſolius filij vtilitatem, ergo de voluntate ipſius reijci non poteſt. Quinimò oppoſitum planè dicendum eſt, non ſecùs, quàm in dicta. l. prima. cum concordantibus. fideicommiſſum reciprocum appoſitum in inſtitutione filiorum de conſenſu ipſorum ideo reijcitur, quòd ad eorum duntaxat vtilitatem pertineat, vt ſuprà probatum eſt. Itaque deceptio doctorum inde effluxiſſe videtur, quòd rectè ſequitur, Conditio emancipationis reſpicit vtilitatem filij, ergo non reijcitur ipſo iure per legẽ. quoniã in prioribus. quæ filio conſultum voluit, attamen reijci poteſt per ipſum filium. Itaq; quæ ratio ſuadet talem conditionem vt pote filio vtilem & fructuoſam ipſo iure reijciendam non eſſe, eadem quoque ratio coget nos fateri per ipſum filium omitti poſſe.

Quintò eadem quoque pars probatur tali conſideratione. Nam licèt diſpoſitio quæ fit in vim pręcepti obliget nos, vt in. l. legis virtus. cum vulgatis. ff. de legibus. ea tamẽ diſpoſitio quæ fit in vim conſilij, qualis eſt huiuſmodi conditio emancipationis, de qua in ſpecie noſtra, non obligat, quinimo impunè negligi, & omitti poteſt. textus in. §. tua tantùm gratia. Inſtitut. de manda. & in. l. cùm pater. §. mando. de legatis ſecundo. in huiuſque rationis vi conſiſtit diſpoſitio legis. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis primo. cum ſimilibus ſuprà adductis.

Poſtremò & noſtra pars ſuadetur tali conſideratione. Nam quæ inducta ad vnum effectum, non debent operari cõtrarium effectum: ſed conditio, de qua in ſpecie noſtra, ex cõfeſsione omnium pertinet ad ſolius filij vtilitatem, quæ vtilitas controuerſa eſſe videtur, ſi ipſi cõditioni filius renuntiare non poſſet; ergo intentum. Quòd autem inducta ad vnum effectum non debeant operari contrarium, probat tex. ordinarius in. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. vbi latè per Iaſo. cęteroſq; modernos. & in. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. tex. notabilis in. l. tertia. §. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſsio. contra tabulas. facit. l. non omnes. ff. ſi certum petatur. Item quòd vtile eſſe nõ videtur, id quod quis de voluntate ſua prætermittere non poteſt, probat textus in. §. præterea. vbi multa congerunt moderni. Inſtitut. de actionibus. Vnde confeſsio doctorum hanc cõditionem ad ſolius filij vtilitatem pertinere rectè exiſtimantium, eadem coget nos fateri ab ipſo filio huiuſmodi conditionem prætermitti poſſe. Et tenendo hanc partem, parum obeſt fundamentum exiſtimantium hanc conditionem reijci non poſſe, quales ſunt Alexand. in l. multi non notę cauſa. columna fina. ff. de liberis & poſthumis. & Iaſo. ibi num. ſexto. idem Iaſ. in. l. filijs matrem. in principio. C. de inofficioſo teſtamento. & Car. qui poſt aliquos antiquos quos refert idẽ ſimpliciter ſequitur in. l. in ſuis. num.



nu. 83. ff. de liber. & poſth. idem ſequitur Xuarez. in. l. quoniã in prioribus. in prima limitatione. foli. 47. columna tertia. nam ratio, qua mouetur, planè noſtram firmat ſententiam, vt diximus in quarto fundamento, tantum abeſt vt obeſſe videatur. &c.

Denique communis opinio tenenda eſt contra Bald. per text. in. l. ſuus quoq;. in princip. &. §. puto. cum. l. ſequen. ff. de hæredibus inſtitut. & in. l. iam dubitari. & in. l. Cornelius. eodem titulo. l. verba hęc. & l. fin. ff. de condition. inſtituend. l. conditionibus pupillus. ff. de conditio. & dem. l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſtit. in quibus iuribus habetur filiũ ſub cõditione poteſtatiua inſtitui poſſe, licèt in defectũ eius nõ ſit exhæredatus, nec poſſe patris hæreditatẽ cõſequi, niſi per prius impleat cõditionẽ: & tamen nullus dixerit, ꝙ in terminis illarũ legum ſi illa condi. poteſtatiua reſpiceret ipſius filij vtilitatem, poſſet prætermitti: nam præterea quòd per hoc violaretur generalitas illarum legum, eſt in ſpecie cõtra dictam. l. Cornelius. & dict. l. verba hæc. & dict. l. iam dubitari. vbi filius fuit ſub hac cõditione, ſi velit, inſtitutus. quæ condi. nullus negarit, quin filij vtilitatem reſpiciat, aut ſaltem nullus abnegabit, quin euidẽtiorem filij vtilitatem reſpiciat, quàm hæc conditio emancipationis, & tamen filius non aliter hæres erit, q̃ ſi per prius illa conditio impleatur, vnde filius interim decedens non tranſmittit, quod magnum incommodũ reputatur. vt tenent Paulus in. l. ſuus quoque. in princip. vbi Bal. & alij. ff. de hæredibus inſtituendis. Sic ergo & in propoſito hęc cond. emancipationis licèt filij vtilitatem continere 237
videretur, tamen implẽda eſſet ex neceſſitate. Confirma per. l. ſi ita legatũ. §. illi ſi volet. ff. de legat. 1. vbi ſimiliter illa cõditio, ſi volet, vtcunq; in vtilitatẽ legatarij adiecta videatur, tamen facit legatũ conditionale, impeditq; vtilitatem trãſmiſſionis. Tenendo hanc partem, tunc ad iura in contrarium adducta reſpõ. quòd procedunt in oneribus, vel modis, & ſimilibus, quæ veniunt implenda poſt relicti acquiſitionẽ, quæ ſi in fauorem ſolius onerati impoſita ſint, tunc per eum poſſunt prætermitti, & datur ei retentio acquiſitorum: ſecùs in conditionibus, quæ impediunt acquiſitionem ante ipſarum implement. vt in. §. ſin autẽ aliquid ſub conditione. C. de caducis tollend. & in. l. quibus diebus. §. Termilius. vbi Bar. Paulus, Socin. & alij. ff. de conditionibus & demõſtratio. Præterea quòd conditio emancipationis reſpiciat ſolius filij vtilitatem, id omnino negandũ eſt. per text. in. l. ſi quis in ſuo. §. legis. infrà hoc titul. ibi, & patris odiũ punire. vbi apparet, ꝙ talis conditio ſæpe apponitur, non tam vt mater filio prodeſſet, quàm vt patri obeſſet. Et ſic cõtra Bal. tenet etiam Iaſo in. d. l. filijs matrẽ. col. 1. & Alex. in. l. multi nõ notę. ff. de lib. & poſt. & vi. Bal. in. d. l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. & Fabr. in. d. l. quoniã in prio. Aret. cõſ. 19. Ex facto proponitur. Deniq;. d. l. filijs matrem. in matre tantũ procedit, non ſic eſſet in patre iure iſto: quia hæc conditio cùm pẽdeat non ſolùm ex voluntate filij, ſed etiam ex voluntate patris, non poteſt dici poteſtatiua, ſed mixta. vt in. l. prima. C. de inſtituti. & ſubſtitutio. cum ibi notatis. & in. l. legatum. C. de conditio. inſertis. & conſequenter teſtament. non valeret, in quo filiusfamiliâs à patre ſub conditione mixta inſtitutus eſſet, in cuius defectum non eſſet exhæredatus. vt in. l. ſi pater. C. de inſtitutionibus & ſubſtitut. & l. filius à patre. in princip. ff. de liberis & poſthum. Quòd autem in dict. l. filijs. mixta conditio eſſet, patet, quia filius inuitus emancipari à patre non poteſt. Bartol. per text. ibi in. l. quidam cùm filium. num. tertio. vbi Iaſ. num. decimotertio. ff. de verborum obligationibus. l. iubemus. in fine. C. de emancipatio. liberorũ.

*Emancipatio non fit ab inuito, nec confertur in inuitum, cum communi.*

textus in authenti. quibus mod. natur. effi.ſui.§.generaliter. Similiter pater non compellitur filium emancipare. vt probatur in dict. l. filijs. & in. l. nec auus. C. de emancipatio. liberor. & in. l. filiusfamilias.§.ſecundùm vulgarem.ff. de legatis primo. tenet gloſſ. & doctores communiter in dict.l.filijs. Bartolus, & Iaſo vbi ſuprà.

*Conditio emãcipationis non eſt poteſtatiua cõtra Iaſo.*

238 Hinc infero grauiter erraſſe Iaſo.in dicta.l.filijs. qui in numer.ſecundo.tenuit expreſsim ibidem eſſe conditionem poteſtatiuam, cuius contrarium probatum vides.

*Mater hodie poteſt filium ſub conditione, ſi emãcipetur à patre, hæredẽ facere, cõtra Baldum, & Paul. cum communi.*

239 Illud autem controuerſum eſt, an hodie dict. l. filijs matrem. locum habeat. Nam cùm proprietas maternorum bonorum hodie patri non acquiratur. vt per totum. C. de bonis maternis. & vſus fructus acquiſitio eorum bonorum, quę regulariter patri acquiritur, poſsit prohiberi per matrem, certè videtur, quòd dicta. l. filijs. neceſſaria non ſit. vt in authent. excipitur. C. de bonis quæ liberis. & ita tenet Baldus in dict.l. filijs. & Pau. in.l.ſi quis in ſuo.§.legis.infrà hoc titulo. Sed in cõtrariũ eſt vera & communis opinio, vt proximè dicemus circa intellectum legis noſtræ. & in ſpecie tenent Iaſo in dicta. l. filijs. columna ſecunda. & Paulus & Alexand. in. l. cùm ex filio. in princip.ff.de vulgar. Bartolus, & Salicetus in dicta authen. excipitur. Ad quam potes reſpondere, quòd licèt illud videatur ſufficiens remedium, tamen expedit nobis habere plura remedia, præſertim cùm magis radicitùs ſeparetur filius à patre per emancipationem, quàm per talem prohibitionem, id quod ipſi filio vtilius eſt, ſi re vera pater malè morigeratus erat.

Illud autem dubium eſt, an dict.l. filijs matrem. procedat etiam in patre, qui ſub conditione ſimili quę mixta eſt, & filij vtilitatem reſpiceret, eum inſtituere poſsit? Qua in re Aretinus in.l. teſtamenti. C. de inofficioſo teſtamento. tenet quòd ſic, etiam iure digeſtorum.

*Pater ſub conditione mixta filiũ inſtituere nõ poterat iure. ff. licèt illa conditio filij utilitatẽ reſpiceret, cũ cõmuni cõtra Areti.*

240 Contrarium tenent Baldus, & Paul. columna finali, in fine. & Iaſo columna ſecunda in medio. in dic.l. filijs matrem. Cuius controuerſiæ vera compoſitio eſt, quòd iure digeſtorum non poterat filiusfamil. ſub mixta conditione à patre inſtitui, licèt eius vtilitatem reſpiceret. l. ſi pater. C. de inſtitutio. l. filius à patre. ff. de liberis, & poſthumis. Iure autem Codicis vt filius potuit ex toto præteriri aliquo ſibi relicto, longè faciliùs potuit ſub quauis conditione inſtitui. Iſta eſt vera & communis opinio. per legem noſtram. & dictam. l. omnimodo. etiam ſi in defectum illius conditionis non fuiſſet exhæredatus. vt reſoluimus ſuprà ampliatione prima. iure verò authenticorum poteſt. §. aliud quoque. in authentic. vt cùm de appellatione cog.

*Cõditionulla hodie uitiat filij inſtitutionem cum communi.*

241 Similiter potuit ſub quauis conditione inſtitui, licèt in defectum ipſius exhæredatus non eſſet. Ita tenet Iaſo. columna ſecunda. poſt alios in dict. l. filijs. Bartol. in dict. l. cùm ex filio. in princip. ff. de vulgar. Baldus in authentic. ex cauſa. C. de liberis præt. columna ſeptima. Angelus, Alexand. Iaſo, & alij in lege. multi. ff. de liberis & poſthumis. Guilielmus, & Alexand. in authenti. non licèt. C. de liber. præter. Iaſo. in.l.ſi pater. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. numero decimotertio. vbi Corne. columna ſexta. Alexander numero duodecimo. & numer. decimoquinto. & numero decimoſexto. Rodericus Xuarez hîc folio octauo. columna ſecunda. Iaſo in.l. filius à patre. ſuprà allegata. numero octauo. Paulus, & Iaſo numer. quarto. in. l. ſi mater. in princip. ff. de vulga. vbi hanc dicit communem.

*Intell. l. multi. ff. de lib. & poſthu. l. Seius Satur. ff. ad Trebellia.*

242 Tenendo hanc partem, ad.l.ſi emancipatus.2.ff. de contra tabul. legẽ. Seius Saturninus. ff. ad Trebellianum. dict. l. ſi mater. in princip. dict. l. multi. & dict. l. cùm ex filio. in princip. reſponde, quòd procedũt



procedũt in filio emancipato. Itẽ procedunt in filio reſpectu matris. Item & tertiò etiam in filiofamiliâs reſpectu patris, dummodo ſit exhæredatus. Nam cùm exhæredatio ſemel firmet teſtamẽtum, tunc ſi exhæredatus moueat querelam, repellitur ea exceptione, ꝙ exhæredatio bona mente, & in ſuam vtilitatem facta fuit. Non ſic ſi præteritus eſſet à patre, etiam bona mente, quia adhuc teſtamentum nullum eſſet: itaque bona mens firmam reddit, vtilemq́ue exhęredationem, præteritionem verò minimè. Sicq́; iure digeſtorum veriſsima erat opinio Iaſo. & aliorum contra Aretin. vbi ſuprà. Vnde collige neceſſariam doctrinam, vt olim neque præteritio, neque conditionalis inſtitutio facta, etiam bona mente, firmum redderet teſtamentum non magis, quàm ſi mala mente fieret. Secùs in exhęredatione, in qua ad excluſionem querelę fiebat diſtinctio, fieret ne bona, an mala mente.

*Legitima an ſub conditione, ſi uelit, relinqui poßit, contra cõmunem.*

243 Amplia. decimoſeptimo vt reijciatur per hanc legem etiam conditio poteſtatiua facillima, qualis eſt illa condi. ſi voluerit. Hęc eſt communis opinio, quam tenuerunt Imola in.l.final. columna decima. ff. de conditio. inſtitu. & Bald. hîc. & Paulus in dict.l.ſuus quoq;. in princip. columna ſecunda. Salicetus & Paul. hîc. Alexander in dict.l.ſi pater. C. de inſtitutio. & ſubſtitution. columna octaua. in princip. Corn. columna tertia. & ibi Angel. Baldus in dict.l.ſuus quoq;. in princip. & eſt de mente gloſſ. ibi. in verb. conſtat. ſenſit gloſſ. magna. in fine. in dict.l. ſi pater. vbi Iaſo. num. vigeſimo. & idem Iaſo. hîc. Imol. in.l. Cornelius. & in.l. iam dubitari. ff. de hæredibus inſtituend. & Aretinus hîc. Rodericus Xuarez hîc in quinta ampliatione. Gregorius Lupus in.l. vndecima. titulo quarto. part. ſexta. in gloſ. que es en poder. per dictam. l. vndecimã. & .l. nonã. eodem titulo. l. 17. titulo primo. part. ſexta.

Contrarium tenuit Bartol. in dicta.l. ſuus quoq;. qui nullum fundamentum allegauit, vel nullum fundamenum habuit ſecundùm Rodericum Xuarez vbi ſuprà. qui ſatis os durum habuit aduerſus virum egregiũ, & in noſtra diſciplina nulli ſecundum.

Sed cùm ſuprà oſtẽderimus noſtram legem & ſimiles nõ procedere in omnibus oneribus, ſed in illis duntaxat, per quorum appoſitionem olim teſtament. vel in ſui creatiõe vitiabatur, vel ex poſt facto reſolutionis periculum per querelam, vel contra tabul. bon. poſ. vel aliud remedium imminebat: cùmq́; docuerimus per appoſitionem conditionis huius, ſi voluerit, teſtament. olim non periclitari, neq; in ſui creatione & primordio nec quo ad ſui reſolutionem. vt in.l. Cornelius. & in.l. iam dubitari. ff. de hære. inſtitu. in.l. verba hæc. & in.l. fina. ff. de cõditio. inſtit. ſupereſt, vt is caſus ad legem noſtram non pertineat, neq; talis conditio hodie reijciatur, non magis, quàm iure veteri. vt latiùs docuimus in dicta.l. ſi pater puellæ. & in dict.l. omnimodo. ſuprà eod. vnde Rodericus Xuarez ſat fundamentorum poſſet haurire, Bartolũq́;, cuius ſententiam tuemur, inculpatum agnoſcere.

*Legitima etiam illius qui ultra cã recepit, nõ patitur onus, cũ cõmuni opin.*

244 Amplia. 18. vt procedat, etiam ſi filius eſſet inſtitut⁹, vel aliter honoratus in maiore portione quàm legitima ſub aliqua conditione, vel onere, nã adhuc onus ex toto reijcitur de legitima, nec tenetur filius compenſare id, quod vltra legitimã ſibi relictum fuit cũ onere, quod tam legitimam, quàm id quod erat vltra legitimam reſpiciebat. Ita probat tex. vnicus in.l. ſcimus.§. cùm autem. infrà eod. facit text. in.l. ſi libertus patrono. ff. de bon. li-
245 ber. Quod in longè fortioribus terminis probat textus in. l. vndecima. incipit. Libremente. titulo quarto. partit. ſexta. Et ita per illum textum tenent omnes doctores hîc. Baldus in dicta. l. ſcimus. in prin

*L. 11. tit. 4. part. 6.*

in princip.& Paulus in.l. final. ff.de con
di.inſtit.

Sed tamen de iure communi in eo,
quod filio relictum fuit vltra legitimam
indubitanter poteſt imponi omne gra-
uamen. vt ait textus in dicto.§. cùm au-
tem. licèt aliud ſit de iure regio.vt in di-
cta.l. vndecima. Et quòd in eo,quod eſt
vltra legitimam, apponi poſsit graua-
men, eſt adeò verum, vt etiam ſi filiafa.
dotem à patre ceperit,pater poſsit in te-
ſtamento onus fideicommiſſ. filiæ, ſeu
doti à filia receptę imponere. vt eſt tex-
tus notab.in.l.final.§.filiæ.ff.de legatis ſe
cundo. Ita docet Rodericus Xuarez
hîc in ſexta,& iterum in duodecima am
pliatione.Videbatur cōtrà, quia ex cau-
ſa dotis valet donatio inter patrem & fi-
liamfam. l. Pomponius Philadelphus.
ff.famil.herciſcund.& in eo,quod ſemel
perfectè exiuit à patrimonio noſtro, nō
poſſumus onus imponere.l. perfecta.C.
de donation. quæ ſub mod. Sed ratio
decidendi eſt, quia dos imputatur filiæ-
fam. in legitimam. lege. quoniam no-
uella.hoc titulo.facit.l.omnimodo.§.im
putari. ſuprà eodem. vbi latè diximus.
ſicque talis dos habetur perinde ac ſi ex
vltima voluntate caperetur.argumen.l.
à patre.C. de collatio.iuncta dict.l.quo-
niam nouella.vnde vt ſi in vltima volū-
tate relicta foret, poſſet grauari, ita & ſi
inter viuos.Præterea dos ita à patre pro-
ficiſcitur, vt ad eum reuerſura intelliga-
tur, ſaltem ex parte, cùm actio ſit com-
munis patri & filiæ. vt. ff. ſoluto matri-
monio.l.quoties.cum alijs. Nec perfe-
ctè à nobis abſceſsiſſe videtur, quod ad
nos reuerſurum eſt: vnde vt ſi in bonis
noſtris perſeueraſſet, poſſemus onus im
ponere ei, cui id conceſsiſſemus, ita.
&c.

246 Sed tu multùm ſignanter adde ad le-
gem finalem. §. filiæ. de legatis ſecundo.
quod Bartolus,Imol.Paulus,Cumanus,
Baldus Dinus, Albericus. ibi tenent pro
conſtanti, quòd fideicommiſſ. ibi non
tenuit quo ad legitimam, ſed quate-
nus erat in dote vltra legitimam,id per
fideicommiſſ. foret reſtituendum, non
vltrà, de eoque tantùm dubitant. Sed
quo ad primum,quod ponunt pro con-
ſtanti, teneo oppo. quia vitiat literam,
mentemque illius textus,qui ſimplici-
ter in tenore teſtamenti ait, iuſſam fuiſ-
ſe filiam vniuerſam dotem pati, vt ſti-
pularentur fratres, & in deciſione ait
dotem ex cauſa fideicommiſsi reſti-
tuendam. Ad legē. quoniam in priori-
bus.reſpon. id verum de iure nouo, ſed
iure. ff. grauamen poterat imponi legi-
timæ, nec reijciebatur ipſo iure, ſed de-
mum per querelam.l.filijs matrem.&.l.
ſi pater puellæ. à contrario ſenſu. de in-
officioſo teſtamento.Teneo ergo,quòd
tempore textus illius & in eius terminis
mero iure vſque ad totam legitimam
tenuit grauamen. Nec obſtat quòd dos
ſit in dominio mulieris. l. Pomponius
Philadelphus.ff. famil. herciſcun. quod
mouit Xuarez. vbi ſuprà. & omnes do-
ctores ibi.Nam reſpond.quòd licèt per-
fecta donatio non recipiat modificatio-
nem,vel limitationē.l. perfecta.C. de do
natio.quæ ſub mo.tamen datio dotis li-
cèt per eam trāſeat dominium in filiam,
non eſt perfecta donatio, cùm profici-
ſcatur ex neceſsitate. l. final. C. de dotis
promiſsione. in neceſsitatibus autem
donatio non præſumatur.lege.rem lega
tam. de adimendis legatis. ff. qua ratio-
ne licèt perfecta & ſimplex donatio fa-
cta filio non imputetur in legitimam,
tamen ſecùs eſt in dote. l. quoniam no-
uella. C. de inofficioſ. iuncta doctrina
Bartoli in. l. in quartam. numero deci-
mo.ff.ad legem falcidiam.Quæ ratio li-
cèt noua, tamen vrget, & dat intellige-
re,quare etiam in eo quod eſt vltra legi-
timam fideicommiſ.teneat in dote,licèt
ad mulierem pertineret.

*Legitima patiebatur iure.ff.grauamen,nec reijciebatur ipſo iure contra cōmunem.*

Item valuiſſe teſtamē. in quo filia fuit
præteri-



præterita à patre, & dotis dationem ex
cluſiſſe querelam, vide per Acoſtam
pagin.nonageſimaquinta.in dict.l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantùm.ibi,ergo filia fuit
præterita. niſi diuines, hoc primò.Fidei
commiſſum tenuit etiam infrà legitimā,
hoc ſecūdò.Et vltra legitimā, hoc tertiò.
Sed opp. ſi dotem ex neceſsitate dedit,
perq́; hoc liberalitatē feciſſe nō videtur,
ergo in dote, quā filia non à patre, ſed à
lege habere videtur, non pōt pater appo
nere onus.argum.l. ſi arrogator.ff. de a-
doptio.l. vnum ex familia.§.primo.de le
gatis ſecundo.ff.Reſp.Eſt intentio legis,
vti dos præſtetur iuxta menſuram legi-
timæ, quæ filiæ deberetur. Hinc dicit
Bartol.in.l. Titio centum.§. Titio gene-
ro.columna penultima. in fine.ff.de con
ditionibus & demonſtrat.dotem ſucce-
dere loco legitimæ, quo fit, vt dos qua-
tenus excedit legitimam,id à patris libe-
ralitate,non à lege profectum videatur,
& per hoc in eo poſsit grauamen appo-
nere.argumento.l.cohæredi.§.cùm filię.
de vulg.ff. Sed opp.quòd id verum,ſi in
vltima voluntate relinqueretur, verùm
ſi inter viuos, tunc onus,quod initio ap
poſitum non fuit, poſtea in teſtamen-
to apponi non poteſt. dicta lege. perfe-
cta. & in eo videretur ſimplex donatio.
Sol. Quāta futura ſit legitima filię meæ,
cui dotem inter viuos tradebam, ante
mortem meam intelligere(cùm ſit quar
ta bonorum,quæ relinquuntur tempo-
re mortis.l.cùm quæritur.C.de inofficio
ſo teſtamento. patrimoniumque quo-
tidie ſoleat augeri & diminui. l. defun-
ctus. C.arbit.tutor.)nō potui,quo fit,vt
ſi plus legitima dotis nomine dedi, non
id tam donandi, quàm recuperandi ani
mo dediſſe videar, vnde potero in teſta-
mento meo dicere,Si quid dos vltra legi
timam continere reperiatur, id reſtitua-
tur.

Vides ergo quare valeat, teneatque
onus impoſitum legitimæ, & etiam in
eo,quod eſt vltra legitimam. Nam non
ſolùm dos pro concurrente quantitate
legitimæ, ſed etiam in eo, quod eſt vltra
legitimam, ex neceſsitate profectum,
non autem animo donandi videtur: &
cùm ad patrem ſaltem ex parte ſoluto
matrimonio, & ad eius hæredes reuerſu
rum ſit,ſupereſt, vt illud poſsit alteri per
fideicommiſſ. relinquere, non ſecùs,
quàm ſi eſſet in bonis ſuis.Quemadmo-
dum & quod mihi à debitoribus meis
debetur,poſſum legare.vt Inſtitut.de le-
gat.§.ex diuerſo. &.l. ſi ſic.§.primo.cum
ſequen.ff.de legatis primo.l.ſi creditori.
eodem titul.

Quòd autem etiam legitima libero-
rum olim pateretur omne grauamen,
habes text. clarum in.l. vxori.ff. de vſu-
fructu legato. l. omniū. ff.de vſufructu.
textus in authentic. de triente & ſemi.
§.prohibemus.ibi,legalem occaſionem.
l.ſi pater puellæ. &.l.filijs matrem.ſuprà
eodem. & vtrobique per Paulum.Pau-
lus etiam & Salicetus hîc. l. de fideicom
miſſo.C. de tranſactio.l.prima.&.l.cùm
proponas.C. de pact.l.qui Romæ.§.duo
fratres.ff. de verborum obligationibus.
l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſ.l.ge
neraliter.§. cùm autem. &. l. ſecunda,&
tertia.C.de inſtitut. & ſubſtitu.l. cùm a-
uus.ff. de conditio. & demonſtrat. & in
onere vſusfructus adempti tenent indif
ferenter omnes doctores poſt gloſſ.ibi
in authē. nouiſsima. vbi diximus ſuprà
eodem. Vnde nimis pueriliter mihi vi-
ſus eſt Roderic[9] Xuarez in hac lege.am-
pliatione ſexta.dict.§.filię.mirabilem ap
pellaſſe,cùm procedat & nitatur in expe
ditiſsimis iuris elementis.Sicq́; tenendū
eſt,quòd iure.ff.legitima onus fideicom
miſ.patiebatur, licèt propter illud onus
ex poſt facto poſſet competere que-
rela, ſi præſtito fideicommiſſ. legitima
diminuta manebat. vt in. l. cùm quæ-
ritur. ſuprà eodem. §. finali. Inſtitut. eo-
dem.lege.Papinianus. §. quarta autem.

&.§. quoniam autem. eodem titul.adde Iaſo.in.l.ſi fundum per fideicom. aliàs ſi Titio pecunia. §. ſicuti. columna tertia. ff.de legatis primo.

247 Illud auté iuxta ſuperiora notandum eſt,quod eſt certi iuris, ꝙ pater filiũ, cui inofficioſè donauit,poteſt grauare onere fideicommiſsi.tex.eſt,quem ibi notãt & ſummant doctor.in.l. Titia Seio.§.fina.ff.de legat.2.& per illum tex.confunditur opinio illorũ, qui dicũt, quòd pater nõ poteſt reuocare donationem inofficioſam à ſe factam.Quia contra illos eſt text. expreſſus ibi in contrarium. & ita ibi allegat eum Bart.quòd licèt quis non poſsit contra pactum ſuum venire, quia illud eſt verum, quando donatio valuit omnino, ſed hæc poterat aliquo modo reuocari.Fateor tamen dict.Bart. quòd ſola reuocatio defuncti non ſufficeret, ſed voluntas teſtatoris iũcta cum volũtate legis bene inducit reuocationẽ. Hæc Bart. cum quo concordant Bald.& Salicet.in.l.ſi totas.C.de inofficio.dona. & tenuerunt Guiliel. & alij doctor.antiqui. Alij autem numero & qualitate impares tenuerũt, quòd valuit donatio, & quòd eſt opus querela ad reuocandum.Contra quos eſt ille text.expreſſus in dicto.§.Lucius. vbi non opus eſt querela, & pater poteſt reuocare,& apponere grauamẽ in rebus donatis.Et pro hac parte eſt text.notabilis, quem à nemine didici in dict.l. cùm res mea non poſsit mihi legari,vel donari: ſi tamen poteſt à me auocari per querelam inofficioſę donationis, valet donatio, & relictum. Ecce text.qui probat duo:quòd non eſt opus querela ad reuocandam inofficioſam donationem: & quòd illa ipſo iure reuocatur accedente voluntate tacita, vel expreſſa eius, qui poterat reuocare.

*Grauamen imponi an poßit dationi inter uiuos,cũ Bartol.*

248 Addo ego etiam alium text.qui aufert omnem dubitationem in deciſionibus legis de Toro.l.17.&.l.26.incipi. Si el padre o la madre.qui dicit in fine,quòd donatio inofficioſa in eo, quod excedit, ꝙ poteſt donari, nõ valet.ibi, e no en mas, & ꝑ dicta verba inducitur ipſo iure nullitas in donatiõe inofficioſa in eo, quod excedit legitimam : quia verbum, non valet,hoc importat.Barto.& docto.in.l. ſi quis in tantam.C.vnde vi.&in authẽt. qui ſemel. quomodo, & quando iu.l.ſi quid.& ibi Bartolus.C.de cano.frumen. libr.11.Et ſi dicatur,quòd pater,qui fecit donationem,non poteſt contra eam venire.Replicatur, quòd pater fecit actum improbatum à iure per dictam legem đ Toro. & tunc poteſt quis cõtra factum ſuum venire.Bartol.Bald.& doctor.in.l. poſt mortem.ff.de adoptio. Et ex hoc dicit Alexand.in dict.l.poſt mortem. in apoſti.Barto. quòd poteſt quis venire cõtra donationem non inſinuatam.& allegat Frederic.de Senis.in conſil. Quődã.

*L.17.&.l.26. Tauri. not.*

Redeundo ad propoſitum,nobis magis, ſed & probabilius, æquius, humaniuſque videtur, vt etiam hodie in terminis dict. §. filiæ. in.l.final.ff.de legatis ſecundo.illud onus fideicõmiſsi teneat, non ſolùm in eo, quod eſt vltra legitimam,quod omnes admittunt,ſed etiam in eo,quod tangit ipſam legitimã, quod nullus vnquam tentauit.Moueor, quia is caſus magis videtur pertinere ad.l.omnimodo. ſuprà eod. quàm ad legẽ noſtram, vt filia ſic grauata teneatur præſtare fideicommiſſ. per cuius exolutionem ſi legitima diminuta videatur, tũc id ex beneficio dict.l.omnimodo.replebitur in reliquis bonis hæreditarijs, ſicque ea filia ſuam legitimam integram habebit, & fideicommiſſarius ſuo fideicommiſſ.potietur & gaudebit, teſtatoriſque pia, legitimaque voluntas non eludetur. Neque enim vſquam lectum vſquam relatum inuenio ab aliquo iuriſconſultorũ, vt tale fideico.trũcari debeat,p̄ſertim cũ legatum relictũ à filio inſtituto à cohęrede repetitũ regulariter videatur,quatenus ab ipſo filio pręſtari nõ poteſt



.l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulian⁹.ff.de lega.2.l.quod alicuius.§.Celſus.eod.titu. l.non iuſtam.C.ad Trebel. l. ciuitatibus. §.Lucius.ff.de lega.1.

Ergo ſi ponas caſum,in quo legatum, vel fideicom.relictum à filio inſtituto videatur à cohærede repetitum, tunc id legatum vel fideicom. licèt per hãc legem reijciatur ipſo iure de legitima filij,quatenus eius legitimã minuebat, tamen cùm à cohærede repetitum videatur,tũc is legatarius,vel fideicõ. à cohærede filij grauati tantum conſequetur, quantum ab ipſo filio conſequi & accipere deſiit, ſalua tamen falcidia ipſius cohęredis. Sed certè cũ legata nominatim relicta ab inſtituto non cenſeantur repetita à cohærede.vt. d.l.Celſus. §. quod alicuius. ideoq; dictum ſit, ꝙ in ſingulis hæredibus ratio legis falcidiæ ponenda eſt.l.in ſingulis.ff. ad legem fal.§.& cùm quæſitum.Inſt. eodem tit.eueniet, vt ſi à filio inſtituto nominatim mihi legatum ſit,vel fideicom. relictum,idq; legatum, vel fidei.eius legitimam minuat, tunc à cohærede repetitũ nõ videatur, & cõſequẽter quod mihi filius, vt ſaluã ſuã legitimã haberet, præſtare deſijt,id ab eius cohærede conſequi non potero. Ergo ſiue filius ſit ex aſſe inſtitutus,& legatum,vel fideicom.eius legitimam minuat,tunc id legatum, vel fideicom.reijcitur, nec aliunde ſuppletur, cùm nullus eſſet cohæres,ſiue etiam is filius habeat cohæredẽ, & eius portionem tale legatum minuat, ſimiliter id legatũ reſecatur, vt ſalua maneat legitima, nec quod à filio præſtari deſijt, id ab eius cohærede ſupplebitur,cùm ipſe filius nominatim oneratus ſit, & ratio legis falcidiæ in ſingulis hęredibus ponatur,quaſi quo ad hoc propoſitum tot teſtamẽta eſſe videantur, quot ſunt hæredes in tali onere expreſsim ſeparati.vt in ſimili ait tex.in.l. penul.ff.de vſufruct.leg.cum ibi notatis. quod latiſsimè diximus in materia iuris accreſ.infrà circa intellectum.d.l.penult. Qua ratione idem quoq; videtur dicendum in conditione poteſtatiua, quæ in dando cõſiſtat, vt ſi filius grauatus ſit ea conditione,quę conſiſtat in dando,tunc ſiue is ſit ex aſſe inſtitutus,& per eius conditionis implementum minuatur legitima,condi.illa neceſſariò reijciatur,quatenus legitimam lædit, ne ſi ex integro impleretur conditio,legitima læderetur, eaq; læſio reſarciri, vel ſuppleri minimè poſſet à cohærede,quia nullus erat cohæres.Siue etiam is filius cohæredem haberet,& per conditionis implementum legitima minueretur, tũc ſimiliter id onus conditionis,quæ in dando conſiſtit,cùm nominatim filio eſſet impoſitũ,non poſſet videri à cohærede repetitum, & conſequenter ab ipſo cohærede non ſuppleretur, quod à filio onerato præſtari deſijt, ſicq; concluditur tale onus reijci per hãc legem,nec aliunde ſuppleri.

Sed lõgè verius & ęquius eſt,vt id onus neq; fixum immotumq; ſedeat ſuper filij legitima,ne ipſe filius indebitè impieq; grauetur,neq; etiam abijciatur,ne ille tertius emolumento ſibi ex voluntate teſtatoris deſtinato fraudetur,ſed ꝙ tale onus transferatur in cohæredes huius filij, vt ſuprà attigimus. & probatur in ſimili in §.noſtra.Inſt.de ſucc.libert. Neq; ad rem pertinet, ꝙ legatum nominatim relictũ non videatur à cohęrede repetitum:nam hoc caſu non tam à teſtatore repetitum fuiſſe diximus, quàm ab ipſa lege tranſlatũ,quia à primordio in perſona filij quaſi pro non ſcriptum fuit.

249 Amplia. 19. vt procedat etiam in onere compenſandi, nam & illud onus per hanc legem reijcitur. Si enim teſtator filium inſtituit in ſua tãtùm legitima, hac tamen lege, vt cum legitima, vel in eius partem & rationem cõputaret id quod ipſe pater filio huic debebat,id onus, vel præceptum compẽſationis reijcietur per hanc legem,vt ſic filius cõſequatur integram legitimam,& præterea debitũ non amittat,

*Legitima nõ patitur onus compẽſationis, cum cõmuni opi.*

amittat, ſed à cohæredibus ex integro petat. Ita tenet Cinus per hanc legem in.l.2.C.de iure doti.Idem Cinus in.l.cùm patrem.eodem titu.quem refert & ſequitur Xuarez hîc in ſeptima ampliatione. fol.16.Idem Bald.in dict.l.2.in fi. & Salicetus in dict.l.cùm patrem.Ange.in.l.quod de bonis.§. cùm fideicommiſſum.ff.ad leg. fal.vbi Imol.Paul.& Alex.idem ſequuntur,eſtq; communis opi.

Contrarium videtur tenuiſſe Bart. in dict.l.quod de bonis.§.cùm fideicommiſſum.vt tale onus compenſationis impoſitum à patre in legitima filij valeat non ſecùs, quàm ſi inſtitutioni cuiuſcunq; hæredis extranei tale onus impoſitum eſſet. Id quod inſpecto iure. ff. verum eſſet ſecundùm Ange. Imolam, Paul.& Alexã. ibi.Secùs autem inſpecto iure nouo,quo vtimur poſt.l. noſtram. & hoc modo videntur Bar.doctrinam tueri.

Sed certè ſi rectè inſpiciatur,Bart. poſſet intelligi,inſpecto iure nouo, quo vtimur poſt hanc legem.Nam Bart.non tractat de poteſtate teſtantis, ſed tantùm de eius voluntate:aitq;,ꝙ ſi iuſsit paterfa. vt filius hæres ex parte inſtitutus compenſaret cum portione ſua hæreditaria quod ipſe pater ipſi filio debebat, tunc videtur voluiſſe vt compẽſaret, non ſolùm cum eo, quod filio vltra legitimã reliquerat, ſed etiam cum ipſa legitima. An autem id quod pater voluit,potuerit,non declarat Bar.Et hodie non potuiſſe,expeditiſsimum per.l.noſtram. Olim autem nõ ita expeditum. vt in.d.§. cùm fideicommiſſum.& in.l.pater.ff. ad leg.falci.l.ſi debitor.eodem tit.

250 Amplia.20.vt procedat nõ ſolũ quando onus legitimæ impoſitũ, certum eſt, & indubitatum, ꝙ afferat læſionem, ſed etiam ſi incertum, dubiumq; eſſet, quia tale onus,ſeu præceptum poterat ſe habere ad commodum & incõmodum:nam adhuc reijcitur per hanc legem, non ſecus,quàm ſi tale onus certam, indubitatamq; læſionem inferret.Iſta eſt communis opi.quam tenuerũt Bar. in.l.filijs matrem.ſuprà eodem.idem Bar.in.l.cùm ex filio.in prin.ff.de vulga.glo. in. l. ſi pater puellæ.C.de inof.teſtam.Rodericus Xuarez hîc in.8.ampliatione.fol.21.& iterum in.14. lim. vbi hanc firmat eſſe communem opi.Bar.& Bald.& Paul.qui hanc dicit communem opi.in.d.l.ſi pater puellę. eſtq; communis opi. ſecũdùm Paul. hîc. ſequuntur etiam Salice.& Iacob.Butrig. hîc. Contrariam partem tenet glo. hîc, dum intellexit,ꝙ per hanc legem non eſt correcta.d.l.ſi pater. Quam glo.ſequuntur Azo.hîc in ſumma.& Fulgoſius, firmantes, ꝙ hodie fideicõmiſſum reciprocum non reijciatur de legitima, licèt habeat ſe ad commodum & incõmodum. per dict.l.ſi pater puellæ. quæ ſecundùm eos correcta non eſt.& per.l.de fideicommiſſo.C.de tranſ.& per.l.1.in princi.C.de pact.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.obliga. quæ leges ſecundùm eos correctæ non ſunt per noſtram legem. Pro quorum opinione facit: quia lex noſtra ſecundùm verum intellect. quem ſuprà probauimus, procedit ſolũ eo caſu, quo olim teſtam. per oneris, vel grauaminis appoſitionem poſſet aliquo remedio expugnari, vt patet in pluribus locis huius legis.&.l.omnimodo. ſuprà eodem. Sed hoc caſu olim teſta. expugnari nullo remedio poterat.vt dict.l.ſi pater puellę.cũ conc.ergo tale onus per hanc.l. non reijcitur. Et hæc opi.ſemper nobis vera viſa fuit.vt plenè diximus in dict.l. ſi pater. & dict.l.omnimodo.

*Legitima patitur ſidei. recipr. cum cõmuni cõtra cõmunẽ cum Fulgo. et ſequacibus.*

251 Amplia.21.vt procedat,etiam ſi filius, cui vel minus legitima portione à patre relictum fuit,vel ipſa legitima, ſed onerata,ſimpliciter agnouerit patris iudicium: nam adhuc licèt id fecerit poſt mortem patris non prohibetur vel ſupplem. legitimæ petere, vel onus impoſitum reijcere.Iſta eſt communis & vera opi. quam docto.hîc & in.l.ſi quando.§. & generaliter.

*Legitimæ ſupplementum uel exonerationẽ non perdit qui teſtamẽtum approbat.cũ opi. communi.*

ter.



ter.per tex.ibi infrà eodem.Quod procedit,etiam ſi is filius poſt mortem patris ſecuritatẽ hęredibus fecerit de eo,qđ ſibi relictum fuerat,nam adhuc ſibi non præiudicat quo ad ſupplemẽtum legitimæ, vel oneris impoſiti reiectionem, niſi expreſſim adiecerit nullam ſibi in reſiduo bonorum ſpem ſupereſſe, nullumq; ius. Ita tenent omnes hîc & ibi.per text.ibi,dum ait, nullam ſibi ſupereſſe de repletione quæſtionem.

252 Quod procedit, etiam ſi pater expreſſim iuſsiſſet, quòd nihil amplius is filius petere poſſet,quàm quod ſibi reliquerat. Ita probat tex.in authẽ. vt cùm de appellatione cog.§.cæterùm.ibi, & ſi certis rebus iuſsi fuerint eſſe contenti. collatione 8.per quem ita tenẽt Bal.in.d. l. omnimodo.in prin.idẽ Bald.in.d.§. & generaliter. Ang.in.l.iubem⁹. C. ad Treb.Imola in.l. quod de bonis.§.cùm fideic.ff.ad leg. fal. ſentit Bar.in.l.Papinianus.§. ſi cõditione. in fi.ff.hoc tit.Alexã.conſil.69. Super primo dubio.lib.1.eſtq; cõmunis opi.vt per Rodericũ Xuarez hîc. 9.ampliatione.

*Legitimæ ſupplementum teſtator nequit uetare,cum communi.*

Quod vltimum extende vt procedat, etiam ſi pater dixiſſet,Et ſi filius meus amplius petierit, cadat à relicto. nam adhuc ampliùs petere nõ prohibetur, nec à relicto cadet.Ita tenent Roderi. Xuarez vbi ſuprà.& Bald.& Paul. in dict.§.& generaliter.argumento.l.1.& quæ ibi habẽtur ꝑ Bart. & alios. ff. de his quæ pœnæ nomine.In ſimili per Bart.& Alex. per text. ibi in.l.Seius & Augerius. ff. ad leg.falcid.

Quinimò etiam ſi filius hæreditati patris ſimpliciter poſt mortem patris renũtiaſſet, vel in vita patris cum iuramento, adhuc talis renũtiatio ei non noceret in legitima, vel legitimæ ſupplemento, ſed in reſiduo tantùm hæreditatis.argumento dict.§.& generaliter. & meliùs facit.d. l.ſi quando.§.illud.infrà eodem. Ita tenẽt Guiliel.de Cunio,& Bald. in. l. de his. ff. de tranſ. & ſequitur Rodericus Xuarez vbi ſuprà.eſtq; communis opin. vt latiùs dixi in dict.§.illud.& in dict.§. & generaliter. Quæ communis opi.ſemper nobis ſuſpecta viſa fuit,vt vtrobiq; notauimus.

253 Adde Xuarez in.9.ampliatione.col.2. & Paul.in dict.l.ſi quãdo.§.fi.col. 2. dum faciunt diff. vtrùm quis promittat plus non petere,an verò amplius non petere. Conſidera ne id ridiculum videatur. Sed poteſt confirmari per.l. amplius non peti.ff.rem ratam haberi.quam ipſi non allegant. Adhuc tamen parum placet eorum opi.Licèt idem ſit de mente Bald.in dict.§. fi. ſecundùm Rodericum Xuarez vbi ſuprà.Cuius rei veritas pendet à ſignificatione huius articuli,quid nam ſignificet dictio,plus,& dictio,amplius. Ipſi autem intelligũt,ꝙ dictio, plus, pertinet ad augmentum quantitatis, vel rei qua de agitur:dictio autem,amplius,non ita,ſed tãtùm ad geminationem,reiterationem, vel multiplicationem actuum: vt ſit ſenſus, ꝙ qui promittit plus non petere, videatur velle, ꝙ cùm decem fortè recepiſſet, nihil vltrà petet, putà viginti, vel vltrà: ſed qui promittit amplius non petere, videatur velle, & promiſiſſe illud, qđ iam petierat, vel receperat, amplius ſe nõ petiturum.Et licèt negari nõ poſsit, quin dictio,amplius, hanc habeat ſignificationem. vt probat dict. l. amplius non peti. quam ipſi non allegant. tamen illud eſt verum, quando talis ſenſus cõgruit ſubiectæ materię,quale eſt in terminis dict.l. amplius non peti. vbi agebatur de iteratione & geminatione actus. Secùs aũt eſt in terminis materiæ noſtræ,vbi agitur de augmẽto,vel ſupplemento legitimæ, vel alteri⁹ cuiuſq; rei, nã tũc dictio,amplius, ad augmẽtum rei,de qua agitur, refertur non ſecùs,q̃ dictio,plus,vt filius,cui à patre minus legitima relictum fuit, ſi poſt eius mortẽ promittat ſe amplius nõ petere, de ſupplemento vel augmẽto eius,qđ receperat,intellexiſſe videatur, nõ ſecùs, quàm ſi promiſiſſet ſe plus non petiturum.vt probatur planè argumẽto.l. non

*Amplius nõ peti,illa uerba quid ſignificẽt, cõtra Paul. et Roderi.*

amplius

amplius.ff.de leg.1.in prin.l. codicillis.in verb.hoc amplius.ff.de vſufruct.lega.l.ſi ſic.ff.de lega.3. Confirma per.l.ſi vno.ff. locati.

*Legitimæ onus reijcitur etiã filio tacente, cum cõmuni opi. contra Accurſium & ſequaces.*

254 Amplia vt.22.loco procedat.l. noſtra reijciens omne grauamen, etiam ſi filius expreſsim non reclamaſſet, ſed tacuiſſet, nam adhuc ipſo iure id onus reijceretur per legem ipſo iure. Iſta eſt vera & communis opi.quam tenuit Bald.in.l.ſcimus. in prin.infrà eodẽ. vbi ait, quòd ſuppletio legitimæ fit ipſo iure, licèt filius nihil alleget. Nam ita etiam fit in falcidia, quæ legata reſecat ipſo iure. vt in.l. Plautius. & in.l.lineam magaritarum.ff.ad legem falcidiam.& in.l.in quantitate.eodẽ titu. Sicq́ue talis ſuppletio, per quam legitima integra illæſaque reſeruatur, longè faciliùs in portione legitima liberorum facienda eſt.idem Salice.in dict.l.ſcimus.in princi. Vnde infert, quòd filius ſi interim decederet, trãſmitteret ad ſuos hæredes, etiam ſi nihil allegaſſet, vel petijſſet. Idẽ tenet Iaſ.in dict.l.ſcimus.& Alexan.conſilio.150.lib.2. Viſo themate ſupraſcripto. Pro hac opinione eſt text.in dict.l. ſcimus. in verbo, ipſo iure. text. hîc. ibi, ipſa conditio, vel dilatio, vel quæcunque alia diſpoſitio moram, vel modum introducens, tollatur, & perinde res procedat, quaſi nihil eorum teſtamento additum eſſet. Bene facit quod ait Barto. in.l. ſi arrogator. col.7. ff. de adopti. per text. ibi. vbi firmat, quòd ſi filius arrogatus poſt mortem patris arrogatoris decedat, tunc quartam, quæ ſibi in bonis patris arrogatoris debebatur, tranſmittit ad ſuos hæredes, quia ſibi debita erat, etiam ſi nondum eam quartam acceptaſſet. Sic & in propoſito, cùm filio naturali longè magis debita ſit legitima, quàm filio arrogato, illa quarta dicendum eſt quòd eam etiam nondum agnitam poſsit tranſmittere, & etiam ſupplementum legitimæ, & conſequenter, quòd remotio grauaminis, & ſupplementum legitimæ contingat & competat ipſo iure etiam filio tacente, non autem ſub hac conditione, ſi illud petijſſet, quia tunc ſi ſub conditione competeret, interim decedens non tranſmitteret, cùm iura cõditionalia non tranſmittantur etiam à filijs non magis quàm ab extraneis.per.l.vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc.tollen. Tenent communiter doctores cõtra gloſ.ibi. in.l. vn. C. qui ante apert. tabul. Et quòd ipſo iure tam inducatur legitimæ ſupplementum, quàm etiam remoueatur grauamen, videtur cõmunis opi. ex relatione Roderici Xuarez. hîc in.10. ampliatione. Et in ſimili notat latiſsimè Iaſ.in.l.poſthumo nato.num.23.C.de bono.poſſ. contra tabul. vbi allegat gloſ.in dict.l.ſcimus.in prin.idem Iaſ.in ſimili in l.ſi filius qui in poteſtate. in prin. ff. de libe.& poſthu.idem Iaſ.in.l. patre furioſo. ff. qui ſunt ſui vel ali.iur. dum ait, quòd id quod fauore alicuius prohibetur, valet eo non opponente.

*Legitimæ ſupplementũ præſcribitur annis 30.cum cõmuni contra Bart.*

255 Deniq; licèt ſupplementum legitimæ ipſo iure inducatur, tamen præſcribitur annis.30. ſecũdùm cõmunem opi. quam tenuerunt Bald. & Salice. & communiter docto.in.l.ſi quis filium.iſto titu. Angelus in.l. Papinianus. §. ſi conditioni.ff. de inoffi.teſta.idem Ange.in.l.omnimodo.in prin.ſuprà eod.idem Ange.in.l.certi cõdictio. in prin.ff.ſi cert.petat.vbi Iaſ. num.25.idem Ange.in.l.ſi eum. §. qui iniuriarum.ff.ſi quis cauti.idem Ange.in.l. ſi à domino.in prin.ff.de peti. hære. & in authen.de triente & ſemi.in prin.Bald.in authen.presbyteros. C. de epiſc. & cleri. idem Bald.in repet.l.pater filium. ff. hoc titu.col.7.& in.l.nam & is.eodem titulo. Nam ſupplementum legitimæ, inquiũt, petitur actiõe perſonali ex teſtamẽto, oẽs autẽ actiones perſonales durant annis triginta.l.ſicut.l.omnes.C. de præſ.trig.vel quadr.in prin.&.§.1.Inſti.de perpet.& tẽpo.actio. Licèt Bart.tenuerit, ꝙ per quinquẽnium tollitur petitio ſuppl.legitimæ.

in



in dict.l. ſi quis filium. & in conſil.14.& Guiliel.de Cunio.in.l.quanuis.hoc tit.ſuprà.tangit Guido deciſione.82. vbi refert contra Bart.fuiſſe iudicatum.

Quod intelligendum eſt, quando in poſſeſsione rerum hæreditariarum erat alter, puta filius ex teſtamento cepit legitimã diminutam, & cohæredes reliquũ hæreditatis, filius eſt in poſſeſsione eius tantùm portionis, quæ ſibi relicta fuit, reliqui autem cohæredes habent poſſeſsionem reliquæ hæreditatis, qui per annos 30.præſcribunt cõtra filium, vt is ſupplementum legitimæ petere nequeat.ſecundùm communes opi. Quod tamẽ dic vt diximus in.l.ſi quando.§. illud.infrà eod.

Verùm ſi nullus alius cohæres eſſet in poſſeſsione hæreditatis, quia nondum adierãt hęreditatẽ, tũc licèt filius in poſſeſſione tantùm eius portionis, quæ ſibi relicta fuit, fuiſſet, adhuc poſtquàm cohæredes adijſſent, poſſet legitimæ ſupplemẽtũ petere: quia hæreditas iacens licèt poſſit vſucapionem à defuncto ceptam implere & perficere, tamen non ceptam inchoare nõ poteſt.l.ceptam.ff.de vſucapi. Itaq; ſi cohæres filij per.20.annos poſtq̃ teſtator deceſsit ſtetit & diſtulit aditionẽ hæreditatis, cùm filius ſtatim poſt mortẽ patris adijſſet, tunc licèt is filius per alios quindecim annos protelauerit petitionem ſupplementi, ſicq́; per.35.annos tacuiſſet à tempore, quo ſuam portionem agnouit, adhuc is filius ſupplementum legitimæ petere poteſt: quia contra eum non fuit cepta præſcriptio, niſi à tempore, quo cohæres adiuit, cùm antea nullus eſſet in poſſeſsione, ſine qua præſcriptio non procedit.l.vn.C. de tranſ.vſucap.c. ſine poſſeſsione. de reg.iur.in.6.

*Maioratus non ritè cõſtitutus an tempore firmetur.*

256 Vnde ſi filium, quem ex aſſe hęredem ſcripſi, alienare vniuerſam hæreditatem prohibui, volens, ꝙ poſt eius mortem ea hæreditas ad eius filiũ maiorem veniret, & ſic deinceps, vt ſic maioria, vel primatus cõſtitueretur, isq́; filius tacuit per.40. annos, & deceſsit relictis pluribus filijs, ijsdemq́; primi teſtatoris nepotibus, qui dicunt illam prohibitionem non tenuiſſe quo ad legitimam, neq; contra filium tacẽtem cucurriſſe aliquam præſcriptionem, cùm nullus eſſet in poſſeſsiõe, quia poſſet contra filium præſcribere, audiendus eſt ſecundùm Rodericũ Xuarez hîc ampliatione.10.qui eorum, quæ hîc ſcripſit, nihil elegantius protulit, quàm hoc dictum.

Confirmatur ſecundùm eum per doctri.Pauli.Caſtren.in.l.filio præterito.ff. de iniuſt.rup.vbi tenuit, ꝙ filius præteritus, qui non egit contra teſtam.licèt per taciturnitatem annorũ.30. videretur teſtam. approbare, & contra eum præſcriptio procederet, nec amplius contra teſtamen.quicquam dicere poſſet.vt in dict.l. filio præterito.tamen id procederet, quãdo hæres ſcriptus eſſet in poſſeſsione rerum hæreditariarum. Cæterùm ſi ipſe filius eſſet in poſſeſsione totius hæreditatis, tunc licèt per.50. annos tacuiſſet, nec teſta. videretur approbare, nec contra eũ vlla præſcriptio curreret.

Limita, niſi liberi iſtius filij onerati nepotes primi teſtatoris maiorat⁹ illius bona indiuiſa reliquiſſent apud eorum maiorem natu, idq́; per tantum temporis, ꝙ poſſet induci legitima præſciptio, nam tunc in poſterum ea bona indiuidua iure maioriæ manerent, ſecundùm eundem Rodericum Xuarez vbi ſuprà, & rectè.

*Conſuetudo unius familiæ non poteſt inducere formam in ſucceſsionibus.*

257 Contra quod videtur facere: quia ſecũdùm communem & veram opi.conſuetudo vnius familiæ non poteſt inducere modum vel formam in ſucceſsionibus. vt per Alex.in.l.ſi non ſpeciali.C. de teſtamen.Ang.in.l.fi.C.de teſtam.in quadam lectu.quam refert Alex.quæ tamen communiter non habetur. Cumanus in.l.3. ff.de teſtam.Salicetus in.l.1.col.6.C. quæ ſit lon.cõſul. Xuarez vbi ſuprà per.l.3.ff. de teſtam.l.teſtandi.C.eod. vbi teſtamentum non priuati, ſed publici iuris eſt.Licèt

cèt contrarium tenuerit Ioan.And. in ad di.ad Specul. §. compendioſæ. verſic.ſed nunquid dicemus.in titu.de inſtr.editione.de quo per Iaſ.in.l.omnes populi.ff. d̄ iuſt.& iure.col. 12. Cumanus in.l.3. ff. de teſtam.in quadā le&t.Cinus in.l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo. Xuarez vbi ſuprà. Bart.poſt Guiliel. quem allegat in dict.l. 2.Ang.in.l.de quibus. col.penul.ff.de legib.facit.l.2.§.deinde cùm eſſet. ff. de origi.iur.

*Legitima in pecunia numerata relinqui põt contra communem.*

258 Amplia. 23. vt procedat etiam in grauamine aſsignatæ legitimæ per patrem in pecunia numerata: nam filius ſi velit, poteſt contradicere, petereq́;, vt legitima ſibi aſsignetur in corporib⁹, rebusq́; alijs hæreditarijs. Iſta videtur communis opi. quam tenent Roderi. Xuarez hîc. 11. ampliatione. Guiliel.& Bald.in.l.ſcimus.per text.ibi infrà eod.vbi circa hoc variat Salicetus.tenent etiam Bart.& Imol.& Bal. in.l. ſuus quoq;. in prin.ff.de hære.inſtit. eſtq́; communis opi. ſecundùm Roderi. Xuarez vbi ſuprà.tenet Alex.cõſil.69. Super primo dubio. lib. 1. ſequitur & dicit cõmunem opi. Paulus Picus in.l.in quartam.ff.ad leg.fal.num.61. & eſt communis opi.ſecundùm Coraſi.in.l.filiũ quem habentem.num.81.C. fam.her.

Sed hæc communis opi.eſt cõtra text. expreſſum, qui nulla eget inductione. in l.omnimodo. ſuprà eod. ibi, & aliquam eis quantitatem. ſuprà eod. & in.l. ſi quis filium.ſuprà eod. ibi, niſi certa quantitas minor parte legitima ei relicta ſit. & in.l. ſcimus.in princ.infrà eod.ibi, vel aliam rẽ vel pecunias. Facit tex.in. l. ſi quando.§.illud.eod.tit.ibi, certas res vel pecunias.facit text.in.§.fi.Inſt.hoc titul.& in.l.ſi non mortis.& in.l.Papinianus. §. ſi quis mortis.ff.eod.l.ſi pater.&.l.qui pater. ff.fami. her.l.quoties.C. eod. l. parentibus. ſuprà hoc titu.l.quid ergo.2.ff.de leg.1.

Tenendo cõtra communem, ꝙ illud onus, quod legitima non in corporibus hęreditarijs, ſed in numerata pecunia fuerit aſsignata, non ſit in cõſideratione, nec reijciatur per hanc. l. quod etiam patet: qa vt ſuprà diximus, noſtra.l.locum non habet niſi in quibus caſibus olim teſtam. per grauaminis appoſitionẽ poterat expugnari, conſtat autem, ꝙ olim expugnari nõ poterat, propterea ꝙ in pecunia numerata, vel alia quacunq; re eſſet aſsignata, dummodo in quãtitate per hoc non eſſet diminutio, vt ſuprà diximus,

Tunc ad.l.ſcimus.§.repletionẽ.in quo potiſsimè fundatur opi.cõmunis, reſpon. vt diximus ſuprà.in dict.l. omnimodo.§. imputari. vbi latiùs de hoc.

Sed pro communi longè meliùs facit text.quem in propoſito nullus allegat in authen.de trien.& ſem. col. 3. §. prohibemus.ibi, proprietatem inſuper & vſumfructum relinquant.vbi vetitum eſt legitimam relinqui in ſola proprietate ſecundùm communem opi.& idem etiam ecõtra vt in ſolo vſufructu relinqui non poſſit.vt eſt communis opi.quam latè enarrauimus ſuprà eod. authen.nouiſsima.

Sed reſponde, ꝙ quando legitima relinquitur in pecunia numerata, non videtur relicta in ſola proprietate, nec in ſolo vſufructu, ſed tam in proprietate, quàm in vſufructu: quia etiam in pecunia numerata dicitur eſſe nõ ſolùm proprietas, ſed etiam vſusfructus. vt per totum.ff.de vſufru.earum rerum quæ vſu conſ.

*Dos, quæ ſuccedit loco legitimæ non patitur grauamẽ, p cõmuni opinione.*

259 Amplia.24.vt per hanc legem reijciatur nõ ſolùm onus legitimæ impoſitum, ſed etiam onus doti impoſitum, quia dos loco legitimæ ſuccedit, & in legitimam imputatur, vnde oportet ipſam dotem ab omni onere liberam eſſe, non ſecùs, q̃ ipſam legitimam. Iſta eſt communis opi. quam tenuit Bart.in.l.fi.§. filiæ. ff. de leg. 2.Cinus in.l. vn.§.videamus.C. d̄ rei vxo. actione.Bar.in.l.Lucius. §. maritus. ff. ad Treb.Bal.& Sali.in. l. quoniam nouella. C.de inoffi.teſtamen.Bald.in dict.§.filiæ. Paul.in dict.l.quoniã nouella. eſtq́; communis opin. ſecundùm Roderi. Xuarez





hîc ampliatione.12. tenent Paulus & Alexander in.l. à filia. ff. ad Trebellia. facit gloſſa in.l.3. §. ſed vtrùm. ff. de minoribus.

Intellige hanc concluſionem vt procedat, quando dos non excedebat menſuram legitimæ, ſicq́ue integra dos in legitimam conuertebatur, & imputabatur, eiuſq́ue loco ſuccedebat. vt in.l.quoniam nouella. ſuprà eodem. & quod tradunt Barto.& omnes in.l. in quartam. ff. ad legem falcidiam. Cęterùm ſi dos menſuram legitimæ egrediebatur, tunc quatenus in dote pluserat quàm in legitima, eatenus onus doti impoſitum valebit, non ſecùs, quàm ſi tale onus impoſitum eſſet ei, quod vltra legitimam in vltima voluntate relictum eſſet. Ita tenent omnes doctores ſuprà citati. Sicq́; eſt communis, receptiſsimaq́ue ſententia. Tenet etiam Dinus conſil. 36. Hæc eſt quæſtio. Pro quo bene facit text. in. l. ſcimus. §. cùm autem.infrà eodem.per quam conſeruatur omne onus liberis impoſitum, quatenus habent vltra legitimam, licèt vſque ad menſuram legitimæ reijciatur.

*Dos quæ ſolut. matrimonio uenit in perſonã filiæ cõſolidãda, nõ patitur onus cũ Bal. & ſequacibus contra Paul. & alios.*

260 Hæc limitatio, vt onus doti impoſitum in eo quod eſt vltra legitimam conſeruetur, nec vllo modo reijciatur, procedit ſecundùm omnes, quãdo dos poſt ſolutum matrimonium veniebat, vel reuerſura erat ad patrem, qui fortè talem dotem ſibi ſoluto matrimonio reddiſtipulatus fuit.argumento.d.§.filiæ. Quòd ſi in perſonam filiæ veniebat cõſolidanda, tunc etiam in eo quod erat vltra legitimam tale onus non valeret, quaſi alienis rebus impoſitum, vel impoſitum ei, cui nihil reliquimus. Nam cùm donatio inter filiam & patremfami. valeat ex cauſa dotis.l.Pomponius Philadelphus.ff. fami. her. eaq́ue dos ſoluto matrimonio in filiam ex conuentione conſolidaretur, ſicq́; inter viuos exiuiſſet patrimonium patrisfa. tunc is filiam grauare non poſſet prætextu eius, quod ei inter viuos dediſſet. l. perfectam. C. de donatio. quæ ſub mod.non magis, quàm ſi inter viuos dediſſet nihil: quia qui honoratus eſt in vltima voluntate, is demum in vltima voluntate grauari poteſt, non etiam is, qui inter viuos tantùm honoratus fuit. vt in §.1.Inſt.de ſing.reb.per fidei. reli. l. ab eo. C.de fidei.l.apud Iulia.§.2.ff. d̄ legatis primo. Et ita.not.tenent Bald.in.l.quoniam nouella.quæſt.2. ſuprà eodem. & Ioannes Andr.in addit.ad Specula.titu. de inſtrum.edi.§. compendioſè. verſiculo. ſed ſuper forma. 18. colum. Imola in. l. Lucius.§.maritus.ff.ad Trebellia.ſentit Barto.in dict. §. filiæ. Et in hanc partem inclinat Xuarez poſt Alexand. quem ipſe refert hîc.

Contrariam partem, vt etiam ſi actio veniat conſolidanda in perſonam filiæ, adhuc grauamen teneat in eo, quod dos excedit menſuram modumq́ue legitimæ, tenent Paulus in dict. §. filiæ. idem Paul. in dict. l. quoniam nouella. & Dinus in dict.cõſil.36.& Cinus in dict. l. vn. §.videamus.ad fi. C. de rei vxori.actione. & Nicolaus de Neapoli. quem refert Rodericus Xuarez vbi ſuprà. qui idem videtur tenere per generalitatem dict. §. filiæ. qui parũ facit: cùm dũ ait, cautionem renoues. & dum iterum ſubdit, antequàm renouaretur cautio dotalis. ſatis innuat, quòd ibi dos ita data fuit, vt ad patrem ſoluto matrimonio reuerteretur, ſicq́ue talem dotẽ poterat legare, vel ꝑ fideicõmiſ. relinquere, non ſecùs, quàm aliam quanuis quantitatem, quæ ſibi vel purè deberetur, vel ſub conditione, vel in diem. Sicq́ue prior opinio Bald.& ſequacium verior eſt per rationem ſuprà ſignatam.

*Dos quæ ad patrẽ reuerſura eſt ſol. matr. patitur onus ẽt ꝑcõcurrẽte ſũma legit. cõtra cõm.*

261 Eo autem caſu, quò non in perſonam filiæ actio ſoluto matrimonio conſolidanda eſſet, vt in quæſtione ſuperiore, ſed potiùs econtrà ad patrem ex toto reuerſura eſſet, licèt communis opinio

ſuprà relata videatur velle, quòd grauamen teneret in eo tantùm, quod dos legitimam excederet, non autem in eo, quod infrà legitimæ menſurã modumq́; eſſet, nobis ſuſpectum videtur, & contra generalitatem.d.§.filiæ. qui in his terminis propriè loquitur, & indiſtinctè diſponit grauamẽ tenere, & rectè. Nam quod ad nos reuerſurum eſt, id quidẽ nec abſceſsiſſe videtur: vnde illud poſſumus legare, vel per fideicom.relinquere, non ſecùs, quàm ſi præſentialiter eſſet in bonis noſtris. argumento. l. 1. &. l. quod ſponſæ.C.de donat.ante nup. Nec ad rem pertinet, quòd dos in legitimam regulariter imputetur. d. l. quoniam nouella. Nam illud in fauorem patris contra filios ad excludẽdam querelam inoffi. teſtamen. inductum eſt, vt ibi: nec procedit, quando ea dos ad patrem ſoluto matrimonio reuerſura erat, ſed tantùm quando apud filiam vel ex toto vel ex parte erat manſura. Vt enim poſſet ea dos in filiæ legitimam imputari, quæ quidem dos apud eam perpetuò, & cum effectu manſura non eſſet, ſed ad patrem reuerſura, quo caſu perinde habetur, ac ſi apud ipſam filiam nunquàm fuiſſet. argumento.l. ſcimus.in prin. infrà eodem. Ergo ſiue dos ſoluto matrimonio ad patrem ex toto reuerſura eſſet, teneo, quòd non ſolùm in eo, quod eſt vltra legitimam, ſed etiam in eo, quod cum legitima concurreret, poſſet per patrem grauari.vt.d.§.filiæ.licèt id contra communem opin.videatur. Siue etiam dos ad filiam ex toto reuerſura eſſet, teneo, quòd tunc talis dos grauari nõ poſsit in eo, quod eſt infrà legitimã, nec etiam in eo, quod vltra legitimam eſt, quaſi dos illa perfectè exierit, abſceſſerit, fugerit, euaſerit à bonis noſtris.

Nec ad rem pertinet, quòd dos imputetur in legitimam: quia cùm id ſit receptum in fauorem patris ad querelam excludendam, tunc ſiue ex patris diſpoſitione ex toto per oneris impoſitionem ea dos abſũpta ſit, ex toto ceſſabit imputatio, ſiue ex parte abſumpta ſit, pro illa parte imputatio ceſſabit: ea enim imputatio pendet ex voluntate tacita vel expreſſa patris, non contra eius volũtatem. vt dict.l.quoniam nouella.&.l.omnimodo.§.imputari.ſuprà eodem.l. vt liberis.l. illud.& ferè per totum.C.de collat.&. ff. de colla.bonorum. Ergo generaliter tenẽdum videtur, quòd onus doti impoſitum ſemper, & integerrimè tenebit, ſiue ſit pro concurrente quantitate legitimæ, ſiue in eo, quod dos legitimam excedebat: & ſi onere illo legati, vel fidei. per filiã pręſtito & impleto, ipſa filia reperiatur minus portione legitima habere, tunc id replebitur per. l. omnimodo. ſuprà eodẽ. Nec ad rem pertinet, ꝙ onus nominatim iniunctum filiæ nec videatur repetitum à cohærede.§.& cùm quæſitum.Inſtit.de lege falci.l. in ſingulis. ff. eodem. l. Celſus.§.quod alicuius.de legat.2.ff. nec ipſa filia illud implere teneatur, quatenus minuit legitimam. Nam reſpondeo, quòd ſaltẽ hodie bene tenebitur implere etiã quatenus minuit legitimã, cùm id, quod diminutum fuerit ex cauſa legatorum, vel fideicommiſ.præſtandorum, ipſo iure hodie ſuppleatur per legem in reliquis rebus hæreditarijs non minùs perfectè, quàm ſi diminutum non fuiſſet. vt dict. l.omnimodo.& dict.l.ſcimus.in princip. ibi, ipſo iure.& in.§.repletionem.eiuſdem legis.

Sed certè hæc interpretatio non ſolùm eo nomine ſuſpecta eſt, quòd videatur contra regulam dict.l.in ſingulis.& dict.§.ſed cùm quæſitum. ſed etiam eo, quòd per eam, vt aiunt, vnum altare ſpoliatur, vt alterum altare diteſeat. Nam ſi filius, cuius legitima per impoſitionem legati, vel fidei. grauata eſt, illud ex integro præſtat hoc ordine, vt quod per hoc ſua legitima minuatur, id cohæredi ſuo detrahatur, rapiatur, auferatur, iam certè ſequitur iniquitas, vt quod legatario dederit,





id cohæredi ademerit, idq́; cõtra omnem æquitatẽ, contra omne ius, & cõtra volu. teſtantis, qui cohæres filij, cui tale onus nõ impoſuit, ſuam portionem intactam habere voluit, & ꝙ in portione filio data concurrerẽt tam ipſe filius, quàm legatarij, vel fidei.ei adiuncti, & ita concurrentes ſeſe adinuicem lædere poſſunt, alijs autem non poſſunt. argumento in ſimili in.§.ſi eadem res.Inſt.de leg.l.ſi pluribus. ff.de lega.1.l.Mæuio.in prin. ff. de lega.2. l.coniunctim.ff.de lega. 3.l. hæc ſcriptura.§.fi.l.ſi ſeparatim.ff.de lega.3.l.1.§.fin.l. inde Neratius.ff. de vſufruct.accreſ.l.vn. §.vbi autem.verſic.ſi verò non omnes.C. de cadu. tollen. Ergo ſiue legatum portioni filio datæ impoſitum eius legitimã non minuat, tunc de eius portione detrahendum ex integro eſt cohærede filij intacto, ſiue etiam eius legitimam minuat, tunc ſimiliter cohærede filij intacto, de filij portione tale legatum detrahẽdum eſt, non ex integro, ſed quatenus legitimam nõ minuit.vt hîc.& dict.§.ſed cùm quæſitum.&.d.l.in ſingulis.Cogita quia non firmo.

*Legitima non patitur onus, etiam per pactum in uita patris iniunctum.*

262 Amplia. 25. vt procedat, etiam ſi filius feciſſet pactum cum ipſo patre ſuo, vt nihil amplius peteret, quàm id quod ſibi tunc tradebatur inter viuos. Nam adhuc ſi id minus legitima portione erat, poterit ſupplementum legitimæ petere, quaſi onus illud, quod induxerat pactum de amplius non petendo, reijciatur per hãc legem, vt ait Rodericus Xuarez hîc ampliatione.13.fol.43.per text.in.l.ſi quãdo. §.illud.infrà hoc tit.

Id quod licèt in ſe verum ſit, tamen re vera nõ pertinet ad hanc legem. Nam fateor verum eſſe tale pactum non valere ab ipſo primordio conuẽtionis, vt ipſe Xuarez ait, ergo non reijcitur per hanc legem, cùm quod reijceretur, eſſet nihil. Præterea id etiam iure veteri prouiſum erat, ergo non pertinet ad leges nouas Iuſtiniani, nec fuit per eas inductũ. Quòd autem etiam iure veteri inductum eſſet, probat text.in.l.pactum dotali.C. de collati.& in.l.pactum quod dotali.C.de pactis.& in.l.fi. ff. de ſuis & legiti. hæred. & in. c. quanuis pactum. per locum ab ſpeciali.de pact.in.6.

Hæc tamen materia pulchra eſt, admodumq́ue ſubtilis, & quotidiè verſatur in practica, quam latiſsimè, atque ex profeſſo diſſerimus in dict.§. illud. vbi locus congruus, & longè magis opportunus, quàm iſte.

*Legitima etiam per ſtat. aucta, non recipit grauamen, cum cõmuni opinione*

263 Amplia.26.vt procedat, etiam ſi per ſtatutum augeretur, vel minueretur legitima liberorum, nam nihilominus intelligeretur in reliquis omnibus regulanda legitima ſecundùm diſpoſitionem iuris cõmunis, & conſequẽter onus tali legitimæ impoſitũ, reijceretur. Iſta eſt vera & communis opi. quam tenuit Calderinus conſi.32.quod incipit. Si teſtator.& inuenitur ſub titul. De teſtam. Iaſ.in. l. omnes populi.ff.de iuſt.& iur.col.penul. Romanus in.l.ſi quis priore.ff.ad Trebellia. vbi ait ſe ita apud Valentiã cõſuluiſſe. Alexã. in dict. l. ſi quis priore.colũ.3. Rodericus Xuarez hîc ampliatione.14.Idem Alexã. in.l.inter cætera.col.pe.ff.de libe.& poſthu. Idem Alexan. in.l.fin.§. in computatione.ff.de iure delibe.& Imola in.l.fi. ff. de condi.inſtit. Salicetus hîc ad fin. Idem Rodericus Xuarez hîc in primo euidentiali poſito ſuper lege regia.fol.56. Optimè facit doctrina Barto. in dict.l.omnes populi.ff. de iuſtitia & iur.in.6. quæſt. & idem Bart.in.l.2.ff.de legatis primo. Bal. in.l. omnes populi. ſuprà allegata. col.11. Alexan.poſt Bart.& alios in.l.1.§.lex Falcidia. ff. ad legem falci. Pro hoc in ſimili eſt tex.quaſi expreſſus in.l.1.§. lex falcidia.ff.ad leg.fal.tex.in.l.1.§.1.ff.de mune. & hono.l.nam & poſteriores.ff.de legib. Vnde ſi ſtatuto caueretur, ꝙ filia deberet eſſe tacita, & contẽta cũ ijs quæ ſibi à patre relicta eſsẽt, adhuc nõ ꝓhiberetur reijcere onus cõditionis, vel dilatiõis à patre

legitimæ ſuæ impoſitum, vt hîc: quia licèt per tale ſtatutum filiæ legitima diminuta videatur quo ad rem, non tamen videtur diminuta quo ad reliqua onera reijcieda, quinimò in reliquis omnibus, præterq̃ in quantitate ſeruãdum eſſet ius cõmune. Ita tenuit originaliter Iacob. Butriga. hîc. ſequũtur Roderi. Xuarez ampliatione. 14. Iaſ. Salice. in fi. Areti. & Bald. & Paul. hîc. & Imola in. l. fi. c. antepe. ff. de condi. inſtit. Facit quod ait idem Roderic. ſuprà hac lege, in prima ampliatione. fol. 8. col. 2. ad fi. verſic. Aduerte tamen.

*Intell. l. 9. titu. 5. libr. 3. fori.*

264 Vnde infert idem Rodericus hîc in primo euidẽtiali ſuper. d. l. regia, ꝙ cùm hodie iure noſtro Hiſpanorum magnoperè ſit aucta filiorum legitima, ſecundùm ꝙ omnia bona patris ſint legitima filij, præter quintum. vt in. l. 9. titulo. 5. lib. 3. fori. tunc nihilominus iure noſtro de legitima omne onus reijcietur. Infertur etiam, quòd etiam iure noſtro, quo aucta eſt legitima, oportet tñ quòd relinquatur titulo inſtitutionis, non ſecùs q̃ iure veteri oportebat.

*Doti onus impoſitum à patre nõ reijcitur ꝑ hanc. l. contra communem.*

265 Amplia. 27. vt procedat etiam in dote, quam paterfa. in ſuo teſtamento filiæ relinquit: nam ſi onus huic doti imponat, tale onus reijcitur per hanc legem. Hæcq́; ampliatio eò differt ab ea, quã ſuperiore loco poſuimus, ꝙ modò loq̃mur, quando dos in vltima volũtate relinquitur, ibi autem quando inter viuos tradita fuit. Ita tenet Cinus in. l. ſancim⁹. C. de nupti. & ita aiũt fuiſſe diſputatum per Richardum. Sequitur Rodericus Xuarez hîc. 15. ampliatione. dicens, ꝙ eſt cõcluſio indubitata in terminis iuris cõmunis. Tenet Bart. in. l. Titio centũ. §. Titio genero. nu. 6. ff. de condi. & dem. vbi Imola & Paul. & communiter doct. ſequuntur hîc. Bald. & Sali. & Paul. Paulus in. l. parẽtibus. ſuprà eod. Iaſ. hîc in. 4. limitatione. idẽ Iaſ. in. l. ſi pater. n. 20. & Decius col. fi. C. de inſt. & ſubſt. licèt Albericus hîc variet. Omnes ergo in in hac ſunt opinione, vt ſi in terminis iuris cõmunis teſtator filiæ ſuæ minorem portionem q̃ legitima relinquat pro dote, licèt regulariter relictum pro dote habeat hanc tacitam cõditionem, ſi nuptię ſequantur, tamen hoc caſu ea tacita conditio reijcitur per hanc legem de dote, quæ loco legitimæ ſuccedit, non ſecùs, quàm de ipſa legitima reijceretur. ſicque limitatur. d. l. promittendo. & l. ſtipulationem. ff. de iure doti. & l. tali ſtipulatione. eodem titulo. & ſic etiam ſtatim poſt mortem patris nuptijs non expectatis poteſt illam dotem deſtinatam petere, eamq́; interim decedẽs tranſmittit ſecundùm eoſdem.

Qua in re interim aduerte inſignem incuriam doctorum: nam Cinus, Xuarez, & alij plures eorũ, quos ſuprà retulimus, ſimpliciter tenent, & quærunt, quid ſi in terminis iuris cõmunis teſtator reliquit centum filiæ pro dote, an tacita illa condi. ſi nuptiæ ſequantur, quæ huic relicto ineſt, reijciatur? Et aiunt reijci, poſito pro conſtanti valere illam inſtitutionem, in qua filia in pecunia numerata vel quantitate fuit inſtituta. Cuius contrarium tenuerunt communiter doctores, vt ſuprà deduximus in ampliationibus ſuperioribus.

Quod autẽ diximus, ꝙ de tali dote reijcitur omne onus, debet limitari, niſi pater ſibi ſtipulatus eſſet dotem ex integro reddi ſoluto matrimonio, ſecũdùm Xuarez vbi ſuprà. nam tunc talis dos bene ſuſtinet onus, nec per hanc legem reijceretur, vt ſuprà latiùs perſtringimus. Conſtat autem patrem poſſe ſibi dotem reddi ſtipulari. vt in. l. quoties. & l. penul. §. fi. ff. ſolu. matrimonio. l. auia. & l. cùm à ſocero. C. de iure doti. l. vn. §. videamus. cũ ibi notatis. C. de rei vxo. actio. Cæterùm onus tali doti impoſitum, quam dotem ſoluto matrimonio ſibi reddi paterfami. ſtipulatus fuit, licèt regulariter teneat, tamen fallit, quando erat ſtatutum, vt ſtantibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccederent,



cederent, ſed deberẽt dotari, quia dotata filia tunc demum intelligitur, cùm congruè dotata eſt, ſecundùm Bal. in. l. quoniam nouella. ſuprà eod. & in. l. fin. C. de dotis promiſsione. nec congruè dotata videretur, cùm ex poſt facto dos per oneris impoſitionem minueretur, ſecundùm Xuarez vbi ſuprà. poſt Bal. nouell. in tracta. de dote. part. 6. 17. ſpeciali. In contrarium moueor, quia ſi pater hoc caſu põt ſtipulari, vt ex integro dos ad ſe reuertatur, longè faciliùs poterit facere, vt talis dos per oneris impoſitionẽ aliquã patiatur diminutionẽ, vel læſionem. vt probat in ſimili tex. in. l. cùm queſtio. C. de legatis. vbi notant Corn. & etiam Fulgoſius, dicentes, ꝙ longè faciliùs permittitur diminutio cuiuſque rei, q̃ eius interitus. Si ergo diminutio tãtùm fieret in dote per oneris impoſitionẽ, vt & patet ad ſenſum, & probatur hîc. ibi, eorum iura, qui ad memoratam actionem vocantur, minuta eſſe videantur. longè faciliùs id onus admittetur, q̃ quòd ex toto dos ad patrem reuertatur, per quod quo ad cõmodum filiæ tota dos perire videretur, cùm ex toto ab ea abſcederet. Nec ad rẽ pertinet, ꝙ hoc caſu non videretur filia ſatis congruè dotata, nã id ingenuè fateor, ſed longè minus cõgruè dotata videtur, quãdo pater dotem ſibi reddi ſtipulatus fuit, & nihilominus id admittitur, quia tam iſto caſu, q̃ ſuperiore, ſiue dos à filia ex toto abſceſſerit, ſiue ex parte tantũ minuatur, integrũ ius ei ad petẽdam eã vel eius ſupplemẽtum ſeruabitur: interim tñ onus valere non deſinit, & rectè. Nã cùm legitima liberis à parẽtibus nõ debeatur niſi demũ poſt mortẽ, vt diſſeruim⁹ in authẽ. nouiſsima. ſuprà eod. æquũ eſt, vt pater, q filiæ dotẽ dederit inter viuos, eã poſſit quibuſcũq́; legibus & pactionib⁹ moderare. arg. l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo. cùm poſt mortẽ patris integrũ ius filiæ ad legitimã, vel dotẽ, quæ ex forma ſtatuti eius loco ſucceſsit, reſeruetur.

*Legitima parentũ nõ recipit onus cum cõmuni opiniõe.*

266 Amplia. 28. vt legitima parentum ſit hodie aucta, non ſecùs, q̃ legitima liberorum: ſicq́; ſi quarta tantùm parẽtibus relinqueretur, iuxta. l. Papinianus. §. quarta autem. & §. quoniã autem quarta. ff. hoc titu. l. cùm quæritur. & l. parentibus. ſuprà eodem. tũc pater poſſet agere ad ſupplementum vſque trientis, qui hodie regulariter pro legitima debetur, vt in hoc exæquata ſit conditio tam liberorum, q̃ parentum. glo. eſt communiter approbata in authen. de hære. & falci. in. §. ſi verò expreſsim. collatione. 1. Facit optimè. l. Pantomius. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſ. Dixi ſatis plenè in authen. nouiſsima. ſuprà eodem. vbi fuſiùs per doctores.

Quinimò etiam legitima fratrum turpi perſona inſtituta, aucta hodie eſt non aliter, atque liberorum, parentúmue legitima, iuxta veram receptioremq́; doctrinam, quam in præfata authen. nouiſsima. attigimus.

Deniq́; etiam legitima parẽtum tranſuerſorumq́; titulo honorabili inſtitutionis relinquenda eſt, ſecundùm veras & communes traditiones, vt ibid. abſoluimus. Ergo licèt quadrans liberis, vel parentibus, vel tranſuerſis turpi perſona inſtituta relictus, oneratus nõ eſſet, ſi tamẽ in eo, quod eſt à quadrante vſq́; ad trientem onus impoſitum eſſet, per hanc legem reijceretur, nõ ſecùs, quàm ipſi qua-
267 dranti iniunctum foret. facit. l. 6. Tauri. in æquiparatione liberorum & parentum. tenet Gregorius in. l. 11. titu. 4. par. 6. in glo. el fijo.

*L. 6. Tauri*

*Legitimã trãſuerſorum nõ patitur onus, cum cõmuni opiniõe.*

268 Amplia. 29. vt procedat etiam in legitima tranſuerſorum. Nam ſi frater ſit cũ turpi perſona inſtitutus in ſua legitima, omne onus legitimæ huius fratris impoſitum reijcitur per hanc legem. Ita tenuit glo. not. in authen. de hær. & falci. §. ſi verò expreſsim. quã ſequitur & dicit ſing. Rodericus Xuarez hîc in primo euidentiali. fol. 4.

Confirmatur,quia legitima fratrũ hò
die aucta eſt,non ſecùs,ꝙ legitima libero
rum , vel parentum,vt eſt vera & cõmu-
nis opi.vt latè diximus in authen. nouiſ-
ſima.ſuprà eod. Tertiò confirmatur,qã
l.noſtra.&.l.omnimodò.ſuprà eod.gene
raliter loquũtur in omnibus pſonis, quæ
ad querelã admitti poſſunt: ergo cõpre-
hẽdit fratres etiam ex proprietate ſermo-
nis,quandoquidẽ & ijs põt dari querela.
vt in.l.Papinianus.§.ſed neq; impuberis.
ff.hoc titu.&.§.ſoror.Inſt.eod. & in.l.fra-
tres.& in.l.ſi fratris.ſuprà eod.

Poſtremò facit , quia tam .l. noſtra,
quàm dict. l. omnimodo. procedunt in
omnibus caſibus,in quibus olim per cõ-
ditionis , vel oneris appoſitionem teſta-
men. poterat infirmari aliquo remedio:
ſed olim ſi fratri in legitima tantùm cum
turpi perſona inſtituto onus imponere-
tur , poſſet querelam proponere. argu. l.
filijs matrem.à contrario ſenſu.&. l. ſi pa
ter puellæ.à contrario ſenſu.ſuprà eod.&
vtrobiq; per Paul.& per Fulg. in.d.l. ſi pa
ter.per Paul.& Sali.hîc.ergo.&c. Et iſta
videtur communis opi. quam tenuit gl.
cum qua docto. ibi tranſeunt in authen.
de hære.& fal.§. ſi verò expreſsim.in ver-
bo. hæredẽ. collatione. 1. Rodericus vbi
ſuprà.& iterũ hîc in.16. ampliatiõe.Greg.
Lupus.in.l.11.tit.4.par.6.in gl.El fijo.opti
mè facit.l. ſi quando. in finalibus verbis.
C.de inoffi.teſtam.

*Legitima patronorũ non recipit onus cũ cõmuni opinione.*

269 Amplia.30.vt procedat etiam in legi-
tima patronorum , quæ non recipit vl-
lum onus.Iſta eſt vera & communis opi.
quam tenuit gl.in.d.§. ſi verò expreſsim.
cum qua tranſeunt ibi docto. tenet Ro-
dericus Xuarez hîc ampliatione.16. fol.
44. text. gloſ. & doctores. in. §. ſed no-
ſtra.Inſt.de ſucc.lib.tex.in authen. de hæ
re.& fal.§. non autem excepimus. l. cùm
patronus.ff.de leg.2.l.ſi patronꝰ.ff.de do
nat. Quæ ampliatio in ſe veriſsima eſt,li-
cèt per dictas leges fuerit inductum,non
autem per legem noſtrã, quæ non loqui
tur niſi in quibus caſibus olim ꝑ oneris
impoſitionẽ poſſet infirmari teſtam.hoc
autem caſu infirmari non poterat.

*Legitima non patitur onus etiam emergens . cum cõmuni opinione*

270 Amplia. 31. vt procedat non ſolùm in
onere primordialiter à teſtatore ex eius
ordinatione iniuncto , ſed etiam in one-
re emergenti contingente abſq; facto te-
ſtatoris.text.habes,& exemplum, vbi tra
dunt cõmuniter doct.in.l.ſcimus.in prin
ci.infrà eod.facit in ſimili tex.in.l.cùm pa
ter.§.euictis.ff.de lega.2.& quæ habentur
in.l.ſi domus.§.de euictione.ff.de legat.1.
vbi latè per gl.Bar.Paul.Alex.& Iaſ.

*Legitima lædi non poteſt in quantitate.*

271 Intellige.32. legem noſtram procede-
re in onere contingente ratione quanti-
tatis, quia non legitimæ integra quanti-
tas relicta fuit. vt hîc in verbo, minuta. &
in dict.l.ſcimus.in prin.expreſsiùs in.l.o-
mnimodo.ſuprà eod.

*Neq; in tẽpore.*

272 Intellige.33. etiã in onere contingente
ratiõe dilationis.vt hîc.ibi , dilationibus.
et ibi, ipſa cõditio vel dilatio.Ratio,qã mi
nus dicitur etiã rõne tẽporis. vt in.§.plus.
Inſt.de act. quæ dilatio adeò eſt in cõſide
ratione, vt etiã ſi per ſtatutũ caueretur, vt
filiaf.contẽta & tacita eſſet cũ ea ſumma,
quæ ſibi à patre data eſſet , adhuc tamẽ ſi
ſub dilatione quadã ſibi relicta eſſet, poſ-
ſet impugnare patris vol. vt eſt cõmunis
opi.quã tenuit hîc Iacob.Butri.Sali. Pau.
Iaſ.& alij.vt ſuprà latiùs attigimus.

*Neq; in loco.*

273 Intellige.34. vt procedat etiam in one
re ratione loci: nam retẽta noſtra opinio-
ne, ꝙ filiusfa. poſsit inſtitui in pecunia nu
merata, tunc ſi eam pecuniam iuſſus eſſet
petere ex loco peregrino , & remotiſsi-
mo, id onus per legem noſtram reijcere-
tur. argum. l. cùm res. cum ibi notatis. ff.
de lega.1.

*Neq; in modo.*

274 Intellige.35. vt procedat etiam in one-
re modali: vt ſi filius in legitima inſtitu-
tus iuſſus eſſet ſeruũ ſuum per viam mo-
di manumittere, nam id onus reijceretur
per hanc legem ſecundùm Odofre.& Al
beric. hîc. argumento. l. quibus diebus.
§.Termilius.& quæ ibi latè habentur per
Bart.



Bart.& alios.ff.de condit. & dem. & per
noſtrum tex. ibi, modum vel moram.

*Legitima non patitur onus ratione legati, uel fideicõ. ſingul.*

275 Intellige.36.vt procedat etiam in one
re legati, vel fidei. præſtandi ſecundùm
gloſ. & Angel. & omnes hîc. nam regu-
lariter bonum eſt argumen.de legitima
patroni ad legitimam liberorum.l. fina.
vbi per omnes infrà eod.gloſ.in authen.
de hęr.& fal.§.ſi verò expreſsim.in verb.
hæredem.collatione.1.ſed in legitima pa
troni expreſſum id eſt in.§. ſed noſtra.In
ſtit.de ſucceſsione. libert. & in.l.cùm pa
tronus.ff.de lega.2.l.ſi patronus.ff.de do
natio.text. in authent. de hær.& fal.§.nõ
autem excepimus. collatione.1.ergo idẽ
& in legitima liberorum, parentum, vel
tranſuerſorum.Sed in contrarium forti
ter facit , quòd tale fideicommiſſum vi-
deretur præſtandum , deinde verò à co-
hæredibus repetendum , vt ſic & legiti-
ma ſalua maneret.& teſtantis volun.im
mutilata maneret.argumẽt.in dict.§.ſed
noſtra. in fin. Niſi dicas, quòd onus no-
minatim iniunctum filio non debetur à
cohærede, vel ſubſtituto, nec ab eo vide
tur repetitum.argumen.l. in ſingulis.ff.
ad legem falcid.§. & cùm quæſitum.In-
ſtit.eodem.l.Celſus.§. quod alicuius.ff.đ
legatis. 2. Illud autem expeditum eſt, ꝙ
tale onus reijcitur ipſo iure de legitima.
An autem tranſuolet, & redundet in læ
ſionem cohęredum, vel ſubſtitutorum,
quæſtionis eſt.De quo alibi latiùs.Sed in
terim magis eſt , vt à cohæredibus ſalua
falcidia præſtetur. argument. dict.§. ſed
noſtra.

*Nec ratione fideicõ. uniu. poſt mortẽ præſtandi.*

276 Intellige.37.etiam in onere fideicom
miſ.vniuer. poſt mortem præſtandi.Nã
licèt per totum tempus vitæ ſuæ filius lę
ſus non videatur, nihilominus per hanc
legem reijceretur. argum.l.1.C. de pact.
l.qui Romæ.§.duo fratres.ff. de verborũ
obligatio.l.de fideicommiſſo.C.de tranſ
actio. l.cùm proponas. C.de pact.Quod
verum, etiam ſi id fideicommiſſum im-
puberi iniunctum fuiſſet ſecundùm An
gel.hîc.facit.l.cohæredi.§.cùm filię.ff.de
vulg.& eſt de mente aliorum.Quod ve-
rum non eſt. Nam cùm iuſſus poſt mor
tem reſtituere deducat quartam Trebel
lianicam, nec quiſquam poſsit de iure ci
uili ſecundùm veras & communes opi.
deducere duas quartas, ſequitur vt is fi-
lius cum quarta Trebellianica quartã iu
re naturæ debitam compẽſare teneatur,
ſaltẽ vſq; ad menſurã Trebellianicæ: vn
de cũ hodie quarta iure naturę debita ſit
aucta,& quarta Treb.mãſerit in ſua pri-
męua mẽſura, id fideic.etiam poſt mortẽ
reſtituendũ reijcietur in eo, quod eſt vl-
tra quartam Trebell. tãtùm, non autem
in eo, quod eſt , vel concurrit cum Tre-
bellia. Idque de iure ciuili: nam de iure
canonico, dic vt in cap.Rainutius.extra
de teſtament. vbi per omnes.latè Corn.
in authent.ſed cùm teſtator.C.ad legem
falci.per omnes in.l. iubemus.C. ad Tre
bellia.Id quod alibi latiùs diſſerimus.

*Legitimã nõ patitur onus fideic. uni. ſtatim præſtandi.*

277 Intellige.38. in onere fideicommiſ.v-
niuer.ſtatim reſtituendi.vt tenet glo.no
ſtra, quam omnes ſimpliciter veluti in-
dubitatam tenẽt.Sed an id fideicommiſ.
pereat, & euaneſcat , an verò tranſuolet
in cohæredes filij, dubium eſt . Et credo
quòd tranſuolet. argumen.§.ſed noſtra.
in fin.Inſtit.de ſucceſ.libert.ſalua tamen
falcidia.& argumen.l.non iuſtam.C.ad
Trebellia. Quod nota, quia nullus tan-
git, de quo tamen alibi latiùs.

*Legitimã nõ patitur id onus , ꝙ relinquatur in re aliena ſecundùm cõmunes opinio.*

278 Intellige.39. in onere illo, quòd legiti
ma in re aliena ſit aſsignata, quo caſu a-
lij tenent teſtament. non valere, alij ve-
rò valere, ſed onus reijciendum.Sed dic
vt dixi in.l. omnimodo. §. impuberi. ſu-
prà eodem.

*Quid ſi in unica re aſſignetur.*

279 Intellige.40.in onere, quòd legitima
in vna tantùm re ſit per patrem aſsigna-
ta.Ita Bald.in.l.cùm alienam rem.colum
na.3.C.de leg.per.l.ſi verò.§.1.ibi , remit-
ti ei debet.ff.de bon. libe.ſequitur Rode
ri.Xuarez hîc.11.ampliatione.fol.39.Sed
nos contrà, vt diximus in dict.§.imputa-

 ri.argu.

ri.argumen.l.poteſt.ff.de legat.1.& Inſt. de fideicom.hæred.§.ſi quis vna.

280 Amplia.41. vltra omnes, vt procedat etiã in onere illo, quòd legitima filio relicta ſit non ex perſona ſua, ſed ex perſona filij ſui. Veluti ſi filium exhæredaui, nepotem ex eo in legitima portione hæredem inſtitui, nam tunc licèt per nepotem legitima filio quæratur. vt in.l. qui in aliena.§.interdum.ff.de acquiren.hæredita.tamen magis eſt, vt id hodie non ſufficiat. argument. in.§. aliud quoq;.in authent. vt cùm de appellatione cog.licèt fortè hęc lex impedimento non eſſet quin tale teſtament. valeret, nec titulus inſtitutionis per hanc legem à nepotis perſona in filij perſonam trãſcriberetur, extendereturque mirabiliter.l.omnimodo.ſuprà eod.dum confirmabat teſtam. in quo aliquid filio relictum eſſet, vt procederet, etiã ſi illud ex perſona alterius pcepiſſet. Cogita, quia noua, & intacta, & dicam illico in ſequen.extenſione.

*Legitima non recipit hoc onus ut per mediã perſonã relinquatur noua opin.*

281 Amplia.42.vltra omnes, vt procedat l.noſtra in onere illo, quòd legitima fuerit filio quęſita, non immediatè per ſeipſum, ſed per mediam ſerui perſonam, id enim onus conſiderabile eſt, quia impeditur emolumentum iuris accreſcendi. vt in.l.3.§.ſed & ſi coniunctim.ff.de leg. pręſt.De quo p Bar.in.l.re cõiuncti.n.43 ff.de lega.3.& in.l.mulieri & Titio.ff. de cõd.& dem.Et præterea ceſſat emolumẽtũ, de quo in.l.3.2. reſp.ff.de leg. præſt.Et ceſſat tertiũ emolumentũ, de quo in.l.3. &.l.q liberis.§.hęc verba.ff.de vulg.Niſi dicas, quòd hoc caſu olim nullo iure poterat infirmari teſtament. argumen.d.§. interdum.& cõſequẽter ceſſat. l. noſtra. ſed tamen negari nõ poteſt, quin hodie vitiaretur hoc caſu teſtam. vt in.§. aliud quoque.in authent. vt cùm de app.cog. facit.l.Iulian⁹. ff. ſi quis om.cau. teſtam. diximus latè ſuprà.

*Quid ſi relinquatur per mediã ſerui perſonam noua opin.*

Amplia.43. vt procedat in onere illo, quòd titulo fideicommiſsi vniuerſalis

282 ſtatim poſt mortem teſtatoris præſtandi legitima eſſet relicta: nam adhuc inſpecto etiam tempore huius legis, ipſe filius non tam per fideicommiſ. ſubſtitutus, ſed quaſi primordialiter in illa portione inſtitutus videretur, & conſequenter propria authoritate legitimam capere poſſet, non expectata hæredis reſtitutione. vt ſentit gl. per tex.ibi in.l. ſcimus. §.cùm auté.in verbo, repreſentari. infrà eod. Quod ex mente illius text. fuiſſe nõ puto, & hodie magis eſt vt tale teſtamẽ. non valeret.argum. in authent. vt cũ de appel.cog.§.aliud quoq;.facit.l.ita tamẽ. §.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.& quæ tradunt Bart.colum.fi.Alex.num.20.Ripa num.217.Picus.nu.91. Ruinus col.pe.in l.in quartã.ff.ad leg.fal.vbi Berég.fo.140 Bal.n.7.& Iaſ.n.10.in.d.l.ſcimus.in prin.

*Legitima hodie titulo fideic.uni.relinqui non poteſt. cum cõmuni.*

283 Intellige.44. idem, ſi legitima data eſſet tit.ſubſtitutionis directè militaris, qa hæc fideicõmiſſarię ſimillima eſt. vt probat tex.in.l.precib⁹.in fi.C.de impu.ſecũdùm verum intell. quẽ ad illam legẽ tenuerunt nonnulli ſcribentium.

*Legitima titulo ſubſt. militaris relinqui non poteſt à nõ milite.*

284 Intellige.45.idem fore, ſi per compendioſam ſubſtitutionẽ filius ad legitimã inuitatus eſſet, quia hæc poſt pubertatẽ fideicommiſſaria eſt, ſecundũ veras & cõmunes opin. quã tenent omnes per tex. ibi in cap.Rainutius.extra de teſtam.dixi latiſsimè in materia cõpẽdioſę.j. lib.6. Vnde idem dic, quod ſuprà in fideicommiſſaria diximus.

*Legitima relinqui nõ poteſt titu. ſubſt.compendioſæ.*

285 Vltra omnes.46.dic legem noſtrã pcedere, etiam in onere illo, ꝙ filius habẽs integrã legitimam iuſſus eſſet conferre quod de iure cõferendũ nõ erat, nã & id on⁹ eſſet cõſiderabile ꝙ reijceretur. arg. p totũ.ff.de coll.bo.&de colla.dotis.& p totũ.C.de collat. Niſi dicas id onus non tã reijci p hãc legẽ, ꝙ̃ ab initio inutiliter impoſitũ fuiſſe p aliarũ legũ d̃clarationes.

*Legitima nõ patitur onus collationis indebitæ.*

Idem eadem ratione. 47. dic, ſi iuſſus eſſet in legitimã imputare, quod de iure imputandum non erat.

Amplia.



286 Amplia.48.legem noſtram vt procedat, etiam ſi filius eſſet dupliciter oneratus, ſeu duplici onere grauat⁹, puta quia legitima minus integra ſibi relicta fuit, eaq; non purè vel exonerata, ſed vel ſub conditione, vel cum onere, nam adhuc procedit.l. noſtra.& dict.l. omnimodo. vt & legitima ſuppleatur, & onus reijciatur. Ita tenent Paul. hîc & Iaſo.in.5.limitatione. & Bald. in. l. ſi pater. C. de inſtitutio.& ſubſtituti. num.5. Ratio, quia ſub ſimplicibus cõtinetur caſus mixtus. l.2.§.1.vbi Iaſo.Alcia.& alij.ff.de verbor. obligat.& communem tenet Grego.in l.6.titul.octauo.part.6.

*Legitima reſpuit onus etiã geminatũ. cũ Bald.Paul. Iaſ. contra Albericum*

Contrarium tenet Albericus hîc, ne duo ſpecialia concurrant, contra legem. 1.C. de dotis promiſsione.

Sed prima opin. verior eſt, adeò, vt opin. contraria Alberici ridenda videatur.

Nam ſi per legem noſtram ſubuentum eſt vnico morbo laborãti (quale eſt cùm legitima minus integra relinquitur, vel cùm integra, ſed tamen onerata) quanto magis ſubueniendum eſt, quando legitima vtroq; morbo laborabat, & quantitatis deficientis, & oneris imminentis? argument.l.teſtamento.C.de impuberum.cum ibi notatis per doctores. Rurſus quanto grauiùs peccat pater, qui duplici, geminoq; onere filium in legitima iure naturę debita lędere opprimereque voluit, quàm ſi vnico tantùm onere opprimere voluiſſet? Ergo ſi iſto caſu filio contra patrem per hanc legem, & dict.l.omnimodo.ſubuentum eſt, quanto magis illo caſu ſubuentum fuiſſe intelligẽdum eſt? Tertiò is caſus per hanc legem, & dict.l. omnimodo. expreſsim deciſus intelligendus eſt, quaſi duobus capitibus legis commiſtis. vt ait text.in l.Gallus.§. ille caſus.ibi, quaſi duobus capitibus legis commiſtis. vbi per doct. ff. de lib.& poſthum. Quartò ſub ſimplicibus comprehenditur caſus mixtus.tex. in.l.2.§.1.cum gloſ. vbi poſt Bart. & alios latè tradunt Iaſo. & Alciatus.ff. de verb. obligatio.l.ſi ita ſcriptum.vbi Iaſo.ff. de liber. & poſthum. Cùm ergo caſus ſimplices per hãc.l.& dict.l.omnimodo.ſint deciſi, is quoq; caſus miſtus deciſus intelligetur. Tenendo hanc partem, ad.l.1.C. de dotis promiſsione.reſpon. quòd duo ſpecialia poſſunt concurrere ex legis diſpoſitione, vt in caſu noſtro. Et alias reſpon.vid.per Iaſ.hîc.& vi.Gregor. Lupũ in.l.6.titul.8.partit.6.

287 Amplia.49. vt procedat etiam in his, qui poſſent ſecundùm tabul. bon. poſ. accipere. Nam licèt nepos, qui à nemine præceditur, ſub conditione caſuali vel mixta ab auo paterno inſtitutus poſsit, & fortè debeat accipere ſecundùm tab. bon.poſ.vt in.l.3.§.ſi ſub ea.in fi.ff.de bo. poſ.contra tab. tamen hodie talis conditio de huius quoq; nepotis inſtitutione per legem noſtram reijcietur: quia etiã ſi re vera is bo.poſ.ſecundùm tabulas accepiſſet, ea tamen bon.poſ.ſecundùm tabul.conuerteretur in contra tabul.ſi fortè conditio defeciſſet.Ita ait text.in.l.2.§. 1.ff.de bon.poſ.ſecundùm tabu. cum ibi not.docet Alexan. num.12. in.l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſtitutio. ne ergo hac occaſione rumpatur teſtament.talis cõditio per hanc legem reijcietur, quæ ſubuenit in omnibus caſibus, quibus olim per conditionis appoſitionem teſtamẽt. ſubuerti poterat. Præterea etiam pendẽte conditione, talis nepos licèt teſtamen. mero iure valeret, poſſet fortè querelam inoſ.teſtament. proponere.argument.l. filijs matrem.&.l.ſi pater puellæ.& vtrobiq; per Paul.& Fulgo. in dicta.l.ſi pater puellæ.ſuprà eodem.Paulus & Salicetus hîc.ergo ne hac via teſtamẽ.periclitetur, is caſus indubitanter pertinet ad legem noſtram. Quod etiam tenuit Corne.in.l. ſi pater.colum.4. in princip.C. de inſtit. & ſubſtit. ſed motus alia inepta ratione, quam confutare non eſt otium.

*Legitima non patitur onus conditionis, licèt inſtitutus poſſet pendente conditione ſecundùm tabul. accipere, noua opinio.*

Amplia.50. vt procedat etiam in filio eman-

288 emancipato.Ita tenet Salice.hîc num.6. Contrarium tenet Corneus in dic.l.ſi pater.colum.4.in princip. C.de inſtitut.& ſubſti.Sed opi.Saliceti licèt ipſe eam probare neſciuerit, verior eſt,quia & pendẽte conditione, haberet querelam. argu. dict.l.filijs matrem.&dict.l.ſi pater puellæ.& vtrobiq; per Paul.&Fulgo.Paul.& Salice.hîc.quod elegãter defendimus in l.2.ſuprà eod.titul.Et præterea deficiente conditione, indubitanter haberet contra tabul.bon.poſ.vt.ff.de ſecundùm tabul.l.2.§.1.Ne ergo hac occaſione rumpi poſsit teſtament.is caſus ad legem noſtram pertinere intelligendus eſt.

*Legitima etiam emãcipati non patitur onus.*

289 Amplia.51.vt procedat etiam in liberis à matre ſub cõditione caſuali vel mixta inſtitutis, quia ij pendente cõditione olim habent quærelam inof.teſtament. dict.l.filijs matrem.dict.l.ſi pater puellę.& vtrobique per Paul.& Fulgo.Paul.& Salic. hîc. Ergo ne hac occaſione rumpi poſsit teſtament.dicendum eſt hunc caſum ad legem noſtram pertinere. Ita in ſpecie tenent Bald. & Paul.in.l.ſi mater. in princip.ff.de vulga.

*Legitima etiam in teſtamẽto matris nullum patitur onus noua opinio.*

290 Amplia.52.vt procedat etiam in liberis legitimatis,quia ij per omnia ad ſimilitudinem redacti ſunt eorũ, qui ab ipſo natiuitatis primordio legitimi nati fuerunt.vt docent latè Socin.& Iaſo. & Alciatus poſt alios in rubr.ff.de lib. & poſthum.per text.in authent. quib. mo.natural. efficiantur ſui. §. reliqui. & . §.illud.& in authent. quib. mod. naturales efficiantur legit.§. igitur. ibi, ad ſuorum ius perueniunt. & ibi in.§. liceat igitur. ibi. de cætero & ſub poteſtate habere.& ibidem.§.ſi dixit.ibi,vt ſub poteſtate eius conſiſtant nihil à legitimis differentes. Cùm ergo legitimati à verè legitimis nihil differant, ſupereſt, vt ad eos lex noſtra nõ aliter atq; ad legitimos pertineat.Et in ſimili plenè per Socin.in rubri.ff.de libe.& poſthum. vbi etiam Alciat.& Iaſo.Bart.& Iaſ.num.17.in authẽ. ſi qua mulier.C.de ſacroſ. eccleſ. Couar. in capit.2. de teſtament.num. 4. Decius in cap.in præſentia.de probat.numer.61.

*Legitima etiam legitimatorum nonpatitur onus noua opinio.*

291 Amplia. 53. vt procedat etiam ſi eſſet filius adoptiuus,nam & huius legitimæ portioni ſi onus impoſitũ fuerit, reijcietur per hanc legem ipſo iure. Intellige quãdo à patre naturali huic filio adoptato ab aliquo extraneo legitima relicta fuit,onerata tamen: nam cùm hoc caſu adoptione non obſtante integra iura ad impugnandum patris naturalis teſtam. huic filio permanſerint.vt in.l.cùm in adoptionis.§.omnia. C. de adopti.&.§.ſed hodie.Inſti. eod.ſupereſt,vt ne hac occaſione teſtamen.periclitetur,hæc lex pertineat ad onus huic filio impoſitum, nõ ſecùs,quàm ſi re vera adoptio facta non fuiſſet.Et eſt noua opin.

*Legitima etiam adoptiui non patitur onus noua opin.*

292 Amplia.54.vt procedat in filijs legitimis,& naturalibus in adoptionem datis reſpectu patris adoptiui,quando is filius in poteſtatem adoptãtis tranſiuit, quod accidit in caſibus enumeratis in dicta.l. cùm in adoptiuis.§. omnia. & dict.§. ſed hodie.nam tunc ſi pater adoptiuus huic filio adoptato legitimam oneratam relinquat,tunc per hanc legem onus reijcietur,non ſecùs,quàm ſi is pater adoptiuus fuiſſet pater verus legitimus & naturalis, ne aliàs eius teſtam. periclitaretur, quod leges noſtrę proſpectũ voluerunt. Ita probatur in dict.§.omnia.& in dict.§. ſed hodie.

*Legitima adoptiuo relicta ab adoptiuo patre, non patitur onus noua opinio.*

293 Amplia.55.vt procedat in filijs legitimis & naturalibus, qui poſtquàm è poteſtate noſtra liberati fuerãt per adoptionem factam ab auo materno, iterum in poteſtatem noſtram reuerſi ſunt per emancipationem ab ipſo auo materno factam: nam hi tales omnia iura reſpectu patris naturalis recuperant, quæ ante adoptionem habuerant,& conſequenter onus eorum legitimæ impoſitum, per hanc legem reijcitur,non ſecùs,quàm ſi re vera adoptio facta nunquam fuiſſet, ne

*Legitima filij etiã in poteſta. noſtrã reuerſi à qua per adoptionẽ liberati fuerant,nõ patitur onus noua opin.*



ne aliàs teſtamen.periclitaretur.argum. text.in.l.cùm in adoptiuis.§.omnia.verſ. niſi ſuprà allegata.& reliqui non aduertunt.facit.l.filio quem.ff. de libe.& poſt.

294 Amplia.56. vt procedat etiam in filijs qui poſt emancipationem iterum in poteſtatem noſtram reuerſi ſunt, hi enim habentur perinde ac ſi re vera ſemper,iugiterque in poteſtate noſtra manſiſſent, & conſequenter.l.noſtra ad eos pertinet non ſecùs, quàm ad eos, qui nunquam emancipati fuerunt.Ita probat text.in.l. filio quem pater.ff.de liber.& poſthum. & in.l.non putauit.§. ſi quis emancipatũ ff.de bon.poſ.contra tabul.Quæ omnia nota,quia à nemine vnquam ita declarata, & reliqui non aduertunt.

*Legitima filij emancipati in poteſt. noſtrã reuerſi, nõ patitur onus noua opinio.*

295 Amplia.57.vt onus deducatur & reijciatur ipſo iure, non ſolùm quando impoſitum eſſet portioni relictæ ipſi filio, ſed etiam ſi impoſitum eſſet portioni alteri hæredi relictę, ſi tamẽ ea portio huic filio eſſet reſtituenda; tunc enim ab eo, quod huic filio relictum eſt, licèt non relinquatur directò ab ipſo teſtatore, ſed per fideicommiſ. ab hærede, reijcitur omnis dilatio, conditio, vel aliud onus ſecundùm Barto.in.l.in quartam.in fin.ff. ad leg.falcid.per legem noſtram..&.l.ſcimus.§.cùm autem. infrà eo.tangit Ripa. num.217.Picus num.91.Ruinus colum. pen.Berengar. fol.140.in dicta.l.in quartam.vbi Alexand.num.20.Bald.num.7. in dicta.l.ſcimus.in princip.vbi Iaſo.nu. 10.quod obtinebat tempore huius.l.hodie dic vt.§.aliud quoque.in authent.vt cùm de appellatio.cog.

*Legitima reijcit onus portioni etiam alterius impoſitũ,ſi ea portio erat filio reſtituẽda cum cõmuni.*

296 Amplia.58.ſcd̃m quoſdã, vt procedat non ſolùm in eo, quod directò relinquitur filio ab ipſo teſtatore, vel etiam ab ipſo hęrede, vt proximè dixi, ſed etiam in eo, quod ei relinqueretur à legatario, nã & de illo reijceretur omne onus, dilatio, vel cõditio.Sed contrariũ tenetur cõmuniter. Nã ſi legatariũ iuſsi, vt legatũ, vel legati partem filio pro ſua legitima, vel legitimæ ſupplemento poſt annum, vel poſt mortem ſuam reſtitueret, tunc is legatarius non ſtatim poſt mortem teſtantis, ſed demum tempore à teſtatore præfinito teneretur reſtituere. Ita tenẽt Bar. colum.fin.Picus. num. 91. Ripa.nu.217. Ruinus colum.penul. Alexan. num.20. Berengar.fol.140.in dict.l.in quartã.Bal. num.7.in.l. ſcimus.in princip.C.de inof. teſtamento.& Iaſ.ibi nu.20. Quod ſummè notandum, & non parum ambiguũ eſt propter generalitatem text.in dict.§. cùm autem. & hodie procederet non aliter, quàm ſi filius aliqua ex parte, vel in aliqua re eſſet inſtitutus.

*Idem ſi ille oneratus erat legatarius cũ cõmuni.*

297 Amplia.59. vt procedat etiam in conditione, quæ tacitè ineſt ex natura rei. Nam ſi iuſsi, vt filiam meam poſt mortẽ meam hæredes nuptui traderent, eique dotem darẽt, in qua dote eam hæredem ſcripſi, quo caſu non deſinit valere teſtament. etiam hodie poſt authent.vt cùm de appellat. cog.§. aliud quoque.ſecundùm Iaſo.in authen.nouiſsima.num.46 vbi dixi ſuprà eod.tunc licèt regulariter dos ſui natura habeat hanc tacitam conditionẽ, ſi nuptię ſequantur, tamen hoc caſu ea tacita conditio vel nõ ineſſet, vel reijceretur ſecundùm communem opi. quam tenent Bart.colum.penult.Pau.& Imola in.l. Titio centum .§. Titio genero.ff.de conditio. & demonſtratio. Iaſo. num.20.Decius colum.fina.in.l.ſi pater. C.de inſtitu.& ſubſtitu. & Paulus & Iaſ. hîc in.4.limitatione. idem Paul. in.l.parentibus . ſuprà eod. Rodericus Xuarez hîc ampliatione. 12. expreſsiùs per Bart. in.l.fina.§.filiæ.ff.de lega.2. Cinus in.l.vni.§.videam⁹.C.de rei vxori.actione.Bal. in dict.§.filiæ.Bald.& Salicetus.in.l. quoniam nouella. ſuprà eod.Paulus & Alexan.in.l.à filia.ff.ad Trebel.Et ita limitatur.l.ſtipulationem. &.l. promittẽdo.ff.

*Legitima reijcit onus quod ineſt etiã ex natura rei cũ communi.*

298 de iure doti. Idemq; fortè videretur eadem ratione in donatione propter nuptias.Nam ſi teſtator inſtituit hæredem filium

*Idem in donatione ꝓpter nupt.*

filium in donatione propter nuptias, quam filio vel iam fecerat, vel facturus erat, tunc onus tali donationi iniunctũ, per hanc legem reijceretur, cùm hæc donatio doti aſsimiletur. dicta.l. quoniam nouella.cum ibi traditis.&.l.vt liberis.l. illud.C.de collati.&.C.de donatio. ante nupt. ferè per totum.

*Legitima non reijcit condi. quæ non eſt ſeparabilis à relicto cum Angel. & Imol. cõtra Roderic.*

299 Quod intelligendum neceſſariò eſt in conditione, quæ ineſt ex voluntate. vt eſt in terminis dict.l.promittendo.& dict.l.ſtipulationem. Secùs autem ſi ex neceſsitate ineſſet ea conditio, vt eſt, ſi filium inſtitui in fructibus, quæ ex illo fundo poſt mortem meam naſcentur tribus fortè annis, duobus, vel vno: nam tunc ſi tollis conditionem, tollis etiam diſpoſitionem, quo caſu ceſſat. l. noſtra ſecundùm Ange. & bene in.l.ſuus quoque.in princip.vbi etiam Imola.ff.de hæred.inſtituen. licèt contrarium velit Rodericus Xuarez infrà limitatione. 9. Ergo in hac cõditione, quæ ineſt ex neceſſaria, & coacta rei natura, neceſſe eſt vt ceſſet.l. noſtra.

*Teſtamẽtũ etiã hodie nõ uitiatur per filij inſtitutionem conditionalem, cum communi.*

300 Vnde infertur noua limitatio ad illã communem opinio. quæ habet, quòd hodie etiam poſt.§. aliud quoque.in authent.vt cùm de appella.cog.qui ad validitatem teſtamenti deſiderat filij inſtitutionem, non deſinit valere teſtament.vbi filius eſſet inſtitutus etiam ſub conditione caſuali vel mixta. vt tenent Iaſ.in l.filius à patre.in princip.num.8.ff.de liber.& poſthum. idem Iaſo. in.l. ſi pater. num.13.C.de inſtitutio.& ſubſtitutio.vbi Corneus & Alexand. num. 12. & nu. 15.& num.16.& Decius colum.fin.Paul. & Iaſo.num.4.qui hanc opinio. dicit cõmunem in.l.ſi mater.in princi.ff.de vulga.Infertur, inquam, noua limitatio ad hanc communem opini. vt procedat in conditione, quæ non ineſſet ex rei natura coacta & neceſſaria, nam tũc nec ipſa conditio ſalua diſpoſitione reijci poſſet, & ſic ceſſat.l. noſtra. neq; ipſa diſpoſitio ſuſtineri poteſt ſalua conditione, ne fiat contra formam & præceptum huius legis volentis, quòd legitima purè, & abſque vlla conditione capiatur, ſicque neceſſariò dicẽdum eſt teſtamentum hoc caſu vitiari: quod nouum, belliſsimumque videtur. Sed hoc caſu humaniùs eſt dicere teſtamentum valere, legitimã autem in reliquis rebus ſuppleri per.l.omnimodo. ſuprà eodem.

*Legitima etiam fratris non patitur onus.*

301 Amplia.60. vt procedat etiam in legitima, quæ debetur fratri turpi perſona inſtituta. Ita reſidet Rodericus Xuarez hîc fol.4.gloſſ.& doct.in authen.de hære.& fal.§. ſi verò expreſsim.in verb. hæredem.

*Legitima reijcit conditio. onus etiam ultra concurrentem quantitatem, quando nullus erat cohæres cũ communi.*

302 Amplia. 61. vt reijciatur conditio nõ ſolùm pro concurrente quantitate legitimæ, ſed etiam in eo, quod eſt vltra legitimam, ſi filius nullum habuit cohæredẽ, vel ſubſtitutum. Ita docent, & rectè, Rodericus Xuarez hîc ampliatione ſexta. Imola in.l.iam dubitari.columna.11.verſicul.& hæc opinio.idem Imola in.l. fin. ff.de conditio.inſtituen.colum.11.verſi. aduerte tamen. Ratio, quia hoc caſu legitimę, quam filius ſtatim poſt mortem patris purè capit, reliquum hæreditatis accreſcit: vnde fruſtra ſpectaretur conditio, cuius nihil operaretur euẽtus.l. ſi qs ita ſcripſerit.ff.de hęr.inſti.l.ſi te ſolũ.l.ſi tamen ex parte.ff. de acq. hære.l.1.§.ſi ex fundo.l.ſi alterius.ff.de hære.inſtituend.

*Legitima reijcit onus etiam ſi teſtator ſub pœna priuationis id uetuerit, cum Baldo. & Paul. contra Roder. & alios.*

303 Ampliatur.62.vt procedat, etiã ſi pater, qui filio minus integra legitima reliquit, vel oneratam reliquit, adiecerit prohibitionem de amplius petendo, & præterea priuationem relicti, ſi filius amplius peteret, quia dixit, Si filius amplius petierit, vel onus reiecerit, priuetur relicto. nã adhuc vel ſupplementum inducetur, vel onus reijcietur ſecũdùm Bald.& Paul.in.l.ſi quãdo.§. & generaliter.infrà eod.ſequitur Rodericus Xuarez hîc ampliatione.9.folio.22.

Contrariũ tenet ipſemet Rodericus Xua-



rez hîc in.9.limitatione.fol.54.poſt Bald.quem allegat in.l.1.C.de iure fiſci.libro.10. Sed primam opinió. teneo per.§. cæterùm.in authent. vt cùm de appella. cog. licèt pro ſecunda opinione faciat.l. vxorem.§.hęres.ff.de lega.tertio.&.l.paterfam.teſtamento.ff.de hæred.inſt. Sed pro parte affirmatiua, vt onus reijciatur fortiter facit.l.Seius & Augerius.ff.ad legem falcid.qua de re in ſimili pleniùs diſſeruimus ſuprà.tradunt Bart.& Alexan. in dict.l.Seius & Augerius.

*Legitima nõ patitur grauamen etiam in teſtamẽto facto per cõmiſſarium*

304 Amplia.63.vt procedat in commiſſario, vel mandatario, cui teſtator dedit facultatem teſtandi: quia is non ſolùm nõ poſſet filij legitimam onerare, ſed etiam nõ poſſet ſolam legitimam eis relinquere, ſed portionem virilem integram vnicuique teneretur dare, ita quòd eorum nullus reliqs potior, vel melior, ſeu melioratus eſſet. Ita nouiſsimè tenet Rodericus Xuarez hîc, & rectè, in.8.limitatione ſuper lege regia fol. 76. per text. in.l. cùm pater.§.rogo.ff.de lega.2.ibi, vt quiſque de te meruerit videtur fideicommiſſum omnibus & ſi non æquè meruerint relictum.facit text.in authen. de triente & ſemi.§.illud.collatione.3.optimus tex. in.l. cùm oportet. in princip. C. de bon. quæ libe.melior tex.iũcta gl.in.l.3.ſuprà eod.tex.in.l.1.ff. de optione leg. Et ita eſt intelligenda.l. 9. incipi.Si algun ome.titulo de las mandas.lib.tertio.fori. quod

*Intell.ad.l. 31. Tauri.*

305 hodie expreſſum eſt in.l. 31. Tauri, incipit. Porque muchas vezes. Sed nouum dubium eſt, quid ſi de facto is commiſſarius ex diſparibus portionibus filios teſtatoris hæredes fecit, an illæ diſpares inſtitutiones redigantur ad æqualitatem, an verò teſtam. vitietur? Et magis eſt teſtamen.vitiari.argum.tex.in.l. ſi quis cũ teſtamen.nullum.ff.de iure codicil.licèt in cõtrarium faciat.§. cæterùm. in auth. vt cũ de appe.cog.&.l.noſtra.&.l. omnimodo. ſuprà eo.l. obtinuit.ff.de cõd. & dem.l.1.ff.de cond. inſtitu.l.ſi impoſsibilis.ff.de verborum obligatio.

*Legitima nonpatitur onus etiam inter uiuos iniunctum.*

306 Amplia.64.vt nõ ſolùm onus iniunctum legitimæ in vltima voluntate reijciatur per hanc legem, ſed etiam ſi inter viuos iniunctũ fuiſſet per modũ diuiſionis, quã pater de omnib⁹ bonis ſuis inter filios facere vellet.arg.l. parẽtibus.ſuprà eo.l.ſi pater.&.l.quæ pater.fami.her.ff.facit.l.ſcimus.in pr.l. ſi qñ.§. illud.infrà eo.

Amplia.65.vt ſi abinteſtato per ſtatutum augeretur legitima, ex teſtamento quoq; aucta intelligeretur, & grauamen ad illam mẽſurã reijceretur. Ita docet ſolus Fulgo.vbi diximus in.l. cũ quęritur. C.de inof.teſtam.diximus pleniùs alibi.

Amplia.66.vt procedat, etiam ſi filius pręteritioni ſuæ cõſentiret, vel etiã ſi exhęredationi cõſentiret, ſecundùm diſtinctionem, quam poſuimus in materia legis.cùm quæritur.C.de inof.teſta.ſuprà.

Ampl.67. vt procedat etiã ſi onus ab initio valeret: ſi tñ poſtea liberi naſcãtur filio onerato, vt not.diximus in materia dict.l.cùm quæritur.ſuprà.

Ampl.68.vt procedat, etiã ſi grauaminis cauſa ad non cauſam redacta fuerit, quale eſt ſi filius iuſtè exhæredatus, cui tñ à patre multa relicta fuerũt onerata, tamen poſtea à patre adoptetur, tũc enim poterit vel querelã mouere, vel onus abijcere.arg.huius legis.iũcta.l.filio quem ff.de lib.& poſt.&.l.3.§.fi.cum ibi notatis per Bar.ff.de adim.lega.& quæ plenè diſſeruimus ſuprà.

Ampl. 69. vt etiã ſi pater inter viuos præueniẽs tñ vltimũ vitæ ſpiritũ, efflatũq;, hęreditatẽ ſuã inter liberos diuideret, ex qua diuiſione legitima vnius læderetur, nã & tũc id onus ꝑ hãc.l.reijceretur,

*L. 17. & l.26. Tauri declarãtur.*

307 vt proximè dicebamus. Sicq; declaratur ſingulariter, & nouè.l.fi.C.fam.her.l.hac conſulti.§.ex imperfecto. C. de teſtam.l. quoties.C.fam.her.l.ſi pater.l.quę pater ff.fam.her.l. quid ergo. 2. ff. de legatis.1. Quinimò & hoc addimus ad. 64. ampl. etiam ipſemet paterf. poſſet id onus tol-



lere,

lere, licèt inter viuos illud impoſuerit. argument.l.fina.C.de pact.Et ita intelligo.l.17.&.l.26.Tauri,vt in eorum terminis paterfa.voluntatem mutare poſsit.

*Legitima an patiatur conditionem in exemplari teſtamẽto?*

308 Amplia. 70. vt procedat etiam in teſtamento exemplari: nam ſi paterfamil. vel etiam mater dum filio furioſo, aut dementi, qui liberos habebat, exemplarem faciat ſubſtitutionem, & legitimæ vnius eorum onus impoſuerit, magis eſſe videtur, vt id onus reijciatur, quàm ꝙ querela proponi poſsit.arg. dict.l.omnimodo.&.l.noſtræ.l. ſcimus.§. cùm autẽ. eod.titul.l.11.titul.4. par.6.niſi contra di-

*L.11. titul. 4.part. 6.*

309 cas, quaſi tunc aui, vel auiæ teſtament.eſſet, ergo.&c.argu.l.Papinianus.§.ſed neque impuberis.ff.de inof.teſtamẽto.Sed adhuc onus reijciendum eſt, nec hoc caſu valet argument.de pupillari ad exemplarem: quia licèt teſtator poſsit nocere matri impuberis in pupillari ſubſtitutione, non ſic poteſt nocere liberis ipſius furioſi in exemplari, quibus ſucceſsio magis debetur, quàm parentibus. l. ſcripto. ff.vnde liber.Deinde ibi in.l.humanitatis.C.de impuberũ.eſt ſpecialiter prouiſum in hoc articulo, ne poſsint liberi mente capti, aut furentis præiudicari, ergo ęquiparatio generalis de pupillari ad exemplarem, non comprehendit hunc caſum.l.in fraudem.§.fina.ff.de milit.teſtamento.l.vxorem.§.felicisſimo.ff.de legatis tertio. dixi eſſe communem opin. in.§. 35. numer. 5. & eſt noua declaratio. Cogita tamen, quia non firmo.

*Pupillaris ſubſtitutio an reijciat cõditiones?*

310 Ampl.71.vt ſimiliter in pupillari ſubſtitutione onus reijciatur de legitima matris, vel fratrum ipſius impuberis. quod non puto verum.argument. dict. §.ſed neque impuberis.vt proximè diximus.Nam cùm impubes liberos habere non poſsit, patri liberum eſt matrem impuberis præterire, & longè liberiùs etiã fratres impuberis prǫterire, licèt turpem ſubſtitutũ impuberi det. vt vtrunq; probatur in dicto.§. ſed neque impuberis.ſecundùm verum & communem intelle. vt diſſerimus in materia pupillaris ſubſtitutionis. Quod procedit etiam in foro conſcientiæ, vt eſt vera & communis opin.quam docemur in.§. primo. num. 24.cum ſequent.Ergo cùm id teſtamen. etiam olim & hodie nulla ex parte periclitaretur, non pertinet ad legem noſtrã & ſimiles, quæ eas tantùm conditiones reijciunt, quæ teſtament. vitiare poterant, vt ſuprà admonuimus.

*Militis teſtamentum non reijcit cõditiones, legitimis appoſitis.*

311 Amplia.72.vt procedat etiam in teſtamento militis, ſecundùm quoſdam. argument.l.in fraudem.§.fina.ff. de militari teſtamento. vbi leges generales comprehendunt militis teſtamẽ. non ſecùs, quàm teſtament. paganorum. facit. l.1.

*L.3. tit.4. lib.1. ordi.*

312 &.2.ff.de legibus.l.3.titul.4.lib.1. ordin. Quæ ſic intelligenda eſt, vt etiam militum teſtamenta non aliter atq; paganorum, ruſticorum, aut mulierum amplectatur.facit.c. erit autem lex. diſtinct.4. &ex communi reſolutione docemur in §.35.nu.5.Ergo hoc in caſu non dubiũ eſt, quin leges noſtræ nouæ (qualis eſt iſta. & dic.l.omnimodo.&.l.quæ nuper.hoc titul.l.ſcimus.in princip.& in.§.cùm autem.l.ſi quando.§.illud.&.§.& generaliter.&.l.17.titul.primo.&.l.11.tit.4. & ibidem.l.9. part.6.) comprehendant etiam militum teſtamẽ.quaſi hac in re nullum reperiantur habere peculiare priuilegiũ nullamq́ue peculiarem prouiſionem. Quod verum non puto. Et ita cùm res controuerteretur, arguebam, ꝙ leges generaliter loquentes non cõprehendunt perſonas, aut caſus, qui in articulo illo, quo de agitur, reperiũtur habere vllum peculiare priuilegium, aut peculiarem prouiſionem.argumento.l.vxorem.§.felicisſimo.ff.de legatis tertio.l.cùm quæſtio.vbi omnes.C. de legat. capit. generi per ſpeciem.de regulis iuris.in ſexto. l.1. vbi per nouiſsim.ff.de regulis iuris.& ex communi reſolutione diximus in dict. §.35.numer. quinto. Sed miles reperitur habere



habere peculiare priuilegium hac in re. Patet: quia eius præteritio omnimoda non vitiabat teſtamentum fauore ſuorum liberorum.l.ſicut certi.l. ſi cùm vel in vtero.C. de milit.teſtament.§.penult. & final.Inſtitu.eodem titul.& ſic longè minus vitiabatur, aut impugnari poterat prætextu vllius conditionis in eo po-

*L.17. titu. 1.l.9. & l. 11. titul.4. part. 6. limit.*

313 ſitæ. Vnde cùm leges noſtræ ſuprà relatæ ad eos tantùm caſus pertineant, quibus teſtament. per conditionis appoſitioné periclitabatur, ſupereſt, vt ad hoc teſtament. militis pertinere nequeant, quando id teſtament. per talem conditionis appoſitionem periclitari non poterat, neq; vnquam poterit. Vnde infertur opportuna limitatio ad dictam.l. vndecimam. & dictam.l. 9. titulo. quarto. & dictam.l.decimãſeptimã.titul.primo. partit. 6. vt in teſtamento militis non procedant. Niſi dicas, quòd etiam olim tale militis teſtament. periclitaretur, ſi ponas militem putaſſe integram legitimam ſe relinquere, ſicq́ue ex defectu voluntatis, non poteſtatis teſtament. periclitatur.Sed certè id in re dubia etiam in milite non præſumitur. l. quiſquis.C.de reſcind.venditio.

*L.4.titul. 1. part. 6. amplia.*

314 Infertur etiam notabilis ampliatio ad l.4.titulo primo.partit.6.Nam quod ibi traditur militem poſſe liberè teſtari, ampliatur vt procedat, non modò quo ad formam teſtãdi, ſed etiam quo ad ipſum teſtamenti tenorem, diſpoſitionesq́ue ibi factas: nam licèt lex eas cõditiones reijciat, quas legitimis liberorum teſtatores pagani apponunt, vt hîc, non tamen reijcit appoſitas à milite, vt cõtendimus.

*L.4. titul. 14. libr. 2. ordinamẽ.*

315 Quod primùm limita de iure regio per textum notabilem in.l.quarta.titulo decimoquarto. libro ſecundo. ordinament. quam à noſtrorum nullo didici, vt procedat, non quando hybernantur milites, licèt ſint in expeditione, vt eorum priuilegia regulariter procedunt de iure communi. vt in princip. & ferè per totum Inſtitut.de milit.teſtamẽto. §. penultim. & final. Inſtitut. de exhæred.lib.per totum ferè.C.&.ff. de milit.teſtamento.ſed tantùm quando ſunt in tentorio: nam dicta. l. quarta.ita ait. E por quanto ſe halla que la hueſte propriamente ſe dize quando la gente eſta en el campo pueſta en el real, e no quan-

*L.4. titul. 1. part. 6. declaratur.*

316 do es apoſentada en poblado. Nec dubium eſt, quin iure regio priuilegium teſtandi militibus conceſſum procedat dũtaxat eo tempore, non quo hybernãtur ſub tectis, oppidis, & vrbibus, ſed cùm ſunt in tentorio: quia dicta. l. 4. ait, queriendo fazer teſtamento algun cauallero ſi lo fiziere en ſu caſa, o en otro lugar que no ſea en hueſte, deuelo fazer en la manera que los otros omes. Vnde apparet, quòd tantùm gaudent priuilegio militari, quando ſunt in tentorio, nõ quando hybernantur: pues (vt Hiſpanè loquar) hueſte ſe dize, quando eſtan en campo en real, en campaña, y ſolo quando eſtan en hueſte gozan de aquel priuilegio.

*Militis teſtamentum iure regio non ualet ſi fiat iure militari extra tentorium contra Grego.*

317 Vnde apparet erraſſe Gregorium Lupum, qui dictam. l. quartam. in verbo. hueſte, expoſuit, ideſt in expeditione militari: quinimò debuit exponere, ideſt, in tentorio extra tecta: nec aliter teſtamentum iure militari factum valeret. per dictam. l. quartam. titulo decimoquarto.libr.ſecundo.ordinament.

Et ſimiliter dum ipſe Gregorius Lupus in.l.9. titulo quarto. partit. ſexta. in gloſſ.deſcendientes.intellexit, quòd cõditio mixta appoſita in inſtitutione emãcipati filij, reijciatur per dictã.l. quartã. non ſecùs, quàm ſi in inſtitutione ſuo-

*Condi.mixta reijcitur de legitima emancipati iure cõi & regio cõtra Accur. & Grego.*

318 rum apponeretur, quod dubitat an iure communi procedat. Sanè non iuſtè dubitauit an hac in re eſſet differentia vlla inter ius commune & regium: quia vt dicta. l. nona. vtitur hoc verbo, deſcendientes, quod eſt verbum generale, ita quoque iure communi dicta. l.

 omni-

omnimodo.&.l.noſtra.cum ſimil.vtun
tur voce illa, liberorum, quæ generalis,
& ampliſsima eſt.l.liberorum.ff.de ver-
borum ſignificationibus. Verùm an ho-
die etiam in emancipato ſub conditio-
ne mixta vel caſuali inſtituto à patre ſit
neceſſaria bono.poſſeſ.ſecundùm tabu-
las.vt in.l.2.§. ſi ſub conditione.ff.de bo-
no.poſ. ſecundùm tabul. quaſi de ipſius
emancipati inſtitutione hæc conditio
mixta vel caſualis non reijciatur ipſo iu-
re. Tu dic, quòd licèt in terminis iuris cō
munis velit ipſe Gregorius Lupus neceſ
ſariam eſſe hodie illam bono. poſſeſ. ſe-
cundùm tabul. in hoc caſu poſt gloſſ.
quam ſequitur in.l.final.C.vnde cog.ta-
men veriùs eſt hodie in emancipato ne-
ceſſariam non eſſe, non magis quàm in
ſuo.per.l. omnimodo.hoc titulo.ibi, vel
alio modo ſubuertendis. vbi probatur,
quòd ſiue teſtament.per querelam inof
ficioſi teſtament. ſiue etiam alio mo-
do, puta per contra tabul.poſsit teſtam.
ſubuerti per interuentum conditionis
mixtæ vel caſualis, reijcitur illa cōditio.
& ita tenuerunt ibi gloſſ. & communi-
ter doctores. vt diximus ſuprà. & etiam
diximus in interpretatione dict.l.omni-
modo.§.30. Nec dubium eſt, quin ſi emā
cipatus ſub mixta vel caſuali conditione
inſtitueretur, id teſtament. aliquo caſu
periclitetur, & ſubuerti poſsit: quia licèt
pendente conditione ipſi emancipato
detur ſecundùm tabul.bon. poſſeſ. quæ
firmat teſtament. tamen ſi conditio de-
fecerit, ea bono.poſſeſ.ſecundùm tabul.
conuertitur in bon. poſſeſ.contra tabul.
vt dicto.§.ſi ſub cōditione.quæ infirmat
teſtamentum, vt ibidem.

319 Amplia.73.vt procedat etiam in teſta
mento facto à patre inter liberos: nam
& ſi omnes liberi purè eſſent inſtituti
præter vnum, qui ſub caſuali vel mixta
conditione inſtitutus fuit, ea conditio
non teneret, ſed reijceretur, non ſecùs, q̄
ſi cū extraneis, aut ſolus is filius ſcriptus

*Legitima reijcitonus poſitū etiā in teſtamē to inter liberos.*

eſſet. Moueor: qa lex generaliter loquēs
comprehēdit omnes etiam caſus & per-
ſonas priuilegiatas, ſi in illo articulo,
quo de agitur, non reperiuntur habere
ſpeciale priuilegium, ſpecialemq́ue pro
uiſionem.l.ſi in fraudem.§.final.ff.de mi
lit.teſtament.l.ſi quādo.in princip.cum
gloſ.C.de inoffi.teſtamento.eſt commu
nis opinio, vt dixi in.§.35. num.5.ſed hac
in re id teſtament.factum à patre inter li
beros non reperitur habere peculiarem
prouiſionem, ergo manet, relinquitur-
q́ue ſub regula cæterorum teſtamento-
rum, pertinetq́; ad.l.noſtram cum conc.
Deinde facit: quia liberis quod ſibi adi-
mitur, vt in fratres transferatur, non mi-
nus moleſtum eſt, imò magis odioſum,
quàm ſi in extraneos tranſlatum foret.
l.cùm oportet.in princip.C.de bon.quæ
liberis. Tertiò, quia nō debent plura ſpe
cialia cōcurrere, vt id teſtament.& citra
ſolennitatem valeat, & etiam cum ini-
quitate huius conditionis deſperatæ.cō-
tra.l.primā. cùm ibi notatis. C. de dotis
promiſ. Quartò, quia priuilegium patris
famil.inter liberos teſtantis debet inter-
pretari, quo magis ad ius commune ac-
cedat, & redigatur.capit.cauſamq́ue. de
reſcript. Alexand. conſil. 33. libr.primo.
Abbas & alij in dicto capit. Gregor.Lu-
pus in.l.5.titul.primo. partit. 6. Quintò,
quia teſtandi facultas non tam ex iuſti-
tia, quàm ex gratia & diſpenſatione vide
tur deſcendere, vt ex communi opinio-
ne reſoluimus in. §. ſecundo. in princip.
vnde non decet cum iniquitate diſpoſi-
320 tionis facilè diſpenſari. Poſtremò corre-
ctio & tranſgreſsio legum ſummoperè
vitanda eſt.l.ſi quando. in princip. C.de
inofficioſo teſtamento.capit.cùm expe-
diat.de electione.libr.6.l. vni.C. de inof.
dotib. Et ita intelligere debes & limitare
quod diximus in. §. 21. num. 45. Et ita li-
mitanda eſt.l.7. titul. primo. part.6.&.l.
fina.C.fam.herciſcund.l.hac conſulti. §.
ex imperfecto.C.de teſtament.

*L.7.titu.1. part. 6. limitatur.*

Amplia.74.



321 Amplia.74.vt ijſdē rationibus proce
dat in teſtament. peregrini, in quo licèt
remittatur ſolennitas teſtandi, nō tamē
diſpenſabitur cum iuſtitia diſponendi,
vnde de liberorum ipſius inſtitutione ta
322 les conditiones reijcerentur. Et ita eſt li-
mitandum quod docemur in.§.24.nu.4
ſicq́ue intelligenda eſt.l.2. titul. 2.libr.5.
ordinament.

*Ampl.74.*

*L.2.titu.2. lib.5. ordi. declarat.*

Amplia.75. vt ijſdem rationibus pro
323 cedat in teſtamento facto ſecundùm ſo-
lennitatem tantùm iuris canonici in ter
ris eccleſiæ, in quo licèt remittatur teſtiū
& reliquæ formę ſolennitas, non tamen
diſpenſatur cum iuſtitia diſponendi, ſic-
q́ue de liberorum teſtantis inſtitutione
iure illo hę conditiones reijcientur, non
ſecùs, quàm de iure ciuili. Ita debet intel
ligi text.in cap. cùm eſſes.& in cap. rela-
tum.de teſtamen.& quod ſcripſimus in
§.21.num. primo.

*Ampl. 75.*

324 Amplia.76.vt ijſdē rationibus id pro
cedat iure regio, quo iure licèt ſolenni-
tas in teſtamento nuncupatiuo magna
ex parte remiſſa fuerit, & in teſtamento
in ſcriptis nōnulla ex parte. vt in. l. pri-
ma.titulo.2.lib.5.ordinament.l.3.Tauri.
325 tamen intelligimus ſolennitatem remiſ
ſam quo ad formam teſtandi, nō ſic quo
ad iuſtitiam diſponendi, vnde de libero
rum inſtitutione hæ conditiones reijciē
tur eo iure non ſecùs, quàm iure ciuili,
vt ſic hodie incorrectę maneant.l.nona.
&.l.11.titulo.4.l.17.titul.primo.partit.6.
Sicq́ue intellige quod docemur.§.21.nu.
19. cum pl. ſequent.

*Ampl. 76.*

*L.1.titul.2. libr.5.ordi. & l. 3. Tauri declarantur.*

326 Amplia.77.vt ijſdem rationibus pro-
cedat etiam in teſtamento facto coram
presbytero parœciali. Sicq́; intelligas
quod docemur in.§.22.num.27.

*Ampl. 77.*

Amplia.78. vt ijdem rationibus pro-
327 cedat in teſtamēto facto ad pias cauſas.
Sicq́ue intellige quod docemur in. §. 22.
numer.1.& capit.cùm eſſes.& capit.rela
tum.1. de teſtament.

*Ampl. 78.*

Amplia.79. vt ijdem rationibus pro-
328 cedat in teſtamento, in quo inſtituūtur
legitimi hæredes teſtantis. Sicq́ue intel
ligo.l. hac cōſultiſsima.§. ſi quis autem.
C.de teſtament.& quod ſcripſimus in.§.
22.in princip.

*Ampl. 79.*

329 Amplia.80. vt ijſdem rationibus pro
cedat in teſtamento facto coram princi
pe, per cuius interuentum licèt remitta
tur ſolennitas, non tamen diſpenſatur
330 cum iuſtitia diſponendi. Et ita intelligo
l.omnium.C.de teſtament. &.l.5. titulo
primo.partit. 6. in quorum terminis hæ
cōditiones reijcerētur, non ſecùs, quàm
in reliquorum teſtamentis, per quod le-
ges illæ aptè limitantur.

*Ampl. 80.*

*L.5. titu.1. part. 6. limita.*

331 Amplia.81.vt ijſdem rationibus idem
ſit in teſtamento facto coram iudice. Et
ita intellige dict.l.omnium.& quod ſcri
pſimus in. §.24.nu.7.

*Ampl. 81.*

332 Amplia.82.vt ſimiliter idem ſit in te-
ſtamento facto coram eo, qui non reco-
gnoſcit ſuperiorem in loco, vbi id teſta-
ment. fit. & ita intellige quod diximus
in.§. vigeſimoſecundo. numer.28. qua-
les eſſe videntur Duces, Comites, & Mar
chiones nonnulli in Italia ſecundùm
Gregorium Lupum in.l.5.tit.primo.par
tit. 6. Bald. in. l. ſancimus.in princip. C.
de donatio. Iaſo.in.l. non dubium.C. de
legibus. Guilielmus Benedi.in capi.Rai
nutius.de teſtament.verbo, teſtamentū.
1.columna.10. verſicul. 8.fallit. Non ſic
ergo in Ducib⁹, Comitibus, & Marchio
nibus Caſtellæ, quorum nullus eſt qui
non recognoſcat pijſsimum Regem no
ſtrum in ſuperiorem.

*Duces, Comites Marchiones Caſtellæ teſtantur ut reliqui.*

333 Amplia.83.vt ſimiliter procedat in te
ſtamento habente clauſulam codicilla-
rem, in quo licèt remittatur ſolennitas
quo ad numerum teſtium, non tamen
diſpenſatur cum iuſtitia diſponendi, ſic
q́ue hæ conditiones reijcientur. Et ita in
tellige.l.primā.&.l.final.titulo.12.partit.
6.&.l. primā. cum ibi notat.per Bartolū
& alios.ff.de iure codi. &.l. final.C. eod.
titulo.

*L.fina. tit. 12. part.6.*

 Amplia.

334 *Ampli.84.* Amplia.84. vt iiſdem rationibus procedat etiam in teſtamento facto per principis diſpenſationem, permittentis, vt teſtaretur ille, qui inteſtabilis erat. iuxta. l. ſi quando. in princip. cum ibi notatis. C. 335 *L.5. in pr. tit.1. par.6.* de inofficioſo teſtamento. l.5. in princip. titul. primo. part.6. nam & tunc cum ſolennitate tantùm, nõ etiam cũ iuſtitia diſponendi diſpenſatum videretur, ſicq́ue hæ conditiones de liberorum, parẽtumq́ue inſtitutione reijcerentur. & ita tenent communiter ibi gloſſ. & doctores. Vnde ſi Papa monacho permiſiſſet teſtari, dicebam nõ poſſe per eum monachũ talem conditionem apponi, quin per legem reijceretur, & ita limitandam talem Papæ diſpẽſationẽ. de qua ꝑ Couarru. in cap. ſecundo. num.10. de teſtamen. Socinus conſil.13. libr.1. Iaſo. in authent. ingreſsi. colum.2. C. de ſacroſanct. eccle. Bald. in dicta. l. ſi quando. Barba. in cap. cùm in officijs. de teſtamentis. qui communiter Papam hac in re poſſe diſpenſare reſoluunt.

336 *Amplia.85* Amplia. 85. vt idem ſimiliter procedat in teſtamento facto in loco hoſtili. Et ita intelligo quod ſcripſi in. §. 24. numero. 9.

337 *Ampl. 86.* Amplia.86. vt ſimiliter procedat in teſtamento facto tempore bellorum. Et ita intellige quod docemur. §.24. nume. primo.

338 *Ampl. 87.* Amplia.87. vt ſimiliter idem ſit in teſtamento facto tempore peſtis. Et ita intellige quod ſcripſimus. §.22. num.35.

339 *Ampl. 88.* Amplia.88. vt ſimiliter idem ſit in teſtamento facto in carcere tyranni, vt in dictis locis in ſimili docemur.

340 *Ampl. 89.* Amplia.89. vt eiſdem rationibus idẽ ſit in teſtamento facto ruri. Et ita intellige. l. final. C. de teſtamen. & quod dixi in §.22. num.29.

341 *Ampli.90.* Amplia.90. vt ſimiliter procedat in teſtamento facto vbi eſſet teſtium, vel hominum penuria. Et ſic intellige quod ſcribimus in. §.24. numer. quinto. Nam in omnibus his caſibus & ſimilibus licèt diſpenſetur quo ad formam teſtãdi, non tamẽ diſpenſatum intelligitur quo ad iuſtitiam diſponendi, vnde tales conditiones reijcerentur de liberorum parentumq́; inſtitutione, & nonũquã etiã de fratris inſtitutione, per rationes, quas ſignauimus ſuprà ampliatione.73.

342 *Amplia.91* Amplia. 91. vt eadem ratione procedat in teſtamẽto, in quo propter iuſtum errorem teſtatoris remittitur ſolẽnitas, nam & tunc quo ad iuſtitiam diſponen- 343 *L.9. titu.1. part. 6.* di non videretur diſpenſatum. Ita intelligo. l. primã. C. de teſtament. & .l.9. titul. primo. part.6. ita limitanda eſt. ſicq́ue in terminis etiam illorum iurium talis cõditio reijceretur.

344 *Ampl. 92.* Amplia.92. licèt ſuprà incidenter attigerim, vt conditio caſualis vel mixta reijciatur de inſtitutione liberorum etiam in eo quod eſt vltra legitimam. Ita probat textus in ſui generalitate in. l.9. titul. 4. partit. ſexta. vbi lex illa expreſsim intellexit, quòd conditio caſualis, vel mixta appoſita in inſtitutione liberorũ, reijcitur nõ ſolũ vſq; ad modũ mẽſurámue 345 *Condi. caſualis uel mixta reijcitur de inſtitutione liberorum etiam in eo quod eſt ultra legitimam iure cõmuni cõtra commu nem. & iure regio cõtra noſtrates.* legitimæ, ſed etiam ex toto. Quod eſt ſecundùm terminos. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſtamento. quam modò interpretamur, vbi ſimiliter talis conditio reijcitur ex tota inſtitutione liberorum, & non ſolùm vſque ad modũ legitimæ: nam & ſimiliter ſi ſub conditione impoſsibili inſtitueretur, ea conditio non ſolùm vſque ad legitimam, ſed etiam in eo quod eſt vltrà reijcitur, habeturq́ue pro non appoſita, non autem pro defecta: nam ſi pro defecta haberetur in eo, quod erat vltra legitimam, tunc id quod erat vltra legitimam non ipſi filio tantùm, ſed etiam cohæredibus ſuis pro portionibus hæreditarijs accreſceret. l. ſi ita quis hæredes. ff. de hæredi. inſtituen. l. Mæuio. in princip. ff. de leg.2. §. his ita. & .§. vbi autem. C. de cad. tollen. Bartol. & omnes in. l. re coniuncti. ff. de

legat.



lega.3. Ergo cùm per. l. noſtram liberi ſub conditione caſuali vel mixta inſtituti iubeantur inuitẽturq́; à lege ad totam portionem nihilo cohæredibus dato per remotionem conditionis, ſupereſt, vt ea cõditio pro impleta, vel pro non appoſita (quod verius eſt, vt in. l. noſtra in fi.) non autẽ pro defecta vlla in parte habeatur. Neq; oberit text. in. l. ſcimus. §. cùm autẽ. C. de inoffi. teſtam. per quem tex. omnes ibi & vbiq; tenuerunt conditionem caſualem vel mixtam vſq; ad modum tantùm legitimæ reijci, nõ etiam in eo quod eſt vltra legitimam: nam ille tex. procedit, quando filius ſub conditione caſuali vel mixta ad fideicommiſſum fuit inuitatus, non ſic quando ad portionem hæreditatis inuitatus fuiſſet. vt hîc. & dict. l.9. Ratio differentiæ: quia cùm ad portionẽ hæreditatis directò inuitatur ſub conditione caſuali vel mixta, tota cõditio reijci poteſt, haberiq́; vel pro non appoſita, vel pro impleta citra cuiuſq̃ iniuriã: non ſic quando ſub tali conditione ad fideicommiſſum ab hæredis manu præſtandum inuitatus fuit, quo caſu ſat ſuperq́; eſſe debet grauari hæredẽ in eo, ꝙ legitimã ſtatim nõ expectata cõditione, aut dilatione præſtet, nimiſq; iniuriũ, impiũq; eſſet eũ cõpelli vniuerſam hęreditatẽ ſtatim reſtituere: nec decebat ingẽs hoc beneficiũ huic filio fortè non merenti concedi cum tã ingenti hæredis læſione, quẽ in legitima ſtatim repreſentanda grauari ſat ſuperq́; eſſe debuit. argumẽto. l. nec auus. C. de emãcipa. liberorum. l. meminerint. C. vnde vi. præſertim cùm hæredes bis grauari. l. vehementer abhorreat. l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega.2.

346 *Intelle. l. 9. ti.4. par.5.* Teneo ergo, ꝙ etiam in terminis iuris communis de inſtitutione directa cond. caſualis vel mixta filio appoſita reijciatur ipſo iure, nõ ſolùm quo ad legitimã, ſed etiã ex toto, habeaturq́; perinde, acſi vel non eſſet appoſita, vel impleta foret. Idemq́; procedit longè faciliùs de iure regio ꝑ. d. l.9. Quod probat. l.11. ti.4. part.6. & .l.17. tit.1. part. 6. quæ leges apertiùs loquuntur, q̃ vlla inductione egeant.

Licèt in terminis iuris cõmunis contrarium teneant communiter doctores, vt per Roderi. Xuarez hîc ampliatione.2. & Emanuel. de Acoſt. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſthum. pag.112. qui dict. l. 9. aiunt eſſe contra omnem legalis ſapientiæ doctrinã. communem etiam tenet Gregorius Lupus in. l.11. ti.4. par.6. in gl. cõdicion. Rodericus Xuarez hîc in.15. limitatione. ſentit Alexan. in. l. ſi pater impuberes. ff. de vulg. contrarium tamen ſentit Oldraldus conſil.171. Thema tale. Et hæc ampliatio ab.11. ampliatione. ſuprà eò differt, ꝙ ibi de iure tantùm regio locuti ſumus, hîc autem etiam de iure communi. & communem tenet Paulus in. l. ſuus quoq;. in prin. ff. de hær. inſt. Cinus in. l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſti. & Albericus hîc col. 1. contra Oldraldum, quem ipſe refert. & nobiſcum vltra Oldral. videtur tenere Anto. de Butri. cõſil. 69. Viſis actis & iuribus. Et hanc partem in terminis etiam iuris communis cõtra communem tenerem in iudicãdo & cõſulẽdo: quia cùm. d. l. partitarũ ita apertè traditum ſit, quam legem cõſtat nil denuò inducere, ſed tãtùm ius cõmune traducere voluiſſe, ſequitur ꝙ dict. l. intellexit id eſſe etiam de iure communi.

347 *Accreſcit omnibus co hæredibus portio deficiens contra Grego.* Deniq; cauendum eſt à Gregorio Lupo in. d. l.11. tit.4. par.6. in glo. no empecẽ. circa pr. dum ſcripſit, ꝙ ſi filium in maiore portione quàm legitima hæredem feci, eiq́; in reſiduo hęreditatis cohęredem dedi, tunc ſtatim reijcitur, inquit, conditio de legitima filij, ſed in eo quod erat vltra legitimam, ſpectatur, & ſi deficiat id, quod erat vltra legitimam accreſcit ſoli cohęredi huius filij, non etiam ipſimet. Quod eſt euidenter falſum, & contra. l. vn. §. his ita. & .§. vbi autem. C. de cad. toll. l. ſi ita quis hæredes. l. itẽ quod Sabinus. §.1. & .2. & .3. ff. de hære. inſtit. l. Mæuio. in

prin.ff.de lega.2. vbi portio legati, vel hæreditatis defecta, accreſcit omnibus cohęredibus pro portione legati, aut hæreditatis. docent Bart. & omnes in. l. re coniuncti. ff. de lega.3. Vnde in hac ſpecie licèt vera eſſet ipſius & aliorum opin. qui putant conditionem caſualem aut mixtam reijciendam vſq; ad legitimam tantùm, in reliquo autem ſpectãdam, adhuc tamen ſi ea conditio deficeret, ipſi quoq; pro portione hæreditaria accreſceret, nõ ſecùs, quàm reliquis cohæredibus. quod optimè probat. l. ſi ſolus. in prin. &. §. 1. ff. de acqui. hære.

Redeundo ad cõditionem caſualem, vel mixtã, de qua modò agebamus, ſtat ergo conditionem caſualem vel mixtam inſtitutioni eorum, qui ad querelam vocari poſſunt, reijciendam eſſe, non ſolùm vſq; ad menſuram legitimæ, ſed etiam in eo, quod eſt vltra legitimã. Quod eſt contra receptas ſententias interpretũ, tã iuris cõmunis, q̃ regij, proceditq́; iure tã regio, quàm communi, idq́; variè intelligitur.

*Declaratio 1. cõtra cõmunem.*

348 Primùm in poſthumis, qui natis liberis exæquantur. d. l. fi. in fi. C. de libe. præt. & dict. §. pen. & fi. Inſt. de exhær. lib.

*Declaratio 2. cõtra cõmunem.*

349 Secundò in liberis inſtitutis maſculis, deinde etiam in fœminis, quæ maſculis hodie æquiparantur. l. fi. C. de libe. præte. dict. §. pen. & fi. inſt. de hære. ab. &. §. pen. & fi. Inſt. de exhæ. libe.

*Declaratio 4. cõtra cõmunem.*

350 Quartò in liberis legitimatis, nõ ſecùs, quàm in legitimis, & naturalibus: nam et hi ſecũdùm communem opi. de qua per Alexan. Iaſ. Soci. Alcia. in rubri. ff. de libe. & poſthum. Iaſ. in rubri. C. de poſthum. hær. inſti. quo ad rumpendum teſtamen. exæquantur legitimè natis de iure communi, licèt non ſic ſaltem indiſtinctè de iure regio. vt in. l. 12. Tauri.

*Declaratio 5. contra cõmunem.*

351 Quintò in liberis nõ ſolùm primi gradus, ſed etiam vlterioris: quales ſunt nepotes, neptes, & deinceps, qui liberis primi gradus exæquantur. vt. d. iuribus.

*Declaratio 6. cõtra cõmunem.*

Sextò etiam in liberis emãcipatis, non
352 ſecùs quàm in ſuis, quia & hi per contra tab. poſsũt impugnare teſtam: licèt enim ſub conditione inſtituti ſecundùm tabu. agnoſcere poſsint & debeant. l. 3. §. ſi ſub conditione. &. §. ſi ſub ea. ff. de cõtra tab. l. 2. §. 1. ff. de ſecundùm tabu. tamen deficiente conditione, ea ſecundùm tab. conuertitur in contra tab. ad reſciſsionem teſtamẽti. d. l. 2. §. 1. ſicq́; is caſus pertinet ad l. omnimodo. & l. noſtram, quę (vt ſuprà in prima parte huius. l. cõcluſimus,) pertinet ad omnes caſus, in quibus quoquo modo teſtam. ſubuerti poſſet, eſtq́; communis opi. vt etiam in emancipato procedant, vt ibi diſſeruimus poſt glo. communiter appro. in dict. l. omnimodo. in verbo. alio modo.

*Declaratio 7. cõtra cõmunem.*

353 Septimò intellige etiam in matre ſic à filio inſtituta, quæ olim ad querelam inuitari poterat. l. cùm filium. C. de inoffi. teſtamento.

*Declaratio 8. cõtra cõmunem.*

354 Octauò intellige etiam in liberis adoptiuis, non ſecùs quàm in naturalibus, argumento. l. cùm in adoptiuis. per totam. l. C. de adop. §. ſed hodie. Inſt. eod. l. certũ. ff. de iniuſt. rup. l. filio quem pater. ff. de libe. & poſthum.

*Declaratio 9. contra cõmunem.*

355 Nonò intellige etiam in liberis à matre ſic inſtitutis. argum. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſtamento. §. mater. inſti. de exhæ. lib. cùm & hoc caſu licèt matris pręteritio pro exhęredatiõe ſit, vt ibi, non ideo minus id teſta. ſubiaceat querelę, & reſciſsioni, ſicq́; ad leges noſtras pertineat.

*Declaratio 10. cõtra cõmunem.*

356 Decimò fortè intellige in fratre à fratre ſic inſtituto turpi cohęrede dato, ſecũdùm opi. eorum, qui contendunt eo caſu & ſupplementum legitimæ fieri debere, & conditionem hanc reijciẽdam, non ſecùs, quàm in liberorum, vel parentum teſtamentis: id quod videtur à pleriſque doctorum receptum, quod tamen nos in vltima parte hui⁹ legis impugnamus.

*Declaratio 11. cõtra cõmunem.*

357 Vndecimò intellige in patre, vel auo etiã paterno ſic à filio ſuo inſtituto, nam



& is ad querelam contra filij ſui teſtam. inuitari poteſt. l. pater filiũ. ff. de inoffi. teſtamen. in prin. Inſt. eod. tit. d. l. nam & ſi. in princi.

Nam in omnibus his ſpeciebus, & ſimilibus, cùm teſtam. poſsit ſubuerti per ius dicendi nullum, vel querelam, vel cõtra tab. bo. poſſ. magis eſt, vt hi caſus ad leges noſtras pertineãt, inq́; omnibus veræ ſunt noſtræ ſententiæ, contra receptas ſententias, tum ꝙ æquiores, tum etiam ꝙ ſecundùm legum regiarum noſtrarum interpretationem verius, tum etiam ꝙ re vera iuri magis conſonum eſt.

*Cõditio poteſtatiua poſita filio ex aſſe inſtituto reijcitur de legitima tãtùm contra cõmunem.*

358 Quid autem quo ad ſecundum reſpõſum. d. l. 11. tit. 4. par. 6. vbi videmus, ꝙ filius ſub cõditione poteſtatiua inſtitutus in eo quod eſt vltra legitimam, eam conditionem explere tenetur, licèt non ſic vſq; ad menſuram legitimæ, an id procedat, quando is filius habuit cohæredem, vel ſubſtitutum, an etiam ſi cohæredem non habeat, vel ſubſtitutum? Et ex communi mente & ſententia doctorum eſſe videtur, vt ſi non habeat cohæredem, vel ſubſtitutum, ea conditio etiam poteſtatiua reijciatur ex toto ab vniuerſa hęreditate, non ſolùm vſq; ad mẽſuram legitimę, ſed etiam in eo, quod eſt vltra legitimã: quia ſi conditionem reijcis vſq; ad modum legitimæ, tunc ſimul ac filius portionẽ legitimam iure hæreditario quæſiuit, ſiue aditiõe, ſiue ſuitate, ſtatim totius hæreditatis dominus efficitur, quia huic portioni legitimæ ſtatim reliquum hæreditatis accreſcit: quia cũ nemo poſsit partim teſtatus & partim inteſtatus eſſe. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. conditio pendens in reſiduo hæreditatis fruſtra ſpectaretur, quia etiam ſi deficeret, non poſſet reſiduum hæreditatis non accreſcere huic filio, qui iam quæſiuit partem hæreditatis. l. ſi te ſolum. l. ſi ita quis ſcripſerit. ff. de hær. inſt. l. 1. &. 2. l. ſi ſolus. l. ſi tñ ex parte. ff. de acqui. hær. Ita vidẽtur in ſimili tenere & declarare Alexan. Corneus, Iaſ. Decius, & alij ferè omnes in. l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. Roderi. Xuarez hîc ampliatione. 2. Grego. Lupus in dict. l. 11. glo. no empecẽ. licèt modò huc, modò illuc animum vertat. ſentit Paul. in. l. ſuus quoq;. in prin. ff. de hær. inſti. tenentq́; pleriq; eorum, quos retulimus ſuprà. nu. 25. & Imola in. l. iam dubitari. ff. de hær. inſti.

Sed hac in re nobis diuerſa ſentẽtia viſa eſt longè verior, etiam in terminis iuris communis, vt ſi filius ex aſſe ſit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, ſi decem dederit Titio (quæ conditio poteſtatiua eſt l. 2. ff. de cond. & demõſ. vbi per Bar. Soci. & alios) tunc licèt teneremus cõmunem opi. exiſtimantium conditionem poteſtatiuam de inſtitutione liberorum reijci nõ ſecùs quàm caſualem, vel mixtam de quo ſuprà. nu. 25. adhuc tamen in hac ſpecie ea poteſtatiua conditio reijceretur ſolùm vſque ad legitimam, non etiam in eo quod eſt vltra legitimam. Moueor, quia licèt ſimul ac per legem illa cõditio vſq; ad legitimam remota eſt, ſtatim reliquum hæreditatis portioni hæreditatis legitimæ iam per filiũ quæſitæ accreſcat, ſicq́; licèt de natura & officio cõditionis ſit impedire acquiſitionem relictorum. l. cedere diẽ. ff. de verbo. ſigni. l. 1. vbi Bar. & Paul. Soci. & alij. ff. de condi. & dem. l. interdum. vbi omnes. ff. de verbo. oblig. tamen hoc caſu hæc cõditio, quæ cõſiſtit in dando, etiam poſt hæreditatem quæſitam nihil impedit, quin expleri poſsit, ne is, cui dandum id erat, eo relicto fraudetur, non ſecùs, quàm fit in omnibus legatis & fideicommiſsis, quæ præſtãtur poſt quæſitam hæreditatem. de quibus plenè per Bar. & omnes in. l. 1. ff. de lega. 1. & per Bar. in. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de leg. 1.

*Intellec. l. ſi quis ſub cõditione. ff. ſi quis om. cau.*

Nec oberit, ꝙ poſitus in conditione non videatur poſitus in diſpoſitione. l. ſi quis ſub cõditione dandorum decẽ. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Nam text. ille procedit, quando hęres ſcriptus omiſit cauſam teſtamenti, & hæreditatem cepit ab inteſtato,

ſtato, ſicque non tam ex beneficio teſta-
toris, quàm ex legis diſpoſitione: nos au-
tem loquimur quando cepit hæredita-
tem ex manu & beneficio teſtatoris ex te
ſtamento, quo caſu eam conditionem,
quæ conſiſtit in dando, licèt implere nõ
habeat neceſſe ad effectum hæreditatis
quærendæ, tamen poſtquàm hæredita-
tem iam quæſiuit, non eſt cur non ex-
pleat voluntatem teſtatoris. Sic & in ſi-
mili eſt text. elegans in.l.ſi libertus patro
no.ff. de bon. libert. vbi patronus ex aſ-
ſe ſcriptus, & rogatus ſeruum manu-
mittere, licèt debita tantùm parte con-
tentus eſſe volebat, & ab reſiduo hære-
ditatis abſtinere, ne ſeruum ſuum manu
mittere, cogeretur, tamen id ei non per-
mittitur, quinimò iudex ex officio eum
compulit, vti ſi nollet à tota hæredita-
te abſcedere, ſeruum manumitteret, &
ſeruus ille nullam habebat eo tempore
actionem contra ipſum hæredem, vt ex
cauſa fideicommiſsi ab inuito domino
eodemque hærede patroni manumitte-
retur. vt ibi. iuncto principio Inſtitut. de
fideicommiſ. hæredita. Sic & in propoſi-
to, licèt agnoſceremus eum, cui condi-
tionis explendæ cauſa dandum erat, nul-
lam habere actionem contra hæredem
filium, tamen is filius, ne fraudetur vo-
luntas teſtantis, cogendus eſt vel à to-
ta hæreditate abſtinere, vel illam dan-
di conditionem, etiam poſt quæſitam
hæreditatem, implere in eo quod eſt vl-
tra legitimam: nam conditio dandi di-
uidua eſt, licèt non ſic in conditione fa-
ciendi. l. penult. ff. de conditio. & de-
monſtra.

Denique is, cui quid conditionis im-
plendæ cauſa datur, ab ipſo teſtatore ho-
noratus videtur. l.3. §. penult. & l. ſi verò.
§. penult. ff. de bon. libert. Bartolus in. l. in
quartam. vbi per nouiſſ. ff. ad legem fal-
cidiam.

Ergo cùm is filius conueniri poſsit ab
reliquis legatarijs, vel fideicommiſſarijs,
non eſt cur non ſimiliter & ab iſto con-
ueniatur, qui ab ipſo teſtatore ſimiliter
honoratus intelligitur, & ſuam volunta
tem habere.

*Cõditio poteſtat. poſita filio ex aſſe inſtit. reijciturde legitima tã tũ iure regio contra noſtrates.*

359 Hæc licèt in terminis iuris commu-
nis controuerti poſsint, tamen in termi-
nis iuris regij ceu indubitata in iudican-
do, & conſulendo ſequenda ſunt, cùm
eo iure per dict. l. nonã. & dict. l. vndeci-
mã. titulo quarto. part. ſexta. l. decimãſe-
ptimã. titu. 1. part. ſexta. generaliter ſta-
tutum ſit, vt ſi filius ſub conditione po-

*Intelle. l.9. ti.4. par.6*

360 teſtatiua inſtitutus ſit, conditio reijcia-
tur vſque ad legitimam, & in eo tamen
quod eſt vltra legitimam, firma maneat:
nec illæ leges diſtinguunt, vtrùm filius
ille haberet cohæredem, aut ſubſtitu-
tum, vel non, vnde nec nos diſtingue-
re debemus, ne fiat illis legibus reſtri-
ctio, & violentia, cùm optima nitantur
ratione, quã modò ſignauimus, quam-
que noſtrorum nullus videtur percepiſ-
ſe. Conditio autem caſualis vel mixta id-
eo per dictas leges generaliter abs tota li-
berorum inſtitutione non vſque ad legi-
timam tantùm reijcitur, quòd eæ con-
ditiones non poſſunt ſic diuidi, vt con-
ditio poteſtatiua. dict. l. penult. ff. de con-
ditio. & demonſtratio. facit. l. penulti-
ma. & fin. C. de conditio. inſert. quod ſi-
militer verum erat in terminis iuris com
munis ſecundùm noſtram opin. ſuprà
relatam contra magis communem opi-
nio. Sicque noſtræ leges partitarum in
vtroque conformant ſeſe cum iure com
muni ſecundùm noſtras interpretatio-
nes, qui contendimus ius commune per
leges noſtras longè meliùs fuiſſe perce-
ptum & comprehenſum, quàm per iu-
ris interpretes ſuprà relatos.

Stat ergo ex ſuperioribus conditio-
nem poteſtatiuam iure tam communi
quàm regio nõ reijci de inſtitutione niſi
vſq; ad legitimam tantùm, licèt is ex aſſe
inſtitutus foret, idq; contra cõmunẽ opi.
interpretum tam iuris cõmunis, q̃ noſtri
iuris,



iuris, quod variè intelligitur.

*Declaratio 1. cõtra cõmunem.*

361 Primùm in liberis inſtitutis maſculis.
Deinde etiam in fœminis, quæ maſculis
hodie æquiparantur. l. fi. C. de libe. præte.
§. pen. & fi. Inſt. de hær. ab.

*Declaratio 3. cõtra cõmunem.*

362 Tertiò in poſthumis, qui natis liberis
exæquantur. d. l. fi. in fi. & d. §. pen. & fi.
Quartò in liberis, nõ ſolùm primi gra
dus, ſed etiã vlterioris, quales ſunt nepo-

*Declaratio 4. cõtra cõmunem.*

363 tes, neptes, & deinceps, qui liberis pri-
mi gradus exæquantur. vt dictis iuribus.
Quintò etiam in liberis emancipatis,

*Declaratio 5. contra cõmunem.*

364 non ſecùs, quàm in ſuis, quia & hi per cõ-
tra tabu. poſſunt impugnare teſtam. Li-
cèt enim ſub conditione inſtituti ſecun-
dùm tabu. agnoſcere poſsint & debeant.
l.3. §. ſi ſub conditione. & §. ſi ſub ea. ff. de
contra tabu. l.2. §.1. ff. de ſecundùm tabu.
tamen deficiente conditione ea ſecundũ
tabu. conuertitur in contra tabu. ad reſciſ
ſionẽ teſtamẽti. d. l.2. §.1. ſicq; is caſus perti
net ad. d. l. omnimodo. & l. noſtram, quæ
(vt ſuprà in prima parte huius. l. concluſi
mus) pertinet ad omnes caſus, in quibus
quoquo modo teſtamẽ. ſubuerti poſſet,
eſtq; communis opi. vt etiam in emanci-
pato procedant, vt ibi diſſeruimus poſt
glo. communiter app. in dict. l. omnimo-
do. in verb. alio modo.

*Declaratio 6. cõtra cõmunem.*

365 Sextò in liberis legitimatis, non ſecùs,
quàm in legitimis & naturalib[9], nam &
hi ſecũdùm communem opi. de qua per
Alex. Iaſ. Soci. Alciat. in rubri.. ff. de libe.
& poſt. Iaſ. in rub. C. de poſthu. hær. inſti.
quo ad rumpendum teſtamẽ. exæquan-
tur legitimè natis de iure communi, licèt
non ſic ſaltem indiſtinctè de iure regio.
vt in. l.12. Tauri.

*Declaratio 7. cõtra cõmunem.*

366 Septimò intellige etiam in liberis ado-
ptiuis, non ſecùs, quàm in naturalibus. ar
gumento. l. cùm in adoptiuis. per totam
l. C. de adop. §. ſed hodie. Inſt. eodem. l. cer
tum. ff. de iniuſt. rupt. l. filio quem pater.
ff. de libe. & poſthum.

*Declaratio 8. cõtra cõmunem.*

367 Octauò intellige etiam in liberis à ma
tre ſic inſtitutis. argum. l. nam & ſi paren
tibus. ff. de inoffi. teſtam. §. mater. Inſt. de
exhær. libe. cùm & hoc caſu licèt matris
præteritio pro exhæredatione ſit, vt ibi,
non ideò minus id teſtam. ſubiaceat que-
relæ, & reſciſsioni, ſicq; ad leges noſtras
pertineat.

*Declaratio 9. contra cõmunem.*

368 Nonò intellige etiã in matre ſic à filio
inſtituta, quæ olim ad querelam inuitari
poterat. l. cùm filium. C. de inoffi. teſtam.

*Declaratio 10. cõtra cõmunem.*

369 Decimò intellige in patre, vel auo etiã
paterno ſic à filio ſuo inſtituto, nam & is
ad querelam contra filij ſui teſtam. inui-
tari poteſt. l. pater filium. ff. de inoffi. teſta
men. in prin. Inſt. eod. tit. dict. l. nam & ſi.
in princi.

*Declaratio 11. cõtra cõmunem.*

370 Vndecimò fortè intellige in fratre à
fratre ſic inſtituto turpi cohęrede dato ſe
cundùm opi. eorum, qui contendunt eo
caſu & ſupplementum legitimæ fieri de-
bere, & conditionem hanc reijciendam,
non ſecùs, quàm in liberorum, vel paren
tum teſtamentis. Id quod videtur à ple-
riſq; doctorum receptum, quod tñ nos
in vltima parte huius legis impugnam[9].

Nam in omnibus his ſpeciebus & ſi-
milibus cùm teſtam. poſsit ſubuerti, ma-
gis probandum eſt ad leges noſtras has
pertinere. Quæ omnes concluſiones &
declarationes contra communes ſenten
tias veriores videntur in puncto iuris, &
æquiores, & à legibus noſtris regijs ele-
ctæ atq; receptæ.

*Conditio de inſtitutiõe non de ſubſtitutione filij reijcitur per. l. noſtram noua declaratio.*

371 Hæc procedũt, quando filius primor-
dialiter honoratus fuit ſub conditione.
Quòd ſi ponas filium ex minore por-
tione q̃ legitima fuiſſe inſtitutum, vniq;
cohæredum ſuorum ſubſtitutum fuiſſe,
& conditionem ſubſtitutionis diu poſt
mortem patris extitiſſe, vidẽdum, an an-
tequàm conditio extaret, ex portione il-
lius, cui ſubſtitutus fuit, quaſi reiecta per
hanc legem ea conditione, ſub qua inui-
tatus filius fuit, tantum detrahatur, quan
tum ſatis ſit ad legitimã filij explendam,
alio tertio cohærede, cui filius ſubſtitu-
tus fuit, intacto, ſaluóq; manente: & id
iniurium

iniuriũ planè eſſet, quinimò ſtatim poſt
mortem patris magis eſſe videtur, vt legi
tima filij repleatur, ne ei per dilationem
iniuria fiat contra.l.noſtram. ibi, dilatio.
& ibi, moram. & repleatur quidem per
detractionem ab omnium cohæredum
portionibus fiendam, non autem ab illo
ſolo cohærede, cui ipſe ſubſtitutus fuit, to
tum auferatur, ne cùm ei ſubſtitutus tan
tùm fuerit, ſibi aggregetur quaſi cohæ-
res.contra.l.verbis ciuilibus.ff. de vulga.
& cõtra omne ius, omnemq́; rationem.

Quòd ſi ipſe filius ad integram legiti-
mam, vel etiam maiorem portionem à
patre ſub conditione inuitatus fuiſſet, da
tis duobus coheredibus, tunc à cohære-
dib⁹ nihil detraheret, ſed de portione ſua
ſibi ſatisfieret reiecta cõditione. Verùm
ſi duobus hæredibus ſcriptis alteri filius
fuit ſubſtitutus, & præterea legatum ac-
cepit, quod ad legitimam ſatis non erat,
quod deeſt ſimiliter ſibi ſuppleretur per
detractionẽ ambobus cohæredibus fien
dam, non ei tantùm, cui filius ſubſtitutus
fuit, idq́ue ſtatim poſt mortem teſtatoris
fieret. Vnde ſi poſtea cohæres ille, cui fi-
lius ſubſtitutus fuit, repudiaret ſuam por
tionem, tũc ea ex toto ad filiũ pertineret,
& nulla ex parte cohæredi accreſceret.vt
in.l.2.§.ſi duo.ff.de ſecundùm tabu.l. vn.
§.in primo.&.§. pro ſecundo. C. de cadu.
toll.& in ſpecie eſt text.in. l. ſcimus. §. re-
pletionem.hoc titulo. Cuius verus eſt ſen
ſus, ꝙ licèt regulariter filius, cui legitima
372 diminuta relicta fuit, ad ſupplementum
tantùm legitimæ, non etiam ad plus
agere poſsit, tamen illud procedat, cùm
omni deſtitutus eſt voluntate teſtatoris:
ſecùs ſi ad illud plus habeat teſtatoris vo
luntatem, quale eſt in eo, quod capitur
iure ſubſtitutionis, quod ex expreſſa te-
ſtatoris voluntate capi intelligitur.l.cùm
ex filio.§.1.l.3. &. l. qui liberis. §. hæc ver-
ba.ff.de vulga.& etiam id, quod capitur
ex iure accreſ.quod tacita teſtatoris volũ
tate capi intelligitur.l.ſi Titio & Mæuio.

*Supplemẽtũ datur uſq; ad mẽſuram legitimæ & etiã ad plus ſi q̃ uolũtate teſtatoris tacita uel expreſſa conſtet.*

§.Iulianus.ff.de leg.2.l.non iuſtam.C. ad
Trebel. Simile in.l.ſcimus.§.cùm autem.
hoc titu.vbi hæres vniuerſalis iuſſus fuit
vniuerſam hæreditatem filiofa.reſtituere
poſt mortem, & lex iubet ſtatim integrã
legitimã filio dari, vt tamen non per hoc
deſinat conſequi reliquum hæreditatis,
ſi quando cond. extiterit, quia etiam ad
reliquum hæreditatis non eſt deſtitutus
voluntate teſtatoris. Sic & in propoſito
is filius in eo, quod primordialiter ſibi pu
rè relictum fuit, ipſe filius habet volunta-
tem teſtatoris expreſſam, & in eo, quod
poſtea ſibi obuenit ex cauſa ſubſtitutio-
nis, habet ſimiliter vol. teſtatoris expreſ-
ſam, tacitam autem in eo quod obuenit
ex cauſa iuris accre.ergo ſi ſibi euictũ fue
rit, quod primordialiter de voluntate pa-
tris cepit, ſupereſt, vt id ſibi ſaltem vſque
ad legitimæ menſuram repleatur, præter
res illas, quas ex cauſa ſubſt. vel iuris ac-
creſ.ſicq́; ex diſpoſitione, & voluntate te-
ſtantis lucratus fuerat.

373 Et cõſidera, ꝙ ſi teſtator in bonis habe-
bat.300.quo caſu filio ꝓ ſua legitima de-
bentur.100.vt in authen.nouiſsima. hoc
tit.& res filio vel relicta, vel data inter vi-
uos, cum qua filius pro ſua legitima con
tentus fuit, valebat.100. tunc ad centum
vſq; fit repletio: ꝙ ſi valebat.200.tunc re-
pletio fiet vſq; ad.200. ꝙ ſi.80.tantùm va
lebat, tunc vſq; ad illa tantùm.80. fiet re-
pletio, nõ vltrà ex mente illius text. vt ſic
ſiue res, cum qua filius pro ſua legitima
contentus fuit valeat ex æquo tantum,
quantum ipſa legitima re vera valebat,
ſiue valeat plus, ſiue etiã minus, tũc vſq;
ad modum, menſuramq́; illius rei fiat re
pletio, non autem vſq; ad menſuram ve-
rę legitimæ. Quòd intellige, dum modo
aliorum filiorum (ſi fortè exiſtunt) legiti
mæ non minuatur, ſaluaq́; falcidia cohæ
redum extraneorum, quæ omnia pauci
percipiunt.

*Supplemẽtum datur uſq; ad rẽ illã in qua filius contẽtus fuit & nõ ultrà, ſiue plus ſiue minus res ualeat ſecùs ſi præiudicat alijs.*

Quod ſanè intelligẽdum in terminis
huius legis.ſcimus.in princi. C. de inoffi.
teſtam.



teſtam.ibi, agnouerit & pro parte ſua ha
buerit. Quando.n. filius rẽ in qua à patre
fuit inſtitutus, agnouit, & pro ſua legiti-
ma habuit, illaq́; tãtùm contentus fuit, ſi
ea poſtea euicta fuerit, vſque ad illius rei
menſuram repletio induci debet, ſiue illa
nec plus nec minus valeret, q̃ ipſa legiti-
ma, ſiue minus valeret, quia tunc ex ſuo
conſenſu poſt patris mortẽ præſtito ſibi
præiudicauit.vt.d.l.parentibus.d.l.ſi quã
do.§.fi. hoc tit. Siue etiam plus valeret, q̃
ipſa legitima, vſq; ad vires ipſius rei ſup-
plementum fieri debet.vt in hoc.§.reple-
tionem.d.l.ſcimus. cum moderatione ta
men. de quo in. l. cùm pater.§. euictis.ff.
de lega.2.iuncta.l.ſi domus.§. de euictio-
ne.cum ibi notatis.ff. de leg. 1.

In ſumma verus ſenſus & magis tutus
is eſſe videtur, quem modò attigimus: vt
ſi cũ filij legitima eſſet.100. & ſibi.80.tan
tùm eſſent relicta, vel cùm plus eſſet reli-
ctum, ſubſequuta quarũd.rerum euictio
ne, ad hanc ſummam legitima redacta eſ
ſet, tunc licèt is filius tempore mortis pa-
tris ſit in ſpe aliq̃d vltrà acquirẽdi ex cau
ſa iuris accreſcendi, vel ſubſtitutionis, ni-
hilominus debeat ſtatim legitima reple-
ri, vt ſic ſtatim integram legitimam purè
habeat, & præterea conſequatur exiſten-
te poſtea conditione ſubſtitutionis id q̃d
ex illa cauſa delatũ fuerit vltra legitimã.
374 Verùm ſi iam tempore mortis patris con
di.ſubſtitutionis extiterat, tũc magis eſt,
vt ea portio ſibi in legitimam impute-
tur, non ſecùs quàm ſi ab ipſa teſtamen-
ti creatione iure inſtitutionis relicta eſſet,
vel non ſecùs, quàm ſi ab ipſa teſtantis di
ſpoſitione per prius, & primordialiter, nõ
autem per poſterius, vel ſecundariò ad ta
lem rem, vel portionem inuitatus fuiſſet.
argumento.l.1. &.2.&. l. ſi te ſolũ.&.l.ex
parte.ff.de acqui.hære.&.l.etiam.§. ſi pa-
tronus.ff.de bon. lib.

*Imputatur in legitima quod prouenit ex cõditione tempore mortis defuncti exiſtente.*

Ad dict.l.ſcimus. §. cùm autem.reſpõ.
ꝙ loquitur in fideicommiſſaria ſubſtitu-
tione, cuius conditio non poteſt exiſtere,
niſi demum poſt mortẽ teſtatoris, & poſt
aditam etiam hæreditatem.l. ille à quo.§.
ſi de teſtamento.ff. ad Treb. Ratio diffe-
rentiæ, vtrùm cõditio ſubſtitutionis, vel
iuris accreſcendi exiſtat viuo adhuc teſta
tore, an demum poſt eius mortẽ, ea eſt:
quia legis diſpoſitio eò tendit, & (vt ita lo
quar) illum ſcopulum, illudq́; ſignũ no-
ſter minatur arcus, vt filiusfa.ſuam legiti
mam cõtinuò ſub mortẽ teſtatoris abſq;
vlla dilatione conſequatur. vt ibi in prin.
legis.ſcimus.ibi, purum.&.l.quoniam in
prioribus.ſed id conſequitur filius, quan-
do ante mortem teſtatoris conditio ſub-
ſtitutionis vel iuris accreſcendi extiterat,
& ſic portio iure vel accreſcendi, vel ſub-
ſtitutionis delata, iam viuo teſtatore co-
adunata, & in vnũ corpus, vnamq́; por-
tionem cum ea portione, quæ primordia
liter filio relinquebatur, redacta fuit, &
cõſequenter eam filius ſtatim poſt mortẽ
patris abſq; vlla dilatione cõſequi poteſt,
non ſecùs, q̃ eam, quæ ſibi primordialiter
relicta fuit.ergo talis portio ſic viuo etiã
teſtatore purificata, in legitimã imputari
debet non ſecùs, q̃ ſi ab ipſa teſtantis pri-
mordiali diſpoſitiõe purè relicta fuiſſet:
quia inter purũ, & viuo teſtatore purifi-
catum, nulla differẽtia eſt.l. fi.§.Titius. ff.
de vulg. Vnde ſi cõditio caſualis, ſub qua
poſthumus inſtitutus eſt, viuo teſtatore
exiſtat, nõ vitiatur poſthumi inſtitutio.l.
cũ poſthumus.ff.de lib. & poſt.licèt ſi ta-
lis cõditio poſt mortẽ teſtatoris extitiſſet,
inſpecto iure.ff.teſta.vitiaretur.l.poſthu-
ma.eod.tit. Pro nobis text. ferè expreſsus
in.l.etiam. §. ſi patronus ſub conditione.
ff.de bo.lib.vbi patronus tenetur ſibi im-
putare in legitimã q̃d ei fuerat ſub condi
tione relictũ, ſi quidẽ conditio viuo teſta
tore extiterat.ad idẽ.§. libertus. ead. lege.
& tamẽ legitima patroni omni onere va
care debet.vt in.l.cùm patronus.ff. de le-
ga.2.§.noſtra.Inſt.de ſucce.lib. Ergo ſimi
liter legitima liberorũ licèt omni carere
debeat onere, tñ in eam imputandum eſt

quod ſub cõditione filio relictum fuit, ſi quidem cõditio viuo teſtatore extiterat

375 Ergo in hac materia, quæ ſatis dubia, & periculoſa eſt ſecundùm Alex.n.20.in l.in quartam.ff.ad leg.falci.& ſecundùm Paul.in prin.d.legis.ſcimus. in fin.verbis. fac duos caſus, primũ in legato, alterum in hæreditate.

*Legitimæ imputatur interdũ qđ capitur ex ſubſtitutõe facta in legato, interdum nõ nouadiſtin.cõtra omnes.*

Primo caſu ſit regula negatiua, vt qđ capitur ex ſubſtitutione legati, id in legitimã nõ imputetur. Iſta eſt vera & cõmunis opi.quam tenẽt Bal. & Salicetus ibid. idẽ Paulus ibi. dum ſe refert ad dicta per Bar.in.d.l.in quartã.in fi. tenuit gl. in.d.l. ſcimus.in prin.iſto tit.C. de inof. teſtam. ſeqtur Iaſ.in prin. illius legis.ad fi. & etiã Areti.ibid.& Alex.n.20.in.d.l.in quartã. & ibi Bart.in fi.& Ripa.n.217.ſequitur & dicit cõmunem opi.Coraſi.in.d.l.filium quem.num.205.

Contrariã opi. vt quod capitur ex cauſa ſubſtitutiõis in legato factæ id in legitimam imputetur, tenent Alex.n. 20. in fi. in.d.l.in quartam. & Paulus Picus.nu.91. qui dicit hãc eſſe cõmunem opi.& Alex. conſi.177.Viſo proceſſu.volu.5.

Quid tenẽdum? Dic neutrã harũ partiũ indiſtinctè & ſimpliciter defendi poſſe, & vtrãq; poſſe ſaluari. Nam ſi quidem cõditio ſubſtitutionis factæ in legato extitit viuo teſtatore per mortẽ fortè legatarij, tũc quod ex tali ſubſtitutione capitur, in legitimã imputabitur.argum. d.l. cùm poſthumus.iũcta.d.l. poſthuma. ff. de lib.& poſt.& argum.l.etiã. §. ſi debita. &.§.libertus.&.§. ſi patronus ſub cõditione.ff.de bon. libert. & quæ tradũt Bar.& oẽs in.d.l.in quartã.Et hoc caſu procedere poteſt, & ſaluari hæc ſecũda opi. affirmatiua, licèt ſit extra mẽtem eorum, qui eam defendũt, qui planè idẽ volũt, etiã ſi cõdi.poſt mortẽ teſtatoris exiſteret, intelligẽtes, ꝙ tũc cõdi.reijceretur, ſicq; nullã dilationẽ filius pateretur. Sed nihil eſt, q̃a tũc ea cõdi.reijci nõ poſſet, vt illicò dicã.

Quòd ſi cõditio ſubſtitutiõis poſt mortẽ teſtãtis exiſteret, tũc id in legitimã non imputaretur. vt ibi.d. l. ſcimus. quia inter mortẽ teſtatoris & repudiationẽ legatarij lex deferret huic filio ſuæ legitimę ſupplementũ, ſicq; quod poſtea legatario repudiãte ſibi ex cauſa ſubſtitutionis in legato factæ delatum eſſet, id præcipuum vltra legitimam ſuam lucraretur, vt ibi.

376 Nec ad rẽ pertinet, ꝙ de eo, quod filiof. relictum eſt quatenus deeſt legitimæ ſupplemẽto reijciatur cõditio. Nã illud procedit, quando ea cõditio poteſt reijci, nec per talẽ remotionẽ cõditionis ipſa diſpoſitio in ſui forma vitiatur. Ita procedit.d. l.quoniã in prioribus. Secùs autem, ſi vitiaretur, nam tũc talis cõditio nõ reijceretur. Ita probat tex.d.l. ſcimus. q̃ ad hoc à nemine vnq̃ fuit allegatus, licèt hãc cõcluſionem tenuerit Rodericus Xuarez in. l. quoniam in prioribus.lim.9.fol.54. Bald.in.l.1.C. de iure fiſci.lib.10.Ange.& Imola in.l.ſuus quoq;.ff.de hær. inſt. Ad §.cùm aũt.j.d. l.ſcimus.reſp.ꝙ licèt reijciatur cõd.ſubſtitutiõis fideic. adhuc fideic. ſubſtituto remanet in ſua forma, licèt celerior fiat reſtitutio: in ſubſtitutione autẽ vulgari ſi tollas cond.efficies illam inſtitutionem eſſe, nõ ſubſtitutionẽ. vt ſentiũt Carolus Ruinus in. d. l. in quartam.in fi. & Ripa.n.217.Præterea in.d. §. cùm autẽ. grauatus erat hæres vniuerſalis, vnde illi neceſſariò adimẽdum erat, quod filio dabatur: at grauatus hîc erat legatarius, cui filius fuerat ſubſtitutus, iſq; ad ſupplemẽtũ legitimæ non tenetur, ſed ſolus hæres vniuerſalis, ſalua tamẽ falcidia, vt dicam in.q.ſequen.

*Conditio quando ſit reijcienda uel non de legitima filij cũ communi.*

*Intell.l.ſcimus. §. repletionem. C. de inof. teſtam.*

In portione autẽ delata per ius accreſcẽdi (putà ſi fundus filio & alteri eſſet legatus, & collegatarius huius filij excluſus eſſet) ſimiliter cõtrouerſum eſt, an talis portio imputetur in legitimã filij. Et ꝙ non imputetur, tenẽt glo.Bald.Sali. Paulus, Areti.& Iaſ.in.d.l.ſcimus.Bart.in. d.l. in quartã.in fi.quem ſequuntur cõmuniter doct. ſuprà citati, quos dixim⁹ tenere



opinionẽ negatiuã in ſubſtitutione. Cõtrariã opi.tenẽt Alex.& Paul⁹ Pic⁹ & alij, quos diximus tenere opi. affirmatiuam.

377 Sed negatiua opi.vt nõ imputetur per hũc tex.in.d.l.ſcimus.veriſsima eſt, ſiquidem talis portio demũ poſt mortẽ teſtatoris vacare cœpit: ꝙ ſi eo viuo cœpit vacare, tũc talis portio in legitimã imputãda eſt.Et hoc caſu ſaluari poteſt opi.cõtraria, licèt ſit præter intẽtionem eorum, qui eã defendũt.Et noſtrã cõcluſionẽ probat tex.ibi dupliciter. Primò in ſui generalitate, deinde in verbo, humanitatis intuitu.quo verbo ſignificatur, quòd licèt talis portio in legitimam patroni imputaretur.l.etiã.§.ſi debita.ff.de bo. lib. & etiam in Trebellianicã, vel falcidiã, tamẽ humanitatis intuitu diuerſum in legitima iure naturæ debita ſtatutum eſt.Nec me mouet, ꝙ tex. exẽplificat in vſufructu. Nam reſp.ꝙ exẽpla nõ arctant regulam. vt per Alex.n.20.in.d.l. in quartam. Secundò & elegãtiùs reſpondeo, ꝙ Imperator voluit exẽplum ponere in caſu euidentioris æquitatis, qualis eſt in vſufructu, qui etiã poſt portionẽ quæſitam diu poſt mortẽ teſtatoris ſolet accreſcere.l.1.§.interdum. ff.de vſufr. accreſ. quæ ratio ceſſat in iure accreſcẽdi, qđ contingit in ꝓprietate, qđ à communiter accidentibus nõ diu poſt mortem teſtãtis vel defertur, vel deſperatur.Nam ſiue collegatarius filij portionẽ rei legatæ agnouerit, ea in æternũ accreſcere non poterit.vt.d.§.interdum.ſiue repudiãdum putauerit, id nõ lõgè à morte teſtãtis faciẽdum eſt.argumẽto.l. quandiu.3.ff.de acqui.hęr.Sicq; licèt talis portio proprietatis in legitimã filij imputaretur, nõ tam longa mora ei fieret, q̃ ſi iuberetur ſpectare portionẽ vſusfructus, qui diu poſtea poſſet iure accreſcẽdi deferri. Quã rationẽ à nemine vnq̃ animaduerſam inuenies. Sicq; exẽplum vſusfructus accreſcẽtis poſuit Imperator, vt ſuã deciſionẽ iuſtiorẽ redderet, non autem vt ad illũ tãtùm caſum deciſionẽ præãbulam, quæ generalis fuerat, reſtringere vellet.

*Legitimæ ꝙ nõ imputetur portio delata ꝑ ius accreſcẽdi ſi poſt mortem teſtatoris uacare cœpit ſecùs ſi eo uiuo noua opi. contra utriuſque partis fautores.*

378 In vſufructu aũt ſimiliter ſunt duæ cõtrariæ cõmunes opi.de quibus ſuprà mẽtionem habuimus. Sed tenendũ eſt, ꝙ ſi portio vſusfructus accreſcat, vel iure ſubſtitutionis deferatur poſt mortẽ teſtatoris, tũc in legitimã non imputetur: ꝙ ſi viuo teſtatore deferatur, tũc imputetur. Et ita nouiſsimè vtraq; opi.ſaluetur.

*Legitimæ an imputetur portio uſusfructus noua opin. cõtra utriuſq; partis fautores.*

379 Hinc infertur verã nõ eſſe opi. Aretini in.d.l.ſcim⁹.dicẽtis, ꝙ tex.d.l.ſcimus.procedat ſolũ in iure accreſcẽdi, qđ defertur ex natura rei, quale eſt in vſufructu, qđ deſiderat ad ſuã proprietatẽ redire: ſecùs autem in iure accreſcẽdi, quod contingit in proprietate. Sed errat, vt proximè diximus, & loquitur cõtra generalitatẽ & rationẽ illius tex. Licèt & id voluerit Alex. in.d.l.in quartam.num.20.

*Legitimæ non ſemper imputatur lucrum iuris accreſcẽdi etiã ſi non deſcendat ex natura rei contra Areti. & Alexã.*

380 Secũdò colligo erraſſe Alex.qui in.d.l. in quartã.n.20.ait illũ tex.in iure accreſcẽdi tãtùm loqui, qđ in rebus alienis legatis cõtingit. Nam præterea ꝙ loquitur cõtra generalitatẽ illus tex. ea concluſio etiã in ſe vera nõ eſt, cùm in rebus alienis legatis ius accreſcẽdi non detur. vt probat tex.in l.huiuſmodi.§.ſi Titio. ff. de lega.1. Dixi latè ſuprà iſto libro. &. §. in materia iuris accreſcẽdi ad pri.huius.§.10.

*Legitimæ lucrum iuris accreſcendi non ſemper imputatur, licèt non ſimus in rebus alienis legatis contra Alexã.*

381 Infertur etiã, ꝙ in quibus caſibus datur ius accreſcẽdi poſt portionẽ quæſitã, in illis portio iure accreſcẽdi delata in legitimam nõ imputatur. Quos caſus latè enumeramus ad pr.huius.§.10.

*Legitimæ nõ imputatur lucrum iuris accreſcẽdi cõtingens poſt portionem quæſitã noua declaratio.*

382 Secũdus caſus principalis eſt in portiõe hæreditaria. Et Bart.in.d.l. in quartã.in fi. tenet ꝙ portio iure accreſcẽdi, vel ſubſtitutiõis delata imputetur in legitimã. per tex.d. l. ſcimus.ſeqtur & dicit cõmunem opi.Paulus Picus ibid.n.91.videtur ſequi Carolus Rui.ibid.in fi.& Ripa.n.217. Idẽ ſentit Paulus, dũ in.d.l.ſcimus.ſe refert ad ea quæ dicit Bar.in.d.tex.d.l.in quartam. ſeqtur Iaſ.in.d.l.ſcim⁹. in.8.notabili. Bal. & Sali.ibid.Coraſi.in.d.l.filiũ quẽ.n.104. C.fam.her.Alex.conſi.177.volu.5.

*Legit. an imputetur lucrũ ꝑ ſubſtit. uel ius accreſcẽdi contingens contra cõmunem.*

Hæc cōcluſio probatur ſecūdùm eos, quia cōditio, inquiūt, ſubſtitutionis reijcitur vſq; ad mēſuram legitimæ, ſicq; cū ſtatim legitima poſt mortē teſtatoris filio repreſentetur ex beneficio.d.l. quoniā in prioribus.ſuprà eod.nō eſt cur is filius nō debeat talē portionē, quę hæredi adēpta, & in ipſum filiū trāſlata fuit, in legitimā imputare. Sicq; iſti volūt, ꝙ cōditio appoſita in filij vocatione reijciatur, etiā ſi per hoc diſpoſitio in ſui forma corrūpatur: ꝗa cùm primordialiter eſſet ſubſtitutio, trāsformatur in naturā inſtitutionis per remotionē conditionis, quod paulò antè falſum eſſe oſtendimus.

Sed tamē & id fundam.falſum, & opi. principalis vera nō eſt per. d.l. ſcimus.generalitatē, & per ſui rationē, ibi, humanitatis intuitu. & per rationē, quam ſuperiùs notauimus. Quia cùm omnis dilatio de legitima reijciatur, ſequitur ꝙ ſtatim poſt mortē teſtatoris lex huic filio legitimæ ſupplementū cōdonauit, & accōmodauit, vnde portionē poſtea iure accreſcēdi vel ſubſtitutionis delatā vltra legitimam præcipuam habebit, ſicq; non imputabitur in legitimam.

383 Hæc cōcluſio ſic declarata, intelligitur
multipliciter. Primò in ſubſtitutiōe vul
gari, vt ibid. Secūdò in ſubſtitutione re
ciproca, quia vulgares ſub ſe cōtinet.tex.
384 cum glo. cōmuniter approbata in.l. Lu-
cius.ff. de vulg. Tertiò in ſubſtitutione
informi, qualis eſt illa, Titiū inſtituo fi-
liū ſubſtituo. nā & hæc vulgaris cēſetur.
385 vt tenēt Bar. & cōmuniter doct.in.l.Gal-
lus.§.quidā rectè.ff.de lib. & poſth. & eſt
Bar. ibi in verſi. quartus modus.col.2.ſequitur & dicit cōmunē eius opi. Alex.ibi n.5.& Iaſ.n.10.& Lācelotus Galiaula nu.10.& Fortunius.n.18.& Alciatus.n.10. & Bar.in.l.Cēturio.n.32.ff.de vulga.vbi Iaſ.n.54.Bar.in.d.Lucius.nu.20.vbi Iaſ.n.29. Quę oīa ſunt receptis ſentētijs aduerſa.

*Idē in uulgari cōtra cōmunem.*

*Idem in reciproca cōtra cōmunem.*

*Idem in informi contra communem.*

386 Hæc omnia intellige, dūmodo conditio ſubſtitutionis, ſiue illa vulgaris eſſet, ſiue reciproca, ſiue informis extitiſſet poſt mortē teſtatoris: ꝙ ſi eo viuo, tunc in omnibus his tribus ſubſtitutionū ſpeciebus tenerem talem portionem in legitimam fore imputandam per rationes ſuperiores, quod nullus ita declarat. Et iſto caſu procederet communis opi. & ſaluabitur extra intentionē mētemq; eorum, qui eam defendunt.

*Legitimæ imputatur lucrum iuris accreſcendi, uel ſubſt. cōtingēs uiuo teſtatore, cū communi.*

Hæc procedunt in ſubſtitutione, quæ ante aditā hæreditatē locū habet, qualis eſt vulgaris, & reciproca, & informis. vt in.l.poſt aditam.C. de impuberum.

387 Modò vidēdum quid in ſubſtitutione fideic. & reliquis ſubſtitutionū ſpeciebꝰ, quæ fideicōmiſſariæ aſsimilantur, quæq; demū poſt aditā hęreditatē locū habent. vt in.l.ille à quo.§. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellia. Et Bart.in.d.l.in quartam.in fi. tenet, vt quod capitur ex tali ſubſtitutiōe fideic.in legitimā imputetur, ꝗa inquit, ꝗ̄ illa reijcitur cōditio ꝑ.d.l. quoniā in prioribus. ſicq; nō eſt cur nō imputetur in legitimā quod ex tali ſubſtitutiōe capitur, quādoquidē abſq; vlla mora exigitur. Sequitur & dicit cōmunē opi. Paulus Picus ibid.n.91.Ripa.n.217.Alex.n.20.poſt Ange.& Imolā et in.d.l.ſcimus.ſentit gl.Areti.& Iaſ.ibid.dum dicūt, ꝙ ſaltē generaliter in ſolo legato text. ille procedit, ſecùs in ſubſtitutione facta in hæreditate.

*Legitimæ an imputetur qđ capitur ex fideicommiſſaria, uel militari, uel compendioſa nouæ op. cōtra oēs.*

388 Contrariū tenēt Sali.ibid. in prī.& Bal. in.7.notabili. Quid dicēdum? Et quidem hæc materia rudis adhuc eſt, & à nullo vnq̄ digeſta. Sit igitur primus caſus, quādo filius fuit in minori portione q̄ legitima inſtitutus, habuitq; vnū tantùm cohæredē, cui per fideicōmiſſum fuit ſubſtitutus, quo caſu aut purè cohæres iuſſus fuit reſtituere quādam portiūculam hæreditatis, quæ licèt iungeretur cū portione primordialiter filio data, nō explebat legitimā, & tūc quod capitur ex tali fideicom.in legitimā imputabitur, cùm abſq; vlla dilatione capiatur.l. quia poterat. ff. ad Trebelli.iuncta.l.etiā.§. ſi debita.ff. de bo.liber. Idq; licèt nullus tāgat, nullus tamē negaret. & hoc caſu nō procedit text. d.l.ſcimus.ſed procedit.§. cū autē.infrà eadē lege. vbi eſt expreſſū, ꝙ ſi id fideic. erat cōditionale, adhuc ſtatim eſt reſtituendū vſq; ad ſupplemētum legitimę, idq; indubitāter in legitimam imputatur. vt in.d.§. cùm autem. ſicq; hoc caſu procedit communis opi.contra Bald.& Salicet.

*Legitimæ quomodo imputetur quod capitur ex ſubſtit. fideicōmiſſaria uel non.*



Quòd ſi is filius in minore portione q̄ legitima inſtitutus Titiū & Seiū cohæredes habuit, Titioq; ꝑ fideic.fuit ſubſtitutꝰ ſi quidē purè tūc qđ ex tali fideic. ceperit, ſine dubio in legitimā imputabit.per.d.§. cùm aūt.& procedit etiā hoc caſu opi. cōmunis cōtra Bal.& Sali.& cōtra Ripā vbi ſuprà. ꝗ ſibi ipſi cōtrariatur, & contra Fabianum in authen.nouiſsima.ſuprà eod. in.14.q.9.quæſt.prin. Ad d.tex.reſp. ꝙ loquitur in ſubſtitutione directa.

Quòd ſi nō purè Titio fuit filius ꝑ fideicō.ſubſtitutus, ſed ſub cōditione, & tunc ſtatim inducitur ꝑ.l.quoniā in prioribus. legitimæ ſupplemētum, qđ proportionabiliter abſtrahitur ab vtroq; cohærede.i. pro portionibus hęreditarijs, eorū portiones decreſcūt. vt.§.ſi plures.&.§.videamꝰ. Inſt.de hær.inſt.&.ff.eod.tit.l.itē qđ Sabinus.§.1.cū ſequentibus. Nec totū, qđ huic filio accōmodatur, et ſuppletur, adimitur Titio, cui ꝑ fideic. ſubſtitutus fuit, ſed ambobus cohæredibus pro hæredit. porti. ſicq; qđ poſteà ex cauſa illius fideic. ceperit, non imputabitur ſibi in legitimā, quā iā plenā habebat, ſed vltra eā præcipuum id habebit. Eſtq; nouiſsima & veriſſ. declaratio. Nec hoc caſu locus erit.d.§.cùm aūt. ꝑ iura ſuprà allegata. Sicq; opi.Bal. & Ang.& Ripæ, & Fabiani nullo caſu vera eſt. Et ꝓ nobis tex.expreſſus in.l.ſi libertꝰ ſub cōditiōe.§.libertus.ff.de bo.liber.l. in ſeruitutē. §. fi. l. ſi patronus cū duos.eod. Quæ dicta ſunt in fideic.ſubſtitutiōe, procedūt etiā in directa militari, quę fideicōmiſſariæ ſimillima eſt. vt in.l.precibus.in fi.C.ꝗ̄ impuberū.ſcđm cōmunem intell. modernorū, quē ſignauimus in materia compēdioſæ ſubſt.infrà lib.6. Tertiò eadē omnia intellige procedere etiā in ſubſtitutione cōpendioſa, in quibus caſibus habet vim fideicōmiſſarię, quos enumeramus in materia cōpendioſæ infrà lib.6.

389 Quod aūt capitur ex ſubſtitutione pupillari, id in legitimā nunq̄ imputabitur, tum ꝑ generalitatē huius tex. d.l.ſcimus. tū etiam, ꝗa pupillaris habet locū demū poſt mortē teſtantis, & etiā pupilli, & lex ſtatim poſt mortē teſtātis inducit legitimæ ſuppletionē: ſicq; quod poſtq̄ legitima iam plena eſt, ex cauſa pupillaris ſubſtitutiōis defertur, id neceſſe iam eſt vt in legitimā nō imputetur, ſed vltra eam pręcipuū habeatur. Eſtq; vera & communis opi. quā tenet Alex.poſt alios, quos refert in.d.l.in quartā.n.20.Picus ibid.n.91.Ripa ibi.n.217.& eſt cōmunis opi. ſecūdùm Coraſi.n.104.in.d.l.filiū quem. Qua ratione idem dicēdum in ſubſtitutione exēplari.§.qua ratiōe.Inſt.de pupill.l.humanitatis.C.de impub.latè per doct.ſuprà relatos, & per Alex.conſi.177.vol.5.

*Legitimæq; nō imputetur qđ capitur, ex ſubſtitutione pupillari & exēplari, cùm communi.*

390 Poſtremò vidēdum eſt, an ſupplementū legitimæ, qđ ex legis diſpoſitiōe inducitur, adimatur hæredibꝰ tantū, an etiā tā hæredibus, q̄ legatarijs? Et Barto.in.d.l.in quartā.q. antep.tenuit ꝙ adimatur nō ſolùm hæredibus, ſed etiā legatarijs. Cuius opi.cōmunis eſt ſecūdùm Coraſ.in.l.filiū quē.in vltima.q.C.fam.her.tenet Bald.in authē.presbyteros.C.de epiſc.& cleri.idē Bal.in.l.1.col.4.C.de inoffi.donat. Quod ſaltem verū eſt, cùm ſpecies hæreditariæ eſſent legatę ſecūdùm Bal. in. l. oīmodo. in prī.hoc tit.& Paul.Caſtr.in.d.l.in quartam.in lect.Paduana.& Ange.ibid.

*Legitimæ ſupplementū unde adimatur.*

Cōtrariam partē, vt qđ filio pro legitimæ ſupplemēto datur, id ſolis hæredibus nō etiā legatarijs adimatur, tenēt Coraſi. vbi ſuprà. & Carolus rui. col. fi. & Alex. col.pen.& fi.& Paulus Picus. n.93. in.d.l. in quartā.Fulg.& Salicetus in.d.l. oīmodo.in prin.ſuprà eod.Ange.cōſi.131.Paulus

lus conſi.253.idem Paul.conſi.254.vt re-
fert Alex.vbi ſuprà. Ange.in.l.ſi pater.C.
de inſt.& ſubſt.circa mediũ. idẽ Angelus
in.l.Papinianus.§.ſi cõditioni.ff. hoc titu.
Imola.in.l.ſuus quoq;.in prin.ff.de hære.
inſt.Imola.in.d.l.in quartã.& ſic hæc op.
videtur magis cõmunis. tenet etiam Gui
do papa.q.82. ſecũdùm Coraſ. vbi ſuprà.
ſentit Grego. Lupi in.l.5.gl.fi.ti.8.part.6.

*Supplementum legitimæ ſolis hæredibus & non legatarijs adimitur, cum cõmuni cõtra alterã communẽ.*

391 Quid dicẽdum? Teneo hanc ſecundã
opi.vt regulariter hæredibus tãtùm, non
etiam legatarijs adimatur quod filio pro
ſupplemẽto legitimæ trãsfertur Moueor
primò per.§.cæterùm.in authẽ.vt cùm de
appellatione cog.dũ ait,ab hæredibus ſe-
cundùm alias noſtras leges repleri. vbi ſa
tis expreſſum videtur hãc legitimæ reple
tionẽ ab hæredibus tãtùm, nõ etiã fieri de
bere à legatarijs. Secũdò, q̃a ſcd̃m cõmu-
nes opi.ſupplementũ legitimę petitur cõ
dictione ex lege.vt tenẽt gl.& cõmuniter
doct.in.d.l.oĩmodo.in prin.gl. & cõmu-
niter doct.in prin.hui⁹ legis. ſcim⁹.& Co
raſ.& Alexã.& Paulus Picus, & Ruinus,
& alij vbi ſuprà.ſed actiões pſonales (qua
lis eſt cõdictio ex lege ) non dantur cõtra
ſingulares ſucceſſores ( qualis eſt legata-
ri⁹ )ſed cõtra ſucceſſores vniuerſales(qua
les ſunt hæredes) vt docẽt cõmuniter do
ctores per text.ibi in. l. 1. §. ſi hæres perce-
pto.ff.ad Treb.doct.cõmuniter per text.
ibi in.l.1.C.ſi cert.pet.doct. communiter
per tex.ibi in.l.pro hæreditarijs.C.de hæ-
re.act.ergo ſupereſt, vt contra legatarios
nullo iure agi poſsit. Tertiò adduco, q̃
regulariter legitimæ ſupplementũ,quod
iure.ff.in legitima patronorũ dabatur, ex
portionibus hæreditarijs ſumebatur.tex.
eſt in.l.in ſeruitutẽ.§.fi.& in.l. ſi ex patro-
nis.in prin.& in.l.ſi libertus ſub cõditiõe.
§.libert⁹.1. reſp. & in.l. ſi libertus cũ duos.
ff.de bo.libert.ſed hæ legitimæ regulari-
ter æquiparãtur.l. fi. C. d̃ inof.teſta.ergo.
&c.Quartò adduco tex.à nemine vnq̃ cõ
ſideratũ, qui lõgè fortiùs id pbat.in.§.no
ſtra.in fi.Inſt.de ſucc.libert. vbi ſi patroni
legitima erat cẽtum,isq; in cẽtum fuit in-
ſtitut⁹,& grauatus fideic.vt.20.pręſtaret,
per quod onus virtualiter eius legitima
in.20.videtur minuta.text.ait, q̃ illa cen-
tum pręſtabuntur à cohæredibus liberti,
nõ etiã à legatarijs.Ecce ergo, vt inſpecta
patroni legitima cum onere ſibi iniũcto
egebat ſupplemẽto & iuuamine alieno,
idq; iuuamen ſeu ſupplemẽtum à cohæ-
redibus tantùm non etiã à legatarijs con
tingit.facit.d.l.ſcimus.§.1.

*Intell.l.ſcimus.§. repletionem. C.d̃ inoffi. teſtam.*

392 Quintò pro hac parte eſt tex.ibid.dum
ait.q̃ nõ imputatur in legitimã,quod ca-
pitur iure accreſcẽdi vel ſubſtit.Quod ea
ratiõe euenire intelligo,quia legitima nõ
põteſt ſuppleri p legatarios, tenẽdo quo
ad hoc intellectũ gl.ibi volentis illũ text.
intelligendum, quando ſubſtitutio in le
gato facta fuit, vel ius accreſcendi ex por
tione legati deſcendit.

Deniq; pro nobis, quia ſupplemẽtum
legitimæ eſt quoddã augmentum , vt pa
tet ad ſenſum, ſicq; quoddam ius accre-
ſcendi, nam ius accreſcẽdi quoddã aug-
mẽtum eſt.vt dicit text.in.l.ſi Titio.ff. de
vſufruct.& in.§.vbi autem legatarij.C.de
cadu.tollend.& diximus in materia iuris
accreſcen. ſuprà lib.iſto ad prin. huius. §.
& patet, quòd ius accreſcendi non habet
locum inter ſuccedentes diuerſo iure, &
ſic ſi filius ſit inſtitutus in legiti. minuta,
non poteſt ius, vel augmentum eius pete
re à legatarijs. Cæterùm ſi filio legitima
in legato tantùm eſſet relicta, tunc aug-
mentum poſſet contingere tam in lega-
tis, quàm in portionibus hæredit. id eſt,
ſupplementum deberet præſtari tam ab
hæredibus, quàm à legatarijs. Et ita poſ-
ſet procedere text.à nullo vnquàm rectè
intellect⁹ in.d.l.ſi libertus ſub cõditione.
§.libertus.verſi.idem erit.ff. de bo.libert.

*Intellec.l.ſi libertus ſub cõditiõe.§. libert⁹. uerſic.idẽ erit. ff.de bo.libert.*

In vno caſu hæc opin. indubitanter
procedit, ſcilicet quando legata eſſent ge
nerica, putà in quantitate relicta ſecun-
dùm omnes, quia tunc de legatis repletio
legitimæ fieri non poſſet, cùm repletio
fieri



fieri debeat de corporibus hæreditarijs,
vt dixi. Sed & in alio caſu indubitanter
procederet ſecundùm omnes opin. Bar.
ſcilicet, quando repleta legitima falcidia
minueretur, nam tunc ad illam repletio
nem faciendam etiam legatarij contri-
buere tenerentur. Sed is caſus ab omni-
bus receptus verus nõ eſt, nam etiã hoc
caſu à ſolis hæredibus, non etiam legata
rijs fit legitimæ ſupplementum, & con-
tra eos tantùm, non contra legatarios fi-
lio competit actio, vt probauimus. Licèt
poſtquàm per tale ſupplementum le-
gitimæ ab hæredibus præſtitum ſi quar
ta falcidia minuta maneat, tunc ipſi hæ-
redes vſque ad menſuram falcidiæ ſuas
portiones ſupplere poſsint, legatis reſe-
catis: nec enim ipſe filius vllam actionẽ
aduerſus legatarios reliquosque ſucceſ-
ſores ſingulares habere poteſt, ſed tantũ
aduerſus hæredes, qui ſunt ſucceſſores
vniuerſales, penes quos reſident hęredi-
tariæ actiones tam actiuę quàm paſsiuę.
vt.dd.ll. Ergo cùm inter ſuccedentes di-
uerſo iure ceſſet ius accreſcẽd.vt in.l.ſed
cum patrono. ff. de ſecundùm tabul. &
ſupplementum legitimæ ſit quoddam
ius accreſcendi, quoddamq; augmentũ,
ſupereſt, vt filius in minore portione q̃
legitima inſtitutus, ſupplementum pete
re poſsit à ſuis cohæredibus, non autem
à legatarijs: quia in habentibus ſymbolũ
facilis eſt tranſitus.vt docent Bart.& alij
in.l.Centurio.in princip.ff.de vulg.ſicq;
facilè portioni hæreditariæ altera portio
hæreditaria accedit, non ita portio lega-
ti. Confirma, quia augmentum debet eſ
ſe eiuſdem naturæ, eiuſdemq; formæ, vt
eſt ſuum principale. ſecundùm Bald. in
l.3.C.de hæred.inſtituend.

Vnde portioni hæreditarię augmen-
tum ex altera portione hæreditaria con
tingere poteſt, non ita ex portione lega-
ti, quæ eſt longè diuerſæ formæ. ita intel
ligo dict.l.ſi libertus cùm duos.l.ſi ex pa
tronis.in princip.l.in ſeruitutem. §. fin.l.
ſi libertus ſub cõditione.§.libertus.ff.de
bon. liber. Vnde videtur inferri, quòd
ſi legitimam diminutam filius haberet
iure legati, vel etiã q̃ in re certa, quę legi
timæ non ſatisfaciebat, eſſet inſtitutus,
tunc ſupplementum ei contingere poſ-
ſet ex rebus legatis. & ita, vt dixi, poteſt
intelligi dict.§.libertus.verſic.idem erit.
quia tunc augmentum contingeret in
eadem forma; eritque nouiſ.intellectus
ad dict.verſi.idem erit. Vel dic ſecundò,
quòd aliud in legitima patroni, vt ibi, a-
liud in legitima liberorum ſecundùm
Coraſ.vbi ſuprà. Vel tertiò ille text. pro-
cedit, quando patronus & legatarius e-
rant coniuncti, vt ibi, ſecùs ſi coniuncti
non eſſent. Et denique noſtra opin.iure
regio indubitata eſt per.l.5.in fin.titul.8.
partit.ſexta.

*L.5.titu.8. part.6.*

*Legitima nõ patitur onus etiam præſtandũ ab eo, in quẽ fit trãſmiſsio contra Socin. & nouiſsi.*

393 Amplia.93. vt lex noſtra procedat ſe-
cũdùm quoſdam in eo etiam, ad quem
hæreditas tranſmiſſa eſt: nam vt hæc o-
nera reijciuntur ab ipſis liberis, quibus
impoſita fuerunt, ita quoq; reijcerentur
ab eorum hæredibus, in quos tranſmiſe
runt. Contrarium tamen tenet Socinus
conſi.116. Non poteſt negari.lib.1.quem
refert & ſequitur Gregor.Lupus in dict.
l.11.titul.4.part.6.in glo.libremente.qui
ait, nullibi ſe legiſſe, niſi apud Socinum.
Nos autem, licèt non inueniamus con-
tradictorem, tenemus oppoſitũ. Primũ
per regulam huius legis cum conc. nec
exceptio bene probatur. Deinde per.l.ſi
quis filium.fin.§.1. ff. de acquirend.hær.
ibi, quia idem patri ſuo tribueretur. Ter
tiò per.l.vni.C.q ante apert.tabul. Quar
tò, quia liberi non poſſunt hæreditatem
tranſmittere, niſi demum poſtquàm is,
cuius de ſucceſsiõe agebatur, defunctus
fuerat, & præterea ea hæreditas ipſis li-
beris delata erat.gloſ. communiter app.
in.l.vni. C. qui ante apertas tabulas. Sed
cùm primùm is, cuius de ſucceſsione agi
tur, deceſsit, ſtatim per legem adimitur
cõditio & onus, vt hîc.ibi, & perinde res

procedat,quaſi nihil eorum teſtamento
additũ eſſet. Vnde cùm poſteà filius mo-
ritur,tranſmittit illam hæreditatem iam
diu ab illo onere conditionis,vel dilatio
nis,vel fideicommiſ.liberatam,&exone
ratam. Et nimis nouũ eſſet dicere onera
illa,quæ ſemel ab ea liberorũ inſtitutiõe
abſceſſerunt,rurſus filio moriente reuo-
laſſe ad eandem hæreditatem onerandã.

*Intell. l. cũ patronus. ff. de legatis ſecũdo.*

Tenendo hãc partem,ad.l. cũ patronus.
ff.de legatis ſecundo.reſponde obeſſe ni
hil:quia ibi patronus repudiauit hæredi
tatem etiam quo ad ſuam legitimã,ſicq;
non tranſmiſit.dict.l.vnic.ibi, ſi tamen
hæreditatem non recuſant. vbi ita o-
mnes tenent.Nos loquimur,quando fi-
lius non repudiauit, ſicque tranſmiſit,
& conſequenter hæres eius eodem iure
quo ipſemet vti dꝫbet.l.ſecũda.§.ex his.ff.
de verborum obligationibus. authenti.
de iureiurand. à mori. præſt. in princip.
non ſic cùm ille non erat hæres eius, cu-
ius legitima onerata fuit,nam tunc non
vtitur vice,iure,aut priuilegio ipſius.Nã
& relicta ab inſtituto cenſentur repeti-
ta à ſubſtituto,vel cohęrede cum ijſdem
oneribus,& qualitatibus.l. non iuſtam.
C. ad Trebell.non ſic ab eo, qui ſucce-
dit in locũ repudiãtis, ſi non repudiauit
in fraudẽ.l.ſi nemo.ff.de regulis iuris.l.ſi
nemo.ff.de teſtament. tut. l. eam quam.
C.de fideicom. l. prima. §. fin.ff.de vulg.

*Legitima reijcit onus licèt pater haberet regiam facultatem faciẽdi maioratus.*

394 Amplia.94.multùm elegãter vt pro-
cedat, etiam ſi pater haberet facultatem
regiam ad faciendum primatum, ma-
ioratúmue vniuerſorum bonorum in
præiudicium aliorum filiorum,ſaluis a-
limentis,nam adhuc onus in legitimis a
liorum ipſo iure per hanc legem reijce-
retur, non ſecùs, quàm ſi ea facultas re-
gia non interfuiſſet,niſi appareret teſta-
torẽ ea regia facultate vti voluiſſe,qua-
ſi in re dubia ea regia facultate vti voluiſ
ſe non videatur. Ita tenent Gregorius
Lupus in dicta.l.vndecima.in gloſ.libre
mente.Rodericus Xuarez hîc.18.limita.
& rurſus in relectione.l.fori. ibi adiun-
cta in ſecũda limitatione.facit quod tra-
ditur per Oldrald.conſil.28. Viſa dona-
tione.Licèt non inueniam contradicen-
tem, tamen vehementer dubito. Nam
cùm de poteſtate teſtantis dubitari non
poſsit, quia ponimus interfuiſſe regiam
facultatem, & de voluntate agendum
ſit, ſuccedit regula.l. 3. ff. de militari te-
ſtamento.vbi miles,qui deſtinauit teſta-
ri in forma communi, ſi non adhibuit
ſolennitatem ad teſtamentum regulare
faciendum,ſed tantùm ad teſtament.mi
litare,valet quidem teſtament.iure mili
tari.Quia cùm de validitate actus tracta
tur,ſemper quiſque videtur omne ius,o
mnemq; potentiam ſuam deduxiſſe ad
validitatem,firmitatemque illius actus,
quo de agitur, etiam ſi per prius contra-
rium deſtinaſſet,vt ibi.Quantò ergo ma
gis, ſi contrarium nunquam deſtinauit.
vt in ſpecie noſtra? Facit optimè ea com-
munis opin. quæ habet, quòd paganus,
qui in ſcriptis teſtari deſtinauit, neque
adhibuit ſolennitatem ſufficientem ni-
ſi ad teſtamentum tantùm nuncupati-
uum, nõ inutiliter teſtatus intelligitur,
quaſi omni iure, omnique ſua potentia
ad validitatem illius actus vti videatur,
vt diximus infrà.§.vndecimo.in princi.
cum.pl.numeris ſequent. licèt & diuer-
ſum deſtinaſſet facere, & actus ille tran-
ſiret in diuerſam formam,quàm præme
ditatam.Quantò ergo magis hîc, vbi ne
que contrarium deſtinauit, ſed potiùs
id quod fecit,cũ ad id impetrauit à prin-
cipe licentiam, & diſpenſationem,& a-
ctus non tranſit in diuerſam formam
quàm pręmeditatã,ſed in ipſammet quã
pręmeditatus fuerat? Deniq; ad hãc rem
innumera capere poteris fũdamẽta,quæ
faciũt in conſeruationẽ actus,quo de agi
tur,ex. d.§.11.Et dict.l.3.licèt loquatur in
milite,tamen etiam in pagano procedit:
quia cùm agitur de interpretatione vo-
luntatis,idem eſt in milite,quod in paga





no.l.ſi Rufinus.l. captatorias. & vtrobi-
que Iaſo.C.de teſtamento mil.

*Legitima reijcit onus licèt eſſet conſuetudo ut liberi poſsint onerari in legitima.*

395 Amplia.95. vt licèt ſit conſuetudo, ꝙ
quis poſsit filium in legitima onerare,ta
men ſi is oneratus reperiatur,onus reijci
tur ipſo iure per hanc legem, quaſi teſta
tor iure & poteſtate conſuetudinis vſus
non videatur. Ita tenet Gregorius Lu-
pus vbi ſuprà.poſt Oldrald.quem refert
in conſi.28.Viſa donatione.nihil allegat
Grego.Pro eo facit, quia teſtator præſu-
mitur turbatus mortis cogitatiõe. l. hac
cõſultiſsi.§.at cùm humana.C.qui teſta-
ment.facere poſſunt.authent.de triente
& ſemiſſe. §. illud. Sed certè licèt is caſus
non tam expeditus ſit quàm ſuperior,ta
men in vtroq; caſu cõtrarium teneo,per
proximè dicta,& ita conſulerem & iudi
carem.Facit etiam,quia ſufficit quòd cõ
ſuetudo ſit tolerabilis,licèt non ſit mul-
tùm rationabilis, vt eleganter per Tira-
quel.de vtroq; retract. in princip.nu.75.
Facit optimè quod dixi in.§.3.num.1.Fa-
cit optimus tex.in.l.Papinianus.§.ſed ne
q; impuberis.ff.de inoffi.teſtam.

Amplia.96. vt de legitima parentum
reijciatur omne onus impoſitum à filio,
etiam ſi legitima ipſius filij nimis onera
ta fuiſſet per ipſum patrem ex principis
conceſsione data ad maioratum facien-
dum. Ita notanter tenet Gregorius Lu-
pus vbi ſuprà.poſt Bald.quem allegat in
l.fin.verſi.pone princeps.C.de fruct.& li
tium expen.

*Alimẽta in proprietate, & uſufructu relin qui debent ſecundũ cõmunẽ, nos contra.*

396 Ampl.97. vt licèt de cõceſsione prin
cipis poſsit fieri maioratus in perſona v-
nius filij in diminutionem legitimarũ
reliquorum filiorum, tamẽ ſi diceretur
(prout ferè ſemper dicitur)in tali cõceſ-
ſione & diſpenſatione, ſaluis alimentis,
tunc ſi alimenta in proprietate tantùm,
vel in vſufructu tantũ eſſent relicta,qua
ſi id onus eſſet,remoueretur de talibus a
limentis,non ſecùs,quàm de legitima re
mouetur. Ita tenent multùm eleganter
Gregorius Lupus in.l.11. titul.4. part.6.
in gloſ.libremente. poſt medium.Rode
ri.Xuarez in dic.2. limitatione.Palacios
rub.in cap.per veſtras.colum.250. de do
nacio.inter virum & vxorem.Licèt non
inueniam contradicentem,tamen id ſu-
ſpectum puto: quia vt patet ferè per to-
tũ.ff. dꝫ alim.& cibarijs legatis.de natura
alimẽtorum non eſt, vt tranſmittantur
ad hæredes,neq; vt alienentur:vnde ne-
ceſſe nõ eſt(quod illi patres volunt) præ
ſtari alimẽta in reb9,quæ ad hæredes ſint
tranſmiſsibiles. Facit,quia neceſsitas re-
linquendi legitimam, vel alimenta, vel
dotem indubitanter deſcendit à mero
iure poſitiuo,vt reſoluimus ſuper inter-
pretatione authen.nouiſsima.C.de inof
ficioſo teſtament.quæ collocata per nos
eſt in.§.20. in ſecunda parte illius.§. Vn-
de ſimiliter per principem, qui eſt lex vi
ua,poteſt ex toto tolli, & longè faciliùs
moderari. Id quod ſimiliter attigimus
in.§.1.in princip.poſt prælu. Neque, vt
puto,id ipſi patres negarent,vt ſuprà re-
tulimus,ſed in eo fundantur,ꝙ de men-
te & ſententia principis eſſe non videa-
tur legitimam ex toto tollere,ſed tãtùm
minuere, nec etiã minuere tam magna
ex parte, vt ad nihilum ferè redigatur,
ſicq; virtualiter ex toto adempta videa-
tur,ſecundùm quæ iam nõ tam agimus
de principis poteſtate(quę vt in ſuprà ci
tatis locis fuſè docemur,eſt indubitata)
quàm de ipſius voluntate,quę ex verbis
ipſius conceſsionis, licentiæ,aut diſpen-
ſationis colligenda eſt, & ex communi
vſu ipſius.l. Labeo. ff. de ſupell.legata.l.
ſi ſeruus plurium.§.fin.vbi per Bart. Ale-
xan.Iaſ.& omnes.ff.de legat.1. Nec quic
quam periculoſum magis,quàm recede
re à verborum proprietate ex mentita,
fallaciq; interpretatione.§. ſin autem ad
deficientis. C. de cadu.tollend.princeps
autem licèt ſeſe cõformare cum lege in
telligatur.l. ſi quando. in princip. C. de
inofficioſo teſtamento.tamen ita,vt ſal-
ua maneat verborum proprietas. vt.dd.

legibus. Nec dubium eſt, quin qui ali tã tùm iubetur, huic tantùm viuenti, non autem eo mortuo, eius etiam hęredibus proſpectũ videatur. Facit, quia licèt maior natu fratres ſuos (cùm maioratus antiquus eſt, nec alia bona patris morientis ſuperſunt) alere cogatur, tamen nullus vnquàm negauit, quin talibus fratribus ſufficiat annuam pecuniam præſtari alimentorum nomine, non autem neceſſum ſit in rebus etiam ſoli, inq; proprietate, & vſufructu legitimam aſsignari, cùm id longè abſit ab alimentorum natura. Ergo ſic & in propoſito, cùm ab initio conſtituitur maioratus, cùm de poteſtate principis nõ dubitetur, & verba ipſius hunc habeant ſenſum & proprietatem. Fateor tamen diuerſum dicẽdum, quando id colligeretur ex mente & conſuetudine principis. dict. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. pręſertim in hac re pia.

397 Amplia. 98. vt procedat etiam ſi ſtante iure nouo filius nulla ex parte eſſet hęres ſcriptus à patre, ſed tantùm iure legati, aut fideicommiſ. vel donationis cauſa mortis aliquid recepiſſet, nam tunc ſi in eo, quod ſic recepiſſet, appoſita eſſet conditio, vel aliud onus, reijceretur ipſo iure per. l. noſtrã vſq; ad modũ, menſurã ue legitimę, vt ſic ſaluã haberet legitimã iuxta dict. l. omnimodo. ſuprà eod. titu.

*Intell. §. aliud quoq;. in authen. ut cùm de de appell. cog.*

398 Et hæc ampliatio differt ab ea, quam ſuprà. 9. loco poſuimus, quia ibi loquebamur, quãdo filius erat inſtitutus, modò autem loquimur cùm fuit præteritus, (ideſt neq; hæres ſcriptus, neq; exhęredatus, qui pręteritus dicitur. l. fi. C. de contra tab. vbi Iaſ. num. 5. l. ita tamen. §. ſi quis rogatus. vbi Bart. Paul. & alij. ff. ad Trebellia. §. eadẽ. Inſti. de hær. ab inteſtato.) licèt integram legitimam titul. ſingulari recepiſſet, oneratam tamen conditione, aut dilatione, aut aliter, quo caſu cõtẽdimus teſtament. valere, onusq; ipſo iure per. l. noſtram reiectum videri. Id quod in terminis iuris communis ex profeſſo defendimus alibi, & attigimus ſuprà in præfationibus huius legis.

*Legitima quoquo titul. iure authent. põt relinqui cõtra cõmunem.*

399 Verùm licèt de iure communi res ſit controuerſa, tñ iure regio eſt pluſquàm manifeſta. vt in. l. 5. titu. 8. part. 6. ibi, Mas ſi aquella parte le dexaſſe en el teſtamento non como a heredero, mas como en razon de manda, entonces podria quebrantar el teſtamento. Quorum verborum ſenſus eſt, factum fuiſſe teſtament. alioſque ſcriptos hęredes, filiumque prę teritum, licèt legato honoratus fuerit, &

*Legitima quoquo titul. poteſt relinqui iure regio cõtra noſtrates.*

400 nihilominus valuiſſe teſtamen. non ſecùs, quàm ſi is filius inſtitutus foret, id tamen teſtament. reſcindi poſſe: nec dubium eſt, quin ſi mero iure non valuiſſet, reſcindi non poſſet: quia quod nullũ eſt, reſcindi non poteſt. nam ſecundùm Philoſo. Non entis nullæ ſunt paſsiones. l. nam & ſi. ff. de iniu. rup. l. ſed & ſi manente. ff. de precario. l. decem. ff. de verborum obligationibus.

*Intelle. l. 5. tit. 8. part. 6.*

Quinimò longè apertiùs ꝓbatur ſtatim in ead. l. 5. dum ſubdit. E eſto ſe entiẽde, ſi el fijo no recibieſſe aquella parte q̃ le era mãdada, ca ſi la recibieſſe e no proteſtaſſe, que le fincaſſe en ſaluo la querella que auia del tal teſtamento, non podria deſpues quebrantarlo. Perpendenda ſunt illa verba pluſquàm manifeſta, diziẽdo, que le quedaſſe en ſaluo la querella. vbi apertè traditur querela opus eſſe ad reſcindendum illud teſtamẽ. quod erat mero iure firmum. Quod & tertio loco declaratur illis verbis, non podria deſpues quebrantarlo. Nec me fugit, ꝙ Gregorius Lupus in dict. l. 5. in gloſ. quebrantar, exponat ſic, dicendo de nullitate contra teſtamentum. & iterum in gl. in verbo, la querella, exponit, ideſt, ius dicendi nullum. Sed & ſimiliter non ignoramus, non paucos eſſe artifices, qui edocẽt picas, graccoſq; verba noſtra conari, repugnãte natura, inuitaq; Minerua, quibus mihi non abſimilis noſter Gregorius viſus eſt, dum exterminat, exulareque



que cogit verum ſenſum, ipſamque ſermonis proprietatem illius legis, quò magis accedat illius legis diſpoſitio ad diſpoſitionem text. in authẽ. vt cùm de appellatione cognoſcitur. §. aliud quoq; capitulum. ſecundùm quod ab ipſo, & omnibus ferè doctoribus ad hæc vſq; tempora intellectus fuit, ex qua lege perperam intellecta, innumeri effluxerunt errores, vt ſuo loco diſſeruimus. Verùm ſanè leges noſtrę partitarum, quę nõ quicquam denuò inducere, ſed tantùm ius commune traducere voluerunt, longè rectiùs, accuratiùsq; illud. §. aliud quoq;. intellexerunt, quàm ſcribentium plerique. Ideoq; noſtrarum legum veſtigia ſequuti, intelligimus, quòd licèt in dict. l. omnimodo. & in. l. noſtra duo fuerint noua introducta. Primùm, quòd licèt ꝑ præteritionem filijfam. ipſo iure vitiaretur olim teſtamen. quanuis magna legata cepiſſet. dict. §. qui rogatus. & ferè per totum. ff. de liberis & poſthum. &. C. de lib. præ. & Inſti. de exhęr. lib. tamẽ hodie non vitietur, ne pœnam patiatur præteritionis, qui ex toto liberos nõ præterijt, licèt inſtitutionem, aut exhæredationẽ omiſerit. Alterũ nouum, vt licèt etiam inſtitutis, aut exhæredatis, qui integram legitimam non receperunt, olim nõ daretur legitimæ ſupplementum, ſed querela inofficioſi teſtament. hodie tamen per. l. noſtram, & dict. l. omnimodo. querela ceſſet, & detur legitimæ ſupplementum, tamen per dict. §. aliud quoq;. iure nouiſsimo ad ius antiquum redacti ſimus, non in vtroq; horum capitum, ſed in altero duntaxat, id eſt, vt teſtament. quidem per talem filij pręteritionẽ non omnimodam valere non deſinat mero iure, querelæ tamen ſubiaceat: querelæ autem ſubiacere intelligatur, licèt iure ſingulari integram legitimã accepiſſet, id eſt, ſibi relicta eſſet, quanuis hoc caſu iure etiam. ff. querela ceſſaret.

*Intelle. authent. ut cũ de appella. cog. §. aliud quoque.*

Is eſt verus ſenſus dict. §. aliud quoq;. & ita illud leges noſtræ partitarum penitiſsimè, rectiſsimèque intelligentes traduxerunt, ſecundùm quæ hodie ſi filius iure legati (cùm neq; inſtitutus eſſet, neque exhæredatus) integra legitima honoratus eſſet, teſtament. mero iure valeret, hoc primò. Et dilatio, vel conditio illi legato impoſita, per legẽ noſtram ipſo iure reijceretur, hoc ſecundò. Ipſe tamẽ poſſet, ſi vellet, non agnoſcere eam legitimam ſic exoneratam, & liberam, poſſet inquam querelam mouere: itaq; eligere debet, & poteſt, vtrùm malit, vti beneficio legis noſtræ, & legitimã exoneratam accipere, ſicq; cõquieſcere: an verò malit, omiſſo, relictoq; legis noſtrę beneficio, potiri beneficio dict. §. aliud quoque capitulum. & querelam mouere, quo caſu debet reſpuere ea quæ ſibi relicta fuerunt: nam ſi ea agnouerit, perdit querelam. l. penult. & fin. ff. de inoffi. teſtament. l. parentibus. C. eod. licèt non perdat ius agendi ad ſupplementum, ſi fortè id non explebat legitimam. vt. d. l. omnimodo. & . l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficioſo teſtamento. Quod etiam iure regio expreſſum eſt in dict. l. 5. tit. 8. part. 6. quæ hodie veluti iure poſtliminij reſtituta eſt à noſtris gloſſatoribus malè intellecta.

*Intellect. l. quoniã in prioribus. C. de inof. teſtament. contra cõmunem.*

Vnde ſimiliter ſi iure tantùm legati minus legitima hodie filio relinqueretur, teſtament. quidem valeret, is tamen filius poſſet vel querelam mouere. vt. d. §. aliud quoq;. vel ſupplementum legitimæ petere, vſus beneficio. l. omnimodo. ſuprà eod. licèt vtrunq; ſit contra communem intellect. doctorum tam in authent. non licet. quàm in authen. ex cauſa. C. de lib. præte. de quo alibi latiùs.

*Intellect. l. omnimodo C. de inof. teſtament. contra cõmunem.*

401 Hinc infertur. 99. ampliatio ad regulam noſtram, vt ſi filius patronus eſſet ꝓ teſtamento, vel recepiſſet quod ibi ſibi relictum fuerat, licèt poſtea vellet querelam mouere contra teſtament. id quidẽ non poſſet. vt in terminis iuris communis

*Legitima reijcit onera & conditiones & recipit ſupplementum licèt fieret*

*Relictorum agnitio de iure cõmuni cõtra cõmunem. idẽ iure regio contra noſtrates.*

nis probatur in dict.l. penult.& final.ff. de inoffi.teſtamen. l.parentibus.C.eod. titul.l.& ſi ex modica.§.fin.cum.l.ſeq.ff. de bon.lib. nec etiam poſſet in terminis iuris regij.l.6. titulo.8.partit.ſexta.& ibi l.quinta. Verùm adhuc ceſſante querela alia duo beneficia integra ſibi ſupſunt. Primum, quòd ſi id quod accepit, legitimæ non faciebat ſatis, conſequetur legitimæ ſupplemẽtum beneficio.d.l.omnimodo. à cuius beneficio nõ excluditur per relictorum agnitionem.l.ſi quando. §.& generaliter.C.de inoffi.teſtamen. Alterum benefici.eſt, quia ſi id quod agnouit, conditione, aut dilatione oneratum erat, ea conditio, vel dilatio beneficio huius legis abijcitur: ſicq; non ſolũ alterutro horũ beneficiorũ vti poteſt, ſed etiã vtroq;. Sicq; etiã ſubuenitur teſtamẽto, non modò quãdo horum vitiorũ altero tantũ laborabat, ſed etiã ſi vtroq; ſimul, vt diximus ſuprà ex cõmuni op. ampliatione.48. Et hæc ampliatio ab ea differt, quia ibi loquebamur, quando filius fuit inſtitutus, & in minore portione q̃ legitima, & ſub cõditione: modò autẽ loquimur, etiã ſi eſſet præteritus, vel exhęredatus, licèt legatũ, vel fideic. ſibi relictũ eſſet, quod & minus erat legitima, & ſub cõditione, vel dilatione relictum fuerat.

Fateor tamẽ, quòd hoc caſu vt ceſſet tam beneficium legis noſtræ quàm beneficium dict. l. omnimodo. tenent expreſsim Gregorius Lupus in.l.6. titul.8.

402 par.6.in gl. fi. Rodericus Xuarez hîc ampliatione.9. Paulus in.l.Papinia.§.ſi conditioni.ff.hoc titulo. Verùm loquuntur contra generalitatem dict.§. & generaliter.& legis noſtræ, & dict.l.ſi quando.§. illud.& dictę.l.omnimodo. quæ omnes leges non faciunt differentiam inter inſtitutos, vel exhæredatos, vel etiam præteritos. Et pro nobis eſt text. expreſſus in l.ſexta.titulo.8. part.ſexta. vbi per talem conſenſum is excluditur à querela tantùm: non etiam excluditur à iure agendi ad ſupplementum legitimę: non quoque excluditur à beneficio huius legis onera, conditiones, & dilationes reijciẽtis ex tali relicto. Itaque noſtra opinio & iure communi verior eſt quàm contraria, & iure regio veriſsima. De quo docemur latiùs in interpretatione dict.l. omnimodo. quæ per nos collocata eſt in. §.trigeſimo.

*Intelle.l.6. titu.8. partit.6.*

403 Illud autem non eſt pręteremittendũ, quòd ius agendi ad ſupplementũ, quod per agnitionem relictorum diximus non poſſe perdi, non quoq; tollitur per lapſum quinquennij, licèt querela per quinquennium tollatur. Hæc eſt cõmunis opini. ſecundùm Gregorium in. d.l. 5.in glo.penult. Rodericus hîc in.3.limitatione ſuper lege fori. Sequitur, & dicit communem idem Gregorius in. l.4.tit. 8.partit.6. tenet Iaſ. in.l. ſi quis filium. C. de inoffi.teſtamento. contra Bart. ibi.& contra Bar.in conſ.incipienti. Quæritur vtrùm iuri agendi ad ſupplementum.

*Legitimæ ſupplementum quanto tempore duret opi. noua, præter & contra omnes.*

Et ſecundũ Gregor.in.d.l.5.gl.pe. hoc remediũ perpetuũ erit vſq; ad annos.30. iure communi, & etiam iure regio: licèt iure regio cautum ſit actionem perſonalem, quę competit ad debitum petendũ, præſcribi annis.20.l.63. Tauri. quia procedit ea lex ſolùm in actione perſonali, nõ ſic in ſupplemẽto legitimæ, pro quo competit petitio hæreditatis. Ita in ſimili ſtatuto tenent Corne. conſi.274. libr. 1.colum.1.& ſecunda. Bald.de præſcript. fol.36.colum.4. Et cùm legitimæ ſupplementum inducatur ipſo iure, videtur filium non poſſe vllo tempore etiam.30. annorum excludi. contra.l.ſcimus.in pr. ibi, ipſo iure. iſto titu. Gregorius, & Roderi. Xuarez vbi ſuprà laborãt in hoc argu. excludendo, & multa leuia fingunt in re expedita. Nam quid impedit, quin hæres, vel cohæres huius filij, cui minus legitima relictum fuit, quique poſsidet omnes res hæreditarias, præter eas, quæ filio fuerunt aſsignatæ, poſsit titul.

pro



pro hærede præſcribere eam particulã, quam ipſe filius in ſingulis rebus hæreditarijs habebat ex vi ſupplementi à lege inducti. vt per totum.C.& ff. pro hæred. cùm etiã ſi fateremur rerum dominium fuiſſe apud filium à tempore mortis patris, adhuc poſſeſsio erat apud hæredem, vel cohæredem cum titulo pro hærede: nam ſic in omni præſcriptione contingit, vt quod noſtrum eſt, præſcribatur in perniciem noſtram.

Vnde ſemper hac in re fuimus in noua opinione, vt is filius nõ tam vllo tempore, quàm præſcriptione excludatur: quo fit, vt ſi hæres vniuerſalis, vel cohæres filij per. 29. annos extitiſſet, quibus hæreditatem non adijſſet, neque etiam filius, tunc ad excludendum filium à iure ſupplementi tantum temporis neceſſarium eſſet, quantum eſſet neceſſarium ad præſcribendas res illas hæreditarias contra ipſum hæredem extraneum poſt lapſum dictorum.29. annorum.

404 Quòd autem diximus id ſupplemẽtũ cõpetere ipſo iure, ſupple, dummodo petatur ab ipſo filio, quaſi ſub hac demum cõditione lex illud polliceatur, ſi à filio petatur. Ita tenet gl. ibi in dict.l. ſcimus. in princi.C. iſto titul. quam ibi ſequũtur Albericus, Bart. Bald. & Paulus ibi. ſequitur & dicit communem opi. Greg. Lup. in dict.l.5.titu.8.partit.6. Licèt contra illam gloſ. multi ſcribentiũ teneant, adeò vt contra eam eſſe communem opin. teſtetur Rodericus Xuarez vbi ſuprà. Et hæc poſterior opin. veriſsima eſt. per.d.l. ſcimus. ſi non deſtruatur, in princip. & rurſus in.§.repletionem.& quia ad ſimilitudinem alluuionis, & iuris accreſcendi inducitur ſupplementũ legitimæ. vt ibi, & in.d.l.omnimodo. ſed ius accreſcẽ. & alluuionis contingit ipſo iure citra vllius petitionẽ.l.ſi Titio.ff. de vſufr. eſt cõmunis op. Bar. & omniũ in.l.re cõiuncti. ff. de leg.3. facit. l. vni.in.§. his ita.&.§. vbi autem.C.de cadu.tollend.l.1.in princ.

*Legitimæ ſupplementum competere, licèt nõ petatur cum cõmuni contra alteram cõmunem.*

&.§.final.&.l.inde Neratius. ff. de vſufr. accreſcend. Neq; ad rem pertinet, quòd effectualiter filius carebit emolumento illius ſupplementi, niſi petierit: nam & ſimiliter eorum quoq;, quæ ſibi à patre primordialiter relicta fuerunt, emolumento carebit, ſi non petierit, ſed apud alios poſſeſſores res neglectas reliquerit præſcribendas, vel occupandas.

Confirma. quia ſub ſimplicibus com-
prehenditur caſus mixtus.l.2.§.1.ff.de ver
bo.oblig. vbi latè per omnes. ergo vt vul-
garis per ſe, vel pupillaris per ſe, vel exem
plaris per ſe admitteretur etiam hodie in
legitima, ita quoque & ſi omnes promi-
ſcuè concurrant.

Vnde limit.etiam.12.loco, vt non pro
cedat lex noſtra in ſubſtitutione compẽ-
dioſa, quæ quatenus ſub ſe continet in-
frà pupillarem ætatem pupillarem ſub-
ſtitutionem, & etiam poſteà exempla-
rem ſi dementi fiat. vt docẽt Bartolus &
omnes in.l.Cẽturio. ff.de vulg. certè talis
ſubſtitutio non reijcietur de legitima fi-
liorum, licèt quatenus fideicommiſſa-
riam contineret, bene reijceretur, ſecun-

dùm regulas ſuprà traditas.

Vnde limita etiam. 13. loco, vt lex noſtra non procedat in ſubſtitutione informi, qualis eſt, Filium inſtituo, & Sempronium ſubſtituo. quia hæc ſubſtitutio informis ex legis interpretatione vulgares tantùm ſubſtitutiones continet, vulgaris autem per. l. hanc non reijcitur, vt iam diximus. Quòd autem vulgarem tãtùm contineat, eſt communis opin. quam tenẽt glo. Bart. & alij in. l. Gallus. §. 1. ff. de libe. & poſthu.

*Legitima patitur onus poſitũ ſubſtituto cũ cõmuni opinione.*

423 Limit. 14. vt non procedat in eo, cui defertur hæreditas poſt filij excluſioné, ſiue illa noluntate, ſiue impotentia contingat. Iſta eſt vera & communis opinio, quam tenuit Paulus in. l. cùm patronus. in vtraque lectura. ff. de lega. 2. Bal. ibid. & Paulus hîc ad fi. Alexand. hîc & ibi in apoſtillis. Ange. in dict. l. cùm patronus. Xuarez hîc in. 4. limitatione. Iaſ. in. l. ſi arrogator. ff. de adopti. num. 32. idem Iaſ. in l. cùm quidam. num. 2. C. de legatis. idem Iaſ. hîc. idem Iaſ. in. l. ſi fundum per fideicõmiſſum. aliàs incipit. Si pecunia. §. ſicuti. ff. de lega. 1. Idem Iaſ. in. l. cùm filiusfa. §. diui. num. 45. ff. de lega. 1. Segura in. l. cũ patronus. ff. de lega. 2. num. 68. idem Segu. in repetitio. legis. ab exhæredati. num. 44. ff. de lega. 1. & in repetitiõe. l. 3. §. fi. verſic. vnum tamen crederem. num. 118. de libe. & poſthum. ff. Quod intellige, quãdo is filius non tranſmiſit, vt pulchrè diximus ſuprà. ampliatione. 93. Et hanc annotationem authores ſuprà relati multis nominibus, ſummisque laudibus efferunt, idque (vt nobis videtur) ſatis immeritò. nam præter dict. l. cùm patronus. vbi hoc videtur probari, cui præter doctores adde text. in. l. fin. infrà eod. vbi regulariter probatur valere argumen. de legitima patronorum ad legitimam liberorum, vnde cùm in legitima patroni id ſit expeditum, ſimiliter etiam in legitima liberorum procedere intelligendum eſt.

Sed habes hac in re euidentem rationé. Nam. l. noſtra. &. l. omnimodo. ſuprà eod. factæ fuerunt ad vtilitatem tam parentum, quàm liberorum, id eſt tam teſtatorum, quàm liberorum. vt ait text. in dict. l. omnimodo. ibi, tam mortuis conſulere, quàm eorũ liberis. ſed poſtquàm filius ab hæreditate patris excluſus fuit, ſiue noluntate, ſiue impotẽtia, iam attenti eſſe debemus ad teſtatorum duntaxat voluntates obſeruandas, neglecta ſubſtituti vtilitate, ad quem legitima filij peruenit, cui leges noſtræ hac de re loquentes proſpicere noluerunt.

Præterea pro hoc text. quaſi expreſſus in. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. & glo. appro. in. l. ſi quando. §. & generaliter. infrà eodem. &. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bono. poſſeſ. contra tabu.

*Legitima non deducitur de rebus ſpecialiter legatis cũ cõmuni opinione.*

424 Limit. 15. vt non procedat, quando pater elegit vnam rem ad teſtandum, nam tunc in reliquis rebus filius habebit ſuam legitimam, non autem in re illa. Ita tenet Bald. in. l. poteſt. ff. de lega. 1. idem Baldus in rubri. ff. de rerum diuiſione. ſequitur Rodericus Xuarez hîc in. 5. limitatione. Hæc limitatio habuit fortem rationem dubitandi. Nam filius ipſo iure habet in ſingulis corporibus hæreditarijs legitimam. l. ſcimus. §. repletionem. infrà eod. ergo videbatur, quòd in re illa, quã pater elegit ad teſtandum, eam legando, vel iubendo quòd fortè monumentum, vel hoſpitale fieret in domo hæreditaria, filius ipſe haberet ſuam partem hæreditariam, & conſequenter quòd ſe inuito legatum quo ad ſuam partem non valeret. Huic argumento Rodericus non facit ſatis.

Tu ergo reſponde obeſſe nihil. Nam vt generi per ſpeciem derogatur. iuxta. l. vxorem. §. felicisſimos. ff. de legat. 3. l. cùm quæſtio. C. de lega. cap. in toto. de regul. iur. in. 6. ita quoque legata, cæteraque relicta ſingularia tanquàm ſpecies derogant



derogant vniuerſæ hæreditati tanquàm generi: aliud eſt enim hæreditas, quæ nec tangi, nec videri poteſt: aliud eſt res hæreditaria, quæ & tangi, & videri poteſt: ſicut aliud eſt ius vſusfructus, qui nec tangi poteſt, nec videri: aliud ipſi fructus corporei, qui poſſunt tangi, & videri. vt in princi. Inſt. de reb. corp. & incorp. & in. l. hæreditas etiam ſine vllo corpore. ff. de peti. hæredi. & quæ tradunt Barto. & alij in rubri. ff. de acquiren. hære. Ergo cùm vſq; ad dodrantem, vel beſſem totius hæreditatis data ſit teſtatori facultas liberè diſponendi, ſupereſt, vt in reliquo tantũ hæreditatis tota hæreditas verſari videatur. Ita procedunt omnes leges, omneſq; tituli, ſeu rubricæ, & etiam omnes libri, qui ſunt à titulo. ff. de lega. 1. vſque ad titulum. ff. de adimen. leg. per totum Inſt. &. C. de leg. per totum. C. de fideicõmiſ. ſicq; quod in. d. §. repletionem. dicitur, ꝙ legitima in ſingulis rebus hæreditarijs debetur, intelligitur de rebus hæreditarijs, quæ ſuperſunt poſt deductionem, & ſeparationem ſingulorum legatorum, fideicommiſſorum, vel aliorum ſingularium relictorum. Sicq; negandum eſt contrarium, licèt illud faſſus ſit Rodericus ſatis incautus, & ſecurus. Qua de re latiùs in. l. omnimodo. §. imputari. ſuprà eodem.

*Conditione ſub q̃ poſthumus inſtitutus fuit exiſtẽte anteq̃ ipſe naſcatur, reijcitur ꝑ hãc l. contra cõmunem.*

425 Limi. 16. niſi conditio, ſub qua poſthumus eſt inſtitutus, exiſtat ante natiuit. poſthumi, nam tunc talis conditio non reijcitur per hãc legem. Iſta videtur communis õpi. quam tenuit Rodericus Xuarez hîc in. 6. limitatiõe. fol. 53. vltra quem hanc limi. tenet Iaſo. in. l. ſi pater. col. 5. in fi. C. de inſt. & ſubſt. & iterum col. pen. in fi. idem Iaſ. hîc in fi. Alexã. in. d. l. ſi pater. num. 3. & ibi Corneus. & iterum Alexã. num. 10. & Bal. in. d. l. ſi pater. opp. 10. Bal. in. l. cùm poſthumus. ff. de lib. & poſthu. vbi expreſsim ait, ꝙ hæc lex limi. per illã. quod ſequuntur Ange. & Imola ibid. & etiam Alexan.

Hæc communis limitatio indubitanter ſuſpecta eſt. In primis eſt cõtra tex. expreſſum hîc. ibi, & ita res procedat, quaſi nihil eorũ teſtamento additum eſſet. vbi patet, ꝙ oẽs conditiones, quæ per hanc legem reijciũtur, ipſo iure reijciũtur, & continuò poſt factũ teſtam. nõ ſpectata morte teſtãtis: ſicq; licèt cõditio inter factum teſtam. & mortẽ teſtantis exiſteret, id nihil operaretur, quãdoquidem iam illicò poſt factũ teſtam. ea cõditio per hãc legé reiecta fuerat ipſo iure, & lex operatur in momẽto tẽporis. vt docent Iaſ. & alij per tex. ibi in. l. ſi poſt morté. ff. de lega. 1. tex. in. l. is cui. ff. de lega. 2. Pro nobis etiam. l. ſcimus. in prin. ibi, ipſo iure. infrà eod. vbi probatur, ꝙ reiectio eorum, quæ nocent legitimæ, vel ſuppletio eorum, quæ deficiunt, fit ipſo iure à lege, ſicque continuò poſt factum teſtam.

Tertiò pro nobis tex. expreſſus in multis ſui partibus, tam hîc q̃ in. l. omnimodo. ſuprà eod. ibi, vel alio modo ſubuertẽdis. & iterũ ibi, vel alio modo ſubuertendo. vbi, vt latiùs ſuprà diximus, probatur ꝙ leges noſtræ procedũt non ſolùm quãdo per querelam poteſt teſtam. impugnari, ſed etiam quando per appoſitioné conditionis, vel alterius grauaminis teſtam. poterat quoquo modo euerti. eſtq;, vt ſuprà diximus, communis opi. Tunc ſic, ſi conditio non poteſtatiua in poſthumi inſtitutione apponatur, id teſtam. olim poterat infirmari, & rumpebatur ipſo iure, cùm poſthumus pendente cõditione naſcebatur. l. poſthuma. ff. de libe. & poſth. ergo talis conditio ne teſtamen. periclitetur per hanc legem ſtatim poſt factum teſtamen. reijcietur. Poſtremò fruſtrà ſpectaretur conditio, cuius nihil operatur euentus. l. ſi ita qs ſcripſerit. ff. de hęr. inſt. ſi ergo poſthum⁹ ſub hac cõditione inſtituatur, ſi Titius ex Italia venerit. tũc ſiue conditio deficiat, poſthumum admittemus ad ſuã legitimam, nõ ad id, qđ vltra legitimam ſub illa cõditione ſibi datum

 fuerat.

fuerat.l.ſcimus.§.cùm autem.ſecundùm veram & cōmunem opi.docto. hîc & ibi infrà eod.ſiue etiā cōditio exiſtat, eūdem poſthumum ſtatim ad ſuam legitimam admittemus,& ad reſiduum non ſtatim, ſed demum poſtq̄ probatum fuerit conditionem extitiſſe. vt dict. §. cùm autem. Cùm ergo in omni caſu legitimam indubitāter & purè (id eſt, ſtatim poſt ſui natiuitatem)is poſthumus habiturus ſit,certè illa conditio fruſtrà ſpectaretur.

Tenēdo hāc partē,quæ (vt nobis videtur)non minùs vera eſt, q̄ Apollinis oraculum, tunc ad. d. l. cùm poſthumus.reſpon.ꝙ procedit iure.ff. quo iure indubitatū fuit poſthumū ſub omni conditione inſtitui poſſe,nec inuentio talis conditionis reijciendæ cognita fuit vſq; ad Iuſtiniani tēpora,qui fuit vltimus legūlatorū.

*Intellec.l. ſi quis hærede. C. de inſt. et ſubſtit. contra communē.*

Ad.l.ſi quis hæredē.C. de inſt. & ſubſt. quæ fortiùs vrget,licèt Rodericus vbi ſuprà de ea memor nō fuerit, reſpōde, ꝙ ibi teſtam. non ſuſtinetur,eo ꝙ conditio viuo teſtatore extiterit, valeret enim in terminis illius.l.teſtam. etiam ſi cōditio longè poſt mortem teſtantis exiſteret, ſed ſuſtinetur ibi teſtam.quia eo tempore filiafa. iam nata poterat ex toto præteriri. vt probatur in.l. maximum vitium.C.de libe.præte.& in prin.verſi.ſed non ita.Inſt. de exhær.lib.& in.l.Gallus.§. in omnibꝰ. ibi, filius duntaxat. ff. de libe.& poſthu. tradit Ioan.ab Imola.in.l.fin.ff.de condi. inſt.& in.l.ſuus quoq;.in prin.ff.de hære. inſti.docet elegantiùs egregius Emanuel in.l.Gallus.ſuprà all.§.& quid ſi tantùm. pag.96.diximus latè ſuprà & infrà,in tracta.exemplaris ſubſt.

Nec ad rem pertinet,ꝙ dict.l.ſi quis hæredem.fuerit etiam facta ab ipſo Iuſtiniano. Nam intelligendum eſt, ꝙ tempore illius legis adhuc vigebat differentia inter mares & fœminas, vt filijfa. nec poſſent ex toto præteriri,nec ſub conditione caſuali inſtitui:filiæ tamē fœminæ & præteriri ex toto poſſēt,vt probaui, & lōgè faciliùs ſub omni cōditione inſtitui. vt probat.d.l.ſi quis hæredem.cùm conditionalis inſtitutio longè faciliùs admittatur, q̄ omnimoda præteritio.vt communiter tenēt doct.in.l.ſi pater.C. de inſti. & ſubſti. vbi per Corneum, Alexā.Iaſ. & Decium poſt alios.per Iaſ.in.l.filius à patre.ff.de libe.& poſth.Omnes enim illæ differentiæ poſteà per Iuſtinianum fuerunt ſublatæ in.d.l.maximum vitium.C. de libe. præt. quæ reliquis legibus poſterior fuit,vt patet in ipſa,dum facit mentionem de.l.noſtra. & de dict. l. omnimodo. ibi. & ſi ſecundùm.

Tene ergo,ꝙ ſi poſthumus ſub hac cōditione inſtituatur in maiore portione q̄ legitima,ſi Titius ex Italia venerit.ſtatim reijcitur conditio vſque ad eius legitimam,vel in totum,ſecundùm ea, quæ ſuprà in.2.parte huius.l.diximus in ampliationibus.

*Legitimæ cond. impoſita reijcitur ſtatim poſt teſtamentum factū,nec validatur propterea q; uiuo adhuc teſtatore exiſtat contra communē.*

426 Limi.17.vt non procedat, ſi conditio, ſub qua filiusfa.inſtitutus fuit,viuo teſtatore exiſtat,nam tunc per hāc.l.non reijcitur.Iſta videtur cōmunis opi. quam tenēt Bal.oppo.10.in.d.l.ſi pater.C.de inſti. & ſubſt.Iaſ.hîc in fi.Alex.in.l. cùm poſthumus. ſuprà all. Rodericus Xuarez hîc in.6.lim.Iaſ.in.d.l. ſi pater.col.pen.& iterum.n.5.& ibi Alex. n.3. Mouentur per dict.l.cùm poſthumus.ff.de libe. & poſt. quæ nihil omnino facit,vt proximè dixi: quia loquitur iure.ff.quo iure expeditiſſimum erat poſthumum ſub omni conditione inſtitui potuiſſe,vt ibi,nec erat hæc l.edita, per quam reijciūtur conditiones, quæ teſtamento poſſunt nocere, qualis erat illa,quæ efficiebat,vt teſtam.illud licèt in ſui primordio valeret,tamē ex poſt facto poſſet infirmari, ſi fortè pendēte adhuc cōditione is poſthumus naſceretur. vt in.l.poſthuma.ff.de lib.& poſthu.

Et quòd ea conditio ſtatim vſque ad legitimam reijciatur,probatur in.4. fundamentis,quæ proximè enumeraui: nec expedit repetere , vbi etiam reſponſum dedi



dedi ad dict.l. ſi quis hæredem. quæ pro cōmuni opinione fortiùs vrgebat,quæq; hodie correcta eſt per. l. noſtram.& dict. l.maximum vitium.

*Condi. etiā incertæ perſonæ appoſita,reijcitur hodie contra cōmunē opi.*

427 Lim. 18. niſi cōditio apponeretur inſtitutioni perſonæ incertæ, nam tunc conditio non reijceretur,licèt per eius appoſitioné poſſet teſtam. infirmari. quale eſt, cùm teſtator dixit, Poſthumus qui viuo me naſcetur, hæres mihi eſto. tunc enim ea conditio , qui viuo me naſcetur , vel ſi viuo me naſcetur.non reijcitur per hanc legem:vnde ſi poſt mortem teſtantis naſceretur,teſtam.quaſi præteritus rumperet.per text.in.l. commodiſsimè. ff. de libe.& poſthum. Iſta eſt communis opin. quam tenet Barto. in. d. l. commodiſsimè.ſequuntur ibi Bald.Angelus,& Imola.Barto.Bald.& Ange.in.l.ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. ſequitur Alexan. in dict. l.commodiſsimè. & idem Alexand. in dict.l.ſi pater. num. 10. vbi etiam Iaſ.col. penult. & Rodericus Xuarez hîc limitatione. 7. idem Rodericus Xuarez hîc in 1. ampliatione.fol. 9. ſequitur Salicetus hîc. Coraſ.in.l.quanuis.C. de impuberū. num.6.

Probatur hæc communis opin. per.l. commodiſsimè.ſuprà alleg. ibi, quia nec ſub conditione quidem vocatus intelligitur, qui in hunc caſum natus eſt, qui non fuit teſtamento comprehenſus.

*Intell.l.fin. C.de poſth. hær. & l. commodiſſimè .ff. de lib. et poſt. contra cōmunem.*

Quorum verborū ſenſus eſt, quòd cùm potuerint plures poſthumi naſci,et alij in vita teſtatoris , alij verò poſt mortem, tunc ſi dixi, qui viuo me naſcetur hæres eſto.certè ſi vnus viuo me naſcatur, alius poſt mortem, qui poſt mortē natus fuit, is nullo modo inuitatus fuit à teſtatore, nec purè,nec ſub conditione, ſed ille tantùm fuit vocatus, qui viuo teſtatore natus fuit. Ergo vt iſto caſu indubitatum eſt vocatum non fuiſſe illum, qui poſt mortem natus fuit:ita quoque & ſi vnus tantùm naſcatur poſt mortem,is nec purè,nec ſub conditione in tali teſtamento vocatus intelligendus eſt, quandoquidē licèt eſſentialiter plures poſthumi nati non fuerint, tamē potentialiter naſci potuerunt,& diſpoſitio teſtatoris ad eos tātùm,qui ſe viuo naſcerentur,reſpexit.q̄d pauci perceperunt.

Ergo cùm leges nouæ non procedant in eo, qui eſt omnino præteritus. vt in.d. l.omnimodo. ſuprà eod. & is q̄ poſt mortem natus eſt, omnino præteritus fuerit, ſupereſt,vt per hanc.l.& dict.l. omnimodo. huic teſtamento non ſubueniatur. Sed is caſus licèt per. l. noſtram prouiſus non fuerit, hodie tamen negari non poteſt, quin deciſus ſit per ipſum Iuſtinianum,qui diu poſt legem noſtram latam, quæ in liberis tantùm natis loquebatur, fecit.l.ſi.C.de poſt.hære.inſti.quæ loqtur etiam in poſthumis, per quam iuſsit, vt ſiue viuo teſtatore is poſthumus, ſiue eo mortuo naſcatur, ſemper ſcriptus hæres intelligatur, reiecta illa conditione , ſi poſt mortem,vel qui poſt mortem. Hoc etiam ipſe Iuſtinianus apertè ſenſit ibid. dum ait, cùm frequentiſsimas leges poſuerimus teſtatorum voluntatibus adiuuantes. Et tertio loco ibi dum ait, ne pœnam patiatur præteritionis , qui filios ſuos non præterijt. Hoc enim caſu negat poſt illam legem illum poſthumum præteritum videri,qui eo caſu natus fuit, qui non erat conditione comprehenſus: ſicque alludit ad dict. l. omnimodo. per quam nihil fuit diſpenſatum in caſu omnimodæ præteritionis, & leges frequētiſsimæ,de quibus fit mentio in dict. l. fi. ſunt.l.noſtra.&.l. omnimodo. &.l. quæ nuper. &. l.ſcimus.hoc titulo. de quibus ſimiliter fit mentio in. l. maximum vitium. C. de liberis præte. poſtquàm dict. l. fina. facta fuit. & ſic patet , quòd facta fuit poſt legem noſtram. & dict. l. omnimodo.ad earum extenſionem , quæ cùm eſſent correctoriæ, & loquerenter de liberis iam natis, ad poſthumos non extenderentur , niſi dict. l. fina. facta

eſſet.vt in ſimili tenent hîc Iacob.Butrig. & Iaſ. & Areti. & Bald.& Paul. & Salice. in fin.& Xuarez fol.8.col.2. & Imola in l.ſi.col.antep.ff.de cond.inſt. dum tenét, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ ſit filia contenta quibuſcunq; ſummis à patre ſibi relictis, tūc ea filia ſi quid ſub conditione datum fuerit,non tenetur eſſe tacita,& cōtēta, ſed poteſt petere vt conditio reijciatur, quia hoc caſu non valet argum. de re ad tempus,quia eſt materia correctoria. Sic etiā & in propoſito in hac materia correctoria non poſſet fieri de lege noſtra loquente in liberis natis ad poſthumos,niſi id expreſſim noua lege cautum eſſet.Ideoque vtiliſsimè cautum denuò fuit per.d.l.fi. Nec quicq̃ egregius,vtilius,æquius,præclariusq; vnq̃ hac declaratiōe ab vllo ſcribentium in hac materia reperies. Per quā egregiè ampliatur.l.noſtra. Et de intelle. dict.l.commodiſsimè.vi.Iaſ.ibi,qui ſeptē enumerat intell.idem Iaſ.in.d.l.fi.Coraſi. in.l.quāuis.num.6. C. de impub. Acoſta in.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſth.pag.220.Deci.conſi.176.Viſo.

Ergo quod omnes doctores incauti ſecuriq; putāt, ſcilicet hodie talem poſthumum præteritum videri, ſi naſcitur eo caſu qui non eſt conditione comprehēſus,id apud me verum nunq̃ erit, eſtq; cōtra. d.l.fi.ſecūdùm noſtrū intell.quem nullus vnq̃ cogitauit.

Vnde ſi hodie teſtator inſtituit filiam, quæ ſibi naſcetur, & matrimonium contraheret in mille,filiam verò, quæ ſibi naſceretur,& monaſterium ingrederetur in quinquaginta, certè ridiculū eſt dicere,ꝙ filia nata,quæ nec velit nubere, nec monaſterium ingredi, videatur præterita. licèt id tenuerint Bart. & omnes doctores ſuprà citati. Licèt hoc caſu agnoſcam teſtam. vitiari,ſed id nō tam ex defectu inſtitutionis,quàm eo ꝙ quantitas inſtitutionis incerta ſit. Confirmatur tam hoc quàm ſuperius dictū: qa inſtitutio poſthumi indefinita, habetur pro vniuerſali,cōprehenditq; oēs poſthumos.argum. l.2.&.l. Titius.ff. de lib. & poſt.ergo.&c.

*Cōdi.etiam turpis hodie reijcitur de inſtitutione liberorum, contra communem opi. ꝑ Accurſio cōtra cōmu.*

428 Limi.19.vt non procedat in conditione turpi, quæ etiam hodie non reijcitur de inſtitutione liberorum, etiam quo ad eorum legitimam. Iſta eſt communis opin.quam tenuerunt Bald. in.l. ſi pater. C.de inſti.& ſubſt. 5. oppoſitione.Paulus in.l.conditiones.ff.de cond.inſt. Alexan. in.l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſt. n.13. idem Alex.in.l.reprehendenda.eod.tit.Iaſ.hîc. idem Iaſ.in.d.l.ſi pater.n.20.vbi etiā Corneus & Decius.col.fi.qui hanc dicit communem opi.modernorum.et Rodericus Xuarez hîc in.8. limitatione. tangit & Acoſta.in.l. Gallus.§.& quid ſi tantùm. pag.113.ff.de lib.& poſthu.

*Intelle.l.filius.ff.de cōdi.inſt.contra commu.*

Contrariū ſenſit gl. in.l.ſuus quoq;.in prin.ff.de hær.inſt. ſeqtur expreſſim Rodericus Xuarez vbi ſuprà argumēto quo dā ſatis inuoluto. Sed tñ cùm olim inter 730. paradoxa, quæ Salmanticæ publicè defenſauimus, hunc quoq; articulum attingeremus,in hac fuimus, & nūc etiam ſumus opiniōe,vt tale teſtam. hodie poſt legem noſtram valeat, & cōditio reijciatur. Nā teſtam. in quo olim fuiſſet filius inſtitutus ſub duplici conditione: alia,ſi homicidium feciſſet, vel cœlū digito attigiſſet, ſicq; turpis,vel impoſsibilis: alia verò caſualis,puta,ſi nauis ex Italia venerit.certè olim indubitanter id teſtam. nō valeret,etiam ſi.l.filius.ff.de cond. inſt.facta non fuiſſet.quia licèt argueretur,ꝙ illa conditio turpis non vitiaret,ſed de filij inſtitutione reijceretur nō ſecùs q̃ de extraneorum inſtitutione.iuxta.l. impoſsibilis.ff.de hær.inſt.l.1.ff.de cond.inſti.tamen ſupererat altera cond.caſualis, quæ vitiaret filij inſtitutionē etiam ſola de per ſe,vt in.l.ſi pater.C.de inſt.& ſubſt.

Quod ergo duplex cōditio,id eſt duæ cōditiones diſtinctæ & ſeparatæ operarētur, idem quoq; operatur vna conditio, quæ duplicem habet virtutem, quaſi bicipitem,vt talis filij inſtitutio iure.ff.vitiaretur per ſolam conditionem turpem, vel impoſsibilem, quæ licèt filij inſtitutionem ex capite turpitudinis,vel impoſſibilitatis nō vitiat, eam tamen vitiat ex capite difficultatis,quod ſibi immutilatum,integrūq; manet.Nam per iura vetera.ff. licèt conditiones turpes nō vitiarent inſtitutionem, nec etiam caſuales, id procedebat non extraneis tantùm. In liberis autem turpes non vitiabant ex capite turpitudinis,ſed tātùm ex capite difficultatis,vt diximus.



Sed cùm hodie id etiam caput difficultatis conditionis amputatum ſit per legem noſtram,& inductum,vt ipſo iure reijciatur,ſupereſt,vt talis cōditio hodie non vitiet filij inſtitutionem: nō quidem ex capite impoſsibilitatis, quia id caput iure veteri.ff. erat amputatū per.l. impoſsibilis. ff.de hær. inſtit.l.obtinuit. ff.de conditio. & demonſtratio.l.1. ff.de conditio.inſtituen.non quoq; ex capite difficultatis conditionis, quia id caput ſimiliter hodie per legem noſtrā amputatum eſt: ſicq; licèt illa conditio bicipitem habeat virtutem, tamē ex neutra earum poteſt nocere.Pro hoc,quia correcta ratione legis,& ipſa.l. correcta intelligitur.gl. communiter appr. in.l.1.ff.de leg. tut. Sed ratio, propter quam olim id teſtamen.vitiabatur erat,quia talis cōditio nō erat poteſtatiua. vt exprimitur in dicta.l.filius.in fin. quæ quidem ratio hodie nō obſtat,quia per.l.noſtram correcta eſt, vt diximus ſuprà ampliatione. 1.ergo.&c. Facit ꝓ nobis.l.fi.C.de poſth. hær.inſti.ibi, ne pœnam patiatur præteritionis,qui filios ſuos non præterijt. & authen. vt cùm de appe.cog.§.ſola enim eſt noſtræ ſerenitatis intētio iniuriam ex hæredationis & præteritionis auferre.

*Condi.quæ nō pōt ſeparari à relicto, non reijcitur per hanc legem cum Ange. & alijs cōtra Rodericum Xuarez.*

429 Limi.20. vt non procedat, quādo cōditio non poteſt ſeparari ab ipſo relicto, vel ſi ſeparetur,tunc relictum non remaneret in ſua forma. Ita tenet Angelus in l.ſuus quoq;.in fine.ff.de hæred.inſtituē. vbi refert ſe ita cōſuluiſſe.ſequitur Imola ibid.& Iaſ. hîc in fin. tenuit Ange.in.l. ſi pater.C.de inſtit.& ſubſtitu.in lectura Florētina.vbi refert,quòd cùm hæc quæſtio occurreret de facto, ipſe & Bald.frater ſuus ita cōſuluerunt.ſequitur Decius in.l.ſi pater.in fin.C.de inſtitutio.& ſubſtitutio.ſicq; videtur communis opin.

Sed Rodericus Xuarez hîc in.9.limitatione.fol.54.in contrarium inclinat.

Sed prima opin.verior eſt,ſi rectè exēplificetur. Nam ſi filium inſtitui in fructibus qui naſcentur anno ſequenti ex fundo Titiano, certè ſi ante initiū illius anni teſtator decedat, ea conditio & dilatio remoueri & ſeparari ab ipſo relicto non poteſt,quin pereat ipſum relictum. Nec enim certò ſciri poteſt, quanti futuri ſint fructus illius anni, niſi demū poſt ipſorum fructuum editionem: ꝙ ſi ipſos antequàm edantur percipere velis, tunc capies nihil. Alia exempla poteris videre per Angel. Iaſ. & Rodericum vbi ſuprà. quæ non tam expedita ſunt, vt ſuperius exemplum.

Limi.20.niſi grauamen reſpiceret priuationem diſpoſitionis. ſecundùm Bal. in.l.1.colum. penult.C. de iure fiſci. Vnde ſi teſtator reliquit filio minus legitima portione,& prohibuit illum plus petere,tunc filius ſi agnouit legatum,præiudicat ſibi vt plus petere nequeat. Ita Bald.vbi ſuprà. Quod improbat Rodericus Xuarez hîc.9.limita.& rectè.Nam nec prohibitio teſtatoris impedit, quin is filius ſupplementum legitimæ conſequatur.vt eſt text. expreſsus in authen. vt cùm de appellatione cog. §. cæterùm. nec agnitio filij ſibi nocet. vt eſt tex. expreſsus in.l. ſi quando. §. & generaliter. infrà eod. facit optimè.l. Seius & Augerius. vbi in ſimili multa per Alexand. & Bart.ff. ad legem falcidiam.

*Legitimæ onus impoſitum non reijcitur,ſi*

430 Limita.21.ſecundùm Bald. vbi ſuprà. quando teſtator legitimæ impoſuit grauamen, nec vltrà proceſsit. Cæterùm ſi vltrà

*teſtator iuſſit ut filius priuaretur relicto niſi onus impleret contra Bald. & alios.*

vltrà procederet, præcipiens, vt niſi ita
fieret, tunc filius exhæres eſſet, priuare-
turq́; relicto, tunc per hanc legem tale o
nus non reijcitur. Idem ſequitur Xua-
rez hîc in.9. limitatione. allegat tex. in. l.
vxorem. §. hæres. ff. de legatis tertio. & in
l. pater fam. teſtamento. ff. de hæredi. in-
ſtituend. & in authent. de nupti. §. præfa-
tæ. & in authent. de reſtit. fidei. colum. 8.
quæ iura potiùs faciunt in contrarium.
Sed ego teneo hanc opinio. per text. in
l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cō
ditio. & demonſtratio. ibi, nam quod a-
demptum eſt, nec datum quidē intelligi
tur. Nam ſi quod ademptum eſt nec da-
tum quidem intelligitur, & in ſpecie no
ſtra quod datū fuerat, expreſsim ſub hac
conditione ademptum fuit, ſi præceptū
non impleretur, ſequitur ademptionem
firmam manere, ſi grauamen non im-
pleatur per filium, nec oportere id gra-
uamē reijci per legem, ne ademptio ſub
conditione facta in detrimētum filij pu-
rificetur. Eſtq́ue ſolennis, illuſtriſq́; hu-
ius legis limitatio. vi. ſuprà ampliatione.
59. Sed magis eſt vt hæc limitatio vera
non ſit. per dict. l. Seius & Augerius. &
quæ diximus in proxima limitatione.

Limita. 22. vt nō procedat, quando fi-
431 lius inſtituitur in re, quę non eſt in rerū
natura. veluti ſi dixi, Fili⁹ hęres eſto ī eo
quod Mæui⁹ mihi debet. iſq́; debebat ni
hil, tunc enim teſtam. vitiatur ſecūdùm
Bar. in. l. ſuus quoq;. in princ. ff. de hære.
inſti. col. 4. verſic. quid ſi pater. ſequitur
Rodericus Xuarez hîc. 10. limita. fol. 54.
quia tunc, inquiunt, in nihilo videtur in
ſtitutus. vt in. l. ſi ſic. §. 1. ff. de legatis pri-
mo. Vnde ſiue velis ſupplere legitimam,
non potes: quia illa inſtitutio nihil ha-
bebat poſitiuè, quod augmentum, vel
ſuppletionem recipiat, ſicq́ue ceſſat. l. o-
mnimodo. ſuprà eodem. nec enim quod
nihil eſt, recipit augmentum, vel ſupple
tionem. vt in. l. ſed & ſi manēte. ff. de pre
cario. Siue etiam velis reijcere illam de-

*Legitima relicta in re quæ non eſt in rerū natura, nō ſupplctur p leges nouas, cum Bart. & alijs.*

monſtrationem, ſcilicet quod Mæuius
debet, tunc ſimiliter in nihilo inſtitutus
manebit. Sed hæc lim. magis pertinet ad
dict. l. omnimodo. q̄ ad legem noſtram.
432 Limit. 23. niſi eſſet ſtatutum, quòd ſtā
tibus maſculis, fœminæ non ſuccedant
filiæ, nam tunc licèt adijciat quòd de-
beant dotari, tamen dos illa non eſt tra-
dēda ſtatim poſt mortem teſtatoris, ſed
demum poſt nuptias ſequutas. Iſta eſt
communis opinio, quam tenent Barto.
num. 6. & Paul. & Imola in. l. Titio cen-
tum. §. Titio genero. ff. de conditi. & de-
monſtratio. Rodericus Xuarez hîc lim.
11. & etiam Paulus, qui ait ſe ita pluries
cōſuluiſſe. Cinus in. l. ſancimus. C. de nu
pti. Iaſ. in. l. ſi pater. num. 20. C. de inſtitu.
& ſubſtitutio. & ibi Decius colum. fina.
& Iaſo. hîc in. 4. limitatione. Paulus in. l.
parentibus. ſuprà hoc titulo.

*Stante ſtatuto, q̄ filiæ fœminæ cū maſculis nō ſuccedant, ſed dotētur, dos habet tacitam cond. ſi nuptiæ ſequātur, quæ non reijcitur per hāc legem, cum communi opinione.*

Mouentur, quia de poteſtate ſtatuti
non poteſt dubitari, quin poſsit legiti-
mam minuere tam re, quàm tempore.
vt probauimus infrà in auth. nouiſsima.
hoc titu. poſita infrà. §. 20. & regulariter
obligatio dotis habet hanc tacitā condi
tionem, ſi nuptiæ ſequātur. ſecundū cō-
munes op. Bart. & aliorū in. d. §. Titio ge-
nero. per. l. promittendo. & l. ſtipulatio
nem. ff. de iure doti. ergo hæc obligatio
dotis dandæ ab ſtatuto deſcendens, non
purificabitur, niſi demū nuptijs ſequu-
tis. De cuius rei veritate latiùs ſuo loco
diſſerimus.

In terminis tamen iuris cōmunis ſi fi
lia ſ. eſſet inſtituta in centū ꝓ dote, illa ta
cita cōd. quæ ineſt huic cōditionali inſti
tutioni per hāc legē reijceretur, ſicq́; illa
cētū, vel dos, quę loco legitimæ ſuccedit
ſtatim nuptijs nō expectatis peti poſſet.
ſcd̄m cōem & verā op. quā tenent Paul.
hîc. & Cin. in. d. l. ſancimus. poſt Richar
dum & Salice. hîc. n. 6. & Bal. colum. pe.
num. 3. & Albericum. ſentit Bart. vbi ſu-
prà. colum. penult.

Lim. 24. vt nō procedat, quādo teſta-
tor



433 tor reliquit filiæ centū pro dote ſub hac
conditione expreſſa, ſi nupſerit, tunc eīn
inter mortē teſtantis, & tempus nuptia-
rum præterita videretur, & conſequen-
ter teſtamentum eſſet nullum, quia ſecū
dùm eum per hanc legem illa conditio
non reijceretur. Quod omnino ſuſpectū
eſt, carenſq́; omni fundamento, quia cō
tra generalitatem huius legis. Nec etiā
id teſtam. vitiaretur per. §. aliud quoque.
in authent. vt cùm de appellat. cog. quia
ſecundùm communes & veras opi. filia
ſub conditione inſtituta, nō videtur prę
terita, quia per inſtitutionem etiam con
ditionalem ſatisfit ſolennitati illius au-
thenticæ. Ita Iaſ. in. l. filius à patre. num. 8.
ff. de liber. & poſthum. idem Iaſ. num. 13.
in. l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſti. vbi Cor
neus num. 6. & Alexand. num. 12. & nu.
15. & num. 16. & Xuarez hîc fol. 8. colū. 1.
& Paulus, & Iaſ. num. 4. in. l. ſi mater. in
princip. ff. de vulga. vbi Iaſ. hanc dicit cō
munem opinio.

*Inſtitutio filij ſub conditione facta hodie etiam ualidat teſtam. cōtra Bal. cum communi opinione.*

434 Limita. 25. in onere intrinſeco, quod
deſcendit ex natura rei, nā tale onus nō
reijcitur per hanc legem. Vnde ſi iuſsi, vt
filia legitimæ imputaret dotem, quam à
me receperat, tale onus per hanc legem
non reijcitur, quia id & ſi per me cautū
non eſſet, faciendum erat. vt in. l. quoniā
nouella. ſuprà eod. Iſta eſt communis o-
pinio, quam tenent hîc Bald. col. 2. verſi.
extra quæro. Rodericus Xuarez limita-
tione. 13. Iaſ. in. l. ſi pater. num. 20. & De-
cius colum. fina. C. de inſtitutio. & ſub-
ſtitutio. Socin. in. l. Centurio. ff. de vulg.
colum. fin. in fine. Iacob. de Arena in. l. ſi
cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimo-
nio. Iaſ. in authent. nouiſsima. num. 46.
ſuprà eodem.

*Legitimæ onus intrinſecus impoſitum non reijcitur cū opinion. cōmuni.*

435 Limit. 26. vt non procedat in fideicō-
miſſo reciproco, quod non reijcitur etiā
de legitima liberorum. per tex. in. l. ſi pa
ter puellæ. ſuprà eod. iuncta lege noſtra.
& dict. l. omnimodo. ſuprà eod. vbi pro-
batur, quòd per leges noſtras non reijci
tur niſi illud grauamen, per cuius appo-
ſitionem teſtament. olim poterat aliquo
remedio infirmari: ſed olim hoc caſu nō
dabatur querela, nec aliud remedium ad
tale teſtam. infirmandum, ergo per hanc
legem id onus non reijcitur, vt ſentit gl.
noſtra hîc. Licèt in contrarium ſit com-
munis opin. vt teſtatur Rodericus Xua
rez hîc. 14. limitatione. & ſuprà in. 6. am-
pliatione. Bart. Bal. Paul. in dict. l. ſi pater
puellæ. Bald. Sali. & Paul. hîc. & etiam Ia
cob. Butrig. licèt Azo. hîc in ſumma te-
neat cum glo. noſtra contra communē.
Cuius opin. veriſsima eſt, vt dixi in dict.
l. ſi pater puellæ. & in. l. omnimodo. ſu-
prà eod. & ſuprà attigimus.

*Legitimæ poteſt imponi fidei. reciprocū, cum Fulg. contra cōmunem.*

436 Limi. 27. vt non procedat in onere in
ſtitutionis deficientis, ſi tamen adſit titu
lus ſubſtitutionis. Itaque licèt filius inſti
tutus nō ſit in primo gradu, ſi tamen in
ſecūdo gradu ſit vulgariter ſubſtitutus,
teſtamē. non deſinit etiam hodie valere,
nec reijcitur titulus ſubſtitutionis, vt
ſuppleatur titulus inſtitutionis. Ita limi-
tat legem noſtram Rodericus Xuarez
hîc. 15. limitatione. qui vehemēter variat:
idq́; procedit non ſolùm inſpecto tem-
pore huius legis, ſed etiam poſt authen.
vt cùm de appella. cog. §. aliud quoque.
qui text. induxit, vt honorabili titulo in
ſtitutionis liberi honorentur à parenti-
bus. Adhuc tamen ſufficit titulus ſubſti
tutionis, vt latè dixi in authent. nouiſsi-
ma. ſuprà eo. quā collocamus infrà. §. 20.

*Legitima relinqui poteſt titulo ſubſtitutionis cum cōmuni opinione.*

437 Limita. 28. vt non procedat in onere,
quod contigit legitimę per factum inter
viuos. Nam ſi teſtator immenſam, inof-
ficioſamq́; donationē fecit inter viuos,
per quam læditur legitima facta contri-
butione & cumulatione bonorum, quę
erant tempore illius immenſæ donat.
cum bonis, quæ ſuperſunt tempore
mortis, tunc id onus, eaq́; læſio non re-
ſarcitur per hanc legem, ſed per. l. 1. C. de
inof. donat. & per totum illum titulum.
Ita Bal. in dicta. l. 1. & Xuarez hîc. 16. lim.
qui

*Legitimæ læſio cōtingens per factum inter uiuos, non pertinet ad hanc legē.*

qui ait eſſe multùm notandum.quod &
voluit gloſ. in dict.l.1.

438 Limita.29. vt non procedat, quando
per licentiam principis non recognoſcẽ
tis ſuperiorem conceſſum eſſet patri ma
ioratum de omnibus ferè bonis ſuis face
re, nã licèt per hoc filij legitima minue-
retur, non reijceretur per hanc legem ta
le grauamen, id eſt, ſiue data eſſet licen-
tia, vt alienatio prohiberetur, tale graua
men per hanc legẽ nõ reijceretur: ſiue eſ
ſet licentia, vt minus legitima relinque-
retur, tunc ſupplementum nõ fieret per
l.omnimodo. ſuprà eod. quia principis
volũtas in hac parte pro lege haberetur.
vt in.l.1.ff.de cõſtit.princip.& in.§.ſed &
quod principi. Inſtit.de iure natur.& in
l.omnes.& in.l.fin.C.ſi contra ius vel vti
li.pub.& in.l. reſcripta.C. de precib.Im-
per.off.vt latiùs dixi in authent.nouiſsi-
ma.ſuprà eo. Ita in ſpecie limitat legem
noſtram Rodericus Xuarez vbi ſuprà.

*Legitima lædi poteſt de licentia principis.*

439 Limit.30. vt non procedat in regnis,
Ducatibus, Comitatib⁹, Marchionatib⁹,
cæteriſque ſucceſsionibus indiuiduis, in
quibus ſi filius ſit inſtitutus ſub cõditio-
ne voti paterni implendi, ea cõditio per
legem noſtram non reijcitur, quinimò
priuatur tali ſucceſsione, etiã quo ad le-
gitimã, niſi illud impleat. Ita probat tex.
in capit.licet. de voto. & eſt communis
opinio.ſecundùm Roderic.Xuarex hîc.
fol.5.tenent Abb. & Innocent. in dict.c.
licet. licèt aliter ſentiant Gofredus &
Henrricus ibi.tenet etiam Bal. in proœ:
decret.colum.3.idem Bald.in authẽ.hoc
amplius.C.de fideicommiſ.Quod latiùs
ſuo loco differimus.

*Legitima lædi poteſt in Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus l.noſtra nõ procedit.*

440 Limit.31.vt nõ procedat in modo po-
teſtatiuo, idq; eadem ratione, qua ſuprà
diximus legem noſtram non procedere
in conditione poteſtatiua, ex cuius im-
plemẽto legitima nõ minuebatur. Itaq;
ſi filium fortè ſacerdotem in legitima tã
tùm portione hęredem ſcripſi, & adieci,
ita tamen vt rem ſacrã mihi faciat, id eſt,
vt eam orationem (quæ vulgò Miſſa ap
pellatur) pro animæ meæ ſalute ad Deũ
Optimum Maximum effundat, non du
bito, quin hunc modum poteſtatiuum
teneatur implere, non ſecùs, quàm ſimi
lem conditionem poteſtatiuam implere
(ſecundùm nos contra communem) te
neretur. vt diximus in ampliatiõe ſuprà.
num.178. argum.text.cum glo.& ibi no
tatis. C. de his quæ ſub modo. l. quibus
diebus.§.Termilius.& quæ ibi latè habẽ
tur per Bart.& alios.ff.de condi. & dem.
Confirma.nam.l.noſtra, vt patet in mul
tis partibus, tam ſuis, quàm legis.omni-
modo.ſuprà eod.nõ procedit, niſi in qui
bus caſibus olim per modi appoſitionẽ
poterat teſtamen.aliquo remedio euer-
ti: ſed hoc caſu olim nullo remedio poſ-
ſet euerti. vt.dd.ll.&.l.ſi pater.C.de inſt.
l.Cornelius.l.iam dubitari.l.ſuus quoq;.
ff.de hæred.inſti.l.fin.ff. de condi.inſtit.
l.conditionibus pupillus. ff. de cond.&
demon. ergo hoc caſu ceſſat lex noſtra.

*Legitimæ onus impo ni poteſt p modum po teſt. contra communẽ o pinionẽ.*

441 Limita.32.loco, vt eadem ratione lex
noſtra nõ procedat in modo neceſſario.
Vt ſi in ſola portione legitima filium in
ſtituens adieci, ita tamen vt patriæ iuſsis
obedias. nam talis modus per hanc legẽ
non reijcietur de legitima, cùm eius ap-
poſitio olim nullum produceret reme-
dium ad impugnandum teſtament. ar-
gument.l.veluti.ff.de iuſtitia & iur.iun-
cto cap.licèt.de voto. & in ſimili per to-
tum.ff.de obſeq.facit.l. ſi quãdo.§.illud.
verſi.meritis magis.infrà hoc titul.

*Legitimæ onus neceſſarium imponi poteſt.*

442 Limit.33. vt nõ procedat in dilatione
facta bona mente, hæc enim non reijce-
retur per.l.noſtram.argum.l. ſi mater.in
princip.ff.de vulg.l.Seius Saturninus.ff.
ad Trebellia.l. in fideicommiſsi. §. cùm
Polidius.ff.de vſur. ſecundùm quod ſu-
prà declaraui.

*Legitimã non reijcit dilationem bona mente adiectam.*

443 Limit.34.vt nõ procedat in grauami-
ne exhæredationis, quæ non tam fit ma-
la mente, quàm odio alterius; hæc enim
videtur quòd non reijciatur per hanc le
gem.

*Legitimã an reijciat exhæredationem factã odio alterius.*



gem.l.3.§. ſi emancipatus.ff.de bon.poſ.
contra tab.licèt remedij loco ſit.l.ſi quis
in ſuo.§.legis.hoc tit. Quod dic vt latiùs
ſuprà in.1.limitatione cum ſequent.

444 Limita. 35. vt non procedat in graua-
mine exhæredationis, quæ fit fauore ne
potis, vt per eum filius patris hæreditatẽ
capiat, hoc enim exhæredationis graua-
men per hanc legem nõ reijceretur. Vn
de ſi filiũ exhæredaui, nepotemq; ex eo
hæredem ſcripſi, is filius per nepotem ac
quirit meam hæreditatem. l. qui in alie-
na.§.interdum. ff. de acquirenda hæred.
& ſecundùm veram & communem ſen
tentiam non poſſet olim querelam is fi-
lius mouere, vt diximus in materia ſuita
tis, nec poſſet alio modo olim infirmare
teſtament.& conſequenter hodie etiam
reiectio illius grauiminis non fieret per
hanc legem, licèt iure nouiſsimo authẽ.
fortè ille tex. non procederet poſt auth.
vt cùm de appellatio.cog.§.aliud quoq;.
quod dic vt latiùs ſuprà in præludijs hu
ius.l.retenta noſtra opinione contra cõ
munem, quòd dict. §. aliud quoq;. non
impediat validitatem primordialem te-
ſtamenti, ſequitur quòd vt olim filius,
qui quoquo titulo integram legitimam
habebat, ſiue exhæredatus eſſet, ſiue in-
ſtitutus iure.ff. ſiue etiam præteritus iu-
re.C.non poterat querelam mouere.per
l.cùm quęritur.cum ſimil. ſuprà eod.ita
quoq; poſt dict.§. aliud quoque.idem e-
rit.nec refert per ſe, an per filium, vel ſer
uum legitimam quęreret.vt dict.§.inter
dum.

*Legitima an reijciat exhæredationem factam fauore alterius.*

*Intellect. §. aliud quoq; in authent. ut cùm de appell.cog. & l. qui in aliena. §.interdum. ff. de acquirẽ. hæred.*

445 Limit.36. vt non procedat in filiabus
fam. quæ licèt ſub quacunq; conditio-
ne inſtituerentur, olim teſtament.indu
bitanter & in ſui primordio, & creatio-
ne valebat, & etiam ex poſt facto infir-
mari nullo iure poterat, licèt eis ſi cond.
defeciſſet, daretur quoddam ius accreſ.
ad certam hæreditatis partem.vt probat
l.ſi quis hæredem. ſecundùm noſtrum
veriſsimum intellectum.C.de inſtitu.&
ſubſtitu.iuncta.l. maximum vitium.C.
de libe.pręt. Hoc amplius etiam ex toto
poterant præteriri, nec propterea vllo
modo, vel remedio poterat teſtamen.in
firmari.vt in princip. verſic.ſed non ita.
Inſtit.de exhær.lib.& dict. l. maximum
vitium.&.l.Gallus.§. in omnibus.ibi, fi-
lius duntaxat.ff. de lib. & poſthum. Vn
de longè faciliùs poſſent ſub quauis con
ditione inſtitui.vt docent Alex.num.12.
&.15.&.16.& Iaſ.num.13.& Decius colũ.
penul.& fina.& Corneus in.l.ſi pater.C.
de inſtitu.& ſubſtitu. Iaſ.in.l.filius à pa-
tre.ff.de liberis & poſthum.num.8.Pau.
& Iaſ.num.4.in.l. ſi mater.in princip.ff.
de vulg. vbi hanc dicit communem op.
Cùm ergo per appoſitionem conditio-
nis, quę in legitima filiarum fieret, olim
nullo iure poſſet infirmari teſtam.nec.l.
noſtra.& dic.l.omnimodo.ꝓcedant niſi
in quibus caſibus olim aliquo remedio
poſſet teſtamẽ.euerti, vt millies dictum
fuit, ſequitur, quòd talis conditio per le
gem noſtram non reijcitur. Fateor tamẽ
quòd per.l.maximum vitium.ſuprà all.
quæ diu poſt legem noſtram facta fuit,
vt patet in ea, dum ait, & ſi ſecundùm id
immutatum videtur noueq; inductum
vt filiafa.ex toto præteriri, vel ſub omni
conditione inſtitui non poſsit non ma-
gis quàm filiusfam. & conſequenter de
earum inſtitutione talis conditio per le-
gem noſtram reijceretur ne teſtament.
periclitetur. id quod apertiùs ꝑ.§. aliud
quoque.in authent. vt cùm de appellat.
cog.cautum videtur. Quæ omnia latiùs
diximus ſuprà in ampliationibus, licèt
hæc contra communem opinio. eſſe vi-
deantur.

*Condit. caſualis nõ reijcitur per hãc.l. de inſtitutione filiarum contra communem.*

446 Vnde.37. loco eadem ratione lim. le-
gem noſtram, vt non procedat in nepo-
te iura ſui hæredis habente, qui olim &
ex toto præteriri, & ſub quauis conditio
ne inſtitui poterat, vnde ad eum.l.noſtra
& dict.l.omnimodo. non pertinebat, li-
cèt hodie poſt dictã.l. maximum vitiũ.
&.d.

*Idem in nepote qui à nemine præceditur contra communem.*

&.d.§.aliud quoq;.etiã in tali nepote reiectio cõditionis neceſſariò ſit per legẽ noſtram facienda. Quæ omnia dic vt ſuprà proximè, quia probatur ijſdem iuribus. Licèt & id ſimiliter ſit contra magis cõmunem ſententiam, eſt tamen veriſsi. vt inter. 730. paradoxa olim Salamanticæ publicè defendimus.

447 Limi.38. vt non procedat in conditione neceſſaria, quæ non reijcitur per.l.noſtram. vt in terminis.l.Gallus.per totã.ff. de lib.& poſt. Id quod generale eſt in omni ſubſtitutione vulg. cuius conditio non reijcitur per.l.noſtrã, ne ſi eam reijcias, tunc ſubſtitutus purè vocatus, inſtitutusq; videatur, ſicq; concurrat cum inſtituto primo loco vocato, per quod fieret contra voluntatem defuncti. vt in.l. verbis ciuilibus.ff.de vulga.

*Idem in cõditione neceſſaria.*

448 Lim.39. vt nõ procedat, quãdo filius ſub aliqua cõditiõe, vel modo, vel cauſa, vel alio inſtitutus grauamine in defectũ illius cõd. vel modi, vel alterius grauaminis fuit expreſsim exhæredatus, nã tunc ceſſat.l.noſtra, &.d.l.omnimodo. Primò quia per leges noſtras exhæredatis non ſubuenitur. vt in.l.omnimodo.ſuprà all. Tum etiam, q̃a hoc caſu olim teſtam.nõ periclitabatur, & cõſequenter ceſſabat.l. noſtra. Niſi dicas, ꝙ licèt ab initio valeret tñ ſubiacebat periculo querelæ. inof.teſtam. Et noſtrã limitationẽ videntur quaſi in terminis tenere Bal.in. l.1. col.pe.C. de iure fiſci.lib.10. Xuarez hîc.9.lim.fol. 54.arg.l.vxorẽ.§.hęres.ff.đ leg.3.l.paterf. teſtamẽto.ff.de hær.inſt.auth.de nupt.§. p̃fatæ. Pro qua meliùs facit.l, q̃bus dieb⁹. §.quidã Titio.ff.de cõd.& dem.ibi, quia quod adẽptum eſt, nec datum quidẽ intelligitur.& vi. ſuprà ampliatione.59.

*Onus in cuius defectũ fuit filius exhæredatus nõ reijcitur*

449 Lim.40. vt nõ procedat in onere, per quod ꝓhibetur ius accreſ. etiã in legitima cõtingere. Nã teſtator, q̃ in legitima filiũ inſtituit, põt vetare, ne portio ab aliquo ex cohęredibus repudiata ei accreſcat, ſed alijs cohęredib⁹ đferatur. Iſta eſt vera & cõis op. quã tenẽt Bar.& alij in.l. quoties.§.ſi duo.ff.de hær.inſti. & cõiter moderni in.l. re cõiuncti.ff.de legat.3.& diximus nos in materia iuris accreſc. infrà. Ergo id onus & grauamẽ non reijcietur per legẽ noſtram. q̃a poſtq̃ filius habuit ſuam legitimã integrã, certè ꝑ talẽ ꝓhibitionẽ olim teſta.nõ periclitabatur.

*Legitima patitur prohibitionem iuris accr.*

450 Lim.41. vt non procedat quo ad forũ conſciẽtiæ ſcđm Felin.in.c.1.de cõſt.col. 14.verſ.extra p̃dictos tres caſus. quẽ ſeq̃tur & refert Xuarez hîc in.1.limitatione ſuper.l.regia fol.59. Vnde inferũt, ꝙ ſi legitimæ onus legati, vel fideico.impoſitũ fuit, illud tut⁹ in foro animæ legatarius, vel fideicõmiſſari⁹ capere poterit. Nihil boni allegat, ſed ꝓ hoc eſt tex. ſi rectè ſcis inducere in.l.filio præterito.ff.de iniuſt. rup.& in.l.fi.C.de pact.& gl. illa cõmuniter ibi app.in.l.ſi quãdo.§.& generaliter. infrà eod. dum ait, ꝙ filius de conſenſu ipſius poteſt in legitima grauari. Sed certè tutius eſt contrarium. argumento eorum, quæ diximus ſuprà.

*Quid in foro animæ.*

451 Lim.42. vt nõ ꝓcedat fauore piæ cauſæ. Ita tenet Roderi. Xuarez hîc in.1.limitatione ſuꝑ.l.regia fol.59.& Felin.in.c.eccleſia ſanctę Mariæ.col.33. extrà.de cõſt. facit qđ ipſe ait in. c. 1.eod.tit.col.14.ver ſic. extra prædictos tres caſus. Vnde infert Feli. vbi ſuprà, ꝙ ſi ꝑ ſtatutũ ampliata eſſet legitima liberorũ, & coanguſtata & reſtricta facultas relinquẽdi ꝓ anima, vel in pias cauſas, tunc nõ obſtante ſtatuto, poſſet teſtator, ſi eſſet adeò diues, vt filij eius nõ grauarẽtur nimis, aliq̃d vltra ſummã ab ſtatuto conceſſam in eccleſiã, vel pias cauſas relinquere, neq; id grauamen per hãc legẽ reijceretur. Quod & tenet Roderi. Xuarez vbi ſuprà. q̃ infert exinde nobilẽ declarationẽ ad.l. 9. tit.5. libr.3.fori.incipit. Ningun ome. vt vltra quintã bonorũ partẽ, quę per illã legem homini liberos habẽti ꝑmittitur pro anima reliquere, ſi aliq̃d teſtator relinquat, per qđ liberos eius, q̃ diuites erãt, non nimis

*Legitimæ onus impoſitum etiam fauore piæ cauſæ nõ tenet, contra Felinum & Roderic.*

*Limit. ad.l. 9.tit.5.lib.3 fori.*



grauaret, valeret.dict.l.non obſtante relictum. Et ad cap.quicunq;.17.quæſtio.4.reſpondent, quòd procedat, quando teſtator, & eius liberi non erant adeò diuites.

Quę limitatio vera non eſt, & ꝓceſsit ex proprio capite Felini, & Roderici, carens omni fundamento. Nam in primis eſt cõtra generalitatem huius legis, quæ reijcit omne grauamen minuens legitimam. Secundò contra generalitatẽ.d.c. quicũq;. Tertiò contra verã, & cõmunẽ reſolutionẽ, quam.s̃.diximus in ampliationibus, volens hanc legẽ procedere in legitima quãtuncũq; aucta per ſtatutũ. Quartò contra deciſionẽ in ſimili.l.proſpexit. ff. qui & à quibus. ibi, quod perquàm durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. & contra.l.ſancimus.C. de teſtamen. Nam quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? Quintò cõtra.l.præcipimus.C.de appel. vbi lex in ſui generalitate omnimodo ſeruanda integra, incolumis, & intacta eſt. Sextò cõtra.l.illã.C.de colla. nam erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur. Ad rationem Roderici dicentis, ꝙ cùm paruum eſſet damnum liberorũ, & magnum commodum, quod exinde ſentit anima teſtatoris, id admittẽdum eſt. Reſponde hanc rationem, in qua totum ipſius iacet fundam. ſatis inſulſam eſſe. Nam ſi minuſculum eſt, quod liberis adimitur, minuſculũ ſimiliter erit, quod animæ teſtatoris, vel pię cauſę tribuitur. Nam fundus etiam ſterilis minorum ſine decreto vænundari non poteſt: quia inquit lex, ꝙ vt per talis fundi alienationem minuſcula læſio, & diminutio contingit patrimonio minoris, ita quoq; minuſcula erit acceſsio pretij inde redacti. Ita ait.l.ſi fundus ſit.&.l. magis puto.§.ſi æs alie.ff.de reb.eorum. Sic & in propoſito, ſi paruum quid liberis contra legem ademeris, paruum ſimiliter in animam, vel piam cauſam contuleris: & turpiùs eſt ob rem minimam, quàm ob rem magnam legem violare: & anima tali dono, vel etiam pia cauſa gaudere non debet, cùm ſpecies furti ſit de alieno largiri.l.ſi pignore.in princip.ff.de furtis. alienum autem eſt, quod liberis pro legitima debetur. argument. gloſ. communiter approba.in.l.tertia. C. de iur. & fact. ig.l.fin.C.de codicill.

453 Limita.43.ſecundùm Paul.hîc. vt lex noſtra non procedat fauore libertatis. Nam qui ferè vniuerſum patrimonium in ſeruis haberet, is per dationem libertatis poſſet liberorum legitimam onerare, vel minuere, nec per hanc legem hæc læſio reſarciretur. vt in. l. Papinianus.§. quarta autem.ff.hoc titulo. Qua de re latiùs ibi per doctor.

*Legitimæ onus tenet fauore libertatis.*

454 Limi.44.in legitima, quæ in proprietate tantùm relinqueretur, quod olim licebat. vt in. l. vxori vſufructũ.ff. de vſufruct. legato. l. omnium. ff. de vſufruct. nam illud onus per legem noſtram non fuit emendatum ſecundùm Fulgoſium hîc, licèt poſteà emẽdatum fuerit per auth.de triente & ſemi.§.prohibemus.collatione.3. Sed Paulus hîc contrà. vt per hanc legem in ſui generalitate id onus emendatum fuerit, licèt in dict. §.prohibemus.in indiuiduo hoc malum propulſum fuerit. Sed Fulgoſij opin. verior eſt. vt patet in dict.§.prohibemus.& patet etiam: quia, vt millies dictum eſt, hęc.l.& dict.l.omnimodo.ſuprà eodem. nõ procedunt niſi in quibus caſibus olim teſtament. poterat aliquo remedio euerti per oneris impoſitionem: ſed olim licèt in proprietate tantùm legitima relinqueretur, nullo iure teſtament. poterat euerti. vt dict.l. vxori. & dicta. l.omnium. ergo.&c. Sed vtcunque ſit, expeditum eſt, quòd hodie illud onus reijcitur. vt tenuit gloſſ.fina.in authenti.nouiſsima.ſuprà eodem. quam ibi ſequuntur Butrigarius, Albericus, Odofredus, Ioannes Faber, Baldus, Salicetus, Angelus, Fulgoſius, Paulus, & Iaſo. numero.

*Per hanc legem nõ fuit uetitũ quin legitima in proprietate tantùm relinqueretur cum Fulgo. cõtra Pau.*

43.& eſt communis opinio ſecundùm Paul.& Iaſ.ibi.ſequitur Bar.in.l. vxori.ſuprà allegat. Cinus in.l.1.C. de vſufruct. & Azo in ſumma huius tituli.

*Idem in uſu fructu.*

455 Limita.45.ſecundùm quoſdam, vt ſi legitima relinquatur in ſolo vſufructu, dempta proprietate, ita ꝙ valor vſusfructus omnium bonorum æquiualeat valori ꝓprietatis & vſusfructus legitimę, tunc oneratus filius nõ intelligatur,nec l.noſtra locum habeat,ſed & hoc caſu.l. noſtra procederet,vel ſaltem dict.§.prohibemus.ibi, proprietatem inſuper & vſumfructum.ſecundùm Iaſ.in authent. nouiſsima.n.45.ſuprà eo. vbi latiùs dixi.

*Legitima recipitonus imputatiõis cum communi.*

456 Limita.46.ſecundùm Bald. hîc in fin. quando filiaſ.ceperat dotem inter viuos à patre, nam tunc licèt ſimpliciter inſtituatur, oportet quòd dos imputetur in legitimam vel portionem ſibi datã, idq; onus imputationis nõ reijcitur per hanc legem.vt in.l. quoniã nouella. ſuprà eo. Iacob.de Aren. in.l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.de iure doti.

*Quid in lucro ex forma ſtatu.*

457 Limit.47.ſecundùm Bald.hîc.col.pe. in fin. quando ex forma ſtatuti maritus lucraretur tertiam partem dotis, quod lucrũ veluti eius legitima reputaretur, nam tunc in eam partem teneretur imputare quod ab vxore ſibi legatũ eſſet, nec per hanc legem id onus reijceretur. Licèt ſecùs econtrà,ſi ex forma pacti illã partem tertiam maritus habiturus eſſet ſecundùm eum.

*Quid in Trebellia.*

458 Limit.48. ſecundùm Bald. hîc col.fi. in fin. vt licèt filius iuſſus poſt mortem ſuam reſtituere deducat duas quartas, nempe falcidiam,& Trebellianicam,tamen ex iuſſu teſtatoris quarta Trebellianica tenebitur in legitimam imputare, nec id onus per hanc legem reijcietur,licèt à patre impoſitum fuerit. Quod dic vt per Corne.in authẽ. ſed cùm teſtator. C.ad legem fal.per Canoni.in.c. Rainutius.extrà.de teſtament.

Limi.49.vt nõ procedat,quãdo filio,
459 cuius legitima onerata fuit, nullus cohæres datus fuiſſet, tũc enim ipſi etiã ex parte tantũ inſtituto vniuerſa hęreditas accreſceret.l. ſi te ſolũ.ff.de acq.hær.l.1.§. ſi ex fundo.&.l.ſi alterius.ff.de hær.inſt. ſicq; per iura vetera, nõ per hanc legem id onus reijceretur. Quod intellige,quãdo onus in eo conſiſtebat,ꝙ filius fuit in minore portione quàm legitima inſtitutus: nam ſi erat onus fideico. præſtandi, vel alterius ſimilis oneris,tunc hac legis prouiſione opus eſſet.Quod limita vt in l.ſi libertus patrono.in fi.ff.de bo.libert.

*Legitimæ onus aliquãdo reijcitur perleges ueteres.*

460 Limit.50.vt.l.noſtra nõ procedat quãdo triginta anni eſſent præteriti, quibus præſcribitur iuri agendi ad ſupplemẽtũ legitimæ, & conſequẽter iuri petendi, ꝙ legitimæ onus reijciatur.Iſta videtur cõmunis opi.vt per Tiraq.in tract.de vtroque retract.charta.302.n.37.idem Tiraquellus in repetitione.l.ſi vnquam.C.de reuo.donat.in verb.reuertatur.n.312.& nu.314.gl.in.l.omnimodo. in verbo,exigere. quam omnes ibi ſequuntur. & eſt communis opin.ſecundùm Iaſ.in.l. certi condictio.in princ.nu.25.ff.ſi cert.pet. idem Iaſ.in.l.quandiu.col.2.ff.de acq.hęre.idem Iaſ.in.l.nõ amplius.§. cùm bonorum.ff.de lega.1.nu.10.idem Iaſ.in.l.ſi qs in ſuo.in pr.hoc titul.Nicol.Boëri.aurea deciſione.250. Decius conſ. 303. num.2. Rodericus Xuarez hîc in tertia limitat. ſuper.l.regia fol. 56. De huius autem rei veritate latiùs ſuo loco tangit Gregor. Lupus in.l.11.tit.4.par.6.in gl. condiciõ.

*Legitimæ ſupplementum.30.annis præſcribitur.*

461 Limit.51. vt ex legis diſpoſitione legitima patiatur grauamen,quod per hanc legem non reijceretur.vt per Bar.in.l.Titio centum.§. Titio genero.num.6.ff.de cond.& dem. vbi Imola & Paul. qui ita ſæpe conſuluit. idem Paulus hîc. Quod procedit, etiam ſi per tale ſtatutum, vel legem ex toto legitima peſſundaretur. vt docuimus in authẽt.nouiſsima.ſuprà eod. ſequuti illam partẽ & op.quæ à quibuſdam communis appellatur, licèt alij quam

*Legitima patitur onus ex legis diſpoſitione cum communi.*



quamplures,inter quos eſt Alber.hîc firment contrariam opi. eſſe receptiorem. vt ibidem latiùs.

*Legitima in uita aſsignata, patitur onus, ut nil ampliùs debeatur licèt creſcant patris facultates ſecundũ cõmunem. Sed nos ſequimur cõtrariã, quæ eſt magis cõmunis.*

462 Limit.52.niſi pater filio legitimam aſſignet in vita, nã licèt poſtea creſcant patris facultates, & per hoc inſpecto tẽpore mortis filius reperiatur minꝰ integra legitima recepiſſe, adhuc ea lęſio ꝑ hãc.l. nec per dict. l. omnimodo.reſarcitur,ſecundùm Rodericum Xuarez hîc in.4.limitatione ſuper.l.regia poſt alios quamplures.de quo per Iaſ.in.l.cùm quęritur. ſuprà eod.& in auth.nouiſsima.nu.7.& in.l.ſi quando.§.illud.infrà eod. per Couar.in.ca. Rainutius.§. 1.nu.8.de teſtam. Alex.in.l.in ratione.2.in prin.n.6.&.n.7. & eſt cõis opin.contra opi. Roderici, licèt ipſe ſuã opi.dicat cõem hîc fol.3. contra quem tenui in dict.auth. nouiſsima.

*Legitima ingrati patitur onus ex mente communis opi.*

463 Lim.53.niſi filius fuerit ingratus à patre in teſtamento ſuo appellatus,& tanquam ingratus exhæredatus,tunc enim ſiue minus legitima ſibi relictum fuerit, ſiue etiam integra legitima,ſed onerata, id onus non reſarcitur per hanc legem. Ita probatur in.l.omnimodo.ſuprà eod. Qua de re vi.in ſimili per Guiliel. Bene. in.c.Rainutiꝰ.extrà.de teſta.in.§. in eod. teſtamen.relinquẽs.nu.47. Bar. in.l.fratres.in fi.& Bal.n.10.&.n.11. & Bal.& Sali.7.&.8.q.& Ang.& Iaſ.n.9.in.l. fratres. ſuprà eod. & omnes in authẽ. de nupt.§. ingratitudo.Ripa in.l.ſi.C. de reuo.don. q.47.egregius Emanuel in.l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.n.165.ff.de lib.& poſthu.

*Quid in parentibus,cũ cõmuni cõtra Bald.*

464 Limit. 54. vt nõ procedat in legitima parentum, quæ ſiue diminuta, ſiue integra, ſed onerata eis relinquatur, id damnum non reſarcitur per hanc legẽ,nec per.l.omnimodo.ſuprà eo.ſi quidem pater fecerat pactũ in vita etiã filij etiã nõ iuratum de amplius non petendo,vel de onere non impugnando,ſecundùm Bal. in.l.quanuis. ad fin. C. de fideicõ. Cuius tamen opin. communiter reprobatur ſecundùm Roderi. Xuarez hîc in. 16. ampliatione.& in cõtrariũ eſt gl. app.in.l.ſi quando.§.illud.vbi dixi infrà eodm.

*Quid in dote.*

465 Limi.55.vt non procedat in dote,quę licèt loco legitimæ ſuccedat, tñ patitur id onus,vt pater ſtipuletur ſoluto matrimonio ad ſe reuerti, nec tale onus ꝑ hãc legẽ reijcietur.vt tenet Bald.nouellus in tract.de dote.in.6.part.17.ſpeciali.Rode. Xuarez hîc in.15.ampliatione.per.l.quoties.ff.ſol.mat.l.pe.§.fi.eod.l.auia.&.l.cũ à ſocero.C.de iure doti. Sed certè hoc caſu ea dos nõ poteſt videri loco legitimæ ſuccedere, vt dixi ſuprà in amplia.

*Trebel.patitur onus noua opin.*

466 Lim.56.vt non ꝓcedat in quarta Trebellianica,de qua(vt puto) nõ omne onus reijcitur.Moueor,qa vera & cõis opin.eſt, ꝙ augmentũ, quod quartæ iure naturæ debitæ cõtigit per auth. nouiſsima.ſuprà hoc tit.nõ extẽditur ad quartã Trebellianicã.Ita tenẽt gl. Odof.Iacob. de Aren.Petr.de Bellaper.& Io.Faber.& Iacob.Butri.Bar.& Bal.& Ang.& Sali.& Paul.& Fulg.& Iaſ.n.43.in.d.auth.nouiſſima. Et conſequẽter idẽ videtur dicẽdũ in hac ſpecie, vbi per hanc legẽ remouetur ipſo iure omne grauamẽ de legitima liberorũ,vt ad Trebellianicã nõ extẽdatur.Id quod expreſsiùs ꝓbatur in.l. ſi debitor.ff.ad leg. fal. vbi ſecundũ Barto.& alios cõmuniter falcidiæ imponi põt id onus, vt cum debito, quod teſtator ipſi hæredi debebat, compenſetur, quod in legitima non admitteretur, vt diximus ſuprà in ampliatio.

*Falcidia patitur onus noua opin.*

467 Vnde. 57. loco ead. rõne limita vt nõ procedat etiã in quarta Falcidia, qa nec in iſta ſcđm cõem opi.doctorũ proximè relatorum haberet locum augmentum quod legitimę per dict.auth.nouiſsima. contigit,nec onus cõpenſationis ab ipſa reijceretur.vt in dict.l.ſi debitor.

*Quid in legitima patroni.*

468 Limi.58.vt nõ ꝓcedat in legitima patrono debita,cui onꝰ adiectũ nõ ꝑ hãc legẽ reijcitur, ſed ꝑ alias leges. vt.§.noſtra. Inſt.de ſuc.liber.l.3.§. ſi debita. cum ſeq. & ferè per totum.ff.de bon. liber.

469 *Quid in quarta debita arrogato.* Limi.59.vt nó ꝓcedat in quarta,quæ arrogato debetur ex conſtitutione diui Pij,de qua onus non per hanc legem reijcitur,ſed per.l.ſi arrogator.ff.de adopt. vbi latè per Bart.Iaſ. & alios.

470 *Quid in adoptato.* Lim.60.vt regulariter nó procedat in legitima quę adoptato debetur,ꝗa regulariter nó tranſit in poteſtaté adoptãtis, niſi in caſib⁹ particularib⁹.Nã ead.diſtinctio fit in augméto legitimæ cótingenti per dict.auth. nouiſsima.ſuprà eo.quod dic vt ꝑ Sali. ibi in pr. poſt Petrũ,& Cin.

471 *Legitima per iuramẽtum patitur onus cũ cõmuni.* Limi.61.vt non procedat,qñ filius,cuius legitima onerata fuit,iurauit ſe cótra patris diſpoſitioné nihil dicturũ, tũc.n. ſcd̄m veras & cóes op.tale onus firmum maneret.vt eſt tex.in.c. quãuis pactũ.de pact.in.6.ꝑ rationé,quã tex.ibi reddit.& etiã in.c. cũ cótingat. extra.de iurei.Quã materiã latiſsimè diſſeruimus in. l.ſi qñ. §.illud.vbi opportunus locus infrà eod.

472 *Legitima patitur onus conuentionale patre conſentiente cum Roderi.* Limi.62.vt non ꝓcedat, quãdo inter duos fratres de patris conſenſu cóuenerat de modo ſuccedédi, nam licèt ex tali cóuétione reſultaret onus aliquod in legitima alterius,adhuc tñ ꝑ legé noſtram nó reijceretur.Iſte eſt caſus vnicus & nouus in.l.fi.C.de pact.Bal.in.c.ad noſtrã.2 extra.de iurei. col.2. Rodericus Xuarez hîc fol.70.De qua materia latiſsimè dixi in.l.ſi quando.§. illud.infrà eodem.

473 *Legitima patitur onus quando totum patrimonium patris ex regalibus donationibus cõgeſtũ fuit cũ Roderic.* Limit.63.vt nó ꝓcedat in rebus à principe donatis. Nã ſi totũ patrimoniũ patrisf. congeſtũ ſit ex rebus à principe donatis,tũc illud pót liberè in quécũq; etiã extraneũ cóferre.Et longè faciliùs,ſi legitimã portioné in talib⁹ reb⁹ filio reliquerit,poterit eũ onerare,nec per hãc legem onus reijcietur.Ita docet Roder.Xuarez hîc in.6.limit.ſup.l.regia. fol.75. ꝓbatur in.l.235.ſtili. incipi.Otroſi es a ſaber.Qđ etiã de iure cói videtur ꝓcedere.arg.l.cũ multa.C.de bo.quę lib.vbi filiusf.ꝗ regulariter teſtari non pót niſi tantũ de caſtréſibus & quaſi caſtréſibus.vt in.l.pe.& fi. C.ꝗ teſtam.fa. poſ. & Inſti. ꝗbus non eſt permi.fac.teſt.in pr.&.§.1.&.l. ſeniũ.C.ꝗ teſtam.fa.poſ.tñ is filiusf.de rebus à principe donatis teſtari pót. ꝑ.d.l.cũ multa. ad ſimilitudiné rerũ caſtréſiũ, vel quaſi: at teſtam. factũ de rebus caſtréſibus, vel quaſi,olim,& hodie nó ſubiacet querelę nec vllo remedio reſciſſorio.vt in.l.fi.infrà eo.l.Papinianus.§. Papinianus.ff.hoc titu.ergo & teſtam.factũ de rebus à principe donatis nullo remedio reſciſſorio ſubiacebit,& cóſequenter in eo ceſſat tã l.noſtra,quàm.l. omnimodo.ſuprà eod. quæ ſolũ procedunt, quando teſtam.aliquo remedio olim euerti poſſet,vt patet in ipſis,& probatũ fuit in pr.huius legis.

474 Tangit in ſimi.Alex.in.l.1.§.hoc auté.ff. ad Treb.Roman.in.l.pe. C. qui teſtam. fa.poſ.Rode.Xuarez hîc fol.75. in.6.lim. ſuper.l.regia. Andr.Sicul.in rep.rubr.de teſtamen.colum. 2. & ita intellige.l. 1.& fina.titul.4.libr.5.ordina. *L.1.& l.fi, titul.4. lib. 5.ordina.*

475 Limit.64.niſi eſſet conſuetudo, vt paterfam. poſſet liberè onerare legitimam liberorum,nam talis conſuetudo contra legem noſtram nó deſinit valere,ſecundùm veram & cómunem op.de qua per Roderic.Xuarez hîc in.10.ampliatione. & iterũ in.7.limitatióe ſuper.l. regia.Ioãnes Andr.in add.ad Specul.in titul.de inſtru.edi.§.cópendioſæ. verſ.ſed nunquid dicemus.Ang. & Imol.in.l. 3. ff.de teſta. moderni in.l.pactum dotali. C. de colla. per tex.ſing.in.c.1.§.ſi mulier. ſi de feud. fueri. controu. & in.c. 1. de filijs natis ex matrimonio ad Morganat. cótracto. & in cap.Rainutius. extrà.de teſtamen. *Legitima patitur onus ex ui cõſuetudinis cum cõmuni.*

476 Limit.65. vt non procedat,quando filius non titulo inſtitutionis, ſed titulo tantùm pupillaris ſubſtitutionis fuit inuitatus, nam tunc licèt ſub hac conditione, ſi pupillus hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit. inuitatus intelligatur, tamen hæc conditio per hanc legem nó reijcitur, ne fiat contra volunt. teſtatoris, ſi ipſe hæredi ſcripto adiungeretur. argumento.l. verbis.ff.de vulga.& quia ſi illa *Legitimæ fauore non reijcitur cõdi.pupi.ſubſtitutionis.*



ſi illa códitio reijceretur,tũc illa pupillaris ſubſtitutio non maneret in ſua forma pupillaris ſubſtitutióis,ſed trãsfũderetur in formã inſtitutióis primęuę, qđ ꝑ hãc l.nó debet fieri,vt tenuit Ange.in.l.ſuus quoq;.in pr.ff.de hær.inſtit, Decius in.l. ſi pater.col.fi.C.de inſt.& ſubſt.Roderi. Xuarez hîc in.9.lim. fol.54. Imol.in.d.§. ſuus quoq;.col.5.& diximus.ſ.Et ad hãc limit.& duas ſeq.vi.qđ dicim⁹.j.limi.72.

477 *Idem in exẽplari.* Limi.67.loco eadé ratióe,vt nó procedat in onere illo, ꝙ filius ad legitimã inuitatus fuerit ꝑ modũ exéplaris ſubſtit.

478 *Idem in ſubſtitutione informi.* Limi.68.loco eadé ratióe,vt nó procedat,ſi filius ad legitimã fuiſſet inuitat⁹ ꝑ modũ ſubſtitutióis informis, quæ cóuertitur in ſubſtitutioné vulgaré tñ ſcd̄m cóes op.quas tenét Bar.& oés poſt gl.ibi. in.l.Gallus.§.ꝗdã rectè.ff. de lib. & poſt. vt latè dixim⁹ in materia ſubſt. informis in libr.5. Informé aũt ſubſt. appellamus, cũ dixi,Titiũ inſtituo filiũ ſubſtituo. Cũ ergo hæc informis ſubſtitutio vulgaris intelligatur,ſupereſt, vt ei ꝑ hãc legé nó abijciatur conditio, non magis,ꝗ̃ ſubſtitutioni vulgari. quod ſuprà ꝓbauimus.

479 *Idem in donatione cauſa mortis.* Limi.69.hodie,vt hæc.l.nó ꝓcederet, ſi filius ad legitimã inuitatus eſſet tit.donationis cauſa mortis. vt ꝑ totũ.C. &.ff. de dona.cau.mortis.nã is titulus nó trãſfundereturin titu.inſtitutióis ꝑ legé noſtrã,ſed potiùs maneret in ſua forma, & vitiaretur teſtam. vt in authent.vt cùm de appella.cog.§.aliud quoq;.

480 *Idem in tit. cauſa cond. impl.* Lim.69. loco eadé ratióe, vt idé foret, ſi filius tit.códitionis implendę ad legitimã fuiſſet inuitatus.De ꝗbus titulis vi.ꝑ Bart.& repetétes in.l.in quartã.ff.ad leg. fal. Quod ſimiliter intelligédũ eſt in tit. legati,vel fideicommiſsi tam ſingularis, quàm vniuerſalis, & deniq; in omni tit. præter titulum inſtitutionis.

481 *Legitima patitur onus iuris acreſc.uetiti.* Limi.70.vt nó procedat in ꝓhibitióe iuris accreſ.qđ(vt puto)pót vetare in legitima,cũ ius accr. deſcédat ex tacita volũtate teſtãtis.l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulianus.ff.de leg.2.licèt ius accreſ. ad ſupplemétũ legitimę vetare nó poſſet.vt in authé.vt cũ de app.cog.§. cæterũ. collati.8.

482 *Legitima quare deſideret titulum inſtitutiõis, cõmunis ratio improbata.* Vnde qđ regulariter dicitur,ꝙ titul⁹ inſtitutióis hodie ꝓpter ius accr.deſideratur,& iſta eſt vna ex rationib⁹,in quibus fundatur tex.ĩ.§.aliud quoq;.in auth. vt cũ de appe.cog.certè id ſuſpectũ eſt,cũ teſtator poſsit vetare id ius accreſ.& tñ nó pót prętermittere titulũ inſtitutióis,licèt illa ratio cóiter recepta ſit, vt diximus.ſ.

483 *Condi. non reijcitur de exhæredatione.* Lim.71. vt licèt códitio reijciatur đ inſtitutióe,nó tñ reijciatur etiã hodie de exhęredatióe ꝑ. l.3. §. purè.ff. de lib.& poſt. ne ad illius legis correctioné fieret extenſio huius legis, cũ hîc ſit fauor, ibi odiũ, & ideo reſtringédũ.l. cũ ꝗdã. ff. de lib.& poſthum.licèt Alexan. in. dict.§.purè.in fi.de hoc dubitet.

484 *Limita.72.* Limita.72. vt nó ꝓcedat in teſtaméto facto ab aliquo cómiſſario de mãdato eius,cuius de ſucceſsione agitur,inſpecto iure regio,quo iure alter đ mãdato meo pót pro me teſtari.l.17.l. 18.cũ.6. legibus ſequétibus in legibus Tauri. qui mãdatarij per eaſdé leges iubétur viriles portióes aſsignare liberis teſtantis. At ſi de facto ita diſpares aſsignatæ eſſent,vt alicuius legitima onerata videretur, dubitari poteſt,an vitiaretur diſpoſitio, quaſi nó ritè facta,an verò onera reijcerétur

485 arg.l.1.&.l.códitióes.ff. de cód.inſt.l.3.ff. de có.& de.&.l.3.&.4.tit.4.par.6.&.l.11. eo.tit.l.17.ti.1.par.6.l.noſtra &.d.l.omnimodo.d.l.ſcim⁹.§. cũ aũt. Et magis eſt vt hęc inſtitutio quaſi nó ritè facta vitietur licèt à nemine tactũ meminerim. Moueor,ꝗa exhæredatio nó ritè facta,regulariter ꝓ infecta habetur.l. nó putauit. §. nó quæuis.ff.de cótra tab.Secũdò,ꝗa etiam inſtitutio minus ritè facta, ꝓ infecta habetur.l.ſi in adoptioné.§. idé puto. ff. de cótra tab.ſed talis inſtitutio min⁹ ritè facta eſt,ergo habetur ꝓ ĩfecta.Neq; diſpéſatio, quæ cũ ꝗſq; ꝑ ſeipſum teſtatur,à.l. códonatur,videtur trahéda ad hũc caſũ, *L.17.Tauri cũ.7.ſeq. lim.& l.11. titu.4.par. 6.& l. 17. tit.1.ea.par tit.*

 cùm

cùm teſtatur per alium, quia nimis no-
uum eſſet, ſicq́; puto limitãdas dictas le-
ges regias. Cogita tamẽ, quia leges nouę
declarantur & interpretãtur per leges ve
teres. l. ſed & poſteriores. ff. de legibus. A
lex. poſt alios in. l. 1. §. lex falcidia. vbi bo-
nus tex. ff. ad leg. falcidiã. At ratio expreſ
ſa in. l. noſtra eſt, vt quoties teſtam. peri-
clitatur per oneris interuẽtum appoſiti
in legitima, id onus reijciatur: ſed id teſta
mẽt. periclitatur propter illius oneris im
poſitionẽ, ergo quis vetat, quin onus il-
lud reijciatur, vt teſtamẽ. ſaluũ maneat?
Et hoc puto verũ, quando eſſet onus ſe-
parabile ſine cuiuſquam iniuria, quale
eſt onus cõditionis, aut dilationis. Bene
facit. l. omnimodo. ſuprà eod. vbi etiam
cùm læſione cohæredum fit ſuppletio.

486 Limita. 73. vt non procedat in inſtitu
*Limit. 73.*
tione filij naturalis tantũ, de qua nõ reij-
citur onus impoſitũ. Moueor, quia filio
naturali tantũ non debetur legitima. au
thẽ. licet. C. de nat. liberis. facit. l. 9. 10. &
11. Tauri. vnde in eo ceſſat lex noſtra &
d. l. omnimodo. dum ait ſæpiſsimè in. 4.
locis, & pluries ſe tantùm loqui, quando
per oneris impoſitionẽ poſſet teſtam. pe
riclitari. quod & probat. d. l. oĩmodo. ibi,
de inofficioſis eorũ teſtamentis, vel alio
modo ſubuertẽdis moueri ſolebat actio.
& alibi ſæpe in ead. l. quæ ratio cũ ſit ex-
preſſa in. l. eadẽ ratio habetur ꝓ lege. Ti-
raquellus. de cauſa ceſſante. n. 135. cũ prę.
& ſequentibus. Nec dubiũ eſt, quin cui
poſſum nihil omnino relinquere, eidẽ
fas ſit, ſi quid relinquatur, omne genus
oneris imponere. l. quoties. & per totum
C. de dona. quæ ſub mo. l. in re mandata.
C. mandati. l. 1. §. penult. & fin. ff. de lega.
3. §. ſicuti. in. l. ſi fundum per fideicõmiſ.
aliàs incipit. Si Titio pecunia. ff. de legat.
1. Quòd autem liberum ſit filio natu-
rali nihil omnino relinqui præter alimẽ
ta, probat. l. final. C. de nat. libe. Cinus in
authent. itaque. C. communia de ſucceſ-
ſio. Faber in. §. fi. Inſtit. de ſerui. cog. Iure

*Legitima non debetur filio nat. tãtùm, ideo de eius inſtitutione onus nõ reijcitur*

regio id expeditum eſt. l. 8. titul. 13. part.
6. & in. l. 10. Tauri. vbi ita tenẽt etiam in
terminis iuris communis Micha. Cifon.
& reliq. Segura in. l. vnũ ex familia. §. ſed
ſi fundum. fol. 6. colũ. 1. ff. de leg. 2. Gre-
gor. Lup. in dict. l. 8. titu. 13. partit. 6.

487 Limita. 74. etiam in nepote legitimo, *Limita. 74*
vel illegitimo ex filio naturali, huic eñ
nepoti etiam legitimo nulla debetur le-
gitima. vt in. l. fi. C. de natu. lib. vbi tenẽt
Cin. & Sali. & etiam Faber in. d. authẽt.
licet. Micha. Cifont. in. l. 10. Tauri. num.
3. Gregor. Lupus in dict. l. 13. in glo. tal fi-
jo. per Roderic. Xuarez in. l. 1. titul. 6. lib.
3. fori. per Ioan. Baptiſt. Cacia. in. l. ſi qua
illuſtris. C. ad Orfici. eſtq́; cõmunis opi.
in. d. l. fi. per tex. ibi. Et iure regio idẽ eſt. ar
gum. d. l. 13. & arg. l. 10. Tauri. Ergo cùm
his ex neceſsitate nulla debeatur legiti-
ma, in eis ceſſant. l. noſtra. & dict. l. omni
modo. vt dictum eſt.

488 Limit. 75. vt non procedat per contra *Limita. 75.*
rium, id eſt, in caſu contrario, nã & ſimi
liter quanuis de inſtitutione parentum
per. l. noſtram reijciatur omne onus, ta-
men intelligitur in parẽtibus legitimis,
non ſic in naturalibus tantũ. Iſtud pro-
batur, quia cõis opin. eſt his parentibus
nõ deberi legitimã ex neceſsitate à libe-
ris naturalibus, nõ magis, q̃ per cõtrariũ
liberis naturalibus ab ipſis debetur. Ita
tenent Azo in ſumma. C. de natu. liber.
col. 1. idẽ Azo in ſumma. C. de legiti. hæ-
redi. ad finẽ. ſentit Bar. in. l. fi. col. 1. ff. qui-
bꝰ vt indig. & in auth. quib. mo. nat. effi.
ſui. §. ſi qs igitur. Grego. Lup. in. l. 8. tit. 13.
par. 6. in gl. fin. ſentit Faber in. §. repetitis.
Inſt. d ſerui. cog. Cin. in auth. itaq́;. com.
de ſucc. C. Mich. Cifon. in. l. 10. Tauri. n.
9. Bar. Abb. in. c. tãta. q filij ſint legitimi.
Prępoſitus col. fi. in. c. cũ haberet. de eo q
duxit in matrimoniũ. Ergo cũ his non de
beatur legitima ex neceſsitate, hoc in ca
ſu ceſſant. l. noſtra, &. d. l. oĩmodo. vt plu
ries admonuimus. Id qđ expreſſum eſt
iure regio in. l. 8. tit. 13. ṡ. all. in fi. vbi dici-
tur

*Onus nõ reijcitur d. inſtitutiõe patris naturalis tantùm.*



tur, parentes naturales eiuſdẽ iuris eſſe in
ſucceſsione liberorũ naturalium, vt ſunt
liberi naturales in ſucceſsione parentum.

*Legitima patri ab eo filio nõ debetur, cui filio à patre non debebatur.*

Per quem tex. dicebam in illa olim ex
facto controuerſa quæſtione, vt ſi impe-
trata à principibus noſtris licentia ad ma
ioratum inter viuos ex omnibus bonis
conſtituendum in perſona vnius ex filijs
ſaluis alimentis (quod quotidiè Hiſpanię
fit) is pater maioratum irreuocabilem
fecit in perſona fratris mei (irreuocabilẽ
enim facere poteſt ex cauſa oneroſa. vt in
l. 44. Tauri) vt ſic certũ eſſe incipiat eum
mihi non teneri quicquam legitimæ no
mine ex neceſsitate relinquere præter ali
menta, ꝙ ipſemet legitimam huic patri
meo non tenebor relinquere ex neceſsi-
tate, ſed tantùm alimenta. Vnde ſimili-
ter etiam inferebam, ꝙ cùm huic patri
hoc caſu nulla ꝑ me debeatur legitima,
ſi eum inſtituero, potero (ſaluis tamen ali
mentis) ei omne onus imponere, nec per
hanc. l. reijcietur, eritq́;. 76. limitatio no-
uiſsi. & de pane lucrando, quia ſe quoti-
diè offert. licèt nouiſsimi contrarium ſen
tiant. quod latiùs probauimus infrà limi
tatione. 100. Vnde infertur nobilis de-
*Declaratio l. 44. Tauri.*
claratio ad dict. l. 44. Tauri, vt in eius ter
minis patri à reliquis filijs præter illum,
cui maioratus datus fuit, legitima nõ de-
beatur, ſed tantùm alimenta, & legitima
ſi relinquatur cum onere, tale onus per
hanc. l. non reijciatur. quod nouum, &
vtiliſsimum.

489 Limita. 76. vt non procedat in filio na
*Limi. 76.*
turali (ſecundùm quoſdam) licèt per in-
teruentum monachiſmi legitimus effe-
ctus fuerit. Verùm hæc res non ſat expe
dita eſt, ſi per interuẽtum monachiſmi le
gitimus effectus eſſet, tunc ei regulariter
legitima deberetur ex neceſsitate, adeò,
vt tunc ſimulac monaſterium ingredere
tur, ſtatim ruptum faceret teſtam. patris,
in quo præteritus eſſet, vt ex communi
opinione docemur alibi.

*Monachiſmo an legitimus efficiatur quis*

Licèt quamplures tenuerint contra-
rium. vt plenè per Soci. Iaſ. Alexan. Alcia-
tum, & alios in rubr. ff. de libe. & poſthu.
ꝑ Iaſ. in rubr. C. de poſth. hær. inſt. Si ergo
huic debetur legitima, adeò, vt per hoc
poſsit periclitari teſtam. non dubium eſt,
quin is caſus ad legem noſtram, & dict. l.
omnimodo. pertineat, ſicq́ue reijciatur
onus per hanc legem tali legitimæ impo
ſitum.

Verùm an legitimus efficiatur natura
lis per ingreſſum monaſterij, traditur per
Bald. in. l. 1. col. 4. verſic. iuxta hoc quęro.
C. de ſacroſ. eccleſ. Areti. & Alex. col. fi. in
l. neceſſarijs. ff. de acqui. hære. idem Alex.
in additionibus ad Bart. in. l. cùm quis in
parte legitimatur. C. de natu. libe. Fabrũ
in. l. cùm quis. & in authen. licet. C. de
nat. lib. Roma. in authen. ſimiliter. C. ad
l. falci. Michaël Cifon. in. l. 10. Tauri. nu. 5.

Cæterùm licèt per monachiſmum le- *L. 12. Tauri.*
gitimus efficeretur, tamen ei non debere
tur legitima ſtantibus liberis legitimis &
naturalibꝰ. vt in. l. 12. Tauri. ſecũdùm Mi-
chaël. vbi ſuprà. Quod apud me ſuſpectũ
eſt, quia legitimato per ſubſequens ma-
trimonium debetur legitima ex neceſ-
ſitate, non ſecùs, q̃ ei, qui naſcitur legiti-
mus, & naturalis. cap. tanta. qui filij ſint
legiti. quod & iure regio probatur in. l.
12. Tauri. ibi. o de legitimo matrimonio
naſcido, o legitimado por ſubſeiente ma
trimonio. Porrò qui tenent per mona-
chiſmum filium naturalem effici legiti-
mum, intelligunt parem effici ei, qui per
ſubſequens matrimonium legitimus fie
ret, quaſi monachiſmus habeatur pro
matrimonio ſpirituali.

490 Limita. 77. vt non procedat in fratri- *Lim. 77.*
bus cõſanguineis natis tamen ex duabus
concubinis, quia neuter alteri legitimam
relinquere tenetur ex neceſsitate, etiam
turpi perſona inſtituta. glo. in. l. hac parte.
ff. vnde cog. Speculator & Ioan. And. in
titulo de ſucceſsionibus abinteſtato. in
prin. col. 5. verſic. quid de natis ex vno pa
tre. Bart. in authen. quibus mod. natura-

*Legitimã an inuicem relinquere debeant naturales fratres ex diuerſis concubinis.*

 les

les efficiantur ſui.§.ſi quis igitur.Salice.in dict.authen. itaq;. Micha. Ciſon.in.l. 10. Tauri.n.7.Abb.conſil.50.col.1.lib. 2. qui dictam gl.dicit ſingul.Florianus in.l. qui teſtamentum.ff.de probat.Albe.in.l. humanitatis.C.de nat.lib.ſequitur in terminis iuris communis Gregorius Lupus in l.fi.tit.13.par.6.in gl.eſtos à tales.& eſt cõmunis opi.licèt nonnulli ſcribentium tenuerint contrariũ, quos refert Ioan. An. vbi ſuprà.Quorum opi.approbata eſt hodie de iure regio per dict.l.fi.tit.13. part. 6. Quæ opi. & de iure communi verior eſt, per tex.in.l.fratres.C.de inoffi. teſtamen. vbi turpi perſona inſtituta,fratres cõſanguinei tantùm poſſunt querelam mouere ſi ſint præteriti contra teſtamẽtum fratris, quaſi eis ſucceſsio illius deberetur. Neq; ibi fit diſtinctio, vtrùm nati eſſent ex vna eademq; cõcubina,an verò ex diuerſis. Ergo ſi hodie tales fratres à fratre eſſent inſtituti, eorumq; legitima eſſet nimis onerata,magis eſt, vt per. l. noſtram onus reijciatur,vel per.d.l.omnimodo.legitima ſuppleatur,ne teſtamentum periclitetur.

491 *Limi.78.* Limita. 78. vt non procedat in fratre nato ex ſcorto,aut meretrice,licèt per lõgum, vel longiſsimum tempus habitus ſit perinde ac ſi ex cõcubina natus foret, quia id ius non præſcribitur: vnde cùm huic nulla debeatur legitima,ſi id, quod ei relinquitur,oneratum fuerit, non reijcitur onuś per hãc legem,quia teſtamentum nõ periclitatur. Ita tenet Micha.vbi ſuprà.in ſimili Bald.in.l.nullo.col.1.C.de rei vendi.Ioan. Franciſcus de præſcrip. in 1.parte.6.partis.col.pen.verſic.27.

492 *Lim. 79.* Limi.79. vt non procedat in filio nato ex ea,quæ domi retenta non eſt. Idemq; in fratre, etiam ſi turpis perſona inſtituta eſſet, quia is nõ reputatur filius. vt in.l.fi. vbi Bar.& alij.& in.l.1.ff.de concu.Bal.& alij in authen.licet.C.de nat.lib.l.fi.tit.13. part.6.vbi redditur ratio:quia q natus nõ eſt ex concubina domi retenta,vix eſt, vt poſsit habere certũ patrem,niſi apud ſolã matrem ſuam.Quod hodie per.l. 11.Tauri innouatũ eſt,vt natus etiam ex ea, quæ domi retenta non eſt,naturalis filius quo ad patrem etiam & intelligi & probari poſsit.

493 Limi.80.vt non procedat in eo,qui natus eſt ex adulterio, nã huic non debetur legitima.vt in.l.9.& in.l. 11.Tauri.& in.l. 10.tit.13.part. 6. vbi per Gregorium Lup. & per Micha. in. d.l.9. & in dict.l.11.probat tex.de iure communi in.l.quanuis.2. in fi.& in.l. Gracchus. C. ad legẽ Iuliam. de adulte.facit.l.81.&. l.82. Tauri. Id qđ procedit etiam quo ad ſucceſsionem matris ſecundùm eoſdem per eadem iura. tenent glo.Cinus.Ioan. Faber,Bald. Salice. Paul.& alij in.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orficianum.Micha.in dict.l.11. Tauri. Cinus in authen.itaq;. C. communia de ſucceſsionibus.glo.& omnes in.§.nouiſsimè.Inſtit.de Orficiano.& eſt expreſſum in.l.11. tit.13.par. 6. vbi per Grego. Lup. Ergo de eo, quod huic relictum fuerit, non reijcietur onus impoſitũ: quia minuſcula pars, quæ hiſce filijs per. l. dari cõceditur, non datur ex neceſsitate, ſed ex libera voluntate.vt ibidem. vnde cùm hoc caſu teſtamẽtum non periclitetur, ceſſat.l. noſtra. Qua de re per Rodericum Xuarez in.l.1. tit.6.lib.3.fori.verſic.ſecundum eſt. *Limi.80.*

494 Limi. 81. vt non procedat etiam in filio naturali reſpectu matris,quę habebat liberos legitimos & naturales, cum quibus licèt de iure communi naturales poſſint ſuccedere.vt in.§.nouiſsi. Inſti.de Orficiano.vbi tenent gl.& communiter docto.l.ſi qua illuſtris.in fi. vbi tradunt oẽs. C.eod.l.11.tit.13.part.6. tamen hodie ſtantibus legitimis, naturalibus non debetur legitima, etiam à matre. vt in.l.9. Tauri. per quam corrigitur ius cõmune.& dict. l.11.ſecundùm Gregorium ibi in glo.con los otros. Frgo iſto caſu cùm huic naturali filio legitima non debeatur, & conſequenter teſtamentum non periclitetur, *Limi. 81.* *L.9. Tauri.*



ceſſabit.l.noſtra. onuſq; de eo, quod ſibi relictũ fuerit,ſaluis tamen alimentis,non reijcietur. Alimenta tamen tali filio etiã ditiſsimo relinqui poſſunt, ſecundùm Aimon. conſilio.199. Gregorius in. l.10. tit.13.part.6.in glo. heredar.in fi. Legitimis tamen non ſtantibus,naturalis filius ſuccedit matri, etiam ex neceſsitate. vt in dict.l.11.tit.13.part.6. & in.l.9. Tauri. d.§. nouiſsi.dict.l.ſi qua illuſtris. Quod procedit etiam in bonis auiæ maternæ,vel alterius aſcendentis per lineam maternam. l.ſi ſpurius.l. hac parte. l. Modeſtinus. ff. vnde cog. dict. §. nouiſsi. dict.l.9. Tauri. ibi, por ſu orden y grado. & eſt communis opi. vt per Matheſelanum. de ſucceſsionibus abinteſtato.fol.1.colũ.4. Ange. Areti.in dict.§.nouiſsi.Gregorius. in. d.l. 11.in glo.magna. Quinimò per contrarium mater, auia, & reliqui aſcendentes liberis etiam naturalibus tantùm ex parte matris ſuccedunt, non ſecùs, quàm ſi eſſent legitimi.dict.l.ſi ſpurius.§.fi.Inſtit. ad Tertulia.§.vulgo.Inſti.de ſucceſsione cognatorum. Gregorius. vbi ſuprà. Matheſe.vbi ſuprà.fol.6.col.3. quod probatur in.l. 6. Tauri. Quinimò non tantùm abinteſtato,ſed etiã contra teſtam.ſuccedunt.l.ſi ſuſpecta.§.de inoffi.ff. de inoffi. teſtamẽ.quæ licèt loquatur in matre, trahitur tamen ad alios aſcendentes per lineam maternam. argumento in. §. cùm filius. Inſti. de hæreditatibus abint. tenet in ſpecie Gregorius, vbi ſuprà.Socinus.& ibi in ſubſcriptione etiam Bal. de Bartolinis.conſil.148.Memini.lib.1. argum.legis.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſtamento.§.cùm filius.Inſti. de hæredi. quæ abint.dict.l.6.Tauri.& ibi in.l.9.

495 *Limita.82.* Limit.82.vt nõ procedat in filio ſpurio matris illuſtris,quia huic non ſemper debetur legitima.vt in dict.l.ſi qua illuſtris. l.fi.tit.14. part.4. l. 11. verſic. eſſo meſmo. tit.13.part. 6. Ergo quo caſu ei non debetur legitima,eo caſu de eo,quod ſibi relinquitur, non reijcitur onus.

496 Limit.83. vt non procedat in filio clerici ſuſcepto poſt clericatum, cùm agitur de ſucceſsione patris. Ita tenent Abb. & Præpoſitus, & communiter alij in cap. cùm haberet.de eo qui duxit in matrimonium.probatur in.l.22.tit.3.lib.1.& in.l.2. titu.3.lib.5. ordi. vbi reſoluitur his liberis non deberi legitimam.Ergo de eo, quod eis iuxta legis permiſsionẽ ex voluntate relinquitur, non reijcietur onus per noſtram legem. Non ſic in filio ſuſcepto ante clericatum. vt per Michaëlem in. l. 9. Tauri.num.4.& ibidem in.l.6. per auth. presbyteros.C.de epiſcopis & cler.authẽ. in ſucceſsione.C. de ſuis & legitimis. *Limita.83.*

497 Limit.84. vt non procedat in filio clerici,etiam cùm agitur de hæreditate matris.Ita tenent Abbas,& Præpoſitus in.d. cap.cùm haberet.Abb.in cap.per venerabilem. col. 7. qui filij ſint legiti. Michaël Ciſon.in.l.9.Tauri.num.5.Quæ communis opin. iure regio expeditior eſt.vt in.l. 22.tit.3.lib. 1.ordi.& in.l.2.tit.3.lib.5. ordi. vbi clericorum filij neq; parentibus poſſunt ſuccedere, neque etiam tranſuerſis. Et licèt in dict. legibus non ſatis expreſsũ ſit,an loquatur de tranſuerſis ex parte patris tantùm, an verò etiam de tranſuerſis ex parte matris, tamen quòd loqueretur etiã de matre & de trãſuerſis ex parte matris,intellexit.d.l. 9. Tauri. quæ poſtq̃ diſpoſuit, vt ſpurius filius matri ſuccederet ſi non eſſet natus ex coitu punibili, vſque ad pœnam mortis, excepit eum filium, qui ex clerico, vel monacho conceptus eſſet, quaſi eum filium intelligeret etiam matri & eius cognatis non ſucceſſurum. *Limit. 84.* *Legitima nõ debetur filio clerici etiam à matre.* *L.9. Tauri.*

Quinimò id probatur in dict.l. 22. ibi, Otro ſi por no dar occaſiõ que las mugeres aſsi biudas como virgines ſean barraganas de clerigos.& in dict.l. 2. ibi, porq́ las mugeres no ayan occaſion de ſer barraganas de los clerigos.&c.Quæ ratio cũ ſit expreſſa in lege,non dubium eſt, quin habeatur pro lege, adeò, vt deciſio loco exempli habeatur. Nec dubiũ ſimiliter eſt, *L.22.tit.3. lib.1. ordi.*

eſt, quin mulieres non tam abſtinebunt à cócubitu clericorum denegata liberis ſucceſsione patris, q̃ ſi denegaretur etiam ſucceſsio matris: vnde pro conſtanti leges illæ habuerunt tales filios matribus non ſucceſſuros. Ergo ſi quid iuxta menſuram à lege permiſſam his liberis à matre relinquatur, ſaluis tamen alimentis, de eo non reijcietur onus per hãc legem.

498 *Limit. 85.* Limit.85. vt non procedat in filio clerici etiam nato ante presbyteratum, ſi quidem eo tempore, quo natus fuit, clericus ille habebat eccleſiaſticum beneficium, licèt non eſſet in ſacris conſtitutus. Ita tenent Abb. in cap. per venerabilem. col.penult. qui filij ſint legitimi. Barto. in l. in cócubinatu. ff. de concubi. ſentit glo. in l. imperialis. §. his illud. C. de nuptijs. gl. Bart. & Paul. in l. 2. C. de epiſcopis & cler. & videtur cómunis opi. vt per Michaël. vbi ſuprà. n. 6.

*Legitima nõ debetur filio clerici nato etiam ante clericatum, poſt beneficium tamẽ adeptum.*

Ergo ſi is filius patri non poteſt ſuccedere, de eo, quod ei relictum fuerit iuxta legis menſurã, non reijcietur onus per legem noſtram, ſaluis tamen alimentis.

499 *Limita.86.* Limit.86. vt non procedat in filio inceſtuoſo, qualis eſt ille, qui naſcitur ex conſanguineo, & cóſanguinea, nam is eſt inſucceſsibilis. vt tenent glo. & communiter docto. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. glo. & communiter docto. in §. nouiſsi. text. in l. 10. titul. 13. part. 6. vbi per Gregorium. & eſt communis opi. ſecundùm Michaël. Ciſont. in l. 9. Tauri. num. 11. vbi idem probatur. Nam natus ex damnato coitu ibi iubetur eſſe inſucceſsibilis reſpectu tam patris quàm matris. Nec dubium eſt, quin ex coitu inceſtus deſcendat eadem pœna, quæ datur pro adulterio. glo. & doct. in l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulterijs. text. in l. 3. titul. 18. part. 7. Gregorius ibi, & Ange. in tracta. maleficiorum. in parte. Che me ai adulterato. col. 5. Adulterij autem pœna capitalis eſt. l. quanuis in fin. C. de adulte. Vnde ſi quid intra legis menſuram huic filio relinquatur ſponte, de eo non reijcitur onus per hanc legem, ſaluis tamen alimentis.

*Adulterij & inceſtus pœna capitalis eſt.*

500 Limit.87. vt non procedat in dote aſsignata filiæ à patre clerico, quæ ex mera volútate aſsignatur citra vllum legis præceptum. Ita Salice. in dict. authen. ex complexu. C. de inceſtis nupti. Alexan. in l. 1. 5. col. ff. ſoluto matrimóio. ergo onus ibi impoſitum non reijcitur per hãc legem, quæ loquitur de relicto tantùm neceſſario, qualis eſt legitimæ. Verùm magis eſt, vt de tali dote reijciatur onus per hãc legem: quia ea dos datur ex neceſsitate ſecundùm Matheſela. notabili. 146. Abb. conſi. 115. idem Abb. in dict. cap. cùm haberet. ſentit Palaci. Rubi. in capit. per veſtras. de donatio. inter virum & vxorem. fol. 82. Imol. in l. Lucius. §. 1. ff. de leg. 2. & eſt communis opi. ſecundùm Michaël. vbi ſuprà. num. 9. ſentit Bart. in l. fina. ff. quib. vt indig. & in l. Mæuius. §. duobus. ff. de lega. 2. idem Bar. in l. fina. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraudem creditorum. Bald. Bar. Salicet. & alij in dict. authen. ex complexu. facit. l. 5. tit. 19. par. 4. *Limit. 87.*

*Clerici filiæ debetur dos cum cõmuni.*

501 Limit. 88. vt non procedat, cùm pater clericus agit de ſucceſsione filij concepti poſt clericatum, quia à tali filio huic clerico non debetur legitima, vnde eius filij teſtamen. non periclitatur, ſicq; ceſſat l. noſtra. Quòd non debeatur legitima, eſt communis opinio, quam tenent Bar. in l. ſi gener. 1. colum. ff. quib. vt indig. dicens, quòd vt filius non ſuccedit patri, ita nec pater filio. Idem Bart. in l. 1. in fi. principij. ff. de contra tab. Abb. in dict. cap. tanta. colum. penulti. Præpoſitus in dict. cap. cùm haberet. colum. fina. Bald. in authen. licèt. C. de nat. lib. ſumma angelica in parte, filius. fol. 190. colum. quarta. tex. in l. 8. tit. 13. par. 6. vbi Gregorius in glo. in verbo. manera. Azo. in ſumma. C. de nat. lib. col. 1. idem Azo. in ſumma. C. de legiti. hære. ad fi. Gregorius. in l. 11. titu. 13. part. 6. in gloſ. los bienes. Michaël. in l. 9. *Limita.88.*

*Legitima non debetur à filio ei patri, q̃ filio legitimam nõ debet cum cõmuni.*



in l. 9. Tauri. nu. 13. eſtq; communis opi.

502 *Limit. 89.* Limi.89. vt non procedat, cùm mater captat ſucceſsionem filij nati ex clerici cõgreſſu, nam tali filio ſuccedere non poteſt, non magis, quàm ipſe filius ipſi matri ſecundùm Michaël. vbi ſuprà. nu. 14. Nam receptiſsima opi. eſt, vt in quibus caſibus filius matri non ſuccedit, in eiſdem caſibus matrem filio non ſuccedere, vt proximè docuimus: & ſaltem iure regio talis filius non ſuccedit matri, vt ſuprà oſtendimus, ergo nec mater filio, vnde ſi quid ſpóte hoc caſu cum onere relinquatur, id onus per legem noſtram non reijcitur.

503 *Limit. 90.* Limi. 90. vt non procedat, cùm pater captat ſucceſsionem filij clerici bona tantùm intuitu eccleſiæ quæſita habentis, nam de talibus bonis ſecundùm veram & communem opi. patri nulla debetur legitima, quia reputantur caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia. Iſta eſt vera & communis opinio. vt plenè reſoluit Didacus Couar. in cap. quia nos. de teſtamen. Michaël Ciſon. in l. 9. Tauri. col. fi. Cinus, Io. Faber, Salice. & Bal. in authen. licentiam. C. de epiſcopis & clericis. tradunt pleriq; ſcribentium in authenti. presbyteros. C. eod. titul. Abb. in capit. cùm in officijs. de teſtamen.

504 *Limit.91.* Limi. 91. vt non procedat in filio legitimato per reſcriptum principis, ſtantibus liberis legitimis, quo caſu, vt iam diſſeruimus, iure noſtro regio non debetur ei legitima. l. 12. Tauri. Quod dupliciter intelligitur. Primùm quãdo legitimatus fuit poſt natiuitatem eorum, qui erant legitimi, & naturales, licèt de iure communi, quod in hac parte corrigitur, aliud eſſet. vt in l. communium. §. fina. C. de nat. lib. not. Bal. in l. cùm quis. eod. titul. Michaël in d. l. 12. Tauri. Secundò intelligitur etiam ſi is legitimatus fuiſſet ante natiuitatem legitimorum, nam adhuc cũ eis nõ ſuccedit. vt in d. l. 12. ibi, è deſpues ſu padre. &c. ſecundùm Michaël. ibi, qui per hoc firmat. Et bene corrigitur illa cõmunis opi. quæ habet, quòd de iure communi legitimatus per reſcriptum principis ſuccedebat cum legitimis & naturalibus poſteà natis, vt per ipſum. vt per Bar. in l. ex facto. colũ. 2. ff. de vulgari. Abb. in dict. cap. per venerabilem. col. penul. Bal. in l. eam quam. col. 11. C. de fideico.

*Legitimatus nõ ſuccedit cũ natis etiã poſt ea legitimis iure regio, licèt aliud de iure communi.*

*L. 12. Tauri.*

505 Limit.92. vt non procedat in legitimato quo ad ſpiritualia, nam is non videtur legitimatus quo ad temporalia, ſicq; nõ debetur ei legitima, vnde ceſſat l. noſtra. vt tenent Abb. & alij in dict. cap. per venerabilem. col. 5. vbi latè Præpoſitus. Bal. in l. eam quam. col. 10. C. de fideicommi. eſtq; communis opi. *Limit. 92.*

506 Limi. 93. vt non procedat in filio nato ex adulterio, licèt ſubſequatur matrimonium inter adulteros, quia adhuc ille nõ fit legitimus, nec ei debetur legitima, nõ magis, quàm ſi matrimonium ſequutũ non eſſet. vt in cap. tanta. qui filij ſint legitimi. l. 2. in fi. tit. 15. par. 4. etiam interueniẽte ignorãtia parentum, ſecundùm Abb. & docto. in dict. capit. tanta. contra gloſ. ibi. quæ communiter reprobatur ſecundùm Michaël. vbi ſuprà. num. 12. *Limit.93.*

507 Lim.94. vt eadem ratione non procedat in filijs inceſtuoſis, licèt inter illos cõſanguineos ſubſequatur matrimonium, quia per hoc non efficiuntur legitimi, non magis, quàm ſi eſſent adulterini, neq; eis debetur legitima, ſicq; ceſſat l. noſtra. Abb. & docto. in dict. cap. tanta. col. penul. Bar. in l. in concubinatu. ff. de concubinis. eſtq; communis ſententia, vt per Fabrum & alios in. §. fi. Inſti. de nup. *Limit.94.*

508 Limi.95. vt non procedat in filio nato ex matrimonio cum conſanguinea, vel affine in gradu prohibito, licèt poſt talis filij natiuitatem ſequatur diſpenſatio, nã is non efficitur legitimus. ſecundùm Bal. in l. & ſi contra. C. de nup. idem Bal. in c. 1. §. naturales. in fi. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatũ. Bar. in l. eum qui. ff. de ſtatu hominum. Michaël *Limi.95.*

*Matrimonium uetitum qui cõtrahunt & filios ante papæ diſpẽſationẽ ſuſcipiunt nõ*

*faciunt eos legitimos ꝑ diſpenſ. ſuperuentum.* chaël in.l. 12. Tauri. num. 13. ergo ſi huic quid oneratur, tamen relinquatur onus non reijcitur per.l. noſtram. Quod nota, quia quotidiè Hiſpaniæ fiunt matrimonia inter prohibitos ſpe futuræ diſpenſationis: nam interim filij nati non fiunt legitimi regulariter per ſuperuentum diſpenſationis, niſi Papa in diſpenſatione nominatim exprimat ſe diſpenſare pro vt ex tūc, non ſolùm pro vt ex nunc. Ita Abb. & alij in dict. cap. per venerabilem. 4. col. Michaël vbi ſuprà.

509 *Limit. 96.* Limit. 96. vt nō procedat etiam in filio clerici in minoribus ordinibus conſtituti habentis eccleſiaſticum beneficiū, qui etiam per ſubſequens matrimonium legitimus non efficitur, ſicq; non debetur ei legitima, ſecundùm Barto. in dict. l. in concubinatu. ff. de concubi. Præpoſitus in dict. cap. per venerabilem. §. quod autem. col. 5. Michaël. vbi ſuprà. nu. 16. ſicq; de relicto ſibi dato onus per legem noſtram non reijceretur.

510 *Limit. 97.* Limi. 97. vt non procedat in teſtamento principis, qui cùm legibus ſolutus ſit, ſi liberis ſuis onus imponat, id onus non videtur reijciendum. argumento. §. fi. Inſti. quib. mod. teſtamenta infirmentur. l. princeps legibus. ff. de legib. l. 1. ff. de conſtit. princip. Id quod indubitatum eſt, ſi conſtat de voluntate ipſius onerare volētis. *Princeps et miles quando iure ſingulari uti uideantur.* Sed in eo quæſtio ſupereſt, an in re dubia iure communi potiùs quàm plenitudine poteſtatis vti videatur? Mouet quæſtionem, ꝙ miles poſſet hac in re liberis nocere. l. ſicut certi. l. ſi cùm vel in vtero. C. de teſtamento militis. §. pen. & fi. Inſti. de exhære. liber. & tamen ſolet dici militem in re dubia non priuilegio militari, ſed iure cōmuni vti videri. *Miles an iure communi uti uideatur.* vt tenent Paulus, & Salice. in. l. in teſtamento. 1. C. de teſtamento milit. vbi Fulgo. & Corn. vltimo not. num. 10. Bald. in. l. quāquàm. C. eod. tit. per dict. l. in teſtamento. quam ad hoc dicit meliorem de iure Decius in. l. 1. num. 3. & 5. idem Deci. in dict. l. in teſtamento. nu. 11. idem Decius. in. d. l. quanq̄. num. 20. & ibi. Alexan. col. 1. & etiam Salice. Ripa. in. l. Centurio. num. 6. & nu. 23. & nu. 46. & num. 49. ff. de vulgari. Curti. Iuni. in. l. precibus. C. de impub. nu. 43. Iaſ. in dict. l. in teſtamento. num. 6. idem Corn. in dict. l. quanquam. vbi etiam Roma. num. 4. idem Roma. in dict. l. in teſtamento. num. 4. poſt Areti. ibi in prin. Didacus Couar. de teſtam. in cap. Rainutius. §. 9. num. 19. Et ſanè hac in re magis eſt, vt tam miles, quàm princeps præſumantur nō ignari facultatum ſuarum. argumento. l. quiſqs. C. de reſcindēda vendi. & conſequenter videatur velle filium onerare.

511 Limita ſecundùm quoſdam &. 98. loco, vt non procedat, quando omnes liberi fuerūt hæredes ſcripti nullo extraneo adiuncto, liberi tamen non pariter, ſed diſpariter honorati fuerunt, ita vt in ſuis tantùm legitimis omnes fuiſſent vocati, præter illum, qui ſub conditione caſuali, vel mixta fuit inſtitutus, qui in vniuerſa hæreditate honoratus fuit, præter dictas fratrum legitimas. Nam hoc caſu ſi reijcis conditionem, iniurius eris reliquis filijs: neque oportuit beneficio afficere eū, qui ſub cōditione vocatus fuit, cum tam ingenti fratrum ſuorum læſione & iniuria. contra. l. cùm oportet. in princi. C. de bo. quæ libe. Ruſus ſi conditionem non reijcis, periclitatur teſtam. quia pendente conditione, dabitur querela. argum. l. filijs matrem. à contrario ſenſu. vbi notant Paulus & Salice. & in. l. ſi pater puellæ. ſimile à contrario ſenſu. vbi etiā notat Paulus. C. de inoffi. teſtam. licèt quidam contrà. argumento. in. §. tam autem. Inſtit. de inoffi. teſtam. iuncta. l. 2. §. 1. ff. de bo. poſſ. ſecundùm tabu. Quid dicēdum? Et conſidera, quia nō inuenio tactū. Nam quæſtio triplex eſt: vtrùm cōditio ex toto tollatur: an verò nulla ex parte: an fortè reijciatur vſq; ad legitimam, & in reſiduo firma manſit. Nam ſiue velis eam in totum reijcere, iniurius illicò eris erga reliquos *Limit. 98.*





fratres, cōtra dict. l. cùm oportet. Siue nulla ex parte cond. velis reijcere, periclitabitur teſtam. & præterea generalitas huius legis violatur. Ergo ſatis æquum videtur, vt reijciatur vſq; ad legitimam, & in reliquo ſpectetur euentus conditionis. Et ita eſt ex mente doctorum communiter, vt ſuprà ampliatione. 92. diſſeruimus. argumento. l. ſcimus. §. cùm autem. C. de inoff. teſtam. Contra quod nos tenuimus regulariter: quia in hac conditionis diuiſione violatur generalitas hui' legis, & præterea iure regio cōtrarium ſtatutū eſt per. l. 9. & l. 11. tit. 4. part. 6. Neq; quicquam facit dict. §. cùm autem. vt ibi docuimus in dict. ampliatione. 92. & vi. in ſimili gloſ. in. l. 3. C. de inof. teſtam. & quod diximus infrà. §. 21. num. 67.

512 *Limit. 99.* Limita. 99. vt non procedat in onere impoſito ſubſtituto pupillari, id enim onus per hanc legem non reijceretur. Vnde ſi impuberem ex integra legitima hæredem feci citra vllum onus, eiq; ſubſtitutum pupillarem accōmodaui, quem ſubſtitutum poſt decēnium fortè à morte impuberis iuſſi hæreditatem capere, vel præcepi, vt eā reſtitueret ex toto, aut ex parte, & dubitatur, an per legem noſtram id onus reijciatur quatenus tangit legitimam impuberis, an verò firmum manſit. Et magis eſt vt firmum manſit. per text. in. l. ſi Titio pecunia. aliàs incipit. Si fundum per fideicommiſſum. §. ſicuti. ff. de legatis primo. l. quod fideicommiſſum. eod. titu. vbi plenè per Alexand. & Iaſo. poſt alios. Cuius rei ratio illa eſt, quia hoc caſu nō periclitatur teſtamen. patris, de cuius conſeruatione per legem noſtram cū ſimilibus agitur. Poſtquàm enim impubes, cui ſubſtitutum pupillarem accommodaui, hæres mihi extitit, iam confirmatum eſt meum teſtamen. hæreditaſque mea hæreditas eſſe deſijt, transformata, conſeruataq; in patrimonium ipſius impuberis, cui ſi ex pupillari ſuccedere noluerit ſubſtitutus ille pupillaris, indignatus fortè propter onus ei impoſitum, id legibus noſtris curæ non fuit, ſed pupillo legitimi hæredes ſuccedent, præſertim cùm & hoc caſu ſubſtituto pupillari ſalua ſaltem manere debeat falcidia.

Pręterea id cõgruit naturæ illius tex. & tituli, vbi agitur non de querela danda, vel deneganda, ſed de bonor. poſſeſsione contra tabulas danda, vel deneganda, ergo.&c.argumento.l.Imperatores.ff.de in diẽ adiectione. In ſumma in.l. illa. in princip. & in.§. non quęuis.& ferè per totam dict. l. non putauit. vſque ad dict.§. ſi quis ſua manu. tractatur, & traditur doctrinæ loco, quòd licèt contra tabul. bonor. poſſeſsio regulariter exhæredatis denegetur. vt in.l.1.in prin. & dict.l.non putauit.in princip.&.l.1.in princ.ff. de coniung. cũ eman. tamen id procedit in ijs, qui ritè ſunt exhæredati, ſecùs ſi nõ ritè, nam tũc eis cõtra tab.conceditur, non ſecùs, q̃ ſi ex toto eſſent pręteriti. vt dict.§. non quæuis. poſtea verò in dict.§. ſi quis ſua manu.dicitur, quòd exhæredatis etiam ſi ſua propria manu

 ſcripſe-

ſcripſerint ſui ipſorum exhæredationẽ, contra tabul.denegatur, nõ ſecùs, quàm ſi talis exhæredatio ab alio ſcripta eſſet, quia non minus ritè facta videtur, propterea quòd ab ipſo exhæredato ſcripta ſit, quàm ſi ab alio tertio ſcriberetur.

529 *Intellect. l. filio quem. ff. de lib. & poſthu. contra communes.*

Et re vera iſte eſt nitidus, veriſsimusque ſenſus illius legis, quem à nullo vnquam animaduerſum inuenio. & probatur in dict. §. tam in ſui pincipio, quàm etiam in deciſione, & ſimiliter in ratione decidendi. Probaturque in ſimili in. l. filio quem. ff. de liber. & poſthum. vbi ſi filium exhæredaui, deinde eund. filium adoptaui, huic adoptato text. ait exhæredationem nocere, non certè quo ad denegandam inofficioſi teſtamenti querelam (id enim non pertinebat ad illum titulum) ſed quo ad denegandum ius dicendi nullum, & contra tab. bo. po. ſicq; in eo filio exhæredato nocuit ibi exhæredatio, ꝙ teſtam. validauit primordialiter, licèt nõ negetur, quin tale teſta. ſubiaceat querelę. Sic ergo & in. d. §. ſi qs ſua manu. dum ait, ꝙ exhæredatio nocet filio, intelligitur in hoc nocere, quòd teſtamen. validauit in ſui initio & creatione, & conſequenter ceſſat ius dicendi nullũ & contra tab. bo. po. de quibus remedijs agitur in tit. de bo. poſ. contra tabu. non autẽ nocet quo ad denegãdã querelam: neq; ea cura & inſpectio pertinebat ad illum titulum, ſed potiùs ad titulũ de inoffi. teſtament. Non quoq; obſt. l. vxori. ff. de falſ. Nam qui ſe tutorem ſcripſit, videtur tutelam affectaſſe, eamque ſibi vtilem exiſtimaſſe: at ſui ipſius exhæredationem, ſuamque iniuriam nullus vnquam ſanus ſibi vtilem putauit. Præterea text. ille loquitur in terminis longè diuerſis, vnde ex eo non poteſt fieri illatio. l. fin. ff. de ſeparati.

Et noſtram opinio. tenet Iaſ. num. 27. in. l. poſthumo nato. C. de contra tabul. licèt debilibus vſus ſit fundamentis. idẽ Iaſ. in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſt. Frãciſcus Accurſius in dict. §. & generaliter. & etiam Iacob. ſecundũ ꝙ refert Are. ibi: & etiam Areti. in. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. & Bald. in dict. §. & generaliter.

Pro nobis. l. pe. §. fin. in verb. poſt mortẽ. ff. de inof. teſtam. vbi agnitio volũtatis defũcti, quæ regulariter excludit querelam, tamen eam non excludit, niſi fiat poſt mortem teſtantis.

Eſt tamen verum, ꝙ cõtrariam ſententiam & ſic cõem tenent Decius in. l. nemo fraudare videtur. ff. de reg. iur. Rode. Xuarez in. l. quoniã in prioribus. hoc tit. fol. 30. Couar. in. c. Rainaldus. §. 2. extrà. đ teſtam. Alex. & Decius. n. 9. in. l. poſthumo nato. C. de cõtra tab. bo. poſ. & Alex. in. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. ff. de lib. & poſt. & Ang. in rep. l. qui ſe patris. col. 2. C. vnde lib. & Curtius iuni. in. d. l. poſthumo. ſequitur cõem opi. & etiã Iaſ. in. l. inter cætera. tangit, ſed nihil firmat, licèt cõem expreſsim teneat in rubr. illius tit. n. 22. & Curti. vbi ſuprà. Mouetur nouo fundamento. Nam, inquit, exhæredatio non iniurioſa nõ producit querelã. arg. l. multi nõ notæ. ff. de lib. & poſt. quæ. l. etiam hodie correcta nõ eſt ſecundũ cõmunẽ op. vt diximus in. l. quoniã in prioribus. hoc titu. ſed ſcienti & conſentienti non fit iniuria. l. cùm donationis. C. de tranſact. ergo exhæredatus ſua ſponte cùm nullam iniuriam receperit, non habebit querelam. Sed nihil eſt. Nam hac ratione inſpecta, etiã pactum de nõ ſuccedendo, quod facit filius cũ patre ſuo, valeret propter cõſenſum filij, & tñ non valet. vt in. l. ſi quando. §. illud. j. hoc tit. l. pactum dotali. C. de colla. l. fin. ff. de ſuis & legit. hære. cap. 2. de pact. in ſexto. Vnde ſiue fiat pactum, ſiue exhæredationi ſuæ filius conſenſum præſtet, talis conſenſus nullius momenti eſt, per quamplures rationes, quas ſignauimus in dic. §. illud. in materia pacti de non ſuccedendo. vbi videndum eſt. Eſt tamen verum, quòd communem opinio. in dicto. §. & gene-

*Teſtamentum non uitiatur præteritiõe, uel exhæredatione, cui filius conſenſit, ſecundũ cõmunem.*





generaliter etiam vltra allegat. ſequũtur Bar. Ang. Paul. Salic. & Iaſ. & tranſit ſimpliciter etiam Aretinus. ſequuntur Cin. Alber. Odofre. Petrus, Iacobus, Butriga. & Fulgo. & eſt ex mente aliorum ibi. tenent Bart. in. l. 1. §. ſed ſi filius. ff. de legat. tertio. Paul. in. l. 1. & in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthum. Areti. in rub. eod. tit. Ille caſus indubitatus eſt ſecũdũ Odofr. Alberi. Cinum, Petrum, Butriga. & alios ſuprà relatos, ſcilicet quando is, qui ſuæ exhæredationi vel præteritioni conſentit, id fecit dolore mortis teſtatoris pietate ductus, quaſi dolore illo cõpunctus omnia humana paruipẽderet, tunc enim talis conſenſus nõ ei noceret. arg. l. quid quid calore. ff. de regu. iur. quaſi id ardore amoris, caloreq; iracundię feciſſe videretur, talis enim pietas prǽmio digniſsima eſt, non excluſione. Vnde Vergilius in Aethna.

*Et meritò pietas homini tutiſsima uirtus.*

Eſtque adeò tuta virtus, vt dum antiquì confabularentur de pietate Aeneæ erga patrem Anchiſem, ſcriptum reliquerint, ipſum ignẽ quaſi huius virtutis nõ expertem locum dediſſe Aeneæ, teſte Ouidio lib. 1. de Ponto, vbi ait.

*Cùm foret Aeneæ ceruix ſubiecta parenti,*
*Dicitur ipſa uiro flamma dediſſe uiam.*

Et iterum libr. 4. faſt.

*An magis hunc morem pietas Aeneia fecit,*
*Innocuum uicto cui dedit ignis iter.*

Et Vergilius lib. 2. Aeneid.

*Deſcendo, ac ducẽte deo flãmam inter, & hoſtes*
*Expedior, dant tela locum, flãmæq; recedunt.*

Denique teſte Seneca in Thyeſte.

*Nulla uis maior pietate uera eſt, maioreq; præmio digna.*

Vnde in re dubia ideo tenemus contra communem, ꝙ talem conſenſum pietate quadam & pudore reuerentiali pręſtitum exiſtimamus, & per alias q̃plures ratiões, quas enumerauimꝰ in. d. §. illud.

530 *Teſtamentum nõ purgat uitium præteritionis per conſenſum præteriti, contra communem.*

Deniq; pro concordia conſidera, ꝙ cũ cõis opin. duo habeat capita: primum, vt teſtamentũ per filijſ. præteritionẽ non vitietur, qñ ipſe expreſſum cõſenſum præbuit, vel etiã expreſsim ſe inſtitui vetuit: alterũ, vt idem ſit in exhæredatione. Certè primo caſu op. noſtra cõtra cõem longè probatior eſſe videtur, quia de iure ciuili nulla vnquã lege reperitur diſpenſatum cum vitio præteritionis eo prætextu, ꝙ præteritio ipſi filio præterito vtilis eſſet certè & indubitatè: vnde longè minus reperietur diſpẽſatum eo prætextu, quòd ipſe conſenſerit, per cuius conſenſum non certa & indubitata, ſed tantùm præſumpta vtilitas arguitur. arg. §. præterea. cũ ibi not. ꝑ gl. & doct. Inſt. de act. vbi latè per nouiſsimos. & arg. l. cũ donationis. vbi nouiſ. C. de tranſact. Quòd autem cum vitio præteritionis nõ reperiatur diſpenſatum, probant funda. quæ ſuprà adduximus, & præterea ſuadetur. Quia quando ipſi filio vtile erat ſe hęredem non inſtitui, tunc remedij loco repertum fuit, vt ad teſtamenti validitatẽ omnino exhæredaretur, ſibi autẽ poſteà hæreditas reſtitueretur. vt in. l. multi nõ notæ. ff. de lib. & poſt. l. cũ ex filio. in pr. ff. de vulg. l. Seius Saturninꝰ. ff. ad Treb. cũ ſimilibꝰ. Quòd aũt prętextu vtilitatis ipſius filij præteriti præteritio deſineret teſtamentũ vitiare, id nulla vnquã lege ciuili reperies, ſed potiùs oppoſitũ. Nec eſt nouum, vt conſenſus præſtitus in re vetita nec obliget conſentientẽ, nec firmet actũ de quo agitur, ſiue ille ꝑ nullũ fuerit acceptatꝰ. vt in. l. q ſuperſtitis. ff. de acq. hær. ſiue etiã acceptatus fuerit. vt in. l. ſi quando. §. illud. C. de inof. teſta. l. pactũ dotali. C. de colla. cũ alijs. Ad. l. filio pręterito. ff. de iniu. rup. reſpon. ꝙ potiùs noſtram probat ſentẽtiã, q̃ communem cũ ille tex. ſecundũ verũ & cõem intellectum probet, ꝙ per conſenſum filij præſtitũ poſt mortem patris ſuſtinetur teſtamentũ de iure tñ prætorio, nõ etiam de iure ciuili, vt diſſerimus ſuprà per gl. ap. pr. in. l. cùm in ſecundo. ff. de iniu. rupt. Quinimò etiam de iure prætorio ſi fi-

lius conſentiret, viuo patre, is conſenſus
non eſſet irreuocabilis, quinimò reuo-
cari poſſet quandiu pater viueret. argu-
mento.l.fina.C.de pact. vbi qui conſen-
ſit illis, qui de eius hæreditate paſciſcun-
tur, licèt talis conſenſus firmet illam pa-
ctionem, tamen licet pœnitere ipſi con-
ſentienti, & conſenſum ſuum liberè re-
uocare. Simile in contractibus innomi-
natis. vt in.l.3.&.l. ſi pecuniam.ff.de con
dictio.cau.data. Simile in.l. qui ſuperſti-
tis.ff.de acquirē. hær. Nec eſt nouum, vt
teſtamentum, quod nō valet iure ciuili,
valeat iure prætorio. text. perpaucis ad
rem hanc conſideratus in.l.ſi teſtamen-
tum. ff. de teſtament. Itaque in præteri
tione dicendum eſt, quòd conſenſus filij
non firmat teſtamentum de iure ciuili.
Intellige primò, quando præſtitus fuit
poſt mortem patris.dic.l.filio præterito.
Secundò & faciliùs, quādo præſtitus fuiſ
ſet viuo patre.dict. §. illud.cum concor.
De iure autem prætorio firmat teſtamē
tum irreuocabiliter, ſi pręſtitus ſit poſt
mortem patris.d.l. filio præterito. Quòd
ſi patre viuo præſtetur, tunc aut conſen-
ſus non valebit, aut reuocari poterit, ad-
miſſa pœnitentia.arg.ſuprà dictorum.

531 In ſecūdo aūt caſu.ſ. in exhęredatiōe, *Teſtamētū purgat uitium exhæredationis per conſenſum exhæredati, cum cōmuni.*
cōis ſententia recipi poterit, ꝙ iure. ff. in
dubitanter, vel ſaltē faciliùs admittendū
eſt. Nam cū iure illo teſtam. per exhære-
dationē indiſtictè firmaretur quo ad ſui
creationē & primordialē validitatē. l. in
ſuis.l.inter cætera.& per totū.ff.de lib.&
poſt.in pr.Inſt.de exh.lib. tūc ſi filius cō-
tra teſtamētū querelā moueret, dicens ſe
iniuſtè exhæredatū, replicaretur, ꝙ volē
ti nō fit fraus, neq; iniuria.d.l.cū donatio
nis. Item replicaretur, ꝙ exhæredatio
facta ob vtilitatem exhæredati excludit
querelā.d.l.multi.d.l.cū ex filio.d.l.Seius
Saturninus. ob eius aūt vtilitatē facta in-
telligitur, quando ipſe cōſenſit.d.§. præ-
terea. cū ibi notatis. Simile in cōditione,
quæ reijcitur regulariter de legitima fi-
liorū, niſi eius vtilitatē reſpiciat. vt eſt ve
ra & receptiſsima ſententia, quā tradidi-
mus ſuprà limitatione.1. Quod admitte-
rem, quādo is filius in cōſenſu illo perſe
uerauit vſq; ad mortē patris, quo tēpore
iam facultas nō erat reuocādi teſtamēti,
& ſic æquum eſt patri ſubueniri. argum.
text not.in.l.3.C. de inoffic. teſtamento.
Cæterùm ſi ipſe filius viuo adhuc patre,
quo tempore erat facultas mutandi te-
ſtamenti pœnituiſſet, expreſsimque con
ſenſum reuocaſſet, idque patri ſuo no-
tum feciſſet, fortè conſenſus ille non iu-
ſtificaret exhæredationem, vel eius iuſti
ficatio iam ceſſare inciperet. argument.
dict.l.fi.C. de pact.dict.l. qui ſuperſtitis.
& dict.l.ſi pecuniam. & dict. l. tertia. ff.
de cond.ob cau.iūcta.l. filio quē.ff.de li-
be.& poſth. & quæ circa eius intel.dixi-
mus.§.iſto.num. 529.in princip. quæ res
ſubdubia eſt.

Illud ergo apud me verū & firmum
ſemper viſum fuit, ꝙ cū vitio præteritio-
nis non diſpenſatur per interuentū con
ſenſus filij contra cōmunem de iure ciui
li, an autem cum vitio exhæredationis
diſpenſetur, non ſatis certum eſt. Reten-
to tamen, quòd iure. ff. diſpenſaretur, an
& iure authent. idem foret? Mouet quæ-
ſtionem, quòd hodie exhæredatio filij ſ.
vitiat ipſo iure teſtamentum, non ſecùs,
quàm præteritio, niſi fiat ex vna ex. 14.
cauſis enumeratis in authent. vt cùm de
appella.cognoſ.§.cauſas. vel ex *alijs* cau-
ſis parem vim haben*tib*us ſecundùm cō
munem opin.doct. in authen.non licet.
C.de lib.præ. vbi latè per Corn.Iaſ.Alex.
& nouiſsi.poſt alios. Sed certè idem etiā
foret iure authen. quia exhæredatio per
talem filij conſenſum iuſtificaretur, nō
ſecùs, quàm per illas cauſas, ſicq; firmū
foret teſtamen. argumēto illius veræ &
cōmunis opi. quā diximus. §. iſto ſuprà.
quæ habet poſſe hunc filium non tantū
ex illis cauſis, ſed etiam ex alijs parem
vim habentibus exhæredari.

Et hac



532 Et hac communi opi. retēta in filij ex *Maioratus poteſt conſtitui & legitimæ onus imponi conſenſu filij.*
hęredatione, quā ſequor, ſaltem eo caſu,
quo filius in eodem cōſenſu perſeuera-
ret vſque ad patris mortem, vel illud tē-
pus, quo pater teſtam. mutare non poſ-
ſet, tunc ex ea inferrur ad id quod vſibus
forenſibus agitatiſsimū eſt, vt ſi filius in
portione hæreditaria, vel re certa inſtitu
tus, conſentiat patri, vt res ſibi relictas
vinculo maioratus afficiat, prohibendo
earum alienationem, & diuiſionem, tūc
firmus erit talis maioratus, & alienatio-
nis prohibitio etiam quo ad legitimam
huius filij conſentientis: quia per.l.quo-
niam in prioribus.C.de inofficioſo teſta
mento. non reijciuntur illa onera, quæ
ipſius filij vtilitatem reſpiciunt, ſecundū
veram & communem opinio. quam diſ
ſeruimus ſuprà limitatione.1.

533 Quod intellige, quando is filius in ta- *Maioratu conſenſu filij ſtabilito, poteſt per filium is conſenſus infirmari ex cauſa.*
li conſenſu perſeuerauit: ꝙ ſi pœnituit
poſteà, iuſtamq; cauſam habuit conſen-
ſus reuocandi (quale eſſet, ſi quando cō-
ſenſum præbuit, liberos non habebat, &
poſtea plures ſuſcepit) dixitq; ſe reuoca-
re conſenſum præſtitum, quia cùm plu-
res liberos modò habeat, impijſsimum
ſibi videtur vni eorum omnia conferre,
reliquos autem nudos relinquere, nec ſe
talem conſenſum pręſtiturum, ſi de tot
liberis cogitaſſet, tunc nouè affirmarem
audiendum eſſe. argumen.l.ſi vnquam.
C.de reuocand. donatio. l. cùm auus.ff.
de conditio.& demonſtratio.l. cùm acu
tiſsimi.C. de fideicommiſ.l. generaliter.
§.cùm autem.C.de inſtitutio.& ſubſtitu
tio.cum ijs, quæ ſuprà diximus. eritque
in vſu forenſi vtiliſsimum. Idemque ad-
mitterem, ſi ipſe filius probaret ſe con-
ſenſum prębuiſſe, quia à patre fuit com-
pulſus vi, vel dolo adductus, vel etiam
metu reuerentiali conſtrictus. argumēt.
authent. ſacramenta.C. ſi adu.vendi.ca-
pit.quanuis.de pact. in ſexto. capit. licèt
mulieres.de iureiuran.in ſexto.cap.cùm
contingat. de iureiurand. per totum.C.
&.ff.quod metus cauſa.per totū.C.&.ff.
de dolo.iūcta.l.Titius.ff.de lib.& poſth.

Quid ſi is filius, cui tot liberi nati fue-
runt, non reuocauit conſenſum, an ipſo
iure natiuitate liberorum reuocatus in-
telligatur? Cogita, quia non vacat ratio-
cinari, licèt res ſit vtilis.

Stat ergo ex ſuperioribus, ꝙ filius per
expreſſam teſta. appr. nō perdit huius.l.
beneficium.

534 Modò quęro, an per tacitū cōſenſum *Aditio quādo inducatur per ſol. debiti hæreditarij.*
filius perdat querelā, vel ius ſupplemen
ti (nam hucuſque vidimus de conſenſu
expreſſo.) Et videtur ꝙ ſic.arg.l.parenti-
bus.C.de inof.teſta. Et nota ſcd̃m Iaſ.ibi,
ꝙ ſoluens debitū pro parte hæreditaria,
perdit querelā. Quod limitat Sali. ibi. vt
non procedat, quādo plùs vel minùs ſol
ueret, quaſi tunc non videretur ſoluere
nomine hæreditario. Ergo aut expreſsit
ſe ſoluere hæreditario nomine, & indi-
ſtinctè ceſſat querela, quaſi adire hæredi
tatē videatur, & teſta. approbare. vt ibid.
&.l.2.C.de iu.delib.&.l.ſi pars.§.illud.ff.
hoc tit. Aut expreſsit ſe ſoluere nō vt hæ
res, & tunc ceſſat illa lex, & poterit mo-
uere querelā, nō ſecùs, q̃ ſi ſolueret nihil
arg.in prin.Inſtit. quib.mod.toll.oblig.
Aut ſoluit ſimpliciter, & dubitatur quo
animo ſoluerit, & tunc tene op.Iaſ. decla
ratā vt per Sali. cū hac tñ declaratione, vt
ſi dixit ſe ſoluere, nec appareat ꝙ ex alia
cauſa eſſet debitor, tunc ex cauſa hæredi
taria ſoluiſſe videatur, & per hoc hæredi
tatem adijſſe, & ſic ceſſet querela. vt ibid.
& dict.l.2.C.de iure delib. iuncta.l.& ma
gis.ff.de ſolutio.l. cum de indebito.ff.de
probatio. & facit gloſſ.in. l. quanuis.C.
de fideicommiſ.

535 Deniq; ex dict.l.parentibꝰ.C.de inof. *Querela ceſſat, quando agnoſcimus iudiciū defuncti in 14. caſibus, cum communi.*
teſt. generaliter etiā not.ſcd̃m Bar.Ang.
Bal.Fulg.Iaſ.Aret.Pau.Sali.*Albe*.& alios
cōiter ibid. ꝙ agnoſcens iudicium de-
functi, nō pōt mouere querelā, ſed eam
perdit. idem Fulgoſ. cōſ.83. Bona curſus.
Corneus conſi.176. In cauſa.libr.4. tenēt

communiter doctor. in.l. pen.§.fina.per
text.ibi.& in.l.fi. per text.ibi.ff.hoc titu.
communiter doct.in.l.ſi pars.§.illud.per
tex.ibi. & in.l.ſi ponas.§.ſi hæreditatem.
quem dicit notabilē Iaſ.vbi ſuprà.ff.hoc
titul.l.6.titul.8.partit.6.Intellige primò,
quādo filius ex minore portione, quàm
legitima inſtitutus, iudicium patris a-
gnouit,adeundo hęreditatem.argu.l.ſi-
cut maior.C. de rep.hær.iuncta.l.pro hę
rede.in prin.&.l.gerit.& quod vtrobiq;
per Bart.& doct. ff.de acq.hær.Secundò
intellige,quādo nō expreſsim adiuit,ſed
tantū interpretatiuè, putà per manumiſ
ſionem ſeruorū hęreditariorū,vel aliena
tionem rerū hæreditariarū,vel quia aliū
inſtituit hæredem in hæreditate ſibi reli
cta.vt in.l.ſi auia.C. de iure delib. & in.l.
pro hęrede.in prin.ff.de acq.hær.Tertiò
intellige, quando debitū hæreditarium
pro hæreditaria parte perſoluit. vt ibid.
Quartò intellige,quando agnouit lega-
tum ſibi relictū. vt in . l. ſi pars.§.illud.ff.
hoc tit.tradit Corneus cōſ.ſuprà allegat.
Quintò intellige,quādo ſcienter hæredi
tatem exhæredatus ab hæredibus patris
emit. l. ſi ponas. §. ſi hæreditatem. ſuprà
alle.Sextò, etiam ſi res ſingulas illius hæ
reditatis emiſſet.vt ibid.in verbo.vel res
ſingulas.Septimò,etiā ſi non emiſſet,ſed
tantùm conduxiſſet. vt ibidē.quod ſatis
mirabile eſt.Octauò, etiā ſi ipſe exhære-
datus ſoluit hęredibus q̄d ipſi teſtatori
debebant.vt ibid. Nonò,etiā ſi filius ex-
hęredatus aduocationem ſuſceperit pro
hære de inſtituto.l.6.tit.8.par.6.Decimò
etiam ſi talē aduocationem ſuſceperit ꝓ
legatario.l.fi. in pr.ff.hoc tit.&.d.l. 6.tit.
8.par.6.Vndecimò,etiam ſi agnoſcat le-
gatū,quod nō ſibi,ſed ſeruo ſuo,vel filio
fa.ſuo relictū fuit.l.ſi verò.§.1. ff. de bon.
lib. Duodecimò, etiā ſi agnoſcat legatū
quod relictū fuit, nō ſibi, nec ſeruo ſuo,
ſed ipſi hæredi ſcripto:nam ſi is exhære-
datus hęres extiterit illi,&legatum petie
rit,ceſſat querela.l.pe.§.diuerſum.ff.hoc
tit.Decimotertiò intellige in terminis.l.
fin.§.fi.eod.tit. Decimoquartò intellige,
etiam ſi mortis cauſa donationem acce-
perit. vt dict.l. ſi verò. §. ſed & ſi mortis.
Ratio iſtorum eſt, vt in.l.nam abſurdū.
ff.de bon.libert.

*Querela etiam hodie ceſſat per agnitionē iudicij teſtātis opin.noua.*

536 Limita dupliciter, vt in dict.l.ſi verò.
§.1.&.2.Tertiò limita,vt licèt ceſſet que-
rela,tamen ſupplementum legitimæ ho
die nō negetur.l.omnimodo.&.l. ſi quā
do.§.& generaliter. infrà hoc titulo. Sed
an hodie agnoſcens relictū perdat que-
relam non ſecùs, quàm olim?Et videtur
ꝙ non.arg. l. ſi quando.§. & generaliter.
hoc tit.vbi qui agnouit relictū, nō perdi
dit ſupplementū legitimæ. Sed certè ma
gis eſt,vt licèt ſupplementū legitimæ nō
perdat,tamen amittat querelam. nec .d.
l.parentibus.in hoc ſit correcta.

*Legitimæ ſupplementum ceſſat per agnitionem iudicij defunctiop. noua.*

537 Vnde ſi filius exhæredatus, qui nihil
in teſtamento accepit,hæredē ſcriptū ad
uocatione ſua defenderit,ceſſabit quere
la,ceſſabitq; ſupplemētū:quia id ſupple-
mentū non datur ei, qui nil omnino ac-
cepit.vt in.d.l.omnimodo.Vnde & ſecū
dò infero idem eſſe, ſi aduocauit pro le-
gatario.Idē & tertiò, ſi emit hæreditatē,
vel hęreditariā portionē ab hærede ſcri-
pto.Idē & quartò,ſi legatū emit à legata
rio. Idē quintò ſi conduxit res hæredita-
rias.Idē ſextò ſi ipſe ſoluit hæredi q̄d pa-
tri debebat.Idē ſeptimò ſi poſt mortē pa
tris eius iudiciū probauit. Et idē in alijs
pluribus caſibus,de quibus.s̄. mentionē
habuimus,qui omnes etiā hodie ſunt in-
correcti.Quod nota,quia nullus tangit.
Quod etiam procederet in multis ex ca-
ſibus,quos proximè enumerauimus.

*Querela non ceſſat per approbationem factam viuo teſtatore cōtra cōmunē*

538 Amplia vt talis approbatio excludat
querelā, etiā ſi fiat viuo teſtatore ſecūdū
Sali.& Alb.in.d.l.parētib⁹.& Corn.cōſi.
176.In cauſa.n.5. Nec inuenio cōtradicē
tē.Teneo contrariū per tex.in.l.pe.§.fin.
ibi,poſt mortē.ff. hoc tit.expreſsiùs in.l.
ſi quādo.§.illud.j.hoc tit.Quod olim Sal
māticę inter.700. paradoxa defendim⁹.
Ex qui



Ex quibus infero veram non eſſe opi.gl.
quæ communiter app. in.l. ſi quando.§.
& generaliter.infrà hoc tit. quæ tenuit,ꝙ
ſi filius tempore, quo fit teſtam. conſen-
tiat ſuæ exhæredationi, vel præteritioni,
nihil amplius contra teſtam.dicere pote-
rit.quod eſt directò contra dict.§.illud.&
contra dict.l.penult.§.fi.dixi latè ſuprà.

*Querela ceſſat in caſibus. 29.*

539 Et in glo.mag.dict.l.parentibus.notā-
tur ſex caſus ex glo. in quibus ceſſat que-
rela. Alios.14. caſus ſuprà enumerauim⁹.
Ceſſat. 21. querela repudiatione hæredis.
vt ſi in minore portione, q̄ legitima in -
ſtitutus,vt fuit in terminis text.dict. l. pa-
rentibus.repudiet hæreditatem.argumē-
to.l.filio qui.&.l. qui repudiantis. ff. hoc
tit. Ceſſat. 22. querela repudiatione hæ-
redis vniuerſalis.vt in.l.filium.§. ſed cùm
exhæredatio.ff.de bon.poſſ.contra tabu.
Ratio,quia querela non oritur,ſaltem cū
effectu,ante aditam hæreditatē.l.ſcimus.
§.illud.infrà hoc titul. Vnde ſi hæreditas
repudiata eſt,ceſſat querela.vt ibi. Ceſſat
23. querela per renuntiationem exhære-
dati.vt in.l.cùm mota.C.de tranſact.&in
l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſtam. Ceſſat
24.per deſertionem.vt in.l.Papinianus.§.
ſi quis poſt rem.ff.hoc titu.&.l.nam & ſi.
§.hæredi.eod.tit. Ceſſat.25. quando ſeruū
inſtitutum iuſsit adire.l.nihil.ff.hoc titu.
cùm lege ſequen.facit.l.filius. eod.titulo.

*Querela ceſſat in multis caſibus.*

540 Ceſſa.26.in teſtamēto militis.l. de inoffi-
cioſo.&.l.fi.hoc titu.adeò,vt etiam miles
teſtam.alterius militis inofficioſum dice
re non poſsit. §. de inofficioſo.in.l.ſi inſti
tuta.ff.hoc titu. Ceſſat.27.querela,quā-
do filius exhæredatur, & nepos ex eo in-
ſtituitur, per quem ipſe filius exhæreda-
tus acquirit hæreditatem.ita probat text.
ſingu in.l.qui in aliena.§.interdū.ff.de ac
quiren.hær. Ceſſat.28.in caſu legis.filius
non impeditur.ff.hoc tit. Ceſſat. 29. que
rela in teſtamēto patris putatiui.nō enim
datur aduerſus teſtam.patris putatiui.l.ſi
ſuſpecta.§.quoniam.ff.hoc tit. Quod au-
tem diximus per dict.§.interdum.non fir
mamus. & vide quæ circa eius intellectū
diximus ſuprà.

*Querela cùm ceſſat, an ceſſet legitimæ ſupplemētum.*

541 In omnibus enim his caſibus & ſimili-
bus filius per tacitum conſenſum exclu-
ditur à querela. Et in quibus caſibus is,
qui querelam mouere poterat, nihil o-
mnino acceperat ab eo, cuius de ſuc-
ceſsione agebatur, in his etiam amitteret
ius agendi ad ſupplementum legitimæ:
quod ei, qui nihil omnino habuit à teſta
tore,denegatur.in dict. l. omnimodo.C.
de inoffi.teſtam. Etenim vt portio accre-
ſcit portioni.l.ſi totam.ff.de acqui. hære.
l.ſi Titio.ff.de vſufruct. ita id ſupplemen
tum accreſcit relicto, nec aliter accedere
poſſet. Simile etiam in.l.fi.C.de lib. præt.

*Legitimæ ſupplementum non excluditur, licèt filius agnoſcat relictum à patre, qui eum exhæredauit, contra Pau. & nouiſsi.*

Verùm ſi aliquid accepiſſet,tunc licèt
ab reliquis bonis expreſsim exhęredatus
fuiſſet, & præterea voluntatem teſtantis
expreſsim vel tacitè agnouiſſet(quale eſ-
ſet in pleriſque caſuum ſuprà relatorum)
adhuc non prohiberetur ſupplemētum
legitimę petere, vt docemur infrà.§.30.ſu
per interpretatione. l. omnimodo. C. de
inoffi.teſtam.in ampliatione. 18. Licèt cō
trarium, & malè, tenuerint Paulus in.l.
Pap.§.ſi conditioni.ff.de inoffi.teſtam.&
nouiſsimè Gregorius Lupi.in.l. 6. titu. 8.
part.6.neminem allegans, neq; aduertēs
loqui ſe contra cōmunem opi. & veram,
quæ probatur apertè in.d.l. omnimodo.
Et ſic opinionem noſtram,vt etiam exhę
redatus,qui à patre aliquid acceperit, poſ
ſit agere ad ſupplementum legitimæ nō
ſecùs, q̄ ſi omnino non accepiſſet exhære
dationem,tenent expreſsim magis com-
muniter doct.in dict.l. omnimodo.qua-
les ſunt Bald.Petrus,Cinus, Alberi. Butri
ga.Odofre.Ioan.Faber.Ange.Paul.& Ia-
ſo.qui firmant talem filium,cui pater ali-
quid reliquit,licèt eum nominatim exhę
redauerit, adhuc tamen gratum præſu-
mi,& bene meritū,non ſecùs,q̄ ſi exhære
datus non fuiſſet,quaſi ſenſus exhæredā-
tis eum filium, qui aliquid reliquerit, nō
eò pertineat, vt mala mēte eum perſequa

 tur,

tur, ſed vt velit eum filium tacitum eſſe, & contentum cum eo, quod à patre acceperat, à reliquis autem bonis ſubmotus, exhæredatusq; abſtineat. facit. l. fi. C. de libe. præt. Id quod expreſsim probatur in dict. l. omnimodo. ſi non cauilletur, vt induximus in dict. ampliatione. 18. Quam rationem no inuenio conſideratam.

Vnde cùm is filius per talem exhæredationem non remoueatur, aut priuetur ſupplemento legitimæ, non magis, q̃ ſi exhæredatus non eſſet, ſequitur, ꝙ licèt poſt mortẽ patris approbauerit teſtamentum, adhuc tamen ſupplementum legitimæ petere poterit, ſecundùm communẽ opi. ſuprà relatam contra Gregorium, & Paul. vbi ſuprà.

542 Quod variè intelligitur. Primùm, quãdo expreſsim approbauit teſtamentum, accipiens id, quod ſibi à patre relictũ fuit: nam adhuc licèt ſit exhæredatus, poteſt petere legitimæ ſupplementum. vt in. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inof. teſta. Et ita debet limitari. l. 6. tit. 8. part. 6. & l. 5. verſic. E eſto ſe entiẽde. eod. tit. Quod eſt ex mente communis opinionis ſuprà relatæ contra Paul. & Grego. vbi ſuprà.

*Declaratio 1. cum communi contra eoſd.*

*Declaratio l. 6. titul. 8. part. 6. cui accommodantur. 11. declarationes.*

543 Secundò intelligitur, quando filius agnouit patris voluntatem legatum accipiendo. vt in. l. ſi pars. §. illud. ff. de inoffi. teſtamen. & in dict. l. 6. ibi, aſsi como ſi le ouieſſen dexado mãda. Quæ iura ita ſũt limitanda ex mente communis opinionis ſuprà relatæ contra Paul. & Gregorium vbi ſuprà.

*Declaratio 2. cum communi contra eoſd.*

544 Tertiò intelligitur, quando is filius emit ſcienter hæreditatem ab hæredibus patris: nã & tunc licèt exhæredatus eſſet, poſſet petere ſupplementum legitimę, licèt querelam mouere non poſſet. Ita intelligo & limito. l. ſi ponas. §. ſi hæreditatem. ff. de inoffi. teſtam. Quod eſt ex mente communis opinionis ſuprà relatæ contra Paul. & Gregorium vbi ſuprà.

*Declaratio 3. cum communi cõtra eoſd.*

545 Quartò intellige, etiam ſi is filius exhęredatus, qui aliquid à patre recepit, res ſingulas paternæ hæreditatis emiſſet: nam per hoc licèt videatur patris iudicium ſequi, ſicq; remoueatur à querela, non tamen remouetur à ſupplemẽto legitimæ. Ita nouè intelligo, & limito. d. §. ſi hæreditatem. in verbo, vel res ſingulas. ex mente communis opinionis ſuprà relatę contra Paul. & Gregorium vbi ſuprà.

*Declaratio 4. cum cõmuni contra eoſd.*

546 Quintò intellige, etiam ſi is filius exhęredatus, qui aliquid à patre accepit, res hæreditarias ab hæredibus conduxiſſet: nam per hoc licèt acquieſcere patris vol. videretur, ſicq; ſubmoueretur à querela, non ideo minus poſſet cõſequi legitimæ ſupplementum. Ita intelligo, & limito. d. §. ſi hæreditatem. ex mẽte prædictæ communis opinionis contra Paul. & Gregorium vbi ſuprà.

*Declaratio 5. cum communi contra eoſd.*

547 Sextò intellige, etiam ſi is filius exhæredatus, qui relictum ſibi à patre ceperit, patrocinatus fuerit hęredi inſtituto: nam licèt per hoc patris iudicium agnouerit, ſicq; à querela ceciderit, adhuc tamẽ ſupplementũ legitimæ conſequi poteſt, non ſecùs, q̃ ſi exhæredatus non fuiſſet. Ita intelligo, & limito. l. 6. tit. 8. part. 6. facit tex. in. l. penul. §. ſi hæres. ff. de inoffi. teſtam. l. fi. ff. eod.

*Declaratio 6. cum communi contra eoſd.*

548 Septimò intellige, etiam ſi is filius exhæredat⁹, qui relictũ à patre accepit, legatario patronus extiterit: nam per hoc licèt volũtatem teſtatoris agnouerit, ſicq; ceciderit à querela, nihilominus tamen non cecidit à ſupplemẽto legitimæ, non magis, q̃ ſi exhæredatus non eſſet. Ita intelligo, & limito. d. l. fi. ff. de inoffi. teſtamen. & d. l. 6. ibi, o ſi el fueſſe abogado.

*Declaratio 7. cum communi cõtra eoſd.*

548 Octauò intellige, etiam ſi legatum agnouerit nõ ſibi, ſed ſeruo ſuo relictum: nã adhuc licèt à querela ceciderit, à ſupplemento tamen legitimæ non remouetur. Ita intelligo tex. in. l. ſi verò. §. 1. ff. de bo. liber. & d. l. 6. ibi, aſsi como ſi le ouieſſen dexado mãda en el, o a ſu fijo, o a otro alguno que fueſſe en ſu poder. ex mente prædictæ communis opinio. contra Paulum, & Gregorium, vbi ſuprà.

*Declaratio 8. cum communi contra eoſd.*



549 Nonò intellige, etiã ſi exhæredatus, q̃ à patre relictũ accepit, hæres extiterit hæredi ſcripto in teſtamẽto patris: nam per hoc licèt iudicium teſtatoris agnouiſſe, querelaque cecidiſſe videatur, non tamẽ per hoc à ſupplemento legitimæ abſtinẽdus eſt. l. penult. §. diuerſum. ff. de inoffi. teſtamento. Quam ſic intelligo ex mente. d. communis opi. contra Paul. & Grego. vbi ſuprà.

*Declaratio 9. cum communi contra eoſd.*

550 Decimò intellige, etiam ſi exhæredatus acceperit mortis cauſa donationem: nam adhuc à querela tantùm, non etiam à ſupplemento legitimæ abſtinẽdus eſt. Ita intelligo tex. in. d. l. ſi verò. §. ſed & ſi mortis. ff. de bo. libe. Ratio horum eſt, vt in. l. nam abſurdum. eod. tit. Quæ omnia ſunt ex mente communis iam relatæ cõtra Paul. & Grego. vbi ſuprà.

*Declaratio 10. cum cõmuni contra eoſd.*

Verùm in omnibus his caſib⁹ & ſimilibus ſi is exhæredatus nihil accepiſſet à patre, tũc per talem volũtatis paternæ agnitionẽ caderet tam à querela propter agnitionem, q̃ à ſupplemento legitimæ, quod non datur, quando non eſt aliquod relictum. Cui accedat, & hoc caſu poteſt ſaluari opi. Paul. & Grego. & ita intelligo. l. 5. & 6. tit. 8. part. 6.

551 Verùm in omnibus his caſibus talis agnitio tunc demum nocet, quãdo tempore legitimo facta eſt, hoc eſt, poſt mortem patris. Non ſic, ſi fieret viuo patre, nã tunc non faceret præiudiciũ quo ad querelam, nec quo ad legitimæ ſupplementum. argum. tex. in. l. pen. §. fi. ff. de inoffi. teſtam. & in. l. ſi quando. §. illud. C. eod. Et ita intelligo, & limito nouiſsimè. d. l. 5. & 6. vt ſuprà admonuimus, eſtq; noua declaratio. Quæ omnia à perpaucis digeſta inuenies.

*Declaratio 11. cum cõmuni contra eoſd.*

Stat ergo ex ſuperioribus, ꝙ per agnitionem relictorum filius non perdit huius. l. beneficium, licèt perdat querelam. Per quod not. hæc. l. ampliatur, & limitatur. d. l. parentibus. s̃. hoc. tit. cũ ſimilibus.

Quæro, ſi frater à fratre ex parte ſit hæres ſcriptus, dato cohærede turpi, isq; frater non purè, ſed ſub conditione ſcriptus ſit, an ea conditio per. l. noſtram reijciatur, an verò firma mãſit? Mouet quæſtionem, quia ſi leges noſtræ hac in ſpecie locum haberẽt, tunc id teſtam. firmũ eſſet: nam ſiue is à fratre ex minore portione q̃ legitima eſſet ſcript⁹, legitima pars ſuppleretur per. l. omnimodo. hoc tit. ſiue ex integra etiam legima ſcriptus eſſet ſub cõditione tamen, tunc ea conditio reijceretur per legem noſtram, ſicq; firmum maneret teſtam. Nec dubium eſt, quin tranſuerſorum nonnulli ad querelam inuitentur, non ſecùs, q̃ liberi, vel parentes. l. ſi fratris. l. fratres. l. ſi pater tuus. hoc titu. l. Papi. §. ſed neq; impuberis. ff. eod. §. ſoror. Inſtit. eod. tit. l. cùm filium. hoc tit. l. 2. & 3. titu. 8. par. 6.

Per contrarium videtur, ꝙ etiam ſi ex integra legitima frater à fratre ſit inſtitutus, dato cohærede turpi, querela nõ ceſſet. argumen. l. Pantomius. ff. ſi quis à parente fuerit ma. ſicq; talis conditio non reijciatur per hanc legem, ſed teſtamẽto per querelam reſciſſo, abinteſtato deferatur ſucceſsio. Ille tamen caſus expeditiſſimus eſſet, cùm is frater nollet querelam mouere, ſed legitimam tantùm accipere: nam tunc ſiue diminuta relinqueretur, ſibi ſuppleretur per. d. l. omnimodo. ſiue ſub conditione, ea cõditio per. l. noſtram reijceretur. Circa quæ omnia quia nimis cõtrouerſa ſunt, nonnulla præfabimur, & circa intellectum & materiam. l. ſi fratris. hoc tit. vbi bonus tex. in hac materia.

553 Et ex illa lege. ſi fratris. notatur, ꝙ trãſuerſales regulariter nõ habent querelam inoffi. teſtam. Ad idem. l. 1. ff. hoc tit. & §. ſoror. Inſtit. eod. & l. fratres. infrà eodem. vbi docto. aiunt, quòd in iure non ſunt plura iura hac in re loquẽtia. Sed errant, nam habes text. hac de re loquentem in l. ſi pater tuus. & in. l. cùm filiũ. ſuprà hoc tit. Habes etiam text. ponentem hanc regulam

*Querela non datur trãſuerſis. regula cum 12. declarati.*

regulam negatiuam, ꝙ tranſuerſis querela inoffi.teſtam.non datur.in.l.2.& in.l.3.tit.8.par.6.

554 *Declaratio.1.* Intellige multipliciter.Primò enim intelligitur in tranſuerſis, qui cognati tantùm ſunt,vt in.l.fratres.infrà eod. Ratio, quia qui non poteſt ſuccedere abinteſtato,is longè minus poterit contra teſtam. ſuccedere.vt in.l.in arenam.hoc tit.& in §.eadem.Inſti. de hære.ab.ſed cognati inter ſe abinteſtato non ſuccedebant olim de iure ciuili.vt per totum.ff.de ſuis & legiti.& per totũ Inſti. de leg. ag. ſucc. iuncto tit.de ſucceſsione cognat. ergo longè minus contra teſtam. poterunt ſuccedere per remediũ iuris ciuilis, qualis eſt querela inoffi.teſtam.vt probat text.per quẽ ita tenent ibi Cinus,Bart.Bald. Ange. Salice.Fulg.Paul.& Iaſ. & alij communiter in.l.2.ſuprà eod.

555 *Cognati nõ ſuccedũt cõtra teſtamẽtum de iure ciuili, uel prætorio, cum communi.* Et licèt hodie etiã de iure ciuili cognati ſuccedãt abinteſtato non ſecùs, q̃ agnati. vt in authen.de hær.ab.§.nullam verò.cũ conc. tamen adhuc etiam hodie illi cognati tranſuerſi contra teſtam.per remedium iuris ciuilis ſuccedere non poſſunt. vt in dict.l. ſi fratris. tenent gloſ. & communiter docto.glo.Bartolus, & communiter doct.in.l.fratres. infrà eod. Nec etiã hodie poſſunt contra teſtam. ſuccedere per remedium prætoris,qualis eſt contra tabu.bo. poſſ. ſecundùm Barto. & communiter docto.in.l. fratres. infrà eod.per l.1.§.liberos.ff.ſi quis à pa.fu.manu.

556 *Declaratio.2.* Secundò intellige in tranſuerſis etiam agnatis.tex.eſt ibid.in.d.l.ſi fratris. Nã nepos ex fratre meo,qui conſobrinus appellatur,is quidem contra meum teſtam.nõ poteſt mouere querelam, vt ibid. licèt is mihi abinteſtato indubitanter poſſet ſuccedere:nam non omnis, qui abinteſtato poſſet ſuccedere,illicò contra teſtam.poteſt ſuccedere. vt ibid. & in hoc conſiſtit libertas illa,de qua in.l.1. C. đ ſacroſ.eccl.

557 *Declõ.3.* Tertiò intellige non ſolùm in tranſuerſis remotioribus, ſed etiã in trãſuerſis, qui ſunt in primo gradu, quales ſunt fratres,vel ſorores,ſi modò ij ſint per fœminam tantùm cõiuncti teſtatori, cuius de hæreditate agitur.ita probatur in dict.l. fratres.infrà hoc titu.per quem text.ita tenent docto. communiter ibi. quod iure regio non videtur procedere.argum.l. fi. tit.13.par.6.vbi Grego.Lup.ait etiam contra teſtamentum poſſe ſuccedere, quod non firmo.

558 Quartò intellige etiã in fratre, qui per patrem coniunctus erat, ſi tamen is non erat legitimus & naturalis, ſed naturalis tantùm,nam hi non dicuntur habere iura conſanguinitatis.vt in authen.de conſang.& vteri.fratri.in prin.& in.§.1.& in.§. nouiſsimè.Inſt.de ſena.Orfi.& in.l. ſi ſpurius.ff.vnde cog. At querela tunc demũ tranſuerſis datur, quando & ſunt in primo gradu tranſuerſorum,& præterea habent, vel ſaltem aliquo tempore habuerunt iura conſanguinitatis.vt in dict.l.fratres.hoc titu. vnde cùm tale ius cõſanguinitatis iſti non habeant,querelam habere non poſſunt. Præterea etiam abinteſtato nõ poſſunt de iure ciuili tanq̃ agnati ſuccedere,ſed tantùm de iure prætorio tanq̃ cognati.vt dict.l.ſi ſpurius.&. d.§.nouiſsimè.ergo longè minus poterunt contra teſtam.ſuccedere per querelam, quæ,vt diximus,eſt remedium iuris ciuilis,quo iure etiam abinteſtato hoc tempore ſuccedere non poterant. Et ita in ſpecie tenent Salicetus in dict.l. fratres.col. 1.& ibi Bal. etiam & Iaſ.num.6. & Ange.in.l.1.ff.hoc tit.& eſt communis opi. *Declaratio.4.*

559 Pro qua communi opinione optimè facit: quia infames tranſuerſi non habent querelam.text.eſt in dict. l. fratres. infrà hoc tit.ſed iſti naturales tantùm dicũtur infames,vt latè per Azo.in ſumma.C. de his qui not.inf. & per Iaſ.num. 6.poſt Salice.& alios in dict.l.ſi fratris.ergo hi querelam non habebunt. Pro hoc etiam facit ſecundùm Iaſo.ꝙ naturalis tantùm licèt aliquando admittatur ex voluntate *Filius naturalis tãtùm contra teſt. ſuccedere nequit,cum communi.*

defuncti,



defuncti, tamen cõtra eius vol.nunq̃ admittitur.vt in authen.licet. C. de nat.lib. glo.ſing.in.l.1.in prin.ff.de bo. poſſ. contra tabu. Quam glo. reputat ſingularem Iaſ.in.d.l.ſi fratris.num.6.& Bal.in.l. 1. C. quorum bonorum. & in cap. innotuit. de elect.idem Bald.in.l. fi. per illum text. C.de nat.lib.Bar.in.l.Gallus.§.etiam ſi parente. ff.de lib.& poſt.Alex.in.l.ex facto. in prin.col.fi.ff.de vulga.& ibid.Iaſ. colũ. fi.& idem Iaſ.vbi etiam illam gl.dicit ſingularem in dict.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.num.20.in lectu.2.ff. de lib.& poſthum. & Fortunius in. d. l. Gallus.§. quidam rectè.num.47.facit bene tex.in.l.humanitatis.C.de nat.liber.Cùm ergo contra vol.non admittantur,eis querela inofficioſi teſtam. accommodari non poteſt, per quam expugnatur vol.teſtãtis.vt per totum hunc tit.&.ff.& Inſt.eod.per totũ.

560 *Declaratio.5.* Quintò intellige ſecundùm Salicet.in dict.l. fratres. etiã in tranſuerſis, qui ſunt in primo gradu,ſi tamen non eſſent legi-

561 *Legitimati an ſuccedãt cõtra teſtamentum,cõtra communem.* timi,ſed per reſcriptum tantùm legitimati.& Iaſ. idem tenet in dict.l. fratres. n. 6. Salice.in authen. ſi quis.C.de nat.lib.Ratio,quia talis legitimatio affert ius agnationis & ſuccedendi ſolùm inter patrem & filium,non autem inter fratres, & cæteros.vt.C.de nat.lib.l.cõmunium. idem tenet Soci.in ſpecie in Rubr.col.2.ff. de libe.& poſthum.

Sed licèt non inueniam contradicentem, teneo contrarium, quia legitimati nihil omnino differunt à legitimis. text. eſt. in authen. quibus modis natur. effi. ſui.§.generaliter.ibi,nihil à legitimis differentes. quæ oratio vniuerſalis ſi in parte reddatur falſa,in totum quoq; falſa intelligetur.vt in.l.ſi is q̧ ducẽta.§.vtrùm. &.§. cùm ita.ff.de reb.dub. Sed ſi intelligeres, ꝙ à legitimis non differunt quo ad patris legitimantis ſucceſsionem, licèt differrẽt quo ad alios patris conſanguineos, certè non eſſet verum, ꝙ nihil à legitimis differrent, quinimò ſatis differrent à legitimis.ergo.&c. Secundò,per.§.illud.in.d. authen.ibi,nihil à legitimis differentes. Tertiò,per dict.§. illud.ibi, & antiquæ ingenuitati. Quartò,per dict.§. illud. in ratione ſui.dum ait, non enim fuit in principio quando natura ſola hominibus ſanciebat anteq̃ ſcriptæ procederent leges, quædã diff.naturalis atq; legitimi. Quaſi dicat,ꝙ hæc differentia cùm ſit iuris poſitiui,per ius poſitiuum, & ſic per principẽ facilè tolli poteſt, & reduci ad primũ ſtatum,cùm nihil tam naturale ſit,q̃ vnumquodq; eo modo diſſolui, quo colligatũ eſt.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.cap. omnis res.extrà.eod.titul. Quintò facit tex.in.§.reliqui.in dict.authen.ibi,damus habere illas ſucceſsiones, quas habent illi qui abinitio legitimi ſunt. Sextò per.§. liceat.in authen.quib.mod.nat.effi. legitimi.ibi,reſtituere naturæ & antiquæ ingenuitati. Septimò per tex.ibid. in ratione ſui,dum ait,neq; enim à principio quando ſola natura ſanciebat,anteq̃ ſcriptæ ꝑuenirent leges, fuit quædam differentia naturalis atq; legitimi. Octauò per tex. in. §. ſit igitur. in ead. auth. ibi, reſtituere naturæ & antiquę ingenuitati. Nonò ꝑ text.ibid.ibi, & ſub poteſtate eius conſiſtant,nihil à legitimis differentes. Decimò per tex.ibi in.§.nouimus. Vndecimò, quia legitimati per reſcriptũ etiam quo ad ſucceſsionem contra teſtam.efficiuntur legitimi,& rumpunt parentũ teſtam. non ſecùs,q̃ veri poſthumi.Iſta eſt vera et communis opi. vt latè reſoluũt Socinus, Alexand.Iaſ.& Alciatus in rubr.ff.de lib. & poſthum.Iaſ.in rub.C.de poſth. hære. inſt. Ergo vt teſtam. ipſo iure rũpere poſſunt, ita & longè faciliùs poterũt per querelam inoffi.teſtam.cùm plures ad querelam admittantur,q̃ ad contra tabu. bon. poſſ.vel ad ius dicendi nullum,quę remedia liberis tantùm conceduntur, querela verò etiam parentibus & etiam tranſuerſis.vt ibid. l. ſi fratris. cùm ſimilibus ſuprà allegat.

Tenendo

Tenendo hanc partem cótra omnes, tunc ad dict.l.omnium.C. de nat.lib. reſpódeo, ꝙ procedit in legitimatione, quæ fit per oblationẽ curiæ, non verò in legitimatióe, quæ fit per reſcriptum principis. Et idem fortè tenendũ quo ad querelam inoffi.donat.vel inoffi.dotis, licèt contrarium in ſpecie teneat Soci.vbi ſuprà.

562 *Declaratio.6.* Sextò intellige in legitimis tãtùm, quales ſunt illi, qui non naturaliter, ſed tantũ per adoptionem nobis agnati, & coniuncti videntur: nam ſi tranſuerſi ſunt, etiam in primo gradu tranſuerſorum, videtur ꝙ ſaltem hodie etiam turpi perſona inſtituta non habeant ius querelam mouẽdi. argumento in prin.Inſt.de adopti. &.l.1.ff.eod.tit. iuncta.l. cùm in adoptiuis. per totam.C.de adopt.& argu.dict.l. omniũ. C.de nat.lib.&.§.1.Inſt. de adopti. Quod tamen intelligendum eſt ſecundùm diſtinct.dict.§.& dict.l.cùm in adoptiuis.

563 *Declaratio.7.* Septimò intellige etiam in adoptiuis, qui ſunt in primo gradu tranſuerſorum, quales ſunt adoptati, non per reſcriptum principis, ſed per magiſtratus: nam hi ſi poſteà fuerint emancipati, non habebũt vnquàm ius querelam mouendi contra eos, qui mediante dicta adoptione veluti fratres habebantur. Ratio, quia omne ius agnationis, quod mediãte tali adoptione aſſequuti fuerant, per emancipationem ſubſequutam extinctum fuit.vt in.§. minus ergo.Inſt.de hære.ab.& conſequẽter reſpectu fratris adoptiui nullũ ius agnationis habẽt, nó magis, q̃ ſi re vera ea adoptio facta nunquàm fuiſſet. Et is caſus eo differt à ſuperiore, ꝙ in hoc caſu indiſtinctè denegatur querela: at in caſu ſuperiore, non indiſtinctè, ſed ſecundùm diſtinctionem, de qua ibid.

564 *Declaratio.8.* Octauò noſtra concluſio negatiua intelligitur in tranſuerſis ex minore portione q̃ legitima inſtitutis (debetur. n. etiam tranſuerſis vt infrà dicemus.) Nam hi licèt ſint in primo gradu tranſuerſorũ, nó habebunt querelam, ſed agunt ad legitimæ ſupplementum. ſecundùm communiter docto.vt diximus in.l. omnimodo. per tex.ibi hoc titu. Vnde ſimiliter ſi ſub conditione eſſent ſcripti, ceſſat querela, & per.l.noſtram conditio excluditur, & reijcitur. Sed neutrũ firmo propter.l.Pantomius.ff.ſi quis à par.

565 Nonò intellige etiã in tranſuerſis exhęredatis, qui ſi nó ſint in primo gradu trãſuerſorum, querelã mouere non poſſunt, etiam ſi ſint exhæredati. Et ita poteſt intelligi.l.noſtra.&.l.fratres.ſuprà eod.&.l.1.ff.eodem. *Declaratio.9.*

566 Decimò intellige, etiam ſi eſſent præteriti, nam & ſic etiam poteſt intelligi.l. noſtra.& dict.l.fratres.&.d.l.1.& eſt ex mente doct.ibid.vt infrà dicemus. *Declaratio.10.*

567 Vndecimò intellige, etiam ſi ſit turpis perſona inſtituta.l.fratres.ſuprà eod.titu. Quod procedit regulariter in trãſuerſis, fallit tamen in fratre ſecũdùm diſtinctionem illius legis. *Declaratio.11.*

568 Secunda regula. Frater contra teſtam. fratris turpi perſona inſtituta querelam mouere poteſt.vt.l.fratres.ſuprà eod.&.l. ſi pater tuus.&.l. cùm filium. ſecundùm vnum intellect.glo.& docto.hoc titu. & §.ſoror.Inſt.eod.&.l.ſi fratris.hoc tit.&.l.1.ff.eod.l.2.&.l.3.tit.8.par. 6. *Querelã datur fratri.*

569 Hæc concluſio intelligitur multipliciter. Primò, quando turpis perſona fuit inſtituta, vt diximus ſi ſit infamis de iure, & de facto ſecundùm omnes docto.ibi. d.l. fratres. *Declaratio.1.*

570 Secundò intelligitur, etiam ſi ſit infamis de facto tantùm. vt dict.l.fratres. ibi, vel leuis notę macula.& ibi ita tenet Sali. *Declaratio.2.*

571 Tertiò intelligitur, etiã ſi nec ſit turpis de iure, nec etiam de facto, ſed tantùm ſit turpis eius quæſtus, & modus viuendi.vt in dict.l.fratres.in verb.turpitudinis.& in l.in arenam.hoc titu. *Declaratio.3.*

572 Quartò etiam ſi nec ſit infamis de iure, nec de facto, nec etiam habeat turpem modum viuendi, ſi tamen eſt homo ſiniſtræ opinionis.vt probat.l.2.&.3.titulo.8. part.6. *Declaratio.4.*



part.6.quę in hoc eſt multùm ſingularis. Sicq; lex illa procedit. Primò, quãdo erat infamis de iure, & de facto. Secundò, quãdo de iure tantùm, ſi fortè is caſus reperiri poteſt. Tertiò, quando de facto tãtùm. Quartò, qñ nec de iure nec etiã de facto, licèt eſſet ſaltem malæ opinionis.

573 *Declaratio.5.* Quintò tex. & concluſio noſtra intelligitur non ſolùm quãdo turpis perſona fuit hæres ſcripta ex toto, ſed etiam ſi ex parte tantùm eſſet hæres ſcripta, ſi tamen in reſiduo hæreditatis nullũ cohæredem habuiſſet, nam tũc reſiduũ accreſcit huic hæredi ex parte inſtituto, ſicque perinde eſt, ac ſi ab initio ex toto ſcriptus fuiſſet. Ita ꝓbat tex.in.l.1. §. ſi ex fundo. & in.l.ſi alterius.ff.de hære.inſt.facit, text.in.l.ſi ſolus.in princi.& in.l.1.&.2.ff.de acquiren. hæreditate.

574 *Declaratio.6.* Sextò intelligitur, etiã ſi turpis perſona, quæ ex parte tantũ fuerat inſtituta, haberet cohæredẽ honeſtũ, nam adhuc contra illum turpẽ querela ad reſcindẽdum teſtam. pro parte illius moueri poteſt: nã teſtam. ex poſt facto pót reſcindi pro parte, & ꝓ altera parte valere.vt.ff.hoc titu.l. circa. & ſuprà eod. l. cùm ex cauſa. cum ibi notatis. Ita tenent. Iaſ. Guili. Deci. Barto. Bald. Salice. in dict.l.fratres. gloſ.in.l. cum duobus. per tex. ibi ſuprà eod. eſtq; communis opin. tenet Paulus in dict. l.ſi fratris.

575 *Declaratio.7.* Septimò intelligitur, etiam ſi turpis illa perſona repudiaſſet portionẽ ſuam, eaq; repudiata, cohæredi ſuo, q honeſtus erat, accreuiſſet, nam adhuc contra illum ho-

576 *Querela fratri datur contra honeſtũ, cui portio turpis perſonæ accreuit, cõtra Bal. Salice. & Iaſ.* neſtum cópetere poſſet querela pro parte & portione turpis perſonæ, quæ ei accreuit. Licèt contrarium teneant Bal. Salice.& Iaſ.col. 1.in dict.l.fratres. Sed pro nobis optimè facit text.in.l. ſi Titio & ei. ff.de lega.2.vbi portio cohæredis incapacis etiam ſi repudiata fuerit, tamen non accreſcit cohæredi, quaſi repudiatio facta ab eo, qui etiam ſi velit eam habere portionem non poſſet, pro infecta habeatur. Sic ergo & in propoſito repudiatio huius turpis perſonæ, pro infecta habetur: quia & ſi ipſe portionem repudiatam vellet habere, tamen non poſſet incommutabiliter eam poſsidere, cùm contra eum pro illa portione competeret querela, & conſequenter querela competit nó ſecùs, q̃ ſi re vera ea portio repudiata non eſſet. Deinde moueor per text.in.l. mulieri & Titio.ff.de cond.& demóſ. vbi repudiatio illius portionis, quam repudians etiam ſi vellet habere nó poſſet, habetur pro infecta, quaſi in fraudem facta præſumatur, ſecundùm verum intelle. illius legis. De quo infrà in materia iuris accreſcendi. Tertiò per dict. l. circa. & dict.l. cum duobus.ſuprà hoc tit.vbi fratri pręterito facilè fraus fieri poſſet, ſi repudiatio turpis perſonæ ex parte inſtitutę eum excluderet à querela: nã turpis ille paſciſceretur cũ cohęrede honeſto, vt aliquo accepto, repudiaret, vt ſic portio repudiata, cohæredi accreſceret, excluſo fratre. Vt ergo ſi re vera repudiatio huius turpis perſonæ facta non fuiſſet, ſed ipſe potiùs adiuiſſet, cótra eum daretur huic fratri præterito querela: ita quoque dabitur, etiam ſi ille repudiaſſet, quandoquidem ea repudiatio habetur pro infecta. Nec ad rem pertinet, quòd querela non naſcatur ante aditam hæreditatem. vt in.l.ſcimus.§. fi. hoc titu. Nam agnoſco, quòd antè non naſcitur, ſed nos ponimus aditam fuiſſe hæreditatem à cohærede honeſto, cui poſtea portio turpis perſonæ accreuit, ſicque cùm adita fuerit hæreditas, nihil refert à quo adita fuerit, præſertim cùm portio, qua de agitur, reperiatur apud ipſum hæredem adeuntem. Et hæc pars quàm cótraria longè æquior eſt. Cogita tamen. Noſtram opin. intellige, quando poſt mortem teſtantis portio turpis perſonæ accreuit honeſto, ſecùs ſi viuo teſtatore accreſceret. argumento. l. poſthuma.&.l.cùm poſthumus. ff. de libe.& poſthum.

577 Octauò intelligitur, quãdo iſte frater præteritus, vel exhæredatus erat fratri teſtanti vtrinq; coniũctus. vt hîc. & dict.l. ſi pater tuus.& dict.l. cùm filium.hoc tit. &. d.l.1.ff.hoc tit.&.d.l.ſi fratris.

*Declaratio. 8.*

578 Nonò intelligitur, etiam ſi eſſet ex altero tantùm latere, paterno tamen cõiunctus.vt in.l.fratres.ſuprà eod.

*Declaratio.9.*

579 Decimò intelligitur nõ ſolùm in fratribus maſculis præteritis, ſed etiam in fœminis.vt in.§.ſoror.Inſt. hoc tit. & hîc. & dict.l.fratres.& dict.l. cùm filium. ibi, te præterita. Ratio dubitandi: quia fœminę non tam poterant teſtam.impugnare iure iſto, q̃ maſculus.vt in. l. maximum vitium.C.de lib.præteri.& in.§.1.verſic. ſed non ita.Inſt.de exhær.lib.& in.§.item vetuſtas.Inſt.de hære.abinteſtato.

*Declaratio.10.*

580 Vndecimò intelligitur, vt hoc caſu ꝑ fratrem præteritum, vel exhæredatũ infirmetur teſtam. nõ quo ad inſtitutiones
581 tantùm, ſed etiam quo ad legata & fideicõmiſſa ſingularia. Iſta eſt cõmunis opi. quam tenent Iaſo. Salice. in.d. l. ſi frater. Iacobus de Arena, Petrus, & Cinus ibid. & etiam Paul.de Caſtro.idem Ang.in authẽ.vt cùm de appell.cog.§. finali. Frãciſ. de Ramponis, & Ioan. de Imol. in.l. filio pręterito.ff.de de iniuſt.rup.Alex.n.19.in authen.ex cauſa.C.de lib.præte.& col.21. eſtq; cõmunis opi.ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà.col.2.Paulus & Alexã.in.l.ſi patroni.§.fi.ff.ad Trebel.

*Declaratio. 11.*

*Querela quæ datur fratri, infirmat teſtamentũ, etiã quo ad legata, cum cõmuni cõtra quãplures.*

Mouentur tenẽtes cõmunem primò, quia (inquiũt) in correctorijs non fit extenſio, etiam ex maioritate rationis. vt tenent glo.in authen.quas actiones.C.de ſacroſ.eccleſ.cum qua eſt cõmunis opi.ſecundùm Iaſ.ibi.& etiam ſecũdùm Iaſ.vbi ſuprà. Vnde licèt negari non poſsit, quin eo caſu quo per querelam expugnatur teſtãm.à fratre ſit longè maior ratio conſeruandorũ legatorum, q̃ ſi expugnaretur à liberis, vel aſcendẽtibus, tamen cùm conſeruatio legatorum, & fideicom. reſciſſo teſtamento ſi correctoria iuris antiqui.vt in auth.ex cauſa.C.de lib.præt. & in corpore vnde ſumitur.iũcta.l. Titia. ff. iſto tit.non ſufficit maior ratio., vt extẽdatur ad caſum in ea diſpoſitione correctoria non expreſſum.

582 Sed in cõtrarium fortiter facit: quia ſi reſciſſo ex cauſa exhæredationis vel præteritionis teſtamẽto conſeruantur legata aduerſus liberos & parẽtes querelam inoffi.teſtam.mouentes, multò magis, multoq; faciliùs conſeruabũtur aduerſus fratres: nam vbi eſt maior ratio, ibi ex vi etiã comprehenſiua idem cautum eſſe intelligitur.argum.l.his ſolis.C.de reuo.donat. vt latè reſoluit Tiraquellus de vtroq; retractu. pag. 566. idem Tiraquellus in.l.ſi vnq̃.C.de reuo.donat. in verb. libertis.n. 37. Ex cuius relatione patet hãc eſſe communem opi. Petrus & Cinus in.l.iura nõ in ſingulas.ff.de leg.& in.l.quod verò cõtra.eod.tit.& Bald.in.l.de quibus.eod.tit. & in authen.poſt fratres.2.C. de leg.hær. & in.c.quia.v.paulò ante finem. extrà.de iud.Ancha.conſi.96.col.1.Paul.conſi.83. Præſens caſus.lib.2.

*Ratio eadem cõprehẽdit caſus ex ui comprehenſiua cum cõmuni.*

Præterea caſus omiſſus gratia rarioris vſus habetur pro expreſſo ſecundũ veras & cõmunes reſol. vt per Tiraquellum & alios ſuprà relatos. Credẽdum eſt, ꝙ in.d. authẽ.ex cauſa. & in corpore vnde ſumitur. is caſus omiſſus fuerit gratia rarioris vſus, & conſequenter ꝙ habeatur pro expreſſo. Etenim ꝙ frater fratrẽ prætereat, vel exhæredet turpi perſona inſtituta, rariſsimè accidit.

Deniq; licèt hanc ſecundam partem teneat Bal.vbi ſuprà, & in eam inclinet Salicetus, dicẽs rem ita difficilẽ, vt in ea opus foret Imperatoria deciſione, tamen communis opi.tenẽda eſt. Primò, quia in correctorijs, vt dixi, etiã ex maioritate rationis ſecũdùm cõmunes opi.nõ fit extẽſio. Secundò & fortiùs, q̃a in ſpecie noſtra nõ eſt maior ratio, hoc amplius etiã par ratio nõ eſt: nã longè maiore odio dignus eſſe cẽſetur, qui eum, qui ad querelã inuitari

poteſt



poteſt, pręterijt, vel exhæredauit turpi ꝑſona inſtituta, q̃ ſi inſtitueret honeſtam perſonam. vt eſt text.elegans in.l. Pantomius.ff.ſi quis à par.fuer. manu. vbi patri præterito ſi fuit honeſta perſona inſtituta, teſtamen.non reſcinditur, ſed patri datur ſua legitima: at ſi turpis perſona eſſet inſtituta, tunc ex toto reſcinditur teſtam. patriq́; vniuerſa hæreditas defertur. Sic ergo & in propoſito, cùm turpis perſona fratre præterito hæres inſtituitur, ęquum eſt ex toto infirmari teſtamen. quaſi demens videatur, qui talem hæredem fecit, fratre omiſſo, & conſequenter reliqua in teſtamento contenta infirmẽtur, non ſecùs, q̃ ipſæ inſtitutiones.

Confirmatur ſecũdùm Iaſ. vbi ſuprà. Quia quando lex noua generaliter corrigit, non videtur comprehẽdere caſus ſpeciales in illa materia loquentes. glo. in.l. ſciendum. vbi Barto. & alij.ff. qui ſatiſd. cog.& Iaſ.col.2.in.d.l.ſi fratris.

Quartò & fortiùs, quia vera & cõmunis opi.eſt, ꝙ titulus inſtitutionis non requiritur in legitima fratrũ.vt docent docto.in auth. nouiſsima. vbi diximus hoc tit. Sic etiã & in cõſeruatione legatorũ, & fideic.& ſimiliũ.Nec ad rẽ pertinet, ꝙ fratrũ legitima recipiat augmẽtum, vel ſuppletionem, q̃n diminutè relicta fuit ſecũdùm veras & cõmunes opi.vt diximus in d.auth.nouiſsima.ꝑ tex.in.l.omnimodo. hoc tit.ibi, vel alijs ꝑſonis. Nã illud ideo, quia per legẽ nouã expreſsim prouiſum fuit, vt quo ad legitimę ſupplemẽtum fratres æquiparẽtur liberis & parẽtibus. Nõ quoq; obſtat, ꝙ ſecũdùm veras & cõmunes opin.fratrũ quoq; legitima aucta ſit, non ſecùs, q̃ legitima liberorũ, & parentum, vt ſimiliter diximus in.d. authẽ.nouiſsima.Nam illud ideo, quia in. d. auth. de triẽte & ſemi.§.1.expreſſum eſt, ꝙ illud augmentum contingat in omnibus perſonis, quæ ad querelã quoquo modo vocari poſſunt, quales ſunt etiam fratres, nõ aliter atq; liberi, vel parẽtes: ſed in propoſito nulla lege cauetur expreſsim, ꝙ reſciſsio, quæ contingit, quando frater præteritur turpi perſona inſtituta, æquiparetur reſciſsioni, quæ contingit, quando parentes, vel liberi honeſta perſona inſtituta prætereuntur, vel exhæredãtur, nec eſt eadem ratio, vt dixi.

583 Intellige.12.hanc concluſionem affirmatiuam, vt detur querela nõ ſolùm fratri exhæredato, ſed etiam fratri pręterito, ſecundùm Sali.& docto. cõmuniter. vbi ſuprà.& Paul. & docto.cõmuniter, vt ſuprà diximus in prima regula.Ita Bar. Bal. Guil.Iaſ.& communiter doct.in.d.l. fratres.& Paul.in.d.l.ſi fratris.

*Declaratio.12.*

584 Intellige.13.etiam ſi frater præteritus, vel exhæredatus non eſſet agnatus fratri teſtanti.vt in.d.l.fratres.ibi, durante vel non agnatione.quale eſt, ſi fortè eorum alter à patre communi fuerat emancipatus, eratq́; fortis ratio dubitandi: nam fratres non agnati inter ſe non poſſunt ſuccedere de iure ciuili. vt per totum Inſtit. de leg.ag. ſucc. & per totum. ff. vnde legiti.& de ſuis & legi.hæred.vnde querela cùm ſit remedium iuris ciuilis.l.2.cũ glo. ſuprà eod. nõ deberet accommodari ijs, qui abinteſtato de iure ciuili nõ poſſunt ſuccedere: quia qui abinteſtato ſuccedere non poteſt, is longè minùs contra teſtam.poteſt ſuccedere.l. in arenã. hoc tit. §.eadem.Inſt.de hær.ab.

*Declaratio.13.*

585 Intellige.14. ꝙ frater præteritus poterit querelam mouere, quãdo turpis perſona fuit inſtituta, etiam ſi ipſe præteritus eſſet turpis, ſi tamen teſtator turpis quoq; perſona erat ſecũdùm quoſdam. Nam ſi præterito querelanti obijciatur ab hærede turpi ꝙ ipſe quoq; turpis erat, replicabitur, ꝙ teſtator etiam erat turpis perſona, nec turpis perſona repellitur à ſucceſsione inteſtati illius, qui ſimiliter turpis erat. Sed in contrarium eſt veritas. Nam vt ſi omnes tres, tam teſtator, quàm hæres, & etiam frater præteritus eſſent honeſti, tũc ceſſaret querela, vt in dict.l.fratres.

*Declaratio.14.*

ita quoq; ceſſat, quãdo omnes tres eſſent turpes, vel infames, data per contrarium paritate terminorum.

586 *Declaratio.15.* Amplia.15. ꝙ teſtam. rumpatur ex toto, & non vſq; ad legitimã tantùm fratris præteriti. Iſta eſt vera & cõmunis opi. ſecundũ Iaſ. vbi ſuprà. n.8. argu. in. l. Pantomius. ff. ſi qs à par. fuer. manu. dixi ĩ auth. nouiſsima. C. de inof. teſta. facit. l. ſi maritus. ſuprà eod. & l. fi. verſic. ꝙ ſi fuiſſet. C. de lib. præt.

587 *Declaratio.16.* Amplia.16. vt non ſolùm detur querela ipſi præterito, ſed ꝙ eam tranſmittat ad hæredes. text. eſt in. l. ſi pater tuus. ſuprà eod. Intellige tamen ꝙ tranſmittitur ſi ſit præparata, aliàs ſecùs. Nam licèt ad liberos tranſmittatur hodie querela non præparata, tamen procedit, quando is, qui ad querelam inuitabatur, erat d̃ liberis eius, cuius de ſucceſsione agitur, & etiam agebatur, vt ad liberos ſuos tranſmitteret, aliàs ſecùs. ſecundùm cõmunes & veras opi. Ita tenent cõmuniter doct. in. l. ſi pater tuus. vbi diximus ſuprà eod.

588 *Declaratio.17.* Intellige.17. etiam ſi is frater pręteritus eſſet à patre cõmuni emancipatus, & per hoc agnationis ius eſſet ſublatũ, ſi tamen poſtea readoptatus fuiſſet ab ipſo patre emãcipante, nã tunc ius agnationis adeò inſtauratur, vt nunq̃ amiſſum fuiſſe videatur, & idem filius non nouus filius patri intelligatur. text. not. in. l. filio quem. ff. de lib. & poſth. l. non putauit. §. ſi quis emancipatum. ff. de bo. poſſ. contra tab. & conſequenter contra teſtamen. fratris, qui hunc fratrem turpi perſona inſtituta præterijt, querela dabitur, non ſecùs, q̃ ſi re vera frater teſtator à patre communi emancipatus nunq̃ fuiſſet.

589 *Declaratio.18.* Amplia.18. ſecundũ Paul. in. d. l. ſi fratris. & Guili. de Cunio. in dict. l. fratres. vt procedat, etiam ſi frater iſte aliquid, minus tamen legitima ex teſtamento fratris recepiſſet, nam adhuc querelam mouere poſſet turpi perſona inſtituta. Contrarium tenet Iaſ. vbi ſuprà. & docto. magis communiter. vt dixi in auth. nouiſsima. & in. l. omnimodo. hoc titu. latè Rodericus Xuarez in. l. quoniã in prioribus. fol. 4. qui tenent, ꝙ talis frater ad ſupplementum legitimæ agere, non querelam mouere poteſt. argum. l. omnimodo. ibi, vel alijs perſonis, quibus eadem actio competere poterat. vbi patet, ꝙ ius agẽdi ad ſupplementum inuẽtum fuit & accõmodatum ad excludendam querelam, quæ poterat intentari olim non ſolùm à liberis, & parẽtibus, ſed etiã à fratribus. Quod & probatur ratione: quia aliàs eſſent melioris conditionis fratres tranſuerſi, q̃ liberi, vel parentes, quod ſatis abſurdum eſſet. Sicq; vera eſt communis opi. cõtra Paul. & Guili. Nunc autẽ neutram partem firmo: nam contra cõmunem fortiter facit l. Panto. ff. ſi quis à paren. fu. ma. & l. noſtra. & d. l. omnimodo. non comprehendunt caſus ſpecialem prouiſionẽ habentes. l. in fraudem. ff. de mil. teſtam.

590 *Declaratio.19.* Amplia.19. ſecundùm eund. Paul. vbi ſuprà. vt querela detur huic fratri præterito, etiam ſi integram legitimam ex teſtamento fratris turpem perſonam inſtituẽtis recepiſſet. argum. dict. l. Pantomius. ff. ſi quis à par. fuer. manumi. Sed hæc amplia. indubitãter vera nõ eſt, retenta communi ſententia, de qua proximè diſſerebamus. Cogita tamen.

591 *Declaratio.20. cum communi opinione.* Amplia.20. vt procedat, etiam ſi appoſita eſſet clauſula codicillaris, quæ apponi ſolet ex cõmuni ſtilo notariorũ, quæq; includit, vt veniẽtes abinteſtato huic hæredi turpi reſtituant vniuerſam hæreditatem, ſi fortè id teſtam. vel non valeat, vel querela reſcindatur. Nam hoc caſu frater iſte honeſtus, qui querelam regulariter mouere poteſt, reſciſſo per querelam teſtamento, non tenebitur tãquam ex cauſa fideicommiſ. vni. reſtituere vniuerſam hæreditatem huic hæredi infami, qui fuerat inſtitutus, ne facilè hac via fraus fieret huit legi. Ita tenent Paulus conſil. 61. Quo ad primum videtur. & Ange. in authen.



then. ex cauſa. in. 6. colum. C. de libe. præte. quos refert & ſequitur Iaſo. vbi ſuprà. col. 2. qui hanc dicit communem opi.

Vnde infertur, ꝙ ſi frater eſſet inſtitutus, et iuſſus turpi ꝑſonę reſtituere vniuerſam hæreditatem, tale fideicom. vni. non valeret. Quod ipſe admitterem, quando is frater prohibitus eſſet deducere Trebellianicam, ſin minus, tunc magis dubium. Conſtat autem teſtatorẽ hodie poſſe prohibere Trebellianicam non ſecùs, q̃ falc. ſecundùm communem opi. docto. in authen. ſed cùm teſtator. C. ad leg. fal. vt per Corneum & communiter docto. ibi.

592 *Declaratio.21.* Amplia.21. vt procedat in vſurario à teſtatore inſtituto, is enim præſumitur vel intelligitur turpis perſona, et contra eum

593 *Vſurarius eſt turpis ꝑſona cũ cõmuni.* fratri daretur querela. ſecũdùm Iaſ. vbi ſuprà. col. fi. Bal. & Sali. in. l. improbũ. C. qui not. infa. Anto. in cap. Rainutius. extrà. de teſtament.

594 *Filius ſacerdotis eſt turpis perſona cum cõmuni.* Amplia.22. vt procedat in filio ſacerdotis, ſecũdùm Iaſ. vbi ſuprà in fi. vt fratri cõtra eum quaſi contra turpẽ perſonam detur querela, quaſi de facto infamis intelligatur. vt ꝑ Nicol. de Vbaldis. in tracta. de ſucceſ. abinteſtato. col. 26. in. 4. ſpecie filiorũ. Azo in ſumma. C. q not. infa. Bal. in. l. generaliter. §. cũ autẽ. C. de inſti. & ſubſti.

595 *Concubina an ſit turpis perſona.* Amplia.23. vt procedat in concubina teſtatoris, cõtra quã quaſi cõtra turpẽ perſonã daretur fratri querela, ſecũdùm Iaſ. vbi ſuprà col. fi. & Ange. in. d. l. fratres. idẽ Angelus in. l. 1. ff. hoc tit. Quod ſuſpectũ eſt, quia iure ciuili cõcubinatus erat permiſſus. vt per totum. ff. de concubi.

596 *Emancipationis et patriæ poteſt. diff. eſt ſublata tantùm in ſucceſsione abinteſt. cum cõmuni.* Limit. primò ſecũdùm Iaſ. & alios cõmuniter vbi ſuprà. & ſecũdùm Iaſ. & cõmuniter doct. in. l. fratres. ſuprà eod. vt nõ procedat in fratribus vterinis, qui præteriti nõ poſſunt mouere querelã, etiã ſi eſſet inſtituta turpis perſona. Ita eſt tex. in. d. l. fratres. Neq; ad rem pertinet, ꝙ hodie ſit ſublata differẽtia emãcipationis, & patrię põt. vt in authẽ. de hære. ab. veni. §. nullã verò. Nam illud procedit in ſucceſsionibus abinteſtato, ſecùs in ſucceſsionibus cõtra teſtam. Ita tenẽt gl. & cõiter docto. d. l. ſi fratris. gl. & cõmuniter doct. in. l. fratres. iſto tit. gl. & cõiter doct. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſth. latè Corneus in. l. ſi emancipati. C. de collati. vbi plures diffe. enumerat num. 10. verſi. vndecima diffe. idem Corneus in. l. fin. C. de rep. hær. idem Cor. in. l. 3. n. 4. C. de iure. delib. vbi hanc dicit communem opi.

597 Limita.2. in ſucceſsione, quam prætenderet cõtra tale teſtam. filius fratris teſtatoris turpi perſona inſtituta, is enim non auditur, vt dixi. Nec ad rem pertinet, ꝙ filius per repreſentationem aſcendat locum patris. Nam illud procedit regulariter in deſcẽdentibus, ſecùs in tranſuerſis. vt in. §. cùm autem filius. Inſtit. de hære. ab. & etiam aliquando in trãſuerſis in ſucceſsione tantùm abinteſtato, non in ſucceſsione ex teſtamẽto, id eſt, cõtra teſtam. Ita tenetur cõmuniter, vt patet ex relatione Iaſ. in. d. l. fratres. n. 5. Bar. in authẽ. poſt fratres autem. C. de leg. hær. Cinus in authen. ceſſante. eod. tit. Bal. in. l. 3. C. de leg. hær. Ioan. Faber in dict. §. cùm filius. Inſti. de hær. abi. Nicol. de Neap. in. §. 1. Inſti. de leg. ag. ſucceſ. Ioan. Faber. in. §. cæterùm. eod. titulo. *Limita.2.*

598 Limita.3. ſecũdùm Iaſ. in. d. l. fratres. in fratribus naturalibus tantùm, hi. n. non habent querelam. Quod dic. vt ſuprà. *Limita.3.*

599 Limit.4. ſecũdùm Iaſ. in. d. l. fratres. in fratribus legitimatis. Quod dic vt ſuprà. *Limit.4.*

600 *Pœnitentia excludit querelã cũ communi.* Limita.5. ſecundùm Iaſ. in. d. l. fratres. quando hæres, qui tẽpore teſtamenti, vel antea erat turpis perſona, ſed tamen poſtea viuo etiam teſtatore redactus fuit ad frugem melioris vitæ, tunc enim frater præteritus non poteſt aduerſus talem, qui iam emendatus eſt, querelam mouere: nam qui emendatus eſt, laudabilior eſt eo, qui nunquàm peccauit. l. Imperialis. in princip. C. de ſecund. nupti. Idem tenet Baldus in dict. l. fratres. & Ioannes Faber. in. §. ſoror. Inſtitu. hoc titulo. idem

Iaſ.in.l.in arenam.hoc tit. vbi diximus.

601 *Limita.6.* Limita.6.niſi huic fratri integra legiti-
ma relicta eſſet, nam tunc etiam contra
turpem hæredem querelam mouere nõ
poſſet.Ita tenent Bald. vbi ſuprà.Roderi-
cus Xuarez in.l. quoniã in prioribus. fol.
4.hoc titulo.

Contrarium tenent Guili. de Cunio.
& Iaſ.in dict.l.fratres.n.6. & Paulus in.d.
l.ſi fratris. quia ſecundùm eos non reperi
tur in iure expreſſum de legitima fratrũ.
Sed errant ſecundùm Roderic.vbi ſuprà.
nam imò expreſſum eſt in authen. de hæ
re.& fal.§.primũ itaq;. collatione.1. & te-
net gloſ. in dict. authen.§. ſi verò expreſ-
ſim.facit text.ibid.nõ autem excepimus.
Et opinio Bald. probatur expreſsim in.l.
omnimodo. in verb.vel alijs.hoc tit.

602 *Limita. 7.* Limit.7. niſi huic fratri aliquid etiam
minus legitima relictum eſſet. per dict.l.
omnimodo.eſtq; magis cõmunis opi. vt
ſuprà dixi.licèt cõtrarium,et malè,teneat
Paul.ibi in.d.l. ſi fratris. ſecũdùm quoſd.
cuius opi. defendi poteſt.

603 *Limit. 8.* Limita.8.niſi etiam ipſe frater eſſet tur
pis perſona.ſecundùm Iaſ.in.d.l.in arenã.
hoc tit.eſtq; magis cõmunis opi.vt ibi di-
ximus.tenent gl.& Sali.& alij in. d. l. fra-
tres.Ange.in.l.1.ff.hoc tit.Bal.in.l. impro
bum.C.qui not.infa.probatur in.l.in are
nam.& probatur ratione. Nam vt ſi tam
frater præteritus q̃ hæres inſtitutus fuiſ-
ſent honeſti,ceſſaret querela.vt in.d.l. fra
tres.ita quoq; per cõtrarium ſi ambo ſint
turpes, ceſſare debet,cùm ſit par ratio,pa
ritasq; terminorum.Nam ſecũdùm Sallu
ſtium. Qui eſt in alterum dicere paratus,
vitio carere debet.facit. l. ſed & milites.§.
coæqualitas.ff.de excu.tuto.

604 *Limita. 9.* Limita.9.niſi turpis hæres eſſet etiã fra
ter teſtatoris, & ſic eſſet abinteſtato ſuc-
ceſſurus,tũc.n.ceſſaret querela.ſecũdùm
Iaſ.ibid.ſ.in.d.l.fratres.col.pe.tenẽt Paul.
vbi.ſ.& glo.& Paul.in.l.Titia. ff. hoc tit.

Ratio:quia negari non põt,quin turpi
tudo non repellat à ſucceſsione inteſtati.
l.cognatis.ff. de reb. dub.l.in arenã. hoc
tit.ergo lõgè minus à ſucceſsione ex teſta
mẽto,quę eſt fauorabilior,q̃ ſucceſsio ab
inteſtato.l.quãdiu.ff.de acqui.hær.& ex-
preſſa vol.fortior eſt,q̃ tacita.l. cùm ex fi-
lio.§.1.ff.de vulg. Vnde ſi turpis perſona,
quæ tacitam tantũ vol.habet in ſucceſsio
ne inteſtati nõ repellitur,longè minus re
pelletur à ſucceſsione teſtati, cùm tunc
habeat vol.expreſſam.

605 *Limita.10.* Limita.10.niſi frater pręteritus eſſet in-
gratus,tunc.n.etiam cõtra turpem hære-
dem querelam mouere nõ poſſet. Ita te-
nent glo.& doct.cõmuniter in.d.l.ſi fra-
ter.& glo.& doct.in auth.nõ licet.C.de li
be.præt. Cauſas autẽ ingratitudinis in fra
tre habes enumeratas in auth.de nupti.§.
ingratitudinem.Idq; dupliciter intelligi-
tur. Primò, quando cauſa ingratitudinis
fuit expreſſa in teſtamẽto. argum.authẽ.
vt cùm de appell.cog.§.aliud quoq;. col-
lat.8. Secũdò,etiam ſi in teſtamento ex-
preſſa nõ eſſet ſecũdùm Iaſ.n.7.in.d.l.fra-
tres.vbi Sali.2.&.3.q.eſtq; cõmunis opin.
vt per Iaſ.ibi. In cõtrarium fortiter facit,
quia ingratitudo nõ poteſt obijci ab hæ-
rede,niſi per teſtatorẽ eſſet expreſſa. vt in
l.omnimodo.& in.l.ſi quis filiũ.hoc titu.
in auth.vt cùm de appell.cog.§.cauſas. &
§.aliud quoq;. Sed reſpon. refert vtrùm
quis hæredem velit excludere, quaſi ipſe
actor, ideq; filius indignus eſſet vt exhæ-
redaretur,vel præteriretur,vt tunc ab hæ
rede obijci nõ poſsit ea ingratitudo, quæ
à teſtatore expreſſa nõ fuit: an verò velit
hæredẽ excludere, quaſi ipſe hæres indi-
gnus fuerit honore inſtitutionis, vt tunc
id vitiũ obijci non poſsit ab eo,qui ſimili
vitio,morboq; laborat. Præterea vt ſi am
bo eſſent honeſti,tũc ceſſaret querela, ita
quoq; ſi ambo turpes exiſtãt.Nec eſt,cur
magis actor admittatur ad probandam
ingratitudinem rei, q̃ reus ad probãdam
ingratitudinem actoris,quinimò faciliùs
reus admitti deberet.argum.cap. fauora-
biliores.extrà.de reg.iur.

Limi-



606 *Limita.11.* Limit.11. niſi is frater teſtaretur de pe
culio caſtrẽſi,vel quaſi, tunc enim ceſſa-
ret querela.vt in.l. fina. infrà hoc titulo.
Qua ratione idem quoq; dicendum vi-
detur in clericis teſtantibus de ſuo pecu
lio,quod quaſi caſtrenſi aſsimilatur. ſe-
cundùm Iaſ.dict.l.ſi fratris. nu.7. Ange.
in.l.1.ff.eod. Panormita.in cap.quia nos.
de teſtament.

607 *Limita. 12.* Limita. 12. quando ſeruus teſtatoris
fuit hæres ſcriptus, is enim licèt turpis eſ
ſet perſona,adhuc tamen nõ daretur cõ-
tra eum querela, quaſi querela iſta non
tam aduerſus neceſſarios,q̃ aduerſus võ
luntarios hæredes competat. Ita probat
l.fratres.ſuprà eod.l.3. titul.8.partit.6.

608 *Turpis quis dicatur.* Quæ autem dicantur eſſe turpes per-
ſonæ, vt contra eas fratri detur querela,
varij varia dicunt. Alij enim tenent,
quòd damnatus de crimine. Alij, quòd
vſurarij & ſimiles. Alij etiam,quòd da-
mnatus iudicio tutelæ. Itẽ depoſiti.Alij
quòd cõcubina teſtatoris,vel etiam me-
retrix.Item filius etiam ſacerdotis,& alij
quamplures. Quod dic vt per Iaſ.in dic.
l.fratres.in fin.Angel.in.l.1.ff.hoc titulo.
Ioan.Faber. in.§. ſoror. Inſtit.eodem.

*Turpi perſona ex parte tantũ inſtituta,frater etiã ex parte inſtitutus querelam habet ſecũdũ quoſdam,nos cõtrà cũ communi.*

Deniq; dum ſuprà attigimus de turpi
perſona hærede ſcripta,nobis hæc ſentẽ-
tia ſedet, vt putemus turpem perſonam
incapacem eſſe quo ad hoc,vt hæres ſcri
batur ab eo,qui fratres cõſanguineos ha
bebat: vnde non refert ex parte tantùm
is turpis ſit ſcriptus, an verò ex aſſe: nec
refert cùm ex parte hæres ſcribitur,vtrũ
fratrem teſtantis cohęredem haberet,an
alium. Ita probant in ſui generalitate.l.
ſi pater tuus.l.cùm filium. ſecũdùm vnũ
intellectum.l.ſi fratris.&.l.fratres.hoc ti
tulo.§.ſoror.Inſti.eod.l.Papinianus.§.ſed
neq; impuberis.ff.eodem titul.Septimò
facit in ſui generalitate.l.2.titul.8.part.6.
Octauò & fortiùs.l. Pantomius. ff.ſi q̃s
à paren.nam de iure ciuili olim cognati
non ſuccedebant cognatis inteſtatis,ſed
hi tantùm per prętorem vocabantur per
totum.ff.vnde cog.&.C.vnde legi.&vn
de cog.& Inſtit.de ſucceſsione cog.Vn-
de pater poſtquàm filium emancipauit,
de iure ciuili non poſſet filio emancipa-
to abinteſtato ſuccedere, & lõgè minus
contra teſtament.vt in.§.eadem.Inſti.de
hær.ab.& in.l. in arenam. hoc titul.præ-
ſertim cùm querela ſit remediũ iuris ciui
lis,quod non accomodatur ijs, qui iure
tantùm pętorio vocãtur.l. 2. vbi tradit
gloſ.& omnes ſequuntur.ſuprà iſto titu
lo.Vnde pater, qui filium emancipauit,
ad eius ſucceſsionem admitti iure ciuili
non poterat abinteſtato, nec cõtra teſta-
ment. iure autem pętorio ex capite tan
tùm vnde cognati admittebatur abinte
ſtato, ſed contra teſtamen.minimè, cùm
cognatorum nullus poſſet impugnare
teſtament.ſed tantùm liberi,aut aſcendẽ
tes,aut tranſuerſi,agnati tamen.dict.l.fra
tres. ſecundùm diſtinctio. de qua ibi.l.1.
ff.de inofficioſ. teſtament.

Vnde pętor cœpit vocare ad certam
partem hæreditatis hunc patrem eman-
cipatorem, nõ ſecùs,quàm patronus in-
uitabatur ad partem hæreditatis liberti.
vt in.l.1.in prin.ff. ſi quis à parẽt. Quod
limitatur, quãdo à filio turpis hæres ſcri
ptus eſſet, nam tunc is pater ad totam fi-
lij hæreditatem inuitatur.vt dict.l. Pan-
tomius.nulla facta diſtinctiõe,vtrùm a-
liquid patri eſſet relictum, vel nõ,ſed po
tiùs quaſi ille turpis incapax ſit, patre in
medio exiſtente: ergo ſimiliter fratre cõ
ſanguineo in medio exiſtente incapax
eſt hæreditatis, hæreditariæue portionis
quiſq; perſona turpis, ſicq; frater ille ad
totum inuitabitur.

Facit nono loco, quia teſtandi facul-
tas data fuit hominibus ex gratia, & di-
ſpenſatione,vt docemur ſuprà.§.2.in pr.
qua gratia,& diſpenſatione indignus eſt
qui fratre in medio exiſtẽte,turpem hæ-
redem ex aſſe,vel ex parte fecit.Sicq; hoc
caſu intelligo huic teſtatori denegatam
teſtamenti factionem actiuam odio ſui,


aut

aut illi turpi perſonæ denegatam videri
teſtamenti factionem paſsiuam, vel vtrũ
que cõcurrere, vt neq; iſte videatur hoc
caſu teſtari potuiſſe, neq; ille ex teſtamẽ
to capere valuiſſe, vt ſic nil ad rẽ ꝑtineat
ꝙ frater aliqua ex parte eſſet hæres ſcri-
ptus. Quod nota ad.d.ſ. ampliatione.18.
Sicq́; hac in re tenemus contra cõem op.
vt ſuprà.n.589.in.d.ampli.18. Quæ tamẽ
omnia licèt iure. ff. procederẽt, tamẽ iu-
re Codicis verior eſt cõis op. per. l. omni
modo. ſuprà eod. ibi, vel alijs perſonis. v-
bi omnibus perſonis, quæ iure. ff. ad que
relã inofficioſi admitti poterant, hodie
denegatur querela eo caſu, quo aliquid
à teſtatore eis fuit relictũ, & loco quere-
læ legitimæ tantũ ſupplementũ concedi
tur: ꝙ ſi fratri nil relictũ eſſet, tunc ceſſat
ſupplementũ. vt. d. l. omnimodo. & con
ſequẽter ꝑ leges veteres ex toto infirma-
tur teſtam. ſicq́; ꝓcedit. d. l. Pantomius.
vt pleniùs. j. §. 20. n. 215. cũ ſeq. In patre aũt
reſpectu filij emãcipati diſtinguerẽ. Nã
aut nil ſibi relictũ fuit, aut fuit relictum,
& hoc caſu, aut honeſta perſona fuit in-
ſtituta, aut turpis. Stat ergo ex ſuperiori-
bus, ꝙ in perſona quoq; fratris ſecundũ
quorundam opin. hæc. l. locum habet.

*Intelle. l. omnimodo. & huius. l.*

Quorum opinione (licèt nobis diſpli
cuerit) retenta, ſequitur, ꝙ ſi fratri reli-
ctum ſit ſub conditione, tñ dato hærede
vel cohærede turpi, tunc ceſſat querela.
Sed ſiue minus fuerit legitima portione
qđ huic fratri relictũ fuerit, ſupplebitur
ꝑ. l. omnimodo. ſ. eod. ſiue ſub cõditione
relictũ fuerit, cõditio ꝑ hanc legẽ reijcie
tur, eſtq́; neceſſaria ampliatio. Sed ſi te-
ſtator expreſsit ſe minus legitima portio
ne huic fratri reliq̃ſſe, vel ſub cõditione
reliquiſſe, q̃a erat iuſta cauſa expreſſa in-
gratus, quæ cauſa ab hærede illo turpi ꝓ
bata poſteà fuit, tunc nec conditio per
hãc legẽ reijcietur, nec legitima per. d. l.
omnimodo. ſupplebitur. vt ibi ꝓbatur.
Facit. l. maximũ vitiũ. verſ. & ſi ſcđm. C.
de lib. præt. Per qđ limitãtur hęc. l. & illa.

609 Quæro q̃d ſi ſub cõditione filiã hære
dẽ ſcripſi, quæ quidẽ filia turpiter & lu-
xurioſè vixit, an de eius inſtitutione ſaltẽ
quo ad legitimã reijciatur cõditio ꝑ. l. no
ſtrã? Mouet quæſtionẽ (quã nõ memini
tactã legiſſe) ꝙ talis filia impunè, libere-
q́; poſsit exhæredari, vt mox ꝓbabo. Er-
go cui poſsũ abnegare ex toto ſucceſsio
nẽ meã, longè faciliùs potero eã ſub con
ditione, dilatione, aut quouis onere, vel
moderamine relinquere. l. quoties. C. de
donati. quæ ſub. l. 1. §. pe. ff. de lega. 3. l. ſi
fundum per fideic. aliàs incipit. Si Titio
pecunia. §. ſicuti. vbi text. ſing. cum lege
ſeq. ff. de lega. 1. l. cõficiũtur. poſt prin. ff.
de iure codicill. Per cõtrariũ videtur, vt
talis cõditio reijciatur: quia licèt de po-
teſtate teſtatoris certi eſſe poſſemus. vt
dd. ll. & probatur nominatim in. l. in are
nã. C. de inoffi. teſt. vbi filius arenarius li
cèt abinteſtato poſsit ſuccedere, tamen
cõtra teſtam. ſuccedere nõ poteſt, eo ca-
ſu, quo exhæredatus, vel etiã præteritus
eſſet, ſecũdũ quoſdã. tamen illud proce-
dit inſpecta poteſtate teſtatoris: verùm
nõ ſatis certi ſumus, an plenitudine po-
teſtatis hac in re vti voluerit, præſertim
cũ mortis cogitatione turbatus, præſu-
matur adijcere cõditiones à lege impro-
batas. argu. l. hac cõſultiſ. §. at cùm huma
na. C. qui teſtam. facere poſ. facit text. in
auth. de triẽ. & ſe. §. illud. ideoq́; tales con
ditiones improbatæ licèt vitiẽt cõtract⁹
l. non ſolũ. ff. de act. & oblig. nõ tñ vitiãt
vlt. vol. l. 3. ff. de cõd. & dem. l. 1. l. cõditio-
nes. l. ſi filius. ff. de cõd. inſti. Sic & in hac
ſpecie conditio appoſita in inſtitutione
huius filiæ videtur reijcienda per. l. no-
ſtram, quaſi cũ omnes ſciant has condi-
tiones in inſtitutione filiorum non poſ-
ſe poni, ſi contra iuris ciuilis regulas à te
ſtatore apponantur, id feciſſe per mortis
turbationem videatur.

*Onus non reijcitur de inſtitutione filiæ quæ tur piter uixit.*

Sed cõtrariũ tenẽdũ eſt, q̃a teſtator id
velle præſumitur, quod expreſsit. §. ſin
autem ad deficientis. C. de cadu. tollen.
l. La-



l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. non aliter.
ff. de legatis tertio. Et licèt ab hac regula
recedamus, quando conditio improba-
tur à lege, tamen in ſpecie noſtra nõ im-
ꝓbatur eo caſu, quo filia turpiter viuit.
Præterea cùm hoc caſu (vt illicò proba-
bimus) teſtament. per appoſitionem ta-
lis conditionis nullo iure poſſet pericli-
tari, ceſſat. l. noſtra, quę ijs tantùm ſubue
nit caſibus, quibus teſtamen. poterat in
firmari. vt diximus ſuprà in præfationi-
bus. An autem filia turpiter viuens poſ-
ſit exhæredari, traditur in. l. ſi filiam. C. đ
inofficioſ. teſtamento. Pro nobis text. in
610 l. 3. ff. de milit. teſtamento.

*Filia turpiter uiuens, uel ſine patris conſenſu nubens, quando poſſit exhæredari iure cõmuni, uel regio cum cõmuni.*

Et ex illa dic. l. ſi filiam. notatur, quòd
filia, quæ turpiter, & luxurioſè viuit, po-
teſt à patre exhæredari. Ad idem textus
in authenti. vt cùm de appellatione co-
gnoſ. §. aliud quoque. verſic. cauſas. col-
latione. 8. facit text. in. l. 3. §. ſi emancipa-
tus. ff. de contra tabul. bon. poſ. facit tex.
in. l. 5. titul. 7. part. 6. & l. 2. & l. 4. titul. de
los matrimonios. lib. 5. ordinament. & l.
5. titulo de los caſamientos. libr. 3. fori. &
l. 10. titul. 1. part. 4. Ita tenent ibid. ſcilicet
in dict. l. ſi filiam. Ioannes Faber. Butrig.
Alberi. Odofre. Cinus, Petr. de Bell. Bart.
Bald. Angel. Salicet. Fulgoſ. Paul. & Iaſo.
Hæc concluſio intelligitur ſecundùm
eoſd. cõmuniter. Primò in filia, quæ tur-
piter, inhoneſtè, flagitioſeq́; viueret, velu
ti ſi eſſet in lupanari meretricum more. ꝑ
illum text. ibi, cum flagitioſa fœditate.
Secundò intelligitur ſecundùm eoſdem
vt procedat, etiam ſi ſine cõſenſu patris
viliter nuberet. vt in authent. ſed ſi poſt
viginti. in eodem titu. argument. text. in
dict. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra ta-
bul. bon. poſ. veluti ſi homini ſeruo nu-
beret, vel infami, cùm ipſa nobilis eſſet,
vel honeſtæ conditionis. Tertiò intelli-
gitur, etiam ſi viro honeſto nuberet, ſi ta
men id faceret ſine conſenſu patris, ſecũ
dùm communiter doctor. ibi. dict. l. ſi fi-
liam. argument. illius authent. quæ ſta-
tim ſequitur. & per text. in authen. vt cũ
de appella. cognoſ. §. cauſas. verſic. ſed ſi
poſt viginti. & dict. l. 5. tit. 7. part. 6. Quar
tò intelligitur etiam in filioſ. ſi tamen i-
gnominioſam duceret vxorẽ. argumẽ.
dict. §. ſi emancipatus. Quæ omnia non
ſimpliciter procedunt, ſed ſecundùm di
ſtinct. quas dicemus infrà. & facit dict.
authent. ſed ſi poſt viginti. Quintò intel
lige vt procedat, etiam ſi pater huius fi-
lięſ. quę turpiter viuit, eſſet publicus me
retricator, & ſic ſimiliter turpiter viue-
ret: quia in maribus non tam exactè deſi
deratur caſtitas, ſicut in fœminis, ſecun-
dùm Ange. Cinum, Guiliel. de Cunio. in
dict. l. ſi filiam. Bald. Fabrum, & Petrum
ibid. eſtq́; communis opin. argument. l.
qui vxorem. C. ad Orfici. & tenet etiam
Fulg. in dict. authent. ſed ſi poſt viginti.
& Iaſ. in. l. in arenam. num. 10. hoc titul.
vbi Fulgoſius in fin. Maior enim caſtitas
ſecundùm mores hominum in maſculis
quàm in fœminis deſideratur. ſecũdùm
gloſ. in. l. palàm. §. qui in adulterio. ff. de
ritu nupt.

Intellige. 6. vt procedat etiam in ma-
tre huius filiæ, quæ turpiter viuebat, li-
cèt ipſa mater ſimiliter turpẽ vitã agere
cœpiſſet, ſi tñ emẽdata eſſet. Ita tenẽt cõi
ter doct. vbi ſuprà. quales ſunt Ang. Cin.
& Guili. de Cunio. & Petr. & Bal. & Ioã.
Faber. quaſi vltima conſuetudo inſpiciẽ
da ſit. argumen. l. Mela. in fin. prin. cum
gl. ff. de adimend. legat. & quia emenda-
tus ſimilis eſt ei, qui nunquam peccauit.
argument. l. imperialis. in princip. & §. 1.
C. de nupti. ſentiunt doct. ſuprà allegat.
in dict. l. ſi filiam.

*Mater filiã turpiter uiuentem quãdo poßit exhæredare contra communem.*

611 Sed dubium eſt, quando oporteat ma
trem fuiſſe emendatam, vtrùm ante te-
ſtament. an verò tempore teſtamenti, an
fortè tempore mortis? Et doctores com-
muniter, de quibus modò mentionem
fecimus, tenent, quòd ſufficit ſi tempo-
re mortis mater teſtatrix emendata repe
riatur. Quod ſuſpectum, minusq́; verũ
puto:

puto, quia ſecundùm omnes, vt ſtatim dicam, hæc dict. lex. ſi filiam. non procedit, quando mater teſtatrix turpem vitã ageret, non ſecùs, quàm filia ſua, tunc enim non poſſet ratione turpitudinis filiam exhæredare. vt in. l. in arenam. hoc titu. Et licèt id limitetur non procedere, quando ipſa mater emendata eſſet, tamẽ oportebat emendatam iam fuiſſe tempore teſtamẽti illius, quo ſcriberetur exhæredatio, ne aliàs tunc iniuſta, & inofficioſa videretur mater, quæ turpitudinẽ in ſe ipſa admiſſam, in filia ſua improbaret, contra dict. l. in arenam. & contra authent. vt cùm de appella. cog. §. cauſas. verſi. ſi præter. & l. ſi dolo. ff. de dolo. ergo oportebat, quòd iam tempore teſtamenti teſtatrix emendata eſſet. Pro nobis, quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi ſecundùm tempus verbi. l. miles. ff. de milit. teſtamento. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. act. Bar. in. l. ex facto. in princip. ff. de vulg. vnde cùm. d. l. in arenam. & dict. verſi. ſi præter. dicant, quòd turpiter viuens alium ſimilis turpitudinis cauſa exhæredare non poteſt, intelligemus, quando ſimilis turpitudo erat tempore quo res agitur. Et cogita, quia nullus ita declarat.

*Pœnitentia delicti non eneruat exhæredationem contra communem cum altera ferè communi. Intellige, quãdo in alterum cõmittitur, ſecùs ſi in ſemet, cum communi.*

612 Limit. primò. Nam licèt filia, quæ in ſuum corpus peccauit, non debeat ali à patre, nec dotari ſecundùm Speculat. in titulo. qui filij ſint legit. §. pen. verſi. quid ſi filia peccauerit. & Bald. in. l. fi. C. de dotis promiſ. tamen ſi pœnitentiam egerit, debet ali, & alimentari. argument. cap. teſtimonium. de teſtibus. ſecundùm eũd. Specul. in dict. §. penult. verſi. quid ſi pœnitentiam egerit. & tenet Antonius de Butrio in cap. Quintauallis. infrà de iure iurand. & Bald. in. l. ſi filia. C. de inofficioſo teſtamento. & videtur text. in. l. Imperialis. C. de nupt. & in cap. ferrum. 50. diſtinctio. Vnde infert Alexan. in. l. 1. ff. ſolut. matrimonio. colum. 8. nu. 33. quòd ſi filius commiſit cauſam ingratitudinis propter quam poſſet exhæredari, quòd ſi viuo patre emendatus eſt, & pœnitentiam egit, nec poterit exhæredari, nec ſibi alimenta denegari poterunt. Quam illationem Alexandri refert & ſequitur Claudi. in dict. l. 1. ſoluto matrimonio. ff. colum. 5. in princip. & Iaſ. in. l. in arenam. num. 6. C. de inofficio. teſtamen. Et Claudius vbi ſuprà, ait ſe id alibi non legiſſe. Vnde ipſe infert idem eſſe etiam in donatario, qui licèt cauſam ingratitudinis cõmiſerit, propter quam rebus ſibi donatis priuandus eſſet. iuxta. l. fin. C. de reuo. dona. & cap. fina. extrà. de donatio. tamẽ ſi poſt ingratitudinem commiſſam multa donatori contulit beneficia, quaſi per hoc emendatus fuerit, donatione priuari non poteſt: vel potiùs quaſi iniuriam ſibi factam per ingratitudinem donatarij donator munera à donatario collata accipiens, remiſiſſe videatur. argumen. in. §. penult. Inſtit. de iniuri. Sed de illatione Alexand. ſemper dubitaui. Nam ſola filij pœnitentia non video vt patrem excludere poſsit à iure exhæredandi filiũ, quod iam per filij ingratitudinem quæſitum habebat. Et in contrarium eſt doctri. Bart. in. l. 3. §. fin. ff. de adimend. lega. dicentis hoc caſu non ſufficere, quòd filius pœnitẽtiam egerit, niſi ad hæc cum patre reconciliatus ſit, inq; eius gratiam redierit. Secundò facit. Nam ſi ſola pœnitentia ſufficeret, nunquàm haberet locum exhæredatio facienda ex cauſis, de quibus in authẽt. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoq; capitulũ. Tertiò facit. Quia ius patri quæſitum per ingratitudinem filij, vt ipſum filium poſsit exhęredare, per ſolam filij pœnitentiam, & ſic ſine facto patris ſibi auferri non poteſt. argumẽt. l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur. vbi Decius latè in ſimili. Quartò & fortiùs facit. Nam ius mihi competens mediante facto alterius, ille alter mihi auferre nõ poteſt, ſed etiam contra eius voluntatẽ perdurabit. vt eſt tex. not. in. l. ſi poſt mortẽ.

§. fi.



§. fi. ff. de contra tabul. Vnde licèt ius, vel facultas filij exhæredandi mihi competeret ex facto illius filij ingratitudinem cõmittentis, adhuc tamen per ipſum filium ea facultas mihi auferri non poteſt, etiam ſi pœnitentiam egerit. Et tenẽdo hanc partem, non obſt. dic. l. Imperialis. C. de nupti. Nam ibi nõ dicitur, quòd per emendationẽ mulieris ius alteri quęſitum minuatur, ſed ſolùm dicitur, quod ſi mulier redierit ad frugem melioris vitæ, per hoc tollitur turpitudo, maculaq; quam ipſa contraxerat. Sed pro concordia poteſt dici, quòd inter cauſas ingratitudinis, propter quas filius poteſt exhæredari, quædam principaliter reſpiciunt perſonam ipſius filij, vt ſi arenarius ſit filius, vel filia turpiter vixerit, & in ſuum corpus peccauerit, & tunc peracta pœnitẽtia, turpitudo iſta purgatur, ita quòd non nocet. argum. in cap. teſtimonium. extrà. de teſtibus. & ita procedat op. Alexand. & aliorum. & ita procedat. l. Imperialis. C. de nupt. Quędam verò ſunt cauſæ, quæ principaliter reſpiciunt perſonã patris. vt ſi in eum filius manus violentas iniecerit, & in his licèt filius pœnitentiã egerit, nihilominus exhæredari poteſt, & ſibi alim. denegari poſſunt. & ſic procedat opin. cõtraria, quæ etiam comprobatur. Quia iniuria ſemel illata, non tollitur pœnitentia, ſed demum remiſsione, vel reconciliatione. vt. §. penul. Inſtit. de iniuri. & ſemel iniuria facta, infecta eſſe nõ poteſt. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Pro hac concordia eſt tex. in ſpecie à nullo vnquam ponderatus in. §. cauſas. in fi. in verb. permanſerit. in authent. vt cùm de appella. cogn. Ergo ex. 14. cauſis, ex quibus filius poteſt exhęredari, quę enumerantur in authen. vt cùm de appella. cognoſ. §. cauſas. cum ſequent. quatuor tantùm reſpiciunt ipſius filij infamiam, & turpitudinem, (ſcilicet, quòd ſit hæreticus, quòd maleficus, quòd arenarius, quod filia turpiter vixerit, & ſit meretrix) in quibus prodeſt pœnitentia: ſed omnes aliæ reſpiciũt ingratitudinem filij in patrem, & iſtæ non pœnitentia filij delinquentis, ſed remiſsione patris patientis tolluntur. §. fin. Inſtit. de iniur.

*Pœnitentia nõ tollit punitionem delicti contra communem*

Stat ergo ex ſuperioribus veriſsima ſententia, quòd ingratitudo filij patrem vulnerantis, vel quippiam ſimile perpetrãtis, non aboletur pœnitentia. licèt in contrarium ſit magis communis opin. quam tenuit Iaſ. num. 6. colum. fin. in. l. in arenam. vbi concordantias dixi hoc titul. idem Iaſ. in authent. non licet. C. de liber. præt. col. 1. idem Iaſ. in. l. filio quem pater. num. 10. ff. de liber. & poſthum. Fabianus num. 134. in repet. authent. nouiſſima. C. de inof. teſtamento. Alciatus in. l. fin. C. de pact. Faber in auth. ſed ſi poſt. infrà hoc titul. dixit communem Emanuel de Acoſta in. l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. in. 3. part. num. 189. ff. de libe. & poſthum. dixit cõmunem Catellianus Cotta in memorab. in verb. filiusf. tangit Ripa in. l. 1. ff. ſolut. matrimonio. num. 71. vbi Alexand. num. 33. per Curti. iuni. qui nobiſcum contra communem tenet in cõſil. 148. & in authent. non licet. colum. 1. C. de lib. præt. Ripa. q. 67. in. l. fin. C. de reuo. donatio. Sicq; etiam contra communem nobiſcum tenent Felinus in capit. Rodulphus. num. 6. de reſcriptis. & idem tentat Aretinus in. l. 3. §. filius. colum. fin. ff. de libe. & poſthum.

*Idem in dote cum multis contra magis communem.*

613 Qua ratione idem quoq; in dote dicẽdum eſt, vt cũ dos loco alimentorũ ſuccedat. vt docent Bart. Imola, Paul. & alij in. l. Titio centum. ff. de conditio. & demonſtratio. §. Titio genero. tunc ſi fortè filia ingrata extiterit contra patrem, veluti ſi eum verberauit, etiam ſi pœnitentiam egerit viuo patre, per eum iuſtè exhæredari poterit, nõ ſecùs, quàm ſi pœnitentiam nullam egiſſet. Nec enim damnum ſemel patri illatum, contumeliaque, quam ſemel recepit, recepta eſſe deſinit, vel infecta ſit propterea quod filia pœniteat

niteat facinoris ſui: nec enim vllus vnq̃ deliquit, quin pœniteret, cũ ad ſuppliciũ ducitur, nihilominus tñ debitis pœnis ſubijcitur. Quæ res tam expeditã habet rationẽ, æquitatẽ, & iuſtitiã, vt contrariũ exiſtimantes, atq; cõtendentes, non tam arguẽdi, quàm ridendi nobis viſi ſint, ſimilesq́; nugãtibus, atq; oſcitantibus. Vltimò pro nobis text. expreſſus, vbi diximus in. l. teſtamenti. ſuprà eodem titulo.

614 *Idem in donatione propter nupti. contra magis communem cum altera ferè cõmuni.*

Idemq́; recipiendũ eſt in donatione propter nuptias, quæ ſimiliter eadem ex cauſa filijsf. denegari poteſt, cũ doti aſsimiletur. vt. C. de dona. ante nup. l. cũ multæ. & auth. dos. ibi poſita. vbi per omnes.

In ſumma idẽ quoq; recipiendũ in alimentis, quæ doti, & legitimæ aſsimilantur. vt per Iaſ. d. l. ſi filiã. per Bart. Bal. Imolam, Paul. & alios in. d. §. Titio genero. ꝑ Bar. in. l. ſi quis à liberis. §. idẽ iudex. ff. de libe. ag. & in tract. alimentorũ. in. 2. colũ.

615 *Idem in alimentis cum cõmuni contra alteram ferè cõmunẽ.*

Quæ omnia ſunt contra magis communem opin. ſuprà relatam, ſed ex mente, & ſententia eorum, quos contra cómunem opin. tenere diximus: quorũ authoritas non minor eſt, q̃ eorũ, qui communem op. tuentur. Sicq́; ita tenerẽ in iudicando & conſulendo. Et ita tenuimus inter plura q̃. 700. paradoxa, quę olim Salmãticæ publicè defendenda ꝓpoſuim⁹.

Secũdò limita in exhæredatione, quę calore iracundiæ facta eſſet. vt hîc. ibi, ſi non inconſulto calore. Simile in. l. quicquid. ff. de reg. iur. Qua de re latè per Decium ibi. & Iaſ. in dict. l. ſi filiam.

616 *Exhæredatio iuſta licèt fiat cum iracũdia nõ eneruatur contra Iaſ. Bal. & Sal.*

Tertiò limita, etiam ſi filia ita turpiter viueret, vt nõ iniuſtè exhæredari poſſet: nam adhuc ſi exhæredatio calore iracundiæ facta eſſet, non valeret, etiam ſubſiſtente illa legitima cauſa ſecundùm Iaſ. ibidem poſt Bald. & Sali. Nec reperio cõtradicentem.

Teneo contrarium. Nam cùm ſubſiſtat iuſta cauſa exhæredandi, & præterea accedat ſummus furor, calor, impetus, temeritasq́ue iracũdiæ, quæ enixam voluntatem teſtatoris oſtendunt abdicandi filiam ab hæreditate ſua, non ſolùm exhæredatio non redditur propter horum interuentum iniuſta, ſed potiùs redditur iuſtior, efficacior, & vehementior. Et cùm filia moueat querelam, ſi opponatur ei ipſius turpitudo, nihil aliud deſideratur ad querelam excludendam. Et ſi rectè aduertis, ea eſt vera mens huius legis. Ergo aut interfuerunt iracundia, & iuſta cauſa, & valet cum effectu exhæredatio. Aut iuſta exhæredandi cauſa ſine iracundia, & ſimiliter valet. Aut iracũdia ſine iuſta cauſa, & nõ valet, vt hîc. Aut nec iracundia, neque iuſta cauſa, & ſimiliter non valeret. vt in. §. aliud quoque. & per totum in authent. vt cùm de appellatio. cognoſ. & hîc.

Quartò limita, quando turpitudo eſſet in actu, ſecùs ſi tantùm in mẽte, quia cogitationis pœnam meretur nullus. Licèt moraliter filia, quæ adulterã mentẽ habet, ſatis quo ad Deum peccaſſe videatur. Vnde Ouid. libr. 3. Eleg. ſiue amo.

*Dure uir impoſito teneræ cuſtode puellæ*
*Nil agis, ingenio quæq́; tuenda ſuo eſt.*
*Si qua metu dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt,*
*Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.*
*Vt iam ſeruaris bene corpus, adultera mens eſt,*
*Nec cuſtodiri, ni uelit, ulla poteſt.*
*Nec mentem ſeruare potes, licèt omnia claudas.*
*Omnibus excluſis intus adulter erit.*

Et quàm ſit difficile cuſtodire puellas, teſtatur Ouidius, dum ait ibidem

*Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat*
*Argus, & hos unus ſæpe fefellit amor.*
*In thalamo Danaë ſaxo ferroq́; perennt,*
*Quæ fuerat uirgo tradita, mater erat.*

Vt cuſtodiam impudicæ puellæ deſperatam, ita quoq; honeſtæ & pudicæ otioſam & ſuperfluam putat Propertius lib. 2. eleg. ad Cyntiam, dum ait

*Quos igitur tibi cuſtodes? quæ limina ponam,*
*Quæ nunquam ſuprà pes inimicus eat?*
*Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt:*
*Quam peccare pudet Cynthia, tuta ſat eſt.*

Fœminas autem ad impudicitiam quid potiſsimùm impellat, tradit Horat. Satyra. 6. libr. ſecundo.





*Si tibi Penelope frugi eſt, quæ ſi ſemel uno*
*De ſene guſtarit, tecum partita lucellum*
*Vt canis à corio nunquam abſterrebitur uncto.*

Vtq́; eò decurrãt, vbi plurimorũ cócurſus eſt, edocemur ab Oui. lib. 1. d̃ ar. amã.

*Vt redit, itq́; frequens longum formica per agmen,*
*Granifero ſolitum dum uehit ore cibum.*
*Aut, ut apes ſaltusq́; ſuos, & olentia nactæ*
*Paſcua, per flores, & thyma ſumma uolant:*
*Sic ruit in celebres cultiſsima fœmina ludos.*
*Copia iudicium ſæpe morata meum eſt.*
*Spectatum ueniunt, ueniunt ſpectentur ut ipſæ,*
*Ille locus caſti damna pudoris habet*

Impudicitiæ autem fœminarum cauſa quæ mala ingruerint, docemur à Seneca in Hippolyto.

*Sed dux malorum fœmina, & ſcelerum artifex*
*Obſedit animos, cuius inceſtæ ſtupris*
*Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt,*
*Et uerſa ab imo tot populos premunt*

Stat ergo quando filia, quæ luxurioſè & turpiter vixit, poſsit exhęredari, & in quibus caſibus potuit exhæredari, in illis ſi ſub cõditione inſtituatur, nõ reijcietur cõditio: ſicq́; hæc. l. limitabitur. Quod intelligo, dũ modo ab ipſo patre expreſſa fuerit iuſta illa exhæredationis cauſa: nã ſi expreſſa nõ fuerit, nõ licebit hæredib⁹ hãc veluti accuſationẽ cõtra talẽ filiam proponere. vt in. l. omnimodo. ſuprà eo.

618 *Onus reijcitur de inſtitutione filiæ, quæ turpiter patris culpa uixit.*

Deinde videtur poſſe limitari vt non procedat in terminis authenticæ. ſed ſi poſt viginti. quæ cõtinuò poſt. d. l. ſi filiã C. de inof. teſta. collocata eſt. Et traditur de patre, per cuius culpã filia videtur cœpiſſe occaſionẽ peccandi, in cuius terminis magis eſt vt. l. noſtra locũ habeat, vt ſi ea filia ſub cõditione eſſet inſtituta, ea cõditio ſaltẽ vſq; ad legitimã reijceretur.

619 *Inimicitiã alteri imputare nõ poſſum, cui cauſam dedi, cũ Paul.*

Vnde ex illa. d. auth. ſed ſi poſt vigĩti. notatur in primis ſcd̃m Pau. in. l. ſi filiã. s̃. eod. ꝙ nõ poſſum tibi imputare inimicitiã, cui⁹ cauſam, vel occaſionẽ tibi dedi. Nã hîc pater, qui etiã vltra annos vigintiquinq; moratus eſt filiã marito copulare, ſi ipſa filia in ſuum corpus peccauit, turpem vitã agens, vel ſeſe marito ſine patris conſenſu copulauit, non pót quicquam filiæ ſuæ imputare, cũ erroris cauſam ipſe præbuerit. Simile in auth. vt cũ de app. cog. §. cauſas. verſ. ſed ſi poſt viginti. Contrariũ tenet Iaſ. in. l. ſi filiã. in pr. ſuprà eod. niſi corrupt⁹ fortè eſt. Sed tamẽ vera videtur op. Pau. per iura ſuprà adducta. Facit. c. qui cauſam. de reg. iur. in. 6. Ergo ſi talis filia ſub cõditione inſtituatur, reijcietur conditio per. l. noſtram.

620 *Teſti poſſũ inimicitiam opponere, cui cauſam dedi, cũ cõmuni.*

Regulariter aũt poſſum opponere inimicitias, licèt ipſe cauſam dederim. Vnde licèt ipſe cauſam dederim inimicitiæ, tamẽ inimicitiã poſſum teſti opponere, ſcd̃m Iaſ. ibid. in pr. d. l. ſi filiã. tenet gl. in l. athletæ. §. dat remiſsionẽ. in verb. facta. ff. de excuſ. tutorũ. vbi etiã Bal. qui ait, ꝙ alibi nõ reperitur. ſequitur Anto. de Butrio in. c. veniens. 2. de ſpõ. quod extẽdit ad arbitrum & iudicẽ. idem Alberi. in. l. pen. in princ. ff. ſolu. matri. Alexan. conſ. 99. libr. 1. incipit. In cauſa inquiſitionis formatæ. & Iaſ. in dict. l. ſi filiam.

621 *Legatũ reuocatur inimicitia etiã per teſtatorem cauſata cum Iaſ. cõtra Bar.*

Vnde infertur. Tu ſcis, ꝙ legatũ reuocatur ꝓpter inimicitias ſuperueniẽtes. vt ff. de adim. leg. l. 3. §. fi. tñ ſi teſtatoris non legatarij culpa inimicitiæ ortæ ſunt, tũc legatum non videtur reuocatũ. Ita tenet Bar. per tex. ibi in. l. cũ tabulis. §. 1. ff. de his quibus vt indig. Sed Iaſ. in. d. l. ſi filiã. reprobat: quia, inquit, vt quantũ ad repellendum teſtem, iudicem, & arbitrum ſufficit inimicitia, etiam ſi oriatur culpa eius, qui teſtẽ, iudicem, vel arbitrũ vult repellere, vt modò diximus: ita etiã ſufficiet quo ad repellẽdum legatarium ſi ſit inimicitia capitalis. vt in terminis dict. l. 3. §. fin. de adimen. leg. & etiam adducit Iaſ. contra Bart. l. ex parte. ff. de adimendis legat. vbi in verbo, inimicitijs grauiſſimis perſecutus. innuit, quòd inimicitiarum occaſionẽ, vel cauſam dederat ipſe teſtator, & nihilominus legatum reuocatum intelligitur. Facit pro Iaſ. contra Bartolum textus in. l. ſi iure. ff. de legatis tertio. & in. l. finali. ff. de hæredibus inſtituend. Ergo inimicitiam, quę culpa mea

cauſata eſt, alteri opponere poſſum. Qđ
intellige primò, ad repellendũ teſtẽ. Secũ
dò, ad repellẽdũ iudicẽ. Tertiò, ad repellẽ
dũ arbitrũ. Quartò, ad reuocationẽ lega
torũ, ſicq; repellendum legatarium.
Limita, vt non procedat in exhæredatio
ne, vt dixi, ſecundùm quod ſuprà decla-
raui. Secundò limita, quãdo tacitè, vel ex
preſsè ea offenſa, vel inimicitia eſſet re-
miſſa. vt in. §. fi. Inſti. de iniur. probat Bar.
in. d. l. 3. §. fi. ff. de adim. leg. Bar. Bal. Imol.
Paul. Areti. Alex. Iaſ. & alij in. l. filio quẽ
pater. per text. ibi. ff. de libe. & poſthum.

*Inimicitia non repellit teſtem, uel iudicem, ſi fuit captata ab illo, qui talem iudicem uolebat repellere: imò is punitur in cauſæ amiſſione, ſecundùm quoſdam.*

622 Tertiò limita, quando is, qui vult re-
pellere teſtem, iudicem, vel arbitrum, ex
induſtria captaret occaſionem illius ini
micitiæ, quo minus eſſet aduerſario cõ-
tra ipſum copia teſtium, vel iudicis, tunc
enim talis inimicitia per eum opponi nõ
poſſet. per text. in. l. 1. §. cũ quis. ff. de quæ
ſtio. ſecundùm Iaſ. in dictà. l. ſi filiam. &
Bart. in. l. 1. §. cùm quis. ſuprà allegato. idẽ
Bart. in dict. l. 1. §. ſi ſeruus. Vnde ſi quis
accuſat alterum hoc cõſilio, vt ſi poſtea
accuſatus, cõtra ipſum accuſatorem pro
ducatur in teſtem, nõ ſit teſtis legitimus,
tunc ea accuſatio nõ oberit, quominus
teſtis ille dicatur legitimus, nõ aliter, atq;
ſi accuſatus nunquam fuiſſet, ſecũdùm
Bart. in dict. §. ſi ſeruus. Iaſ. vbi ſuprà. Bal.
in authent. ſi teſtis productus. C. de teſti
bus. & idem Bal. in. l. ſed & ſi quis. §. illud.
ff. ſi quis cauti. allegat Iaſ. etiam Io. An-
dre. in. l. fin. ff. de teſtibus. Quinimò ſunt
qui putent, quòd ille, qui ſimili vtitur
cautela, & fraude, perdat cauſam. Ita Ci-
nus, & Paul. poſt Richardum in. l. proui
dendum. C. de poſt. & Iaſ. in dict. l. ſi fi-
liam. Angel. in. l. ſatis apertè. C. de falſis.
gloſ. in capit. cùm cauſam quæ inter Ar-
chiepiſcopum. in verb. compellas. & ibi
Anton. de Butrio. extrà. de teſtibus. Bart.
Veronen. in cautela. 17. & tangit Iaſ. qui
tamen hoc vltimum non firmat in dict.
l. ſi filiã. Quod not. quia vſitatiſsimũ eſt,
& quotidiè habemus ex facto.

*Filia nubẽs ſine conſenſu patris, poteſt exhæredari, cum cõmunitam iure communi quàm regio*

623 Et not. quòd ſi filia nubit ſine conſen
ſu patris ante annũ. 25. eſt iuſta cauſa ex-
hæredandi filiam, licèt nuberet honeſto
viro. d. l. ſi filiã. Ad idem text. in. §. cauſas.
verſi. ſed ſi poſt viginti. in auth. vt cũ de
appel. cog. l. 5. tit. 7. par. 6. l. 5. tit. de los caſa
mientos. lib. 3. fori. l. 2. & 4. tit. de los ma-
trimonios. lib. 5. ordi. Tenẽt in ſpecie Iaſ.
& Paul. in. d. l. ſi filiam. & Aretinus in. l.
cùm filium. ſuprà eodem. hoc titul. Intel
lige in terminis iuris ciuilis. eſtq; com-
munis opin. vt latè per Decium in. l. nu-
ptias. ff. de reg. iur. per Deci. conſ. 231. Vi-
ſo. per Couar. in lib. 4. decret. c. 6. n. 17. fo.
56. per Pal. Rub. in. c. per veſtras. de dona.
inter vir. & vxor. §. 4. n. 5. & §. 5. & §. 6. & §.
7. per Abb. in conſ. 12. Vt clarè. libr. 1.

*Idem in dote cum communi iure etiã regio.*

624 Vnde ſimiliter ex eadem cauſa poteſt
huic filiæ dos denegari ſecundùm Iaſ. v-
bi ſuprà. & ſecundùm cõem op. de qua. s.

*Idem in alimentis iure communi & regio.*

625 Qua etiã ratione alimenta poſſent de
negari ſecundũ Iaſ. vbi ſuprà. & cõiter do
cto. ſuprà citati. Quorũ ratio ea eſt: quia
qua ratione põt filius, filiáue exhæreda-
ri, eadẽ quoq; ratione põt denegari dos,
vel donatio propter nuptias, ſcđm Bald.
in auth. res quæ. C. com. de leg. & etiam a
limenta, ſecundũ Bar. in. l. ſi quis à liberis
§. idem iudex. vbi per gl. & omnes. ff. de
lib. ag. eſtq; cõmunis & indubitata cõclu
ſio, vt per Deciũ, Pala. Rub. & alios vbi
ſuprà. per Iaſ. in. l. quidam cũ filium. ff. de
verb. obli. gl. & Bar. in. l. fi. C. de alen. lib.
Bar. in tract. alim. in. 2. col. Ergo filius fi-
liáue, quæ nubit ſine patris conſenſu, de
iure ciuili punitur. Primò in legitima,
quia hac ex cauſa põt exhæredari. Secũ-
dò in dote. Tertiò in donatiõe propter
nuptias. Quartò in alimẽtis. Quintò etiã
in ipſo matrimonio, quia de iure ciuili
tale matrimoniũ non valebat. Ita tenet
gl. ꝑ tex. ibi in. l. Paulus. ff. de ſtat. homi.
tex. vbi cõmuniter doct. in. l. ſi vt propo
nis. 2. C. de nupti. in princ. Inſtit. eodem.
titul. vbi per omnes. Decius in dict. cõſ.
231. Viſo. in pr. Abb. in. d. conſ. 12. Vt cla-
rè. De-



rè. Decius in dict. l. nuptias. Iaſ. vbi ſuprà.
eſtq; indubitata cõcluſio. Gomezius in
l. 47. Tauri. nu. 48. Hæc, vt diximus, pro
cedunt inſpecto iure ciuili.

*Matrimonium ualet ſine conſenſu patris de iure canonico. qđ etiã in foro ſeculari ſeruandum eſt cum communi.*

626 Modò autem videndũ eſt, quid iuris
inſpecto iure canonico. Et cõis ſententia
eſt valere matrimoniũ de iure canonico
ſine conſenſu patriſ. in liberis tam ma-
ſculis, quàm fœminis. vt per Paul. in. d. l.
ſi filiam. & Iaſ. ibid. per Abb. in. d. cõſ. 12.
Vt clarè. lib. 1. per Deciũ in. d. cõſ. 231. Vi
ſo. in prin. per Couar. & Pala. Rub. vbi ſu
prà. per eundẽ Deciũ. n. 7. in. d. l. nuptias.
ff. de reg. iur. gl. & doct. in. l. Paulus. ff. de
ſtatu homi. Federi. de Senis cõſ. 36. Caſus
talis eſt. in pr. Ang. conſ. 29. Ex themate.
& in conſ. 92. Super primo quęſito. Ant.
de Butrio cõſ. 35. Viſa forma. in pr. Abb.
in. c. 1. de ſponſa. & in. c. 1. de ſponſ. impu
berum. Vnde cùm materia matrimonij
ſit ſpiritualis. vt per Bar. in. l. priuilegia. đ
ſacr. eccleſ. ſequitur, quòd iura canonica
etiam in terris Imperij ſunt ſeruanda, &
conſequenter ꝙ ſint correcta iura ciui-
lia deſiderãtia patriſ. conſenſum in ma
trimonio filijſ. vel filięſ. ſecundùm Deci.
in dict. l. nuptias. & ſecundùm eund. De
cium in dict. conſ. 231. Viſo. in prin. Paul.
& Iaſ. vbi ſuprà. gl. in cap. fi. 32. q. 2. & gl.
pen. in. ca. 1. de ſponſ. impuberum. & ibi
Abb. gl. in. l. Paulus. ff. đ ſtat. hom. Abb.
conſ. 65. lib. 2. idẽ Abb. cõſ. 12. lib. 1. Ang.
cõſ. 29. Ex themate. in pr. Ancha. cõſ. 21.
Pro ſolutione dubiorũ. eſtq; cõis opin.

*Statutũ ut puniatur qui nupſerit ſine licẽtia patris, an ualeat noua opin.*

627 Vnde infertur non valere ſtatutũ, per
quod imponeretur pœna filijs, vel filia-
buſ. qui, quęue matrimonium cõtrahe
rent abſq; patris voluntate. Ita tenet De-
cius in dict. conſ. 231. col. 2. poſt Io. Andr.
& Dominicum, quos allegat. tenet Abb.
in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti.
col. 8. verſi. ad prædicta adde. idẽ Abb. in
c. 1. de ſponſali. & in conſ. 12. lib. 1. Vt cla
rè. & Alex. conſ. 1. lib. 3. idem Alex. in ru-
bri. ff. ſol. matr. col. fi. & in. l. Seius & Au-
gerius. col. 1. ff. ad leg. fal. & idem Alexã.
cõſ. 97. Principalis dubitatio. lib. 1. idem
Decius in. l. nuptias. de regu. iur. ff. Ioan.
Andr. in cap. ſtatutum. de hæreti. in. 6. &
ibi Domin. & Alexand. Et hæc eſt com-
munis opin. ſecundùm Decium in dict.
l. nuptias. num. 8. ſequitur Bald. in. l. ne-
mini. C. de iudi. & in capit. penul. in fin.
de conſtitu. Fran. de Curte. conſ. 27. Ma-
gnificus vir in primo dubio. Et eſt indu
bitata concluſio ſecundùm Decium in
dict. l. nuptias. quam etiam dicit indubi-
tatam in dict. cõſ. 231. colum. Cùm enim
(inquiũt doctores ſuprà citati) in omni
actu debeant concurrere voluntas & po
teſtas. l. nolle. vbi Bal. ff. de acq. hær. l. cũ
te. vbi ſimiliter notat Bal. C. đ dona. ante
nup. c. cũ ſup. extrà. de of. deleg. ſupereſt,
vt tale ſtatutũ nõ valeat, qa deficit pote-
ſtas laicorũ ſtatuẽdi in cauſa merè ſpiri-
tuali, qualis eſt cauſa matrimonialis.

*Vol. & poteſtas debẽt in omni actu concurrere.*

Contrariam partem affirmatiuam, vt
tale ſtatutum valeret, tenent Pala. Rub.
in repet. capit. per veſtras. extrà. de dona-
tio. inter virum & vxorem. §. quarto. in
fin. ſentit gloſſ. in capit. cùm ſecundùm
leges. de hæret. in ſexto.

Quid dicendum? Et harum opinionũ
neutra ſimpliciter vera eſt, vtraq; tamen
aliqua ex parte defendi poteſt. Nam per
impoſitionẽ pœnæ nõ poteſt quis retar-
dari, & abdicari à nuptijs & matrimo-
nio. vt in. l. vt cùm tale. §. reſcriptũ. vbi cõ
muniter doct. ff. de cond. & demonſtra.
ſed põt per lucri & beneficij denegatio-
nem. per. l. 1. cũ gl. & ibi cõiter doct. C. de
inſti. & ſubſtit. ergo ſi pœna ſtatuti ſit, ꝙ
contrahens matrimonium cum filiafa.
ſine conſenſu patris luat in bonis ſuis a-
mittendis, vel in corpore plectendo, cer
tè talis pœna ex defectu poteſtatis ſta-
tuentium non teneret. Et ita procedat
communis opinio negatiua. Quòd ſi
pœna ſtatuti eſſet non in bonis amitten
dis, vel corpore plectendo, vel affli-
gendo, ſed in denegatione alicuius lu-
cri, vel beneficij, tũc talis pœna teneret:

ſiquidem illud lucrum, vel beneficium
procederet à liberalitate,&indulgentia,
vel conceſsione ipſius legis ſecularis,vel
ſtatuti.vt in.d.l.1.cum materia.C.de inſt.
& ſubſti. Ratio : quia cuius eſt dare,eius
eſt adimere.l.quidam referunt.ff.de iure
codicill. l. quoties.& per totum. de do-
nat.quæ ſub modo.C. l.1.§.fi.ff.de lega.3.
l.nihil tam naturale.ff.de reg. iur.cap.o-
mnis res.extrà.eod.tit.Non enim vna ea
demq́; cauſa eſt debitum amittere, & lu
crum non capere.vt in.l.fi.C. de codicil.
Vnde pœnam pati nõ videtur,qui lucro
priuatur.arg.l. quia auté. in princ. &.§.1.
ff.quæ in fraud.credi.Optimus tex.in ſi-
mili in.§.ſed neq;.Inſt.de auth.tutorum.
bonus text.in.l.quia poterat.& vtrobiq;
per doct. ff.ad Trebellian.

*Exhæredari ut poßint liberi nubẽtes ſine conſenſu patris lege induci poteſt cum quibuſd. cõtra communem.*

628 Vnde infertur deciſio illius articuli
ſummoperè controuerſi,an valeat ſtatu
tum,ꝙ liberi abſq; patris conſenſu ſi nu-
pſerint,poſsint exhæredari, ita vt hæc vi
deatur iuſta cauſa exhæredationis? Qua
in re communis ſententia eſt, tale ſtatu-
tum non valere.Ita tenet, & firmat com
munem eſſe op.Decius in.d.l.nuptias.n.
7.cum pl.ſeq. ſequitur, & dicit cõem idẽ
Decius in.d.cõſ.231.Viſo. ſequitur,& di-
cit cõmunẽ opi.Iaſ.in.d.l.ſi filiam.ſequi-
tur & dicit communẽ opi.Abb.in.c.1.de
ſpon.impuberum.Abb.cõſ.12. Vt clarè.
lib.1.Ancharan. cõſ.21.Pro ſolutione du
biorum.lib.1. Hoſtienſis in. d.c.1.de ſpõ.
impub.Alex.conſ.97.Principalis dubita
tio.libr.1.gl.in.l.10.tit.1.part.4 .gl.& Ioa.
Faber in.l. ſi filiã.§. all.gl.in.l.3.§.ſi eman
cipatus.ff.de contra tab.per Alex.in.l.Se
ius & Augeri.ff.ad leg.fal.per eũd.in ru-
br.ff.ſol.matri.per Pal.Rub.in rep.c.per
veſtras.de dona.inter vir. & vxorem.§.5.
& iterũ ibid.§.5. n. 5. per doctores omnes
in quæſtione præcedente citatos. & per
Couar.in.d.lib.4.§.ſexto.n.17.fol.58. qui
tamen nihil ferè allegat.

Cõtrariã partẽ, vt tale ſtatutũ valeat,
tenent in.d.l.ſi filiam.Paulus,& Pal. Ru.
vbi ſuprà.qui nullum allegat.& Couar.
vbi ſuprà.idem Pal.Rub.in.l.49. Tauri.

Mouentur tenentes partem affirma-
tiuam contra communem. Primò, quia
tale ſtatutum nihil diſponit circa validi
tatem matrimonij, ſed tantùm punit cõ
trahentes , quæ punitio remota eſt ab
ipſa nuptiarum validitate.

*Matrimonium non ſubiacet laicorum iuriſdictioni.*

Vnde licèt principes ſeculares nõ ha
beant poteſtatem ſtatuendi circa matri
monium.c.tuam. de ordine cog.c. cau-
ſamq́;.2.qui filij ſint legit.c.1.de ſponſali
bus. tamen hîc matrimonium non infir
matur, licèt nubẽtes puniantur.Sed cer-
tè nihil eſt. Nam quicquid quoquo mo
do poteſt vel leuiſsimum impedimentũ
nuptijs inferre, alienum,remotum,abdi
catumq́; eſſe debet à poteſtate eius prin-
cipis, qui directò matrimoniũ impedire
non poteſt.argumen.l.cùm tale.§.reſcri-
ptum.& ibi communiter docto. tam or
dinarij,quàm repetentes.ff.de conditio.
& demonſtra. ne quod vna via prohibe
tur, per aliam admittatur,contra regulã
iuris. Secundò mouentur per gloſ.in cle
mentina.Ne Romani.de elect.verb.tol-
li.quę tenet inferiorem poſſe addere pœ
nam legi ſuperioris. Quæ glo.ſingularis
eſt ſecundùm Felinum in capit.2.extrà.
de probatio.colum.ſecunda. Decium in
capit.quæ in eccleſiarum. col.4.de con-
ſti.& ſecundùm Couarru.vbi ſuprà.Sed
ſimiliter nihil eſt.Nam licèt inferior ne-
queat contrauenire,repugnare,aduerſa-
ri,reluctarique aduerſus legem ſuperio-
ris, non tamen denegatur ei facultas co-
adiuuãdi.eſt enim harum rerum perſpi-
cua, & pluſquàm manifeſta differentia.
ergo. &c. vt in.l.final.ff. de ſeparatio.Si-
mile in princip.Inſtitu.de bon.poſſeſ.

Tertiò mouentur, quia lex ciuilis cir
ca matrimonium valet, quatenus non
repugnat iuri canonico. capit. ſecundo.
de ſponſa.impuber. & ibi Abbas.& For-
tunius in tractat. de vltimo fine. illatio-
ne.10.colum.quinta.

Sed



Sed id ſimiliter nihil eſt. Nam agno-
ſco valere legem,quę non aduerſatur iu
ri canonico: aſt lex noſtra negari nõ po-
teſt,quin iuri canonico aduerſetur,quo
deſideratur omnimoda libertas in ma-
trimonio, & vt omnis pœna pœnęue ſu
ſpicio longiſsimè arceatur.

Quartò mouentur,quia licèt crimen
vſurarum ſit mere canonicum , tamen
poteſt per legem ciuilem puniri. vt in.c.
1.de officio ordin. tradunt communiter
docto.in.c.cùm ſit generale.extrà.de fo-
ro compe.Sed id ſimiliter nihil eſt.Nam
id ius canonicum iuuat, non autẽ aduer
ſatur.

Quintò mouentur, ꝗa licèt periuriũ
ſit crimẽ eccleſiaſticũ.Roma.conſ.512.ta
mẽ punitur ꝑ leges ciuiles. l. ſi ꝗs maior.
C.de trãſact.Sed ſimiliter nihil eſt.Nã id
iuuat ius canonicum,non aduerſatur.

Quid dicendũ? Teneo hanc partẽ cõ
tra cõem op.& ꝗa noſtri auxiliares,quo-
rũ ſententiã tuemur, defecerũt , aliunde
nobis quærẽda,petẽdaq́; ſunt fundamẽ-
ta. Et cùm olim inter plura quàm ſeptin
genta paradoxa, quæ publicè Salmanti-
cæ defendimus,& ſuſtinuimus,is quoq;
articulus obuius eſſet , hoc vno argumẽ
to , eodemq́ue firmiſsimo , præſtantiſsi-
mo, & peremptorio vtebamur, cui nul-
lus vnquam ſanum dedit reſponſum.
Conſtat enim ſecundùm veras ſenten-
tias, quòd legitima , hæreditáſue liberis
poteſt etiam ex toto tolli per legem, vt la
tiſsimè per Decium in. l. iura ſanguinis.
ff.de reg.iur. per Bart.Paul.Imolam,& o
mnes in.l.Titio centum.§.Titio genero.
ff.de cond.& dem.per nos in.§.20.in vlti
ma par.circa interpretationẽ auth.nouiſ
ſima.C.de inof.teſta.facit.d.l. Titio cen-
tum.ff.de cond.&dem.Dixi latiſsimè in
dict.auth.nouiſsima. vbi licèt dubiũ ſit,
an id etiam abſq; vlla cauſa fieri poſsit,
tamen nullus ferè vnquam dubitauit,
quin id ſaltem ex cauſa fieri poſsit , eſtq́;
veriſsima , & receptiſsima ſententia. vt
ibidem docuimus . Ergo nulli dubium,
quin liberis citra conſenſum patris nu-
bentibus ex hac iuſtiſsima & honeſtiſsi
ma cauſa poſsit fieri exhæredatio, cùm
talis cauſa ſtatuti honeſtiſsima ſit. vt &
patet ad ſenſum.& tenet Bald.in rubric.
de conſtitutio.colum.fina.idem Baldus
capi.clerici.col.prima.extrà.de iud.& in
cap.tenor.in fin.de re iudi.& in.l omnẽ.
circa finem. C. ad Tertullianum. idem
Bald.in.l.prima.§.ius naturale.ff.de iuſti
tia & iur.Decius conſi. 231. Viſo.colum.
2.idem Decius in.l.nuptias.ff.de reg.iur.
poſt alios ibi relatos.

*Matrimonium liberum eſſe nõ oportet à metu lucri non capiendi.*

629 Neq; ad rem pertinet, quòd matrimo
nium ab omni pœna liberũ eſſe debeat.
Nam intelligendum eſt de pœna alicu-
ius rei, quę vel noſtra eſſet, vel re vera no
bis deberetur, aliàs ſecùs, vt probauimus
per dict.l.1. cum materia. C. de inſtituti.
& ſubſtitutio.legitima autem liberis nõ
verè debita, ſed tantùm quaſi debita eſt.
vt habetur per gl.Iaſ.& alios communi-
ter.in.l.3.C.de iuris & fact. ign.dixi in.d.
authent. nouiſsima. Præterea neceſsitas
hæreditatem, vel legitimam liberis relin
quendi deſcendit à lege ciuili , & poſiti-
ua.vt latè probauimus in dict. authenti.
nouiſsima. per text. in authent.de hære.
& fal.§.primum itaque.& in authent.de
triente & ſemi.§.frequenter.in verbo.ex
neceſsitate. latè Decius in dict.l. iura ſan
guinis.ergo hæc neceſsitas per aliam le-
gem poſitiuam tolli poteſt.l. nihil tam
naturale.ff.de regulis iuris.Nec me mo-
uet, quòd matrimonium liberum eſſe
debeat à metu pœnæ . Nam hæc pœna
non reputatur, ſed magis beneficij & lu-
cri denegatio, quod beneficiũ, quòd nõ
deſcendat à lege canonica, ſed à lege ciui
li, poteſt per eand.legem ciuilẽ ſaltem ex
cauſa ſcd̃m oẽs denegari , hæc aũt cauſa
etiam ſecundũ omnes honeſtiſsima eſt.

*Dos per.l. denegari poteſt*

630 Hinc infertur, quòd ſimiliter huic fi-
liæ etiam hodie ſtante iure canonico ex
ſimili cauſa poſſet dos denegari.Nã vera



& cõ

*filiæ nubenti ſine conſenſu patris contra communem.*

& communis op.eſt, ꝙ ex quibus cauſis poteſt filia exhæredari, ex ijſdem & dos pōt ei denegari, ſecūdū Iaſ.in.d.l.ſi filiā. Bald.in auth.res quæ.C. com.de leg.Pal. Rub.in.c.ꝑ veſtras.ſuprà alle.§.4.col.pe. &.§.5.Decius in dict.conſil. 231. Viſo.Ergo cùm, vt oſtendimus, poſsit filia ex forma ſtatuti exhæredari, ꝗa nupſit abſq; patris cōſenſu, ſimiliter poterit ei dos denegari. Qđ in ſpecie tenuit Pal.Rub.in.§.4. colum.pen.& in.§.5.ſuprà allegatis.& in §.7. Cuius opinionē non ſuo, ſed noſtro fundamento auſim veriſsimam dicere. Quā & olim publicè inter plura, quàm ſeptingenta paradoxa defendimus. Licèt in contrarium ſit cōmunior ſententia, quā tenuit gl.1.32. q.2.c.fi.& gl. in verb. excuſata.in cap.de raptoribus.36.quæſt. 1.Decius in dict.conſi.231.colum.3.idem Decius in.d.l.nuptias.n. 10. Pau.hîc. De iure aūt ciuili oēs fatentur, ꝙ dos perdebatur.gl.& Bal.in.l.fi.de dotis promi.C. Pala.Rub.in.d.§.4.Gomezius in .d.l.47. Tauri.n.48.Decius & alij vbi ſuprà.

631 Hinc ſimiliter infertur, quòd etiā hodie ſtante iure canonico poſſet filia hac ex cauſa priuari alimentis, ſecundū Pala. Rub.vbi ſuprà.§. quarto. &. §.5. Gomezius in.l.47.Tauri.num.48.Licèt contrarium ſentiant Iaſ.in dict.l. ſi filiam.& cōmuniter docto. qui ſuperiorem ſententiam communem tuentur.

*Idem in alimentis contra communem.*

632 Hinc etiam infertur ſimiliter ex eadē cauſa etiā hodie amitti & denegari poſſe donationem propter nuptias, quæ doti æquiparatur. vt.l.quoniam nouella.ſuprà hoc titu.Licèt in contrarium ſit ſententia communis, de qua per doctores in locis ſuprà citatis.

*Idem in donatione propter nup.cōtra magis communem*

633 Hinc etiā infertur verā non eſſe op.illam, quā tenēt Bar.in.l.3.§.ſi emācipatus. ff.de bo.poſ.cōtra tab.Decius in dict.cōſil.231.colum.3.in fin.Gomezius in.l.47. Tauri. num.48.dicentes, quòd etiam ſi eſſet indignus ille, cum quo contraxit filiaf.ſine.d.cōſenſu matrimonium, ꝙ adhuc nō poſſet exhæredari: nam imò videtur, quòd ex tali cauſa exhæredari poſsit vt in.l.3.§.ſi emancipatus.ff.de cōtra tab. & in dict.§.cauſas.verſi.3.vel.4.in authē. vt cùm de appe.cog.& in dict.l.ſi filiam..

*Idem ſi filia indigno nupſit, cum cōmuni cōtra Bart.Deci. & Gomez.*

Et ſic contrarium tenet glo. multùm ſing. quæ hoc voluit in.c.fi.36.q.1.in verſic. excuſata. & ſequūtur ibi Ioā. de Fan. & Archi.idē tenet Io. An. Ant.& Car.in d.c.accedēs.de procur.Bal.in.d.l.qui liberos.in reportatis antiquis.ff.de ritu nup. & in.l.1.ff.ſol.mat.& in.l. pe. prope finē. C.de ſpō.& in.l.nec filiū.C.de nup.dicēs, ꝙ ſi filius inhoneſtè cōtrahit matrimoniū, putà cū meretrice, pater pōt eum exhæredare, ne viliſsimā prolem, quæ inde naſcitur, habeat ſucceſſorē, ꝗa ex his totū genus eſt infamatū.idē Bar.in.l.ſi rogatus.ff.de ma. vin. quicꝗd dixerit Sali. in l.ſi vt ꝓponis.C.đ nup. idem tenet Abb. in locis pręall.Lud.in rub.ff.ſol.mat.Iaſ. in.d.§.fuerat.37.col.Inſti. de act.quos nominatim refert & ſequitur Pala.Rub.in c.per veſtras. de dona.inter vir.& vxo.§. 7.in pr.per.l.3.§.ſi emancipatus.ff. de bo. poſ.cōtra tab.Neq; ad rem pertinet, ꝙ tale matrimoniū de iure canonico nō deſinat valere.Nam adhuc defendi facilè poteſt, vt à talibus matrimonijs contrahendis homines arceātur, non metu pœnæ, ſed metu beneficij amittēdi. Eſt enim, vt diximus, beneficij loco datū liberis, vt eorū parentes non poſsint eis ex toto bona ſua denegare: idq; beneficium deſcendit à lege ciuili ſeculari poſitiua, non à lege canonica: vnde per eandem legem denegari indubitanter poſſet, etiam ſine vlla cauſa, ſecundùm noſtram & quamplurimorum ſententiam, nedum cum tam iuſtiſsima ac honeſtiſsima cauſa.

634 Sed an idem procedat in maſculo? Et communis ſententia eſt quòd ſic, ſi quidem ignominioſam duxit vxorem. per d.§.ſi emancipatus.ita Paul.in.d.l.ſi filiā. Palat.Rub. in dict.§.ſeptimo. Bart.in.l.ſi rogatus.ff.de manu.vind.Iaſ.in. §. fuerat. colum.

*Idem in maſculo ſi ignominioſam uxorem duxit cum cōmuni.*



col.37.Inſt.de act.Romanus in rubric. ff. ſol.matrimonio.ſentit glo. vt eam notāt Ioan.Faber.& Iaſo.ibi.in.d.l.ſi filiam.ſentiunt Ioannes Andr.Ant.& Cardi.in cap. accedens.de procurat.gl.in cap. fi. 36.q.1. poſt plures, quos allegat Pala. Rub. vbi ſuprà.

635 Quòd ſi ignominioſam vxorem non duxit, ſed ſolùm ſine patris conſenſu nupſit, & adhuc idem ſecundùm Paulum in dict.l.ſi filiam.Contrarium tenēt ibid. Petrus, & Ioannes Faber, quorum ſententiam contra Paul.veriorē puto. Moueor, quia matrimonium ſine cōſenſu patriſf. iure. ff. filiusfa. contrahere non poterat, nec alia pœna erat, niſi ꝙ tale matrimonium eſſet ipſo iure nullum. vt in.l. ſi vt proponis.2.C.de nupti.l.Paulus.ff.de ſtatu.hom.in princ. Inſt.de nupti.ergo iure. ff.filiusfa.hac ex cauſa exhæredari nō iuſtè poſſet.Et cùm hodie iure canonico tale matrimonium valeat, eodem iure liberis taliter nubentibus nulla pœna reperitur impoſita.Sicq́; nullus vnꝗ̃ reperijt, ꝙ vllo iure taliter nubentibus pœna exhæredationis immineat.

*Filius qui ſine patris licentia honeſtam duxit uxorem non poteſt exhæredari cum Petro & Fabro contra Paul.*

636 Filia autem, quæ inhoneſtè nupſit, etiā priuabitur dote.argum.d.§. ſi emancipatus.ſecūdùm Pala. Rub.in dict.§. 7. n. 10. & Ancha.conſil. 20. & Bal. in cap. ſtatutum.de hær.in.6.Ex quorū relatione hæc videtur communis opi.quam veram puto, etiam ſtante iure canonico: nam de iure ciuili cùm tale matrimonium non valeret, aliud eſſet. Quia.d.§.ſi emancipatus. loquitur eo caſu, quo matrimonium valebat, quia contractum fuerat ab emancipato filio ſine patris conſenſu.

*Filia quæ nubit ignominioſè ſine patris cōſenſu, iure canonico priuatur dote cum cōmuni.*

637 Ex ſuperioribus infertur, ꝙ.l.49.Tauri.quæ ait filiam ſine patris conſenſu nubentem poſſe exhæredari, valet, & tenet. Et idem quo ad.l.2.tit. delos matri .lib. 5. ordi.& quo ad.l.5.tit. delos caſamientos. lib.3.fori.quæ iura in filiofa.non procederent: quia illo caſu nec filiofa.iure. ff. vlla pœna reperitur impoſita præter nullitatem actus, nec iure canonico, quo iure tale matrimonium approbatur, vlla ſimiliter pœna reperitur impoſita.

*Intell. legis 49. Tauri.& l.2.titu.delos matri.lib.5.ordi.& l.5.titu. delos caſamientos. lib. 3. fori. ut non ſunt correctè.*

638 Sed in terminis iuris cōmunis etiam idem eſſet in filiabusfa.ſine conſenſu patris nubentibus, quia nec iure ciuili hoc caſu vlla pœna reperitur impoſita, præter actus nullitatem: nec iure canonico vlla pœna, ſed potiùs actus approbatio inducitur.Et ad dict.§.ſi emancipatus.reſpōdeo procedere, quando non filiusfa.ſed emancipatus contraxit matrimonium. Qua ratiōe defendi poſſe videtur, ꝙ quādo filiafa. vel etiam filiusfa. in terminis iuris communis contraherent matrimonium ſine conſenſu patris, etiam ignominioſè, adhuc nō poſsēt exhæredari, quaſi de iure.ff.& ciuili matrimonium non valeret, nec vlla pœna reperiretur impoſita, de iure autē canonico & matrimonium valeat, & ſit impunitum.Sed certè in contrarium fortiter facit text.not.d. l. ſi filiā. cùm glo.ibi, libero tamen.& tex.in auth. vt cùm de appell.cog.§.cauſas.verſi.ſi verò vſq;.ibi, libero tamen.vbi filiæfa. imponitur pœna exhæredationis, ſi citra patris conſenſum nupſerit homini ſeruo. Niſi dicas, ꝙ iure.ff.filijfa. non poterant matrimonium contrahere ſine patris cōſenſu in princ.Inſti.de nupti.l.Paulus.ff. de ſtatu.homi.l.ſi vt proponis.2.C.de nupti.& contrafacientibus nulla pœna reperitur impoſita, præter nullitatem actus. Idēq; iure.C. & Inſtit.vt in dictis iuribus.Neq; iure authen. reperitur immutatum in liberis reſpectu eius, in cuius ſunt poteſtate.Sed in liberis reſpectu matris & materni generis aſcendentiū, vel patris, & auorum paternorum, quādo aliqua ratione liberi eſſent ſui iuris, tunc pœna exhæredatiōis reperitur impoſita ignominioſè, & abſq; eorum cōſenſu, quorum de ſucceſsione agitur, nubētibus. Sed nulla pœna imminebat exiſtētibus in poteſtate reſpectu patris, præter actus nullitatē. Sed cū correcta ratione legis lex ipſa correcta intelli-

*Matrimoniū ſine patris conſenſu cōtractū quare in maſculis eſſet impunitum, non ſic in fœminis, ratio noua.*

intelligatur, & nulla alia ratione in liberis, qui eſſent ſub poteſtate noſtra pœna deſierit eſſe impoſita quãdo ignominioſè nubebant, niſi quia id matrimonium non valebat, & ideo in quibus caſibus valebat matrimoniũ pœna imponebatur, ſequitur, ꝙ cùm hodie matrimonium de iure canonico valeat, (quod ius etiam in terris Imperij ſeruandum eſt) generaliter in omnibus liberis (reſpectu etiã omniũ parentum) tunc exhæredatio, quæ olim matri & lineæ maternæ permiſſa erat, & etiã patri, & lineæ paternæ reſpectu emãcipatorũ, habebit hodie locum in patre, & linea paterna etiã reſpectu filiorum filiarumq́; familiàs. Quòd autem correcta ratione legis lex ipſa videatur correcta, probatur in.l.2.C.de ind. vid. vbi per docto. & in.l.vn.in prin. C. de cadu. tollendis. vbi per Corneum, & alios. plenè Tiraquell. de cauſ. ceſſante. in prin.

639 Deniq; longa differentia eſt inter filiũ & filiam. Nam ſecundùm mores hominum non requiritur tanta caſtitas in maſculis, vt in fœminis. vt docent Iaſ. & alij, vbi diximus in.l. in arenam. C. de inoffi. teſtam. per nos in.§.30. Et indubitatũ eſt ſecundùm mores hominum perire honorem fœminæ, quæ cognita, deflorata, ſtuprataq́; eſt ab alio, q̃ à viro ſuo. Ergo ſi filia ſine conſenſu patris nupſit etiam honeſto viro, quo caſu iure ciuili matrimonium non valebat, meritò eodem iure ciuili exhæredari à patre poterat, licèt id matrimoniũ non valeret: quia iam illius filiæ honor per ſui deflorationem perierat, per quod ipſius patri ingẽs læſio, dolor, dedecus, contumeliaq́; infertur. Non ſic, quando filius honeſtæ fœminæ citra patris conſenſum nupſit, quo caſu licèt matrimonium non valeret iure ciuili, ipſe filius nullum dedecus ſubibat, aut patiebatur, neq; eius pater, cũ liber, integerq́; ſecundùm mores hominum maneret, vt alteri honeſtæ fœminæ de conſenſu patris nubere poſſet: ſicq́; in terminis

*Caſtitas in fœminis maior eſſe debet quàm in maſculis ſecundùm mores hominum.*

iuris tam communis q̃ regij tale matrimonium à liberis maſculis citra parentũ, in quorum erant poteſtate, contractum, non merebatur exhæredationem. Secùs autem in fœminis. Et hæc eſt veritas à nemine eorum præuiſa, in quorum ſcripta inciderim.

Dic ergo, ꝙ liberi ſine patris voluntate nubentes puniũtur. Intellige multipliciter. Primò ꝙ puniũtur in legitima, quia poſſunt impunè exhæredari. Secundò puniuntur in dote, quæ talibus poteſt denegari. Tertiò in donatione propter nuptias, quæ ſimiliter eis denegatur. Quartò puniuntur in alimentis, quæ ſimiliter eis poſſunt denegari. Et has quatuor concluſiones intellige tripliciter. Primò, quãdo filiusf. ignominioſam duxit vxorem. Secundò, quando filiaf. nupſit indigno, & turpi viro. Tertiò intellige in reliquis liberis, qui quoquo modo ad querelam vocari poſſunt, ſiue illi in poteſtate eius, cuius de hæreditate agitur, ſint: ſiue ſint emancipati, vel quauis ratione in eius poteſtate non ſint. Quartò intellige vt procedat non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico.

Quid autem ſi matrimoniũ non ignominioſè, ſed honeſtè contractũ eſſet, ſine conſenſu tamen patris? Et tunc ſi eſſet ſtatutũ, ꝙ matrimonium ſi à liberis factum eſſet ſine patris conſenſu poſſent tales liberi exhæredari, tunc tales liberi poſſent etiam hodie exhæredari, hoc primò. Poſſent etiam alimentis priuari, hoc ſecũdò. Poſſetq́; eis dos denegari, hoc tertiò. Idẽq́; in donatiõe propter nuptias, hoc quartò. Idq́; tam in filijsfa. q̃ in filiabusfa. hoc quintò. Quæ quinq; concluſiones ſunt ex mente quorundam contra communem. vt ſuprà retulimus.

640 Ex ſuperioribus infertur indubitanter valere dict.l. 49. Tauri, quæ pœnam imponit contrahentibus matrimonium clandeſtinum, & etiam teſtibus aſsiſtentibus. Nam vt de iure canonico taliter matrimonium

*Intell.l.49. Tauri.*



trimonium contrahentes puniuntur, ita quoq; & de iure ciuili puniri poſſunt.

641 Infertur etiam valere legẽ.5.titu.delos caſamientos.lib.3.fori. vbi pœna exhæredationis impoſita eſt filiæfa. quæ abſque patris, matríſue conſenſu nubit, etiam ſi id matrimonium clandeſtinum nõ eſſet. Nam, vt diximus, hæc pœna non tam cõſiſtit in ſuo amittendo, q̃ in lucro, & beneficio denegando, quod nullo iure vetitum eſt.

*Intel.l.5.ti. delos caſamiẽtos.lib. 3.fori.*

642 Infertur ſimiliter valere legem.5. tit.7. part.6.&.l.10. titu. 1. par. 4. permittentes eandem exhæredationẽ ſimili ex cauſa.

*Intel.l.5.ti. 7.part.6.l. 10.ti.1.par. 4.*

643 Infertur, ꝙ.l.2.tit. delos matrimonios. lib.5.ordi.quatenus diſponit, ꝙ filia, quæ cum famulo, vel ſeruo patris ſui inſcio patre matrimonium contraxerit, valet, habetq́; vim legis: quatenus verò diſponit, ꝙ præterea amittat alia bona ſua vndecunq; quæſita, non valet. Ratio differentiæ, quia primo caſu non tam pœna, q̃ beneficij, lucriq́; denegatio eſt: nec vetitum eſt aliquem à matrimonio contrahendo arceri metu lucri, vel beneficij ceſſantis. Secundo autem caſu mera pœna eſt, quæ matrimonium licitum contrahentibus imminere non debet. Et ſimiliter quatenus diſponit, ꝙ ipſe vir in exilium mittatur, non habet vim legis. Idemq́; in reliquis pœnis ibi impoſitis. Quæ omnia ſũt ex mente & ſententia cõmunis opinionis ſuprà relatæ. præter primum membrum, quod eſt contra communem opi. ſuprà relatam.

*Intel.l.2.ti. delos matrimonios.lib. 5. ordi.*

644 Infertur ſimiliter, ꝙ.l.4.titu.delos matrimonios. lib.5.ordi.quatenus diſponit, ꝙ ſoror, quæ erat ſub cura, vel cuſtodia fratrum poteſt exhæredari & priuari ab hæreditate paterna, vel materna iam ſibi quæſita, ſi quidẽ nupſit citra conſenſum fratrum, ſimiliter nõ valet talis lex. Quia priuatio eius, quod iam noſtrũ erat, mera pœna eſt, quæ huiuſmodi matrimonijs, quæ licita ſunt de iure canonico & diuino, imminere non debet. eſtq́; ex mente & ſententia communis opi. ſuprà relatæ.

*Intelle.l.4. ti.delos matrimonios. lib.5.ord.ut non ualeat quia ponit pœnã proprij patrimonij amittendi.*

645 Subinfertur grauiter erraſſe Ioannem Lupũ, qui in repetitione cap. per veſtras. §.4.&.5.&.6.&.7.de dona.inter virum & vxorem, ſimpliciter incautus, atq; ſecurus cum legibus illis tranſit, intelligens vim, poteſtatemq́; legum eas indiſtinctè obtinere. Quæ omnia ab ineũte ferè pueritia nobis inſita fuerunt, eaq́; olim inter plura q̃. 700. paradoxa publicè defendimus.

*Error Ioã. Lupi.*

646 Sed quid ſi filia, quæ citra patris conſenſum nupſit, ingreſſa eſt monaſterium viuo patre, an adhuc poterit exhæredari, an verò per tale monachiſmũ purgetur, & deleatur illa cauſa exhæredatiõis, quæ ante monachiſmum iuſta erat, & quaſi ad non cauſam redacta videatur, vel purgata intelligatur. Loquimur in terminis iuris regij, vel vbi eſſet ſtatutum, ꝙ filia citra patris conſenſum nubens, poſſet exhæredari, vel quando in terminis etiam iuris communis ignominioſè nupſiſſet. Et cùm quæſtio hæc ex facto in prætorio Pinciano ageretur, Ioannes Lupus de Pala. Rub.in.l. 49. Tauri. refert iudicatum fuiſſe contra filiam exhæredatam, exploſamq́; fuiſſe querelam inof.teſtam. à monaſterio filiæ nomine inſtitutam. Egregius autẽ Emanuel in.l.Gallus. §. & quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.in.3. parte. num. 200. ait illam ſententiam iudicum in terminis iuris communis defendi poſſe, licèt iuſtè ius commune prætermitti potuerit à iudicibus Hiſpanis, quorum princeps non ſubeſt legibus Imperij. Sed certè etiam in terminis iuris cõmunis magis eſt, vt per ingreſſum monaſterij factũ viuo adhuc patre iuſta illa exhæredationis cauſa ceſſare videatur, & redigatur ad non cauſam. Nam cauſarum exhæredationis quædam reſpiciunt principaliter offenſam patris, vt ſi verberatus ſit, & hæ nulla pœnitentia delentur, ſed tãtùm patris ipſius remiſsione & indulgentia. vt diximus ſuprà eod.l.in arenam. Et denique quædam

*Exhæredationis iuſta cauſa an monachiſmo deleatur noua opi.*

quædam ſunt, quæ principaliter reſpiciũt turpitudinem, & ignominiam ipſius exhæredati, & hæ tolluntur, & euaneſcunt per pœnitentiam, vel emendationem ipſius exhæredati, ſi contingit ea emendatio viuo adhuc teſtatore: veluti ſi filius arenarius, vel mimus eſſe deſierit viuo teſtatore, vt diximus in dictis locis. & probat tex. in authẽ. vt cùm de appell. cog. §. cauſas. verſ. ſi præter. ibi, & in hac profeſſione permanſerit. & hoc caſu per emendationem exhæredati, ceſſat virtus & iuſtitia exhæredationis, etiam ſi per talem turpitudinem effectus eſſet infamis de iure, & de facto, vel de facto tantùm. vt diximus in. d.l. in arenam. licèt hæc ignominia per emendationẽ non deſinat redundare ex toto in dedecus & ignominiam totius ſobolis ipſius exhæredati. vt argu. c. infamibus. de reg. iur. in. 6. cum materia. Tunc ſic. Per ignominioſum matrimonium non poteſt tanta ignominia cõtrahi, quanta contrahitur ex alijs cauſis, per quas inducitur, vel irrogatur infamia iuris, & facti: vnde cùm in illis cauſis admittatur emendatio ad euacuandam exhęredationis iuſtitiam, multò magis hoc caſu admittetur.

Ergo aut matrimonium contraxit cũ indigno per verba de præſenti, & antequàm eſſet copula inter coniuges, ſucceſſit monachiſmum, & tũc ſine dubio ceſſat virtus exhæredationis longè faciliùs, quàm ſi mimus, vel arenarius eſſe deſijſſet, idq́; in terminis iuris communis.

Aut matrimonium cõtraxit honeſtè, citra conſenſum tamen patris, ſed tamen antequàm interueniret copula, ingreſſa eſt monaſterium, & tunc ſimiliter licèt eſſet ſtatutum, quòd hoc caſu poſſet exhæredari, certè per talem matrimonij ceſſationem ceſſabit virtus exhæredationis, monaſteriumq́; poterit proponere querelam. Vnde infertur idem fore in terminis iuris huius regni. Quæ omnia procederent fortè, etiam ſi copula interueniret, & morte mariti viuo adhuc patre matrimonium ceſſaſſet, præſertim ſi inde ſoboles nulla proceſsit. Ergo in quibus caſibus filia iuſtè potuit exhæredari, in illis ſi ſub conditione inſtituatur, cõditio nõ reijcietur. Sicq́;. l. noſtra limitabitur.

*Exhæredationis cauſa an monachiſmo deleatur cũ communi.*

647 An autem iuſta exhæredationis cauſa per monachiſmum deleatur, vi. tex. in. l. Deo nobis. §. 1. C. de epiſcop. & cleri. vbi Accurſius, Alberi. Sali. Bald. Paul. Faber, Cinus, & alij. Iaſ. num. 4. Alex. num. 8. in authen. non licet. C. de lib. præt. vi. etiam tex. in fi. 19. quæſt. 3. Abb. conſil. 27. num. 2. lib. 2. Hippolytus in rub. de fidei. num. 116. Ripa in. l. 1. num. 71. ff. ſolut. matrimonio. Roma. nu. 479. Campegius in tract. de dote. in prima parte. quæſt. 47. Felinus in. c. Rodulphus. num. 6. de reſcrip. Guili. Benedict. in ca. Rainutius. in. §. in eodem teſtamẽto relinquens. 2. nu. 37. de teſtam. Chaſſanęus in conſtit. Burgund. in rubrica. Des iuſtices. §. 5. nu. 103. Acoſta in. d. §. & quid ſi tantùm. 3. parte. numer. 195. Decius in authen. ingreſsi. in princi. C. de ſacroſanct. eccleſ. Areti. in. l. 3. §. filius. colũ. penulti. ff. de lib. & poſt. Curti. Iuni. in. d. authen. non licet. colu. 2. Ripa. in. l. fina. C. de reu. donat. quæſtio. 67. Alciatus parerg. lib. 4. cap. 23. Couarru. in cap. Rainutius. in princ. num. 20. de teſtam. Et communis opi. eſt, ꝙ per monachiſmũ tollatur cauſa, quæ reſpicit principaliter turpitudinẽ exhæredati, nõ quæ principaliter reſpicit offenſam teſtãtis. Et ad ea quæ ſuprà diximus circa poteſtatem. l. ciuilis in iuramentis, & matrimonijs, adde quo

*L. ciuilis an poßit inducere præſumptionẽ in materia canonica uel contra.*

648 Ad authenti. ſacramenta. C. ſi ad verſ. vend. & ad Iaſ. col. fi. in. d. authẽ. ſacramẽta puberũ. & ad gl. fi. in. l. adigere. ff. de iure patr. & ad Add. Bal. in rubr. C. q admi. & ad. c. debitores. &. c. ad noſtrã &. cap. 2. de iurei. dic, indubitatũ eſt leges ſiue ciuiles, ſiue canonicæ, ꝙ poſsint inducere pręſumptiones etiã cõtra illud, qđ ꝓbabiliter geſtũ eſt: vt cũ præſumũt nõ cõſenſiſſe, qui annuit capite. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb.



verb. obli. ergo vt. l. præſumit nõ conſentire qui nubit ante. 12. vel. 14. annum: ita potuit idem præſumere ante annum. 25. vt non magis iſto, q̃ illo caſu matrimonium ratum ſit. Quod eſt veriſsimum, ſi l. ciuilis poſſet inducere matrimoniũ ne ante annum. 14. valeret. Sed nec illud poteſt. Nam ſi re vera impuberes conſenſerunt, tunc matrimonium etiam in foro contẽtioſo canonico (nedum apud Deũ) valuit. Eſt enim matrimonium exemptũ à iuriſdictione laicorum. c. eccleſia ſanctę Mariæ. de conſt. Infero non valere. l. ciuilem dicentem filiamfa. ante annum. 25. non poſſe nubere abſq; patris conſenſu, valebit enim matrimoniũ cõtra factum, ſed & pœna contrarium facienti inutiliter imponetur, eademq́; pœna inutiliter teſtibus intercedẽtibus imponetur. Idem in tabellione. Quæ omnia, vt ſuprà attigimus, communiter app. Infero contra mẽtem communis opi. de qua per Iaſ. vbi ſuprà. ꝙ. l. ciuilis non poterit inducere præſumptionem, vt matrimonium contra factum, dolo factum, metuq́; præſumatur, non quoq; ꝙ ſimulatũ videatur, vel fingatur. Quia ꝙ dicitur. l. ciuilẽ habere poteſtatẽ præſumẽdi, vel fingẽdi, id intelligendũ in emptionibus, vẽditionibus, teſtamẽtis & ſimilibus eius iuriſdictiõi ſubiacentibus, non in matrimonijs, iuramentis, & ſimilibus iuriſdictioni canonicæ ſubiacẽtibus. Qua ratione infero. l. canonicam poſſe inducere, vt matrimonium à filiaf. abſq; patris conſenſu ſaltem requiſito cõtractum, videatur ſimulatum, vel dolo, ſeu metu factum, vel ꝙ vſq; ad annum. 25. nullus ad matrimonium cõtrahendum ſatis idoneus videatur quo ad conſenſum. argum. §. pen. & fi. Inſtit. quibus ex cau. mat. non licet. Infero, ꝙ in terminis authen. ſacramenta. ſuprà alle. l. ciuilis non poteſt fingere, vel præſumere, ꝙ minor iurans contractum, videatur dolo, metúue adductus, ꝙ ve contractus videatur ſimulatus, ea enim pręſumptio eſt ſuper iuramento ad eius iuriſdictionẽ nõ pertinente. Tamen poteſt inducere, vt licèt conſentire videatur, tamen poſsint omnes cõtractus etiã iuratos cõtrauenire, non ſecùs, ꝙ ſi iurati non fuiſſent: non ex eo capite, ꝙ contractus fuerit ſimulatus, vel dolo, metúue initus, ſed ex eo capite, ꝙ iuramentum non trahitur ad incogita ta: minor autem non videtur voluiſſe ſe obligare cũ læditur, & đ læſione ſui facilitate non videtur cogitaſſe, cùm generaliter iurat ſe non contrauenire contractui. Secundò diff. quia ꝙ minor non videatur cogitaſſe de læſione, id non contradicit, ſed conſonat præſumptioni canonicæ: quòd autem interfuerit metus, dolus, ſimulatio, id præſumptionibus tam ciuilibus quàm canonicis contrarium eſt: & quatenus canonicæ repugnat, egreditur iuriſdictionem. Ergo contra dict. authen. ſacramenta. licèt ire non poſsit l. ciuilis modo prædicto, poterit tamen alio, ſcilicet præſumendo, ꝙ minor de læſione non cogitarit, ſicq́; eo caſu non videatur iuraſſe. Nec obeſt. c. 2. de pact. lib. 6. nam loquitur in iuramẽto maioris, qui læſionem intellexiſſe, & cogitaſſe videtur. ergo. d. authen. cùm ſit. l. ciuilis, poterit tolli lege ciuili. Et cùm mens iurantis ſoluere vſuras ſit ſoluere cum effectu vt non repetat, negari nõ poteſt, quin ſi ſoluens ſponte repetat, ſaltem mentaliter, licèt non verbaliter periurus fiat. cap. quacunq; arte. 22. q. 5. Ne ergo iſte periurus fiat, intellige cap. debitores. & cap. ad noſtram. 1. &. 2. de iureiur. ꝙ debet ſoluere, nec vltrò poteſt repetere. Sed ſi iudex vſurarium compellat reſtituere, tunc poteſt accipere. lex enim canonica cautum voluit, vt nec iurans peieraret, nec vſurarius aliena tenẽs in peccato maneret. Quòd ſi dicta iura generaliter velis cum communi intelligere, vt vltrò iurans poſsit repetere, dic, ꝙ licèt verba regulariter cum effectu prolata præſumantur, tamen odio vſurarũ non fit illa interpretatio, ſed verba

*Intell. auth. ſacramẽta. C. ſi aduer. uend.*

*Intell. c. debitores. de iureiur.*

ba ſumuntur vt iacent, vt iurans non videatur cogitaſſe niſi de ſolutione tãtùm facti.Sed tunc fortiter obſt. d.c.quacũq;. vnde magis placet pręcedens intellectus.

*Legitimare ſpurium clerici filiũ non poßit princeps ſecularis.*

Infero, ꝙ ſi Impator, vel Comes ab Imperatore datus filium clerici ſpuriũ legitimet ad ſuccedendum in bonis patrimonialibus ipſius clerici, licèt videretur valere legitimatio quaſi & exerceatur in perſona filij, qui laicus eſt, & reſpectu bonorum non eccleſiaſticorum, ſed laicorum, tamen non valebit: quia per hoc impunitus foret clericus d̄ peccato, quod cõmiſit, liberos irreligioſè ſpurios ſuſcipiendo. Item inuitarentur clerici ad ſpurios filios habendos contra. l.1. & fi.C.de natu. lib. Item ſi propter caſtitatis caſum vitandum naturales liberi parẽtibus laicis nõ ſuccedunt, quantò magis parentibus clericis ſpurij filij ſuccedere non debẽt, cùm illis longè maior caſtitas debeatur? Item & fortiùs, quòd iure ciuili cautum fuit, vt illegitimi filij non ſuccederent, id iure canonico approbatum eſt. c. per venerabilem.in fi. qui filij ſint legit. facit per totum de ſucce.abinteſtato.maximè.c.2.ibi parentibus. nam de liberis nullam fecit mentionẽ, quaſi pro cõſtanti haberet illos improbos, deteſtandos, inſucceſsibileſq́; eſſe, adeò, vt p.l. ordinam. ſuprà all. etiam à conſanguineis patris capere nil poſsint. Ergo ſi id iure canonico approbatum eſt, licèt ius ciuile ceſſet per diſpẽſationem principis, ſupereſt impedimentum iuris canonici. ergo.&c.c.eccleſia ſanctæ Marię.de cõſtitutio.Facit.l.ſcire.cum glo.C.vt in poſſeſ.legat.Ad.c. per venerabilẽ.in fi.quod innuit, quòd in vi tantùm iuris ciuilis ea prohibitio nititur, vt filij clerici non ſuccedant, reſp. ꝙ non loquitur in filijs clericorum, ſed illius regis, de quo ibi. Conſtat enim principem ſecularem poſſe diſpenſare cum filijs naturalibus laicorum. Item ibi Papa non vult diſpenſare, has reddẽs rationes, quòd naturalis tantùm lege diuina, item etiam canonica, item (quod plus eſt) etiam ciuili propter caſum caſtitatis vitandum ſunt inſucceſsibiles. Vnde turpe eſſet, ſi Papa admitteret, quod & leges vetarent profanæ. Non autem fuit ſenſus, quòd ibi illæ deciſiones ciuiles manerent in vim legis ciuilis, vel in vim tantùm legis ciuilis. Patet, quia ibi fit mentio de lege ciuili denegante alimenta ſpurijs, quã cõſtat abrogatam eſſe. c.cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium. Quæ omnia alibi pleniùs oſtendimus, & gratia tantùm diſputationis dicta intelligas.

*Lex ciuilis quando teneat eccleſiaſticos.*

Deniq; leges humanæ non tenent perſonas, aut materias eccleſiaſticas.cap. eos qui. de immunit. eccle.lib.6.Hippolytus ſing.29.Barb.Felinus, Decius, & alij in.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.de cõſtit.Ioã.Sainſon.in conſtit.Turon. folio.289. colũ.2. ad finem primi arti.Vnde licèt.l.4. titu.1. lib.3. ordinam.&.l.24.tit.2.eod.li. &.l.7. &.l.25.tit.3.lib.1.l.3.&.l.7.tit.14.lib.3. ord. &.l.26.tit.2.eod.lib.potuerint diſponere, ne iudices eccleſiaſtici caperent bona aut perſonas laicorum, tamen non potuiſſent diſponere, quòd bona immobilia non tranſirent in clericos, aut eccleſias, aut quòd res eis acquiſitæ ex neceſsitate breui tempore alienarentur, niſi id fieret ex conceſsione, aut diſpẽſatione Papæ. Et ita ſancitum, vel ſaltem intellectũ videtur, & mente & ſententia legis comprehẽſum in Comitijs (quas Hiſpanè Curias vocamus) Valliſoletanis anni. 1523. petitione. 46. & in Comitijs Segobienſibus anni.1532.petitione.61.& in Comitijs Madri.anni.1534. petitione.9. &.18.&.21.

*Leges regni ut intelligãtur nõ nullæ.*

Etenim clerici omniũ rerum humanarũ acquirendarum capaces ſunt, non ſecùs, quàm laici: rerum autem humanarum immobiles vtiliores reliquis eſſe videntur. per totum.C.de prædi. minorum.per totum.ff. de rebus eorum.inq; huiuſmodi rebus vita noſtra ferè ſita eſt.l. aduocati. cum ibi notatis. C. de aduo.diuer. iudiciorum. Ergo huiuſmodi leges, quæ clericis



clericis vetarent talium rerum acquiſitiones, aut moderarẽt, in eorum perniciem non dubiè tenderent, ſicq́ue iuriſdictionem laicorum principum, aut legiſlatorum egrederentur.

*Intel.l.3. in quaterno alcaua.*

Vnde infertur intellect⁹ ad.l.3.in quaterno Alcaua.vbi habetur, clericos, eccleſias, monaſteria illius vectigalis (qđ Alcauala Hiſpanè appellatur) immunes eſſe, & iure. Nam & id erat in terminis iuris cõmunis, qđ hac in re principes noſtri immutare non poſſent in læſionẽ eccleſiarum, aut clericorum. vt plenè per Deciũ conſi.496.in princi. Firmianus de Gabellis.7.quæſt.prin.nu.9.Abb.in cap.1. colũ. fin.de cenſib. idem Abb. in capit.non minus.de immunitate eccleſi.& in cap.ex literis.de vita & honeſtate clericorum.Decanus Segouien. de libertate chriſt. part. 1.quæſtione ſecunda. eſt receptiſsi. opin. Sic ergo & in propoſito.&c.

*Clericus negotiator ſubiacet tributis cũ cõmuni.*

Verũ quo caſu clerici immiſcerent ſe laicorũ negotijs, cõmercijs, & ſimilibus, quæ ab ordine, vita, & honeſtate clericatus abhorrent, tũc eo priuilegio nõ gauderẽt. Vnde clericus negotiator tenetur ad talium vectigaliũ ſolutionem, nõ ſecùs, quàm laicus. Et eſt recepta ſententia. vt per doctor. per text. ibi in capit.quanquàm. de cenſibus.& in clem.Præſenti.per tex.ibi.eod.tit. Decius n.57.in.d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.de cõſtit.vbi Felinus.nu.104.cũ ſeq.Gregorius Lupus in.l.50.tit.6.par.1.Cardi.ĩ.d.Clem. Præſenti.nu.9. Tiraquellus de vtroq; retract.lib.1.§.32. glo. 1.num. 80.

*Intel.c.103. in curijs Sego.*

Vnde infertur declaratio ad. c. 103. in Comitijs Sego.anni.1532. vbi habetur, ꝙ oẽs illi, ꝗ poſſunt aliqua immunitate gaudere quo ad illud vectigal (quod Alcauala appellatur) immunes tãtùm intelligantur, quatenus egẽt ad domus, familiæq́; ſuæ pabulũ, victũq;, ac veſtitum, & cætera id genus: non ſic quo ad ea, quæ negotiantur, mercatorũ more.

*Intel.l.5. in quaterno alcaua.*

Id qđ ſimiliter per.d.l.3. in quaterno Alcaua. expreſſum fuit. Id ergo nõ iure cõmuni ciuili, aut canonico pugnare, aduerſariq́;, ſed cõſonare, & reſpõdere intelligendũ eſt, quaſi clerici tũc non vice clericorũ, ſed laicorũ vti videãtur, laicorũq́; perſonas repreſentẽt, nam & tũc ſuo priuilegio renũtiaſſe videntur. vt in ſimili ait.l.fi.tit.đ los caualleros. lib.4.ordi.ibi. Ningun cauallero, ni hijo dalgo pueda ſer preſo por deudo que deua, ſaluo ſi fuere arrendador, ò cogedor de nueſtros pechos è derechos, porque en tal caſo el meſmo quebranta ſu libertad.

*L.fi. tit. dè los caualle. lib.4. ordi.*

Quo caſu dubitari poteſt, ſi clericus foret conductor gabellarum regiarum, aut vectigalium, an vinculis à iudice etiã laico competente (quales nos ſumus in noſtro rei dominicæ ſummo Prætorio) poſſet detineri, quaſi clericus ille ſuo priuilegio fori renuntiaſſe videatur. argumẽto dict.l.fi. Mouet quæſtionem, quòd id tolerabile videretur quodãmodo, vbi id vſu inueterato receptum eſſet. vt per Guili. Bened. in cap. Rainutius. de teſtamen.num. 322. in verbo, & vxorem nomine.Faber.in.§.fi.num. 8. Inſtit. de ſatiſda. Bald. in cap. cùm veniſſent. colum. 3. de eo qui mittitur in poſſeſ. cauſa rei ſeruandæ.idem Bald. in in authen. clericus. C. de epiſcop. & cleri. qui tamen intelligunt vix tolerabile eſſe, laudabile autem minimè.

Quod tamẽ eo caſu admitterem, cùm tempore conductionis vt laicus ille incederet, ſeq́ue laicum mentitus eſſet. argumento per totum. C. ſi minor maiorem ſe dixerit. & argumento.l. 1. cum ibi notatis per docto.C.de teſtamen.& in.l.Barbarius.ff. de officio prætoris. Neq; enim aliter per regis ſummos ratiõales ad taliũ conductionem vectigalium admitteretur. & hoc caſu videtur procedere. l. 16. &. l. 17. tit. 3. libr. 1. ordinamen. Nam & in terminis iuris communis clericus coniugatus non aliter videtur gaudere priuilegio fori, quàm ſi in habitu, & tonſura clericali incedat. Lapus allega-

*Intell.l. 16. & .l.17.tit. 3.lib.1.ord.*

& & tione,

tione.118.Id quod licèt ab omnibus receptum ſit quo ad terminos.c. ſi quis ſuadẽte.17.q.4. tamen quo ad priuilegium fori non ſic videtur receptum. nam impugnatur ab Hippolyto ſingulari.383.Clericus incedens.poſt Ioan.Andr.& Cardi. in cap.perpendimus.de ſententia excommu.quaſi clericus & ſi expreſsim velit, tamen non poſsit renuntiare etiam cum iuramento priuilegio fori.c.ſi diligenti. de foro compet.

*Vectigalis fraudator tenetur in conſcientia cum communi.*

Illud autẽ mirandum eſt, qua fronte clerici (vt ſæpe vidim⁹) ſtudeãt vectigalia regia ſubtrahere modò, modò aũt ſubtrahentibus opem ferre, exiſtimantes fortè in foro animæ non teneri ad pœnas talibus fraudatoribus impoſitas. Quod licèt verum eſſet, tamen non ideo minus tenebuntur in foro animæ ad reſtitutionem vectigalis fraudati, non ſecùs quàm fur tenetur ad rei ſubtractæ reſtitutionem, licèt nõ ſic ad pœnam legalem. Et in fraudatoribus Gabellarum tenetur id communiter. vt per Bal.in.l.vt vim.ff.de iuſti. & iur.lectione.1. per Caietanum in ſumma.verbo, vectigalia.eſtq́; communis opin.vt per Soci.fallen.164. Alfonſus à Caſtro de poteſtate legis pœnalis.cap.10. libro.2.Segura de bonis lucr. conſt. matrimonio.num.233.vbi per additi. Dominicus de Soto de iuſti. & iur.lib.3. quæſt.6. artic.7.Quod intelligẽdum eſt, dummodo illud vectigal ſit licitum. Sicq́; nimis dolẽdum eſt, quàm facilè omnes pleriq́; ſtudeãt, præſertim mercatores, huiuſmodi vectigalia fraudare in certam animarum ſuarum internecionem.

*Intel.prag. Pincianæ.*

Et Hiſpaniæ vſu venit, vt legum non paucæ latæ ob bonum publicum, per interuentum clericorũ fraudentur. Quale eſt in terminis pragm.latæ in Curijs Pincianis anni.1548.fol.39.cum ſeq.vbi vetitum eſt ſub pœna reuendere triticum, & omne genus frumenti: cùm vſibus edocti ſimus, id reipublicæ pernicioſum longè futurum, fuiſſeq́; ſemper. Quod cùm laici facere legalium pœnarum metu nõ audeant, id faciunt per interuentum clericorum, damnum nõ dubium aut leue reipublicæ inferentes, quos peccaſſe dubium non eſt.

*Clerici an tenecãtur ſtatutis laicorum ꝓ bono publico factis.*

Quia leges pro bono publico latæ etiam à pincipe ſeculari, obligant ad ſui obſeruationem clericos, non ſecùs quàm laicos, licèt ad pœnæ reſtitutionem non ligent. vt per Felinum in. c. audiuimus. de ſimo. & alios, quos ſuprà retulimus. & alibi pleniùs. Facit. l. addictos.C. de epiſcop. audi. Alibi tamen latiùs, quia id in clericis nõ ſat expeditum, licèt ſit æquũ, aliter.n. leges pro bono publico latæ eluderentur per interuentum clericorum. Vnde etiam ſtatutũ laicorũ ſecũdùm quoſd.quaſi latũ ſemper intelligatur pro bono pulico, clericos etiam tenet.argu.c.clerici.de vita & honeſt. clericorum.Quod nobis placet, quia tunc clerici vt lege canonica nõ ſecùs & ciuili ligantur, hoc tñ caſu ipſi clerici à iudice eccleſiaſtico nõ etiã à laico poſſent capi, & puniri.Ioã.Lup.in.c.per veſtras.§. ſed pulchra.de dona.inter virum.Platea in. §. itẽ lex Iulia.Inſt.de pub.iudi. Et vt ius canonicum approbauit ius ciuile Romanorũ c.1.&.2.cum ibi notatis de op.no.nun. ita & ius ciuile Hiſpanorũ, vt illicò ꝓbabo. Vnde ius cano. & ius ciuile tam Romanorum q̃ Hiſpanorum veluti vnum ius intelligi poteſt, cõſtat pluribus partibus, nam & ius ciuile Romanorũ cõſtat multis partibus. vt Inſti. de iure nat. per totũ. ergo vt leges Romanorũ tenẽt etiam clericos quatenus iuri canonico non aduerſantur, ita & leges Hiſpanorum.

*Hiſpaniæ leges ſunt ius cõmune in Hiſpania.*

Deniq; redeũdo ad leges noſtras regias quatenus nõ ſolùm in matrimonijs, vt ſuprà oſtendimus, ſed etiã in alijs abſcedũt aliquãdo à iure cõmuni tam canonico q̃ ciuili, cùm conſtet leges noſtras eſſe quo ad nos ius cõe, quia Hiſpaniarum Rex in temporalibus nullũ cognoſcit ſuperiorem.gl.in cap. Adrianus.63.diſtinctione. verb.ꝑ ſingulas.eſt ſingul.ſcd̃m Corſetũ de



poteſtate regia.q.22.n.19.q.101.nu.66. Ioan.Lup.de benefi.in curia vacan.§.8.Segura in.l.Imperator.n.5.ff.ad Treb.idem in.l.cohæredi.§.cùm filiæ.n.19.ff.de vulg. l.5.tit.de las leyes.lib.1.ordi.l.fi.tit.12. eod. lib.l.2.vbi Caſtell⁹ & alij in legib. Tauri.

*Hiſpano iure deficiẽte i⁹ ciuile Romanorũ nõ ius cano. Hiſpani ſequuntur.*

Videndum ergo eſt, an iure noſtro deficiente, ius canonicum, aut potiùs ciuile Romanorũ ſequi debeamus. Et ſunt qui putẽt ius canonicũ potiùs q̃ ciuile. vt per Ioã.Lupi.in rep.rubr.n.15.fol.2.Caſtellus in.l.1.Tauri. tangit in aliud & melius inclinãs Mich.Ciſonti.in.l.3.Tauri.quæſt. 1.quod verius eſt. Quia ius noſtrum, ius commune Romanorum, non Pontificũ videtur approbaſſe, vt in legibus ſuprà citatis.niſi in materia merè ſpirituali, vt alibi per nos pleniùs.

*Ius canonicum ciuili contrariũ, ut ſit ſeruãdum.*

649 Deniq; aut lex canonica aliquid propter vitandum peccatum diſponit, idq́; declarat: aut declarat ſe diſponere, nõ propter vitãdum peccatum, ſed propter alias ſubditorũ vtilitates: aut ſimpliciter diſpoſuit, nihil horũ declarando. Primo caſu præualet iuri ciuili quod in contrarium anteà, vel poſteà ſtatutum fuiſſet, & conſequenter longè faciliùs ſi à iure ciuili ea in re nil cautum eſſet, etiam in foro ciuili ſeruãda eſſet. Idq́; intelligitur tripliciter. Primò, quando.l. canonica id ſtatuit ob vitandum peccatũ certũ. Secundò, quando ob vitandum peccatum præſumptũ. Tertiò, ob vitandam etiam peccati occaſionem. Rurſus intellige hos tres caſus prædictos, ſiue.l.canonica procedat inductiuè, ſiue approbatiuè.i. ſiue induxerit id quod à lege ciuili inductum iam erat, & ſic approbauerit: ſiue etiam à lege ciuili is caſus omiſſus fuerat, ſiue etiam comprehenſus, ſed in contrarium eius, quod canon ſtatuit.Ita intelligo.c.2.de pact. in 6.c.cùm contingat.de iurei.c.licèt mulieres.eod.tit.in.6. Secundo caſu, quando proceſſit.l.canonica propter alias ſubditorum vtilitates, ſeruabitur in terris tãtùm eccleſię.Ita intelligo.c.filius.&.c.cùm eſſes. de teſtamẽtis. cũ ſimilibus. Idẽ tertio caſu, quia præſumam.l. latã propter alias ſubditorum vtilitates, non propter vitandum delictũ, quia omnia cẽſentur permiſſa, quæ non reperiũtur expreſsim prohibita.l.necnõ.ff.ex quibus cauſis maiores.

Intellige quãdo diſpoſitio.l.canonicę & ratio, in qua fundatur, eſt rationabilis, & probabilis.ſecùs ſi facta videatur ad æmulationem, & vſurpationẽ iuriſdictionis laicorum. Vnde ſi.l.canonica diceret, Non ſufficiant in teſtamẽto. 7. teſtes. ſed ratio quia contrarium eſt peccatum, vel peccati occaſio, non eſt ſeruanda, niſi tantùm in terris eccleſiæ. Nam & ſi Imperator diceret, Iuram.ſuper contractibus interpoſitum non ſeruetur, quia id non eſt peccatum.ſimiliter.l.hũc modum inducens non valeret.argumento eorum, quę traduntur in.c.quæ in eccleſiarum.de cõſtit.& quæ ſuprà diximus.

*L. ciuilis pugnans canonicæ quando ſeruãda.*

Deniq; an hæc ſint in foro contentioſo ſeruãda? Dic ꝙ in ijs, quæ, merè ſpiritualia nõ ſunt, aut à ſpiritualibus nõ dependent, etiã ſi lex ciuilis cõtradicat iuri canonico, obſeruanda eſt in terris Imperij, cùm principaliter nõ quęratur de periculo animæ. Ita ſingulariter Ange. de Peruſ.in conſi.233.in fine.vbi dicit, ꝙ ſi aliud diceremus, extincta eſſet poteſtas Cæſarea, & gladius tẽporalis. Et vltra hoc eſt communis cõcluſio, ꝙ quando eccleſia, & laicus litigant in foro ſeculari, in decidendo quo ad laicũ ſeruabuntur leges. Ita dicit Mari.Soci.in.c.fi.de foro compe. prope finẽ.Ex hoc dicit bene Bal. in fina. verb.conſi.285.3.vol.cõſi. Tribunalia diſtingue in diſceptationibus fori. Legiſta autem militat in foro Iuſtiniani, Canoniſta autem triũphat in foro beati Petri. Idẽ in effectu dicit Hoſtiẽ.in ſumma.de teſtamen.in.§. qualiter conficiantur. verſiculo.ſi verum.vbi dicit, quòd ſi cauſa teſtamenti clerici verſatur coram iudice ſeculari, ſeruabitur lex humana. Id quod duobus in caſibus procedit. Primus,

&& 2 quando

quando res illa, qua de agitur, indubitã-
ter profana erat, terrena, vel caduca. Se-
cundus, quando dubitatur. argumento
tex. in. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus
cauſis maiores. & l. ſuper ſtatuas. C. de re
ligioſis & ſumptibus funerum. Tradit
Michaël Ciſon. in dict. l. 3. Tauri. quęſtio
ne. 1. Ioann. Bernar. in pract. cauſ. crimi.
cap. 60. & capit. 136. Gundiſaluus in cap.
conſtitutus. de in integrum reſtit. fol. 7.
contra Abb. in. c. cùm eſſes. de teſtamẽ.

*Iure regio etiam in deciſiuis ſtamus legib⁹ noſtris per l. 1. Tauri.*

650 Et multò minus dubitationis viden-
tur habere prædicta poſt. l. regis Alfon.
approbatam per. l. 1. in legibus de Toro,
per quam tollitur omne dubium, ꝗ quo
per gloſ. & docto. in capit. quod clericis.
de foro competen. quando in ordinarijs
vel deciſorijs ſunt ſeruandæ leges fori, v
bi cauſa tractatur, per prædictas leges re-
gni deciditur, quòd terminandæ ſunt ſe
cundùm ius noſtrum regium, non ſolũ
in ordinatorijs ꝓceſſus, ſed in deciſiuis.
Et Abb. in dict. cap. quod clericis. fin. co-
lum. dicit, quòd ſimilis. l. vel ſtatutũ licèt
cõtra canones valet, & tenet, quia etiam
populus ſubiectus eccleſiæ in temporali
bus poteſt ſtatuta rationabilia condere,
& ſecundùm illa viuere, licèt ſint contra
ria canonis ſanctionibus, niſi ſint repro
bata. vt in cap. 1. de conſtitu. libro. 6. Ma-
ximè in terris Imperij, vbi ſola. l. Cæſaris
ſeruãda eſt, niſi in ſpecialibus, in quibus
ſemper ſeruanda eſt. l. Papæ. vt ſingulari
ter ꝑ Calderin. conſi. 18. tit. de cõſtitutio.

Quod maximè procedit, quando per
talem legem regiam non inducitur pec-
catum certum, & indubitatum, vel pec-
candi certa & indubitata occaſio, quia
omnes principum leges ſanctæ, iuſtæ, to
lerabileſq́; eſſe præſumuntur. argumen
to. l. 1. & ſecundæ. ff. de legibus. l. huma-
num. C. eodem titulo. capit. erit autem
lex. quarta diſtinctione. De quo alibi ple
niùs.

*L. ciuilis an teneat clericos.*

651 Illud autem dubium eſt, an lex ciuilis
teneat eccleſiaſticas perſonas, vel contrà?
Et quidem plena iuriſdictio cõſideratur
quincupliciter, ſcilicet ratiõe perſonarũ,
rerum, locorum, temporũ, cauſarũ. &c.
argum. §. plus. Inſt. de act. Ergo cùm plu-
ries quæritur vt diſtinguantur iuriſd. Pa-
pæ, & Imperatoris. Reſpõ. de tẽporibus,
& locis non agendum, quia vtriuſq; iu-
riſdictio & tempore perpetua, & loco eſt
vniuerſalis. Fallit in terris eccleſiæ, quæ
ex toto eximuntur ab Imperatoris iuriſ-
dictione tã in rebus terrenis, quàm æter-
nis. Non quoq; de cauſis agendum, quia
in laicis Imperator, in clericis Papa pleniſ
ſimam habẽt iuriſd. in contractibus, deli-
ctis, vlt. vol. Supereſt, vt de rebus, perſo-
niſq́; agatur, ſermoq́; fiat.

Et quidem in rebus fidem catholicam,
religionem, peccatum, animarum ſalutẽ,
eccleſias, pia loca, eorumq́; bona ſpectan
tibus, in confeſſo eſt nullam Imperato-
rem habere iuriſdictionem, quinimò ex
toto ad Papã pertinere reſpectu tam lai-
corum, quàm clericorum. In rebus au-
tem caducis, atque terrenis, nõ dubium,
quin laicorum iuriſdict. ſit ſolius Impera
toris. cap. quoniam. & per totum. 10. diſt.
Sed an idem in clericis? Et videtur quòd
ſic. vt ibid. cùm ſimi. ſed cùm is in cleri-
cos poteſtatem non habeat vt in res, bo-
naq́; eorum habebit. Ad ſolutionem pRę
mitte, quòd iuriſdictio eſt in quadrupli-
ci differentia. Primò ex vi poteſtatis. Dein
de ex vi cõfirmationis. Tertiò ex vi ſum-
miſsionis, vel conuentionis tacitæ, vel
expreſſæ, indiuiduæ, generalis, vel indefi-
nitæ. Poſtremò ex vi rationis cognitæ,
intellectæ, vel præſumptæ. Dic ergo, ꝙ
ex vi poteſtatis in clericos nunquàm, vt
quibuſdam videtur, habebit iuriſd. Non
quoq; ſecundùm quoſd. ex vi confirma-
tionis, quia non reperitur per Papam vlla
Imperatoris iuriſdictio in clericorum
perſonas approbata, nos contrà, vt ſu-
prà numero. 649. ad fin. Sed ex vi ſum-
miſsiõis poteſt: vt ſi clericus petat à laico
coram iudice ſeculari, tunc laicorum
forum,



forũ, eiuſq́; leges ſubibit. Quod & laico
eueniret, ſi à clerico in ſuo foro peteret.
Hinc eſt, & infero, ꝙ ſi bona & res ſoli
ſint ex forma ſtatuti laicorum præſcri-
ptibilia triennio, vel inalienabilia in fo-
renſes, tunc bona ſucceſsione, vel contra
ctu ad clericos ꝑuenientia illas leges ſub-
ibunt, idq́; & in eccleſijs fortè recipiendũ
eſt. Quod verum, ſi poſt ſtatutum res per
uenerat in eccleſiam, vel clericum: ꝙ ſi
poſtea ſtatutum fieret, tunc in eccleſia du
bito. In clerico autem magis eſt, vt adhuc
obtineat: etenim eſt res terrena, quæ Im-
peratori ſubeſſe negari non põt: & vt ſi iã
ſtatutum factũ erat, res illa ea lege à cleri
co ſuſcepta videtur: ſimiliter & cùm fa-
ctum nondum erat ſtatutũ, intelligẽdus
eſt & de legib⁹ futuris cogitaſſe, ſeq́; ſub-
miſiſſe. Nam & qui ſe alienæ iurid. ſub-
egit, non leges tantùm præſentes, ſed &
futuras ſubibit. arg. l. qui iure militari. ff.
de mili. teſtamento. Ergo. l. regni, iubens,
ne quiſquàm frumenta, fructus, reditus
futuros alienarum poſſeſsionum condu
cat ſub pœna amiſsionis bonorum, com
prehendet clericos, vt conducentes, inci-
dãt in pœnam bonorum temporalium.
Quod iuuat ex eo, ꝙ quotidiè facimus
præcepta iudicibus eccleſiaſticis, vt defe-
rant appellationibus ſub pœna amiſsio-
nis bonorum temporalium. Reſp. id nõ
iure cõſtituto, ſed præſcripto deſcendit.
Et clerici conducentes, nõ arctantur illo
ſtatuto, cuius ꝓhibitio reſpicit principali
ter perſonas, ſicq́ue impunè conducent,
quia non tenẽtur ex vi poteſtatis propter
perſonarum eminẽtiam. Non ex vi cõfir-
mationis, quia ius canonicũ non ius Hi-
ſpanorũ vt Romanorũ approbauit. Non
quoq; ex vi ſummiſsionis, cõuẽtioniſue,
quia clerici ſe non ſummiſerunt ſtatuto,
eiúſue conditori. Nõ ex vi pręſcriptionis,
quia non reperitur ꝑ principes Hiſpanos,
vel alios hac in re contra clericos pręſcri-
ptũ, nec fortè præſcribi poſſet. Nõ quoq;
ex vi rationis præſumptæ ipſius ſtatuti:
quia negatur ratiõabile eſſe, vel præſumi
à iure canonico, quod ipſi canonico iuri
repugnat. Ad illud, Per me reges regnãt
& legum conditores iuſta decernunt.
Reſponde, ꝙ procedit generaliter, & re-
gulariter, ſed ſubditos tantùm ligat. Vel
tunc demum præſumitur iuſtum, cùm
ſit ab habente poteſtatem, & in ſubditos.
Hîc autem vtrunq; deficit: quia nec cleri
ci principi ſeculari ſubſunt, nec is in eos
poteſtatẽ habet, ſicq́; deficiunt requiſita,
quæ cõcurrere oportuit, vt iuſtum præſu
meretur. Vel dic, ꝙ ꝓhibitio in re indiffe
renti, qualis eſt iſta, vtcunq; iuſta de cau-
ſa (quod tamẽ dictũ intelligas gratia tan-
tùm diſputationis) fiat, ſeruãda eſt à ſub-
ditis, non ab alijs, maximè cùm dirigitur
in perſonas. Quòd ſi dirigatur in res, pu-
ta, nullorũ fundorũ, qui ſunt in regione
noſtra Hiſpaniæ fructus, reditúſue cõdu
cantur: ꝙ ſi cõtra fiat, tũc publicati intel-
ligantur, valebit tam pœna q̃ prohibitio,
etiam ſi fundi ſint clericorũ. Tum argu.
eorũ, quæ ait Bart. in. l. ſi quis pro eo. col.
4. & 5. de fideiuſ. Iaſ. in. l. cõtra iuris. ff. de
pact. Tum etiam, quia id ſtat. iuſtum, ſan-
ctumq́;, non ſolùm à iure ciuili. vt. l. 2. ff.
de legib. ſed à iure canonico præſumitur.
vt illud, & conditores legum iuſta decer-
nũt. Et vt res mea ob pub. vtil. mihi aufer
ri ex toto poteſt, multò magis vſus eius
modificari. Simi. per Iaſ. in auth. ſacramẽ-
ta. C. ſi aduerſus vendi. col. pe. vel fi. Simi.
in. l. regia prohibente iuram. poni in con
tractib⁹. Habetur latè in. l. ſi quis nec cau-
ſam. ff. ſi cert. pet. Licèt re vera id non ſa-
tis tutum, aut expeditũ ſit: quia cùm res
propter homines, non autem homines
propter res fuerint creati, magis eſſe vide
tur, vt fundus ſequatur conditionem cle
rici eum poſsidentis, quàm vt clericus ſe-
quatur conditionem fundi ſui.

*Clerici immunes ab omni tributo.*

652 Vnde magis eſt, vt clerici, & eorũ ꝑdia
immunes ſint ab oĩ tributo & vectigali.
cap. quanq̃. de cenſibus. lib. 6. vbi gl. c. nõ
min⁹. de immunitate eccleſiarũ. l. placet.

C.de ſacroſ.eccle.authẽ.item nulla. C.de epiſc.& clericis.cap.generaliter.§. placet. 16.q.1.Geneſi.47.Eſdræ.lib.1.c.7.l.1. tit.3. lib.1.ordi.ibi, exemptos deuen ſer los ſacerdotes è miniſtros de la igleſia de todo tributo.text.in.c.1. de immunitate eccleſ. lib.6. & in conci. Lateranenſi. ſeſsione.9. Syluester in ſumma.in verbo. excommunicatio.9.§.21.Caietanus in verbo, excommunicatio.c.39.Antibolus de munerib⁹. 3.parte.§.4.num. 32. Curti.iuni.conſil.61. num. 2. Quod procedit tam in quæſitis, q̃ in quærendis.vt.d.c.1.&.d.cap. quanq̃.

653 Proinde ſi pater fundum, aut domum filio dedit pro conſequendo ſacerdotio, is fundus liber efficitur ab illo tributo in poſterũ præſtando.argum.l.cùm facultates.C.de his qui numero liberorũ ſe excuſant.lib.10.l.212.ſtili.Nam ſi ruſticus à milite prædium emerit, tributum ſubibit, licèt liberum eſſet prædium dum militis erat.Speculator in cap.de cenſibus.§. nũc dicendum.l.ętatem.§.fin.de cenſibus.l.3. §.1. ff. de muneribus & honoribus. Neq;

*Immunitas prædiorũ ſequitur perſonas: nam prædia ſecũdùm qualitatem nouorum dominorũ fiũt uel tributaria, uel libera.*

654 ſi priuilegiatus emerit à nõ priuilegiato, præſumitur fraus. l. non ex eo. C. de euictio.gl.in prin.Inſt.de vſucap.in verbo, q. bona fide.gl.in cap.ſi diligenti.verbo, bona fides.gloſ.in.c. quoniam omne. verb. bona fide.& in.c.ſanctorum.de præſcrip. Corn.conſi.242.n.12.lib.3.

*Alienatio in immunẽ, non uidetur fieri in fraudẽ tributi, niſi cũ alienans remãſit minus idoneus ad tributũ ſoluendum.*

Itaq; qualitas rei nõ inſpicitur, ſed tantùm perſonæ, apud quẽ reperitur. Bart.in l.Paulus.n.3. ff.de acquir.hære. Tiraq.de vtroq; retractu.lib.1.§.1.gl.13.nu.12.cap.1.

655 de iure patro.in.6.l.licitatio.§. fi. ſuprà alleg.Segura ĩ.l.3.§.fi.n.119.ff.de lib.& poſthu.Nam & bona ante ſacerdotiũ poſſeſſa, per interuentum ſacerdotij libera fiũt ab omni munere, licèt antea non eſſent. argu.in.c.1.de immunitate eccleſ. & in.c. ſicut.cum ibi not.de verb.ſig.lib.6.Geminianus conſi.113.

*Perſonæ, non rei qualitas inſpicitur quo ad tributa.*

656 Quod intellige, niſi onus eſſet annexũ ipſi rei.Bart.in.l.is cũ quo. n. 2.ff.de aqua pluuia.arcenda.Grego.Lup.in.l.55.in.gl. clerigos.tit.6.part.1.Iaſ.conſi.20.lib.1.Barto.in.l.ſi diuina.num.1.C.de exactoribus tributorum.lib.10.Facit.l.dolia.§.1. ff. de contrah.emptione.l.inuitus. §. plerunq;. ff.de reg. iur. clemen. 1. de ſupplenda negligentia prælatorum.l.1. verſic. Otroſi. tit.3.lib.1. ordi.

*Rei iniunctum onus tranſit etiã in perſonã priuilegiatam cum cõmuni.*

Quod procedit, dummodò in fraudẽ fiſci alienatio non fieret. l. pen. vbi Albe. C.de reſcind.vendi.facit.l.212.ſtili.&.l.59. tit.5.par.5.Facit etiam.l.6.tit.9. lib. 5. ordi.

657 Vnde neceſſariò intelligenda eſt.dict.l.6. dum in re dubia quãdo bona tributaria alienantur in perſonam immunem præſumit fraudem, vt procedat eo caſu, quo loquitur, nempè quãdo alienans poſt talem alienationẽ minus idoneus relinque

*Intellc. l.6. tit.9. lib. 5. ordi.*

658 batur, aliter.n.l. ciuilis non poteſt inducere præſumptionem hanc, vt quod alienatur in eccleſiã, in fraudem tributorũ regalium alienatũ videatur.Ita Montal.in.l.1. in glo.ſiempre guardadas.tit.5. lib. 1.fori. Ioã.de Platea.in.l.2.C.de prædijs nauicu. lib.11.& in.l.fi.C.de exacto.tribut. lib. 12. Grego.Lup.in.l.55.in verbo.El rey. tit. 6. part.1.Decius.num.52.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cõſtit. vbi Felin.n.76. & eſt cõmunis ſecũdùm.Iaſ.in.l. placet. nu. 21. lect.2.C.de ſacroſ.eccle.Bal.in.l. neminẽ. num.3.eod.tit.& in auth.itẽ nulla.n.4.C. de epiſc.& cleri.idem Bal.cõſi.28.lib.2.& in.l.fi.C. ſine cenſu vel reliquis.Roma.in l.ſi publi.§.1.n.7.ff. de publi.Imol. in cap. fi.num.16.vbi Abb.num.13. de vita & honeſtate clericorũ. Quod videtur expreſſum etiam iure regio in.l.2.tit. 3. lib. 1. ordinamen. ibi. Y eneſta meſma pena cayã los que vſaren los dichos ſtatutos.

*L.ut alienatũ in eccleſiam uideatur fieri in fraudem fiſci non poteſt inducere cum cõmuni.*

Stat ergo leges ciuiles non tenere eccleſias, aut eccleſiaſticas perſonas, neque in earum præiudicium poſſe quicquàm ſtatuere per modum diſpoſitionis & directò, nec etiam indirectè per modum præſumptionis inductæ, nec etiam per modum pœnalitatis inducendæ, non quoque per modum pœnæ auferendæ.





Nam ſi. l. ciuilis diſponeret, vt clericos expilantes, aut res eccleſiæ diripiẽtes impuniti eſſent, non valeret.argumẽto eorum, quæ tradunt Bart.Alexan.& alij in l.Seius & Augerius. per text. ibi.ff.ad legem falcidiam.

659 Illud autẽ dubium eſt, an bona clericorum gaudeãt priuilegio eccleſiarum? Idq́; firmant Lambertinus de iure patr. articulo.2. ſeptima quæſtione principali.partis.1.lib.2.Antibolus đ muneribus. §.4.num.41.gloſ.2.in cap.eccleſia ſanctę Marię.ſuprà alle. vbi Felin.num.7.idem Felin.in cap.2.colum.2.de foro compet. Barba.in cap.ſi clericus. num.4. eod.tit. gloſ.2.in lib.1.conſtitu.Neapoli.titu.66. & ibi Afflictus num.2.& in tit.67.nu.12. Felin.in cap. cùm ſit generale. colum.2. de foro compet.glo.fin.in cap.ex literis. de vita & honeſtate clericorum.glo.1.in cap.ſimiliter.16.quæſtio.1. glo.in verbo, obligata.in cap.ex literis.de pignoribus. Roman.ſingul.112. Stephanus Aufre.de poteſtate eccleſi.ſuper laicis.nu.48. Balbus de præſcriptio. 1. part. 5. partis principalis.quæſtio.5. intelligens id procedere non regulariter, ſed in caſibus tantùm à iure expreſsis. & vtrumq; communiter receptum eſt ſecundùm Decium in cap.epiſcopus.num.10.de pręben.Vnde clerico non daretur reſtitutio aduerſus rerum ſuarum pręſcriptionem, quę etiã breuiore tẽpore, quàm res eccleſiæ præſcriberentur, earumq́; ſubtractio non ſacrilegiũ, ſed ſimplex furtũ reputaretur ſecundùm receptas ſententias in dict.locis.per gloſ.in clemẽtina.1. de in integrũ reſtitutione. Philippus Francus in capit. epiſcopum.de præſcriptionibus.in.6.gl. in cap.poſſeſsiones.16.quæſti.4. Abb. in cap.1.num.4.de conſuetudine. Speculator de in integrum reſtitutione. §. 4.nu. 7.Facit, nam vera & communis opin.eſt legem generalem cõprehendere omnes perſonas vtcunq; priuilegiatas, ſi in materia, qua de agitur, non reperiuntur habere peculiare priuilegiũ. l. in fraudem. §. fin. ff. de milit. teſtament.per nos in.§. 35.num. quinto.

*Clericorũ bona nõ gaudent priuilegio eccleſiæ cum cõmuni.*

Illud autem dubium eſt, an lex ciuilis obliget in foro animæ? Et quidẽ in re ſpirituali non ligat in foro animæ ex defectu iuriſdictionis, vt ſuprà incidenter attigimus.c.fin.de conſtit.in.6.l.fi.ff. de iuriſd.omnium iud.facit.l.ſciendum.ff.de ædili.edi.vbi Bald.& Cepola. num. 10.c. fin.de rebus eccleſ.cap.nouit.de iudicijs.

Cæterũ ſi loquatur.l. ciuilis intra terminos ſuæ iuriſdictio.tunc aut cõſtat legiſlatorem noluiſſe obligare in foro cõſcientiæ, & non obligat. plenè Curti. iunior conſi. 12. num.10. Aut conſtat voluiſſe obligare in foro cõſcientiæ ob rei publicæ vtilitatem, & tunc indubitanter ligat in foro animæ, vt alibi diſſeruimus.

661 Aut ſumus in dubio, & tunc ex mente doctorum eſſe videtur, vt liget in foro animæ.Nam communis opin.eſt ſecũdùm Barba.num. 8. in cap.filius.de teſtament. quòd ius ciuile ſi expreſsim non reprobatur ab eccleſia, nec cõtinet in ſe peccatũ, debet obſeruari in foro animæ. ſentit Bart.in. l. ſi quis pro eo. colum.4. ff.de fideiu.qua de re per Barba.conſ.46. num.20.libr.1.Thomas.1.2.quæſtio. 96. arti. 4.& ſecunda. 2. quæſt. 60.articul.5. Archiepiſ.Florent.par.1.titu.18.c.vnico. §.2. Baptiſta Trobamala in verbo, lex.q. 17.Alfonſus à Caſtro libr.1. de poteſtate legis pœnalis.cap. 4. Ioã.Methynẽſis in libr.de reſtitutione.quęſtio.36.verſ.quo præmiſſo.Gregor.Lup.in.l.16.tit.1. part. 1.Syluester quæſtione.8. in verbo, lex.facit.l.16.ſuprà allega. ibi, è meterſeyan en la carrera đ la muerte.& alij plures, quos alibi concitauimus.

*Lex ciuilis in dubio nõ obligat in conſcientia contra communem.*

Verùm licèt docto. non ſatis ſeſe explicent, ſemper fuimus in hac opinione, vt lex ciuilis in re dubia nõ videatur velle, vt quis teneatur in foro animæ, quinimò id vehementer effugit. vt in. l. quæ

quæ ſub conditione.in princip.ff.de cō-
ditio. inſtitu.Facit.l.2.per locum ab ſpe-
ciali.C.de reb.credit. ibi, ſatis Deum vl-
torem habet.Nam tunc demum.l.vide-
tur in conſcientia velle obligare,cùm a-
liquid alicui citra vllam pœnam præce-
pit, & præterea is iurauit, quod poſtea
non impleuit.Non ſic ceſſante iuramen
to, nam tunc ſiue lex pœnam imponat,
ſiue ſimpliciter præcipiat, non ligat in
foro animæ: nec de intentione legis eſſe
videtur,vt tranſgreſſor peccet, niſi cùm
legis tranſgreſsio damnum intulit,quo
caſu ſi damnum dolo inferas,ſtatim pec
caſti, & præterea ad reſtitutionem, vel
emendationem teneris. Quòd ſi culpa
tantùm præſertim leui, vel leuiſsima
contra legis præceptum alicui dediſti
damnum, veluti ſi dum in loco inſolito
equitares,ſeruum alienum occidiſti, &
in alijs exemplis, de quibus Inſtitut. de
lege falcidia. per totum. &. C. &. ff. eo-
dem. tunc non ſtatim peccaſti, licèt ſi
damnum poſteà non emendes,cùm pri-
mùm emendandi poteſtas fuerit, fortè
peccare videaris. Quid enim ſi contra
præceptum legis oſtro quis indutus in-
ceſſerit, aut mulabus equitauerit,aut pa
rietes domus ſuæ depingat,aut ex præce
pto iudicis viam publicam non extru-
xerit proprijs ſumptibus? In omnibus
enim ijs caſibus,& ſimilibus, ſiue pœna
impoſita ſit,ſatis eſt, vt ad eam legis trāſ
greſſor teneatur:ſiue pœna impoſita no
minatim non ſit,ſatis eſſe debet, quòd
ſemper arbitrio iudicis punitur: neque
vnquàm lex ciuilis in foro animæ tranſ
greſſorem in re dubia ligaſſe videtur.
Quod procedit in omni præcepto iudi-
cis,vel legis,ſiue conſiſtat in faciendo,ſi
ue in non faciendo, niſi contrarium ex-
preſſum ſit verbis, vel ex mente & ſen-
tentia legis comprehendatur, vel niſi
damnum inferatur vel alicui priuato vel
reipublicæ, quo caſu ſuccedit prænota-
ta quæſtio, Vtrùm damnum dolo an cul
pa datum fuerit.Et tunc ſi dolo, peccatū
ſit, non quia contra illam legem poſiti-
uam itū fuerit, ſed magis quia itum fuit
contra præceptum illū diuinū,vt, Quod
tibi non vis.&c.

*Pœna non debetur in foro animæ cum communi.*

662 Illud autem certum eſt, quòd licèt
tranſgreſſor legis in foro animæ tenea-
tur ad reſtitutionem, vel emendationem
damni dati ſecundùm præfatam diſtin-
ctionem, tamen ad pœnam legalem præ
ſtandam in foro animæ nunquàm tene-
tur. vt eſt communis opin. ſecundùm
Ludouicum Gomezium in.§.ex malefi-
cijs. numero decimoquarto. de action.
Inſtit. Segura in. l. filius dum in ciuitate.
num.decimoquinto.vbi eius addi.ff. de
verborum obligat.Bald. in. l. 1. C. de ve-
ctiga.& comi.Felinus in cap.audiuimus.
colum. 1. de ſimonia. gloſ. communiter
approba. in cap.fraternitas. 12. quæſtio-
ne. 2.

*Intellect. l. 1. titu. 6. lib. 5. ordinam.*

663 Vnde (vt tandem illuc redeamus vn
de diuertimus) licèt filia hodie ſtante iu-
re regio famulo patris ſui ſe inſcio nu-
pſerit, in foro animæ non tenebitur ad
pœnam ſtatutam in.l.1. titulo. 6. libro. 5.
& in.l.2.& in.l.4.titulo.1.eod. libro ordi-
namen.

*Intellect. l. 49. Tauri.*

664 Et ſimiliter pœna per.l. 49. Tauri im-
poſita teſtibus, qui interfuerint in tali
matrimonio, nō debetur in foro animæ,
licèt illi teſtes in tali foro immunes non
ſint à dāno parentibus illato, quod cōſi-
derabile eſt.vt dict.legibus.&.l.3.§.ſi emā
cipatus. ff. de contra tabu. ſicq; dictæ le-
ges ſunt intelligendæ.

Stat ergo ex ſuperioribus, vt filia, quæ
turpiter vel vixit, vel nupſit, ſi ſub con-
ditione inſtituatur, non poterit reijcere
conditionem per hanc.l.nec eius benefi-
cio potiri, nec his impedimēto eſſe, quòd
matrimonium ſit res ſpiritualis.

Quæritur præterea, cū.ſ.obiter dixeri-
mus quaſi ex cōſenſu ſuo legitima priua
tum



*Delinquens an ex ſuo cōſenſu plectatur, cū cōmuni cōtra alteram communem*

665 uatum eum filium videri, qui iuſtam ex
hæredationi cauſam præbuit.quod ſecū
dùm doctores probat text.in.l. non pu-
tauit.§.ſi quis ſua manu.ff.de contra tab.
quem text. ad hanc rem non rectè addu
ci alibi oſtēdimus. An ſimiliter & qui
deliquerit,iuſtam pœnę cauſam conſen
ſumq́;prębuiſſe videatur? Qua in re ſunt
qui putent conſenſum quodāmodo prę
buiſſe videri.quales ſunt Faber Inſtit.de
obligat. quæ ex delict. naſ.§. furtorum.
Angelus, Areti.in.§.ius autem.n.7. Inſti.
de iure natur. Bar. in auth. de non alien.
aut permut.§.quia verò.Florianus in.l.in
de Neratius.§.fin. ff. ad leg.Aquili.Iaſ.in
l.1.§.ſublata.tam in prima,quàm in ſecū-
da lectione. ff. ad Trebellia. Alciatus in
reg.3.præſumptione. 33. num.4.

Contrariam partem tenent Bart. in.l.
1.num.11.ff.de condictio. ex lege. Bal.in
authent.ad hæc.num.9.C.de vſuris.Pau.
& Iaſ.in.l. ſi tibi decem.§. quædam. ff.de
pact.Pala. Rub. in rub. de donatio.inter
virum & vxorem.§.66.nu.24.Fortunius
in.l. legitima. ff. de pact. Balbus de præ-
ſcriptio.part.1.quæſt.7.Gomezius in.§.o
mnium.Inſt.de actio. Richer. in rubr.ff.
de verbo.oblig.n.118.quos refert,& tan-
quam receptam ſententiam ſequitur Pi
nellus de bo.mater.in auth.niſi tricenna
le.n.32.Paul. in.l. quam Tuberonis. §. fi.
ff.de peculio.cōtra gl.in.l.1.§. ad beſtias.
verb.onerari.ff. đ poſtul.Quam gl. cum
eis, qui partem affirmatiuā ſuprà relatā
tuentur, ineptire ait ſtrenuus Pinellus v
bi ſuprà.quaſi in re clara turpiter erraue
rint, à quibus ipſe cauendum conſulit.

Sed ſanè qui hac in re ab ipſo Pinello
& ijs, quos ipſe ſequitur, cauerint, cōſul-
tiùs mihi facturi videbuntur per text.a-
pertum in. l. Imperatores. ibi, tute huic
pœnæ ſubdidiſti.ff.de iure fiſci.& in.l.fi.
C.ad leg.Iuli.maieſt.ibi, quodammodo
ſua mente punitur.Quę iura tam aperta
nobis videntur, vt iam non de Accurſio
& reliquis defendendis nobis agendum
ſit, ſed magis de ipſis Imperatoribus, &
Iureconſultis tuendis. Quorum tradi-
tio ab omni ratione naturali longè abeſ
ſe videtur, cùm delinquens delinquere
tantùm velit, non etiam puniri. Quid e-
nim ſi rem furto ſubtraxi, nonne inſani
eſſet putare voluiſſe me dupli, aut qua-
drupli pœnam ſubire, cū per contrariū a
lienis reb[9] diteſcere ſtuduerim? Sed huic
argumēto, in quo repoſitum eſt totum
fundamentum communis opin.non in
eleganter reſponderi poteſt per text.in ſi
mili in.l.ſi volūtate.C.de reſcin.ven.vbi
ſimiliter contrahentium alteruter ſuam
conditionem meliorem facere, quàm il
lius quo cum contrahit, ſtudet, deterio-
rem verò minimè:& tamē licèt deterior
fiat, dummodo non ſit vltra dimidiam
iuſti pretij, obligatus manet, & intelligi
tur ex conſenſu ſuo. Conſentire enim
non immeritò intelligitur, cùm vel ſci-
ret, vel ſcire debuerit contractuum ple-
roſq; habere ſe ad commodum & incō-
modum. vt dict.l. ſi voluntate. iuncta.l.
2.eodem titul.l.ſcio.ff.de minori. Vnde
contrahentium alteruter etiam in foro
animæ non ſecùs, quàm in foro conten-
tioſo tenetur ad contractus obſeruatio-
nem, licèt præter intentionem ſuam læ-
ſus fuerit, vt reſoluimus in.§.1.n.26.qua-
ſi is conſenſus in genere obliget, non ali
ter, atq; ſi in ſpecie conſenſum eſſet.l.qui
iure militari.ff.de mil.teſtamen.Sic & in
ſpecie noſtra, qui deliquit, licèt princeps
ſuum intentum fuerit malè faciendi tan
tùm, non etiam malè recipiendi, tamen
cogitauit, conſenſitq́;, vel cogitaſſe, con
ſenſiſſeque præſumitur, vt ſi res malè, &
pręter animi ſui ſententiam ceſsiſſet, ple
cteretur. Simile in aleatoribus, vel luſo-
ribus, nam alteruter non iacturam face-
re, ſed tantùm commodum reportare cū
aliena iactura ſtudet: at ſi res malè, & prę
ter animi ſententiam ceſſerit, nullus tam
iners eſt, qui nō videat eum ſeſe huic pe-
riculo ſubieciſſe.

Sic

Sic & in belligerantibus, qui ex conſenſu ſuo ſeſe ſimili periculo ſubiecisſe intelligũtur, vt & prędã ab hoſtibus poſſint reportare, & per cõtrarium ipſi quoque poſsint hoſtibus prædæ fieri. Sic & qui adit hæreditatem, ex ſuo quaſi contractu tenetur. l. ſicut maior. C. de rep. hęre. l. quia poterat. ff. ad Trebel. cùm tamẽ princeps intentio fuerit lucri faciendi, non iactandi.

*Intell. l. 4. titulo de los hidalgos. libro. 2. ordi.*

666 Sic & iure regio nobilis, qui regij vectigalis conductor extiterit, licèt cõmodum reportare, non etiam damnum ſtuduerit, tamen ſtatim ſua ſponte nobilitatis priuilegium in quibuſdam debilitaſſe videtur. vt in. l. 4. titul. de los hidalgos. libr. 2. ordinamẽt. Porque en tal caſo (ait lex) el miſmo quebranta ſu libertad. Sic ergo & qui deliquit, ipſemet ſeſe pœnæ legali, periculoq́; expoſuit, ſubdiditq́ue. Nec aliter ei filiof. cõtingit, qui cùm ſub conditione hæres à patre ſcriptus eſſet, eam ſponte impleuit. Tunc enim licèt per tale implementum hæreditatis aditio, aut immiſtio regulariter non inducatur. l. 1. ff. de cõd. ca. data. iuncta. l. eum bonis. ff. de acq. hær. tamen ipſe filius iure ſuitatis hæres fit. l. conditionibus pupillus. vbi not. Socinus. ff. de cond. & demonſt. ſicq́; beneficium abſtinendi amiſit, quaſi iam ſua ſponte, non iuris neceſſitate hæres extiterit, ſicq́; carebit beneficio abſtinendi, quod prætorijs tantùm pollicetur, qui ex neceſsitate hæredes patri exiſtunt. Ita probat. l. iam dubitari. in fin. ff. dę hær. inſti. iuncta. l. ſi filius qui patri. verſi. etenim. ff. de vulg. quaſi q̃ vult antecedens, etiam conſequens neceſſariũ velle videatur. l. 2. ff. de iur. om. iudi. l. illud. ff. de acq. hæred. Sic & in propoſito, qui vult delinquere, videtur velle, & conſentire, ſaltem ex legis interpretatione, pœnis legalibus ꝓ tali delicto impoſitis: quaſi ordo ſuæ voluntatis is fuerit, vt malit ſe impunitũ manere, quàm plecti: ſed tamẽ mauult pœnam, ſi opus fuerit, ſubire, quàm à maleficio abſtinere.

*Intellect. l. 4. ff. de act. & obligat. & in prin. Inſtit. de obligatio. ex conſen.*

667 Nec me mouet, quòd ſtrenuus Pinellus fortiter argumentatur ex. l. 4. in princip. ff. de actio. & obligat. ad quod etiam eſt text. in rubr. & ferè per totum Inſtit. de obligat. quæ ex malefi. naſc. & in rub. & ferè per totum Inſtit. de obligati. quæ quaſi ex maleficio naſcuntur. vbi iſthæc obligationes non ex conſenſu delinquẽtis, ſed potiùs ex ipſo maleficio, vel quaſi naſci vidẽtur. Nam reſpõdeo, oẽs omnino obligationes eſſe vniformes quo ad ſubſtantiam, quæ in conſenſu conſiſtit, difformes tamen ſunt, verſicolores, variæ, diſtinctęq́; inter ſe quo ad formam. Vnde licèt Iuſtinianus in titu. Inſtitu. de obligat. dixerit, quòd obligationũ quædam contrahuntur re, quædam verbis, quædam literis, quędam conſenſu: tamẽ id intelligitur quo ad formam, in qua tãtùm differunt, & variantur, non ſic quo ad ſubſtantiam, quæ in conſenſu conſiſtit, quæ variari non poteſt. Vnde ſtipulatio ſi careat conſenſu, licèt adſit verborum exacta forma, & legalis ſtipulatio, illa nulla erit. l. obligationum ſubſtantia ff. de actio. & obligatio. l. conuentionis. ff. de pact. Et licèt per interuentum rei cõtrahatur mutuum, pignus, depoſitum, commodatum, & reliqui id genus contractus. vt per totum Inſtit. quibus modis re contrah. obligat. tamen ea forma legalis nihili erit, deficiente cõſenſu, qui in his, & in omnibus obligationibus pro ſubſtantia eſt. vt dict. l. obligationum. & dict. l. conuentionibus. & facit. l. in venditionibus. ff. de contrah. emp. Sic & maleficium vtcunq; atrox eſſet, & immane, impunitum eſſet, ſi conſenſus deficeret, veluti ſi à furente admiſſum eſſet. l. diuus. vbi Iaſ. poſt alios. ff. de officio pręſidis. diximus plenè ſuprà. §. 4.

Ergo dum arguitur ſic, Maleficiorũ obligationes non oriuntur ex conſenſu ſed tantùm ex ipſo maleficio, vel quaſi, hoc eſt, ex ipſo facto, ſeu facinore, quem obli-



obligari Iureconſulti & Imperatores teſtantur. Reſpõdetur id verum eſſe quo ad formam obligationis percipiendam, intelligendã, & à reliquis obligationum ſpeciebus diſtinguendam: quam diſtinctionem, & differentiam docere ſtudebant Iureconſulti & Imperatores, cùm pro conſtanti haberent, cõſenſum interuenire oportere, quo remoto, nullã obligationem oriri indubitatum eſſet.

*Vſufructuarius etiam teſtatore uetante tenetur facere inuentariũ.*

668 Quæro, ſi paterf. filium ex integra legitima, vel maiore portione hęredem inſtituit, iuſsitq́;, vt tutor huius filij, q̃ impubes erat, non teneretur inuentarium facere, an per hoc videatur onus legitimæ impoſuiſſe, idq́; reijciendum ſit per legem noſtram? Mouet quæſtionem, ꝗ ſecundùm communem ſententiam teſtator nõ poteſt vetare, quin vſufructuarius inuentarium faciat. vt reſoluunt Iaſ. conſ. 40. lib. 1. num. 2. Alex. in. l. nemo poteſt. nu. 18. qui plures allegat. ff. de lega. 1. vbi etiam Bald. De quo per Barba. conſi. 64. num. 16. libr. 2. Pinellus de bo. mater. l. 1. part. 2. num. 76. argum. text. in. l. ſcire. vt in poſſeſſorem legatorum. C. Sed hac in re vltra dicta ſuperiùs, magis eſt, vt onus conſiderabile in perſona filij impuberis non videatur. argumen. l. multi. ff. de lib. & poſthum. l. cùm ex filio. in prin. ff. de vulga. l. Seius Saturni. ff. ad Trebel.

Diuerſum longè eſt in fructuario, cuius cura non tam ſolicitat teſtatorem, q̃ cura filij ſui impuberis. vt in. l. ſecunda. ff. de vulga. & facit Inſtit. de pupill. & C. de impub. per totum. quaſi perſona, quam teſtator impuberi filio ſuo in tutorem vel ſubſtitutum pupillarem deſignauit, inſigni probitate prædita præſumatur, vt ſic malignandi præſumptio in ea ceſſet, non ſic in eo, cui teſtator vſumfructum legauit.

Libri primi partis primæ tractatus de ſucceſsionum creatione, progreſſu, effectuq́;, & reſolutione Finis.

Excudebatur Salmanticæ in officina hæredum Ioannis à Iunta, die decimaſexta menſis Martij, Anni M. D. LIX.